GLOSSARII
GERMANICI
TOMUS SECUNDUS.

Digitized by Google

GLOSSARII
GERMANICI
TOMUS SECUNDUS.

GLOSSARII
GERMANICI
TOMUS SECUNDUS.

GLOSSARII
GERMANICI
TOMUS SECUNDUS.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

MACHALUM, acervus mergitum. Extat in Lege Sal. Tit. XIX. art. 7. *Si quis ſpicarium aut machalum cum annona incenderit.* PITHOEO eſt horreum ſine tecto, idque Campanis etiamnum *machu* appellari ſcribit. Cui interpretationi favet, quod acervus Angloſax. dicitur *mucg*, *muha*, *mowe*, Italis *mucchio*, Anglis *mow*, quod SKINNERUS a *mæhen*, *mawan*, metere, ſecare, deducit, ut proprie ſit tantum ſegetis vel fœni, quantum uno die defalcari poteſt. Dorica lingua *μύχων* eſt paleatum acervus, quod cæteris videtur affine. WENDELINUS a diminutivo *machal* originem nominis MECHELEN, urbis Flandrorum, derivat.

MACHEN, facere, parare. Angloſax. *macan*, *macian*, Franc. & Alam. *machon*, Belg. *maaken*, Angl. *make*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XIV. 47. *ſo ther uuizod hiaz iz machon*, ſicut lex præcepit facere. Lib. II. Cap. VIII. 60. *thio Druhtin uuolta machon*, quæ Dominus voluit facere. Lib. IV. Cap. XXXV. 80. *ſalbon iro machon*, unguenta ſua facere. MARTINIUS in verbo *facio* ſcribit: *Nobis machen eſt quaſi machina facere, a μήχω.* Dubito. Nam *machen* eſt verbum generale, ſignificans *facere ut ſit vel fiat*, & dicitur proprie de rebus, quæ ab exiſtendi potentia ad actum deducuntur, quæque ut ſint vel fiant, aliena agendi potentia opus habent. Hinc ſuſpicor, quod nomen verbo quæſitum ſit a *moge* potentia, tam activa, quæ motum imprimit, quam paſſiva, quæ motum recipit. Quicquid ſit, *machen* proprie eſt facere vel efficere ut aliquid ſit vel fiat, etiamſi plures habeat ſignificatus, *elliptícos* & *ſynecdochicos*, ut mox oſtendam.

MACHEN, plures accipit ſenſus, ſive ab ellipſi, ſive a ſynecdoche generis. Tales ſunt, (1) arte vel inſtrumento facere, alias formare, fabricare, conſtruere. (2) procreare, producere, alias parere, gignere. (3) componere, compingere, & metaphorice jungere, ſociare. (4) aptare, concinnare. Qua in re Franci, qui pomœria verbi tam late produxerunt, non ſunt vituperandi, etiamſi ex omnibus populis Germanice loquentibus, ſoli hoc auſi ſint. Nam, ut alias linguas, in quibus ſimilia reperiuntur, nunc mittam, hoc unum obſervare jubeo, quod Græcis quoque ποιῶν primo ſit *facere*, poſtea etiam *formare*, *condere*, *componere*, imo etiam *gignere*, & alia plura, quorum ratio reddi non poteſt, niſi per ellipſin aut ſynecdochen ad primum ſignificatum referantur.

MACHEN, formare, fabricare, conſtruere. Gloſſ. Pez. fabricatus eſt *gimahota*. Simile eſt Græcorum μηχανᾶν moliri, machinari, quod nonſolum de fraudulento conatu, ſed primo & proprie de opere fabricando dicitur, ut patet ex derivatis, μῆχος artificium, μηχανὴ fabrica, machina, μηχανικὸς opifex, artifex.

MACHEN, parere, gignere. Gloſſ. Pez. pariat *mabo*, generetur *gimahhot*. In Jure Feudali Alam. Cap. 39. dicitur de puerpera: *machet ſi einen ſun*, ſi pepererit filium. Galli alio ſono, ſed eodem ſenſu dicunt *faire un enfant*. Franci inde formarunt Naturæ & genitalium vocabula. OTFRIDUS Lib. V. Cap. VIII. 33.

Ther zen boubiton ſaz
Ther kundit, uuizißu thaz,
Uns in giuuiſſi
Thaz Kriſtes gotnißi,
Then man zen fuazon giſah,
Ther zeinot ander gimah.

Vertit SCHILTERUS:

Qui ad caput ſedebat
Denunciat, ſcias hoc,
Nobis pro certo
Chriſti Deitatem,
Quem ad pedes conſpiciebant,
Deſignat alteram Naturam.

Gloſſ. Pez. pudenda *gimahti*, virilia *kimaht*, teſticulis *gimahtim*. Inde eſt, quod partes genitales hodienum vocantur *gemæchte*. Differt a *gemæchte* factura, quod eſt a *machen* facere.

MACHEN, componere, compingere. Gloſſ. Pez. componere *gimahhon*. Idem Græcis πήγνυ & παγῶν. P. & M. ſunt literæ ejus-

dem inſtrumenti, & conſequenter natura permutabiles.

MACHEN, aptare, concinnare. Gloſſ. Keron. aptet *kemahhoe*. Gloſſ. Boxh. aptari *kimachot uueſan*. Gloſſ. Lipſ. *gemacoda* concinnabat. Hinc porro aptus nomen accipit apud Francos & Alamannos. Gloſſ. Keron. aptus *kimahcher*, apta *kimahhiu*. Gloſſ. Boxh. aptum *kimah*. Ab apto nomen pervenit ad commodum & opportunum, quia commodo & opportuno nihil aptius, adeo ut absque aptitudine in rem præſentem ne concipi quidem poſſint. Hinc *maccalic* apud SOMNER. & BENSON. exponitur *opportunus*. Similia habent reliquæ Dialecti. Gloſſ. Pez. commodius *gimahhor*, moleſta *ungimahhiu*. VERELIUS in Ind. *mak* otium, *makligt* commodum, opportunum, *omakligt* incommodum. Verbum hodie obſoleſcit. Reſtant tamen veſtigia ejus in multis derivatis, cujusmodi ſunt, *gemach* otium, commoditas, *gemæchlich* commodus, *ungemach* moleſtia, *ungemæchlich* incommodus, moleſtus. Denique adverb. *gemach*, quod vulgo exponitur *lente*, revera idem eſt quod *apte* & *pro re accommodate*.

MACHEN, jungere, ſociare. Gloſſ. Keron. jungere *kamachon*, conjungatur *ſi kimahhot*, ſocietur *ſi kemahchot*, ſociandus *ze kemahone*. Ab hoc verbo perantiquo deſumpta ſunt nomina *cognationum*, *cognatorum*, *ſociorum*, in omnibus veterum Dialectis. Vide *mag* per omnes ſignificatus.

MACHT, potentia agendi, alias vis, virtus, poteſtas. Gothis *mahts*, Angloſax. *meaht*, *mæht*, *mihte*, *myht*, Franc. & Alam. *maht*. Gloſſ. Pez. facultatem *maht*, virtute *mahti*. Gloſſ. Keron. inbecillitas *unmahti*. Refer ad *mögen* poſſe.

MACHT, potentia exiſtendi, alias poſſibilitas. Angloſax. *mihte*, & inde *mihtelic* poſſibilis. Gothi eodem ſenſu dicunt *mahteig*, Luc. XVIII. 27. *thata unmahteigo at mannam*, *mahteig iſt at gotha*, quod impoſſibile apud homines, poſſibile eſt apud Deum.

MÆCHTIG, potens. Goth. *mahteiga* Luc. I. 49. Angloſax. *mihtig* ibid. Franc. *mahtig*. TATIANUS Cap. IV. 6. *thie thar mahtig iſt*, qui potens eſt. Gloſſ. Keron. infirmis *unmahtiken*. Confeſſio vetus OTFRIDO præfixa: *ih uuirdu Gote almahtigen bigihtig*, confiteor Deo omnipotenti.

MÆCHTIG, poſſibilis. Id eſt, potentia exiſtendi præditus. Vocem Gothicam vide in *macht* potentia exiſtendi. Hodie dicimus *möglich*.

MAD, bonus & bonum. Vox Celtica. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *mad* bonus, beneficium, & bonum. Haud dubie a μάω cupio, quia bonum eſt ipſum appetibile. Inde Gothis *maithms* donum, oblatio Marc. VII. 11. Angloſaxonibus *madmas* cimelia, gazæ, *madm-hus* cimeliarchium, *mædfull* benignus, & alia apud BENSONIUM in Voc. Angloſaxon. Francis *mathmas* xenia, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 243. Hodie non amplius occurrit, etiamſi olim fuerit pars linguæ in omnibus Dialectis.

MAD, *mædi*, *mædchen*, ſyncopata ex *magd* virgo, puella, ancilla.

MADE, *matte*, *motte*, ſpecies vermiculi omnia depaſcentis. Gothis *matha* eſt vermis Marc. IX. 44. Angloſaxonibus *mathe* inſectum apud BENSON. *moth* tinea Matth. VI. 19. Francis *mado*, *modo* vermis & tarmes. Gloſſ. Pez. tarmes *modo*. NOTKERUS Pſal. XXI. 7. *aber ih pin ein halb mado*, ego autem ſum vermis & non homo. Quamvis diverſa ſint vermiculorum genera, qui veſtes, carnes, poma, frumenta, caſeum, & ſimilia arrodunt, & uſu volente *made* & *motte* diſtinguantur, Grammatice tamen non differunt, ſed communem habent appellationis cauſam, a *mæhen*, *mayen*, *maiten*, cædere, ſcindere, ſecare, etiamſi dentes eorum nemo viderit unquam.

MÆHEN, cædere, ſcindere, ſecare, *abmæhen* demetere, deſecare. Proprie eſt *deſalcare*, & Græce dicitur ἀμᾶν & ἀπαμᾶν, ab inſtrumento, quod eſt ἄμη falx. Litera H. in medio vocis turbat etymologiam, & a reliquis Dialectis non agnoſcitur. Belgæ dicunt *mayen* & *afmayen*, Sueci *maa* & *afmaa*. Ex hac ſimplicisſima verbi forma poſtea natæ ſunt aliæ per varias epentheſes. Angloſaxonibus *mawan* eſt ſecare, Islandis *meida* truncare, Cambris *medi* metere, tondere, Gothis *maitan* cædere, ſecare, *bimaitan* circumcidere, *bimait* circumciſio, *afmaitan* abſcindere, *usmaitan* excidere. Et hæc Gothica hodie imitamur in verbis *meizen*, *meitzen*, *mutzen*, de quibus actum ſeorſim. Interim cum themate Gothico *maitan* conſentit

Gr. ἄμητος meſis.
Lat. *metere* & *meſſis*.
Camb. *medi* September, menſis quo ſegetes metuntur.
Angloſax. *mæd* pratum, *mæde* paſcuum, *meth* defalcatio, *mæd-monath* Julius menſis, quia tunc prata defalcantur, & alia apud SOMNER. & BENSONIUM.
Latin. Barb. *amadere* gramen vel fruges deſecare.
Germ. *mad*, *mat*, *matte* pratum & fœniſecium, *mader*, *meder* meſſor, fœniſeca, alias *ſchnitter* a ſecando, *made*, *matte*, *motte* vermiculus omnia depaſcens, alatus & non alatus.

MÆKLER, pararius, proxeneta, conciliator. A *machen* jungere, ſociare, quaſi conjugator negotiantium. Differt a *menkeler* propola, cujus mentionem facit SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 582. Nam hic nomen habet a *mangen* mercaturam facere.

MÆL, *mel*, pulvis. TATIANUS Cap. XLIV. 9. *arſcutet then melin fon juuaren fuozin*, excutite pulverem de pedibus veſtris. A *mülen* conterere, vel hoc ab illo. Confer *mill*.

MÆL, *mel*, farina. Angloſax. *mealwe*, Franc. *melo*,

melo, Belg. *meel*, Angl. *meal*, Suec. *mïöl*. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 91. *melo cleiniſta* polenta, i. e. farina minima & ſubtiliſſima. Cuncta a pulvere ad farinam ob ſimilitudinem translata, vel *ἀμέτρως* petita a *malen* molere. Cum Francica voce conſentit Græca *μαλεὼν* farina, apud HESYCHIUM.

MÆLEN, tranſigere, paciſci, ſpondere. Vide *malen*.

MÆLIG, ſenſim, paulatim, *allmælig* gradatim, pedetentim. STILERUS in Theſ. L. Germ. contrahit ex *mæchlich* apte, concinne. Quod probarem, niſi Sorabis *maly* eſſet parvus, minutus, & *malo* pauxillum, parumper, apud FRENZELIUM in Orig. Sorab. pag. 877.

MÆNE, juba equina. Camb. *mwng*, Angl. *mane*, Suec. *maan*. CASAUBONUS deflexit a *μάνος* ornamentum colli. Malim a *minando*, h. e. ducendo, quia hac parte equus duci poteſt, nec aliter duci poterat ante frenum inventum. De verbo *minare* vide plura in *mine*.

MÆRE, equa, caballa. Angloſaxonibus *mere* in Gloſſis ÆLFRICI, *mære*, *myra* apud SOMNERUM, Anglis *mare*. A *mar* equus. Hodie fœmininum in contemtum abit, dum maſculinum olim in honore fuit, & nunc eſt in compoſitis.

MÆRE, virgo, puella. VEREL. in Ind. *mær* virgo, *ſkalldmær* poëtria. Similia extant in aliis quoque Dialectis. Græcis *μείρακ* eſt puer & puella, Cambris *morwyn* virgo & puella. Cuncta ni fallor a notione parvitatis. Nam *mior*, *mar*, *ſmar* Islandis eſt parvus, pumilus. Vocem produxi in *ſchmerl*.

MÆRE, nympha alicujus loci. In lapidibus omnes Nymphæ vocantur *mairæ*, item *matræ*, *matres*, *matronæ*, ut pateat, nomen petitum eſſe ex provinciali voce *maire* pro *matre*. Plures autem erant, ſylvaticæ, montanæ, campeſtres, fluviatiles &c. quarum nomina Saxonica recitavi in *Alp.* Quamvis nec *mære* Saxonibus ignotum fuerit. Sic enim lego apud SOMNER. in Dict. Angloſax. *wudu-mær* echo, *mære fæcce* incubus, ephialtes. Illud ſignificare poteſt *nympham ſylvæ* a *wude* ſylva, hoc *nympham ſomni*, ſi *fæcce* idem fuerit quod Belgis *vaak* ſomnus. Omnes credebantur conſortio humano gaudere, & tam vigilantibus quam dormientibus apparere. Cujus rei luculenti teſtes ſunt quædam Dedicationes, a ſomno vel viſu monitis ad Nymphas directæ, apud KEVSLERUM in Ant. Sept. pag. 269. & pag. 448. Germani nympham illam, quæ dormientibus apparet, ex veteri ſuperſtitione vocant *mar*, non quod ea ſit vis vocis, quæ certe præter ſomnum impeditum nihil ſignificat; ſed quod opinio ex malo nocturno fecerit nympham dormientibus infeſtam.

MÆRE, Parca. Græcis *μοῖρα*, Latinis *mora*, & in Lapidibus *maira*. A *μείρεω* dividere, quod ſcil. dividat eventa vitæ, judice MARTINIO in voce *Parca*. MARTINUS, Antiquitatum Gallicarum diligens & diſertus interpres, qui de *Deabus Mairabus* poſt KEVSLERUM ſcripſit, videtur Parcas & Nymphas confundere, auctoritate Lapidum, Lib. IV. de Rel. Gall. cap. 23. 24. 25. Verum etiamſi nomen omnibus commune ſit *Maira*, non tamen idem ſignificat ubique. Diſcrimen, quod eſt inter Parcas & Nymphas, ſeipſum prodit. Nam in Theologia Gentili, tres tantum ſunt Parcæ, plures vero Nymphæ. Græcis *Μοῖρα* eſt Luna, & quodvis ſidus, a *μαίρω* luceo. Quod ideo moneo, ut lectores intelligant, quam fallax & infirmum argumentum ſit, quod ex ſimilitudine nominum petitur.

MÆRE, rumor, fama, nuntium. Gothis *meriha* Luc. IV. 14. Francis *mara*, *marthe*, *marida*, Belgis *maere*. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 154. ſeq. *maara* fama, rumor, *marthe* bona diffamatio, *marida* fama. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXI. 21.

Tho giborit er mari
Thaz ander kuning uuari.
Cum audiſſet rumorem,
Alium regnare regem.

Hymnus Eccleſiæ: *ich bring euch gute newe mær*, affero vobis bonum nuntium. *Amæren* prædicare in vulgus, late divulgare. Hodie extra Eccleſiam nonſolum obſoleſcit, ſed etiam vituperatur, quia rumores in vulgus ſparſi plerumque ſunt fictitii. Inde *mærlein* fabula, quamvis nullo apud priſcos exemplo.

MÆRE, publicus, manifeſtus, vulgo notus. Ex eodem fonte. Gloſſa antiqua loco citato: *lutmarrero ſtimmi* publica voce. In quo compoſito *lut* ſenſum intendit.

MÆRE, celebris, inclytus, fama nobilitatus. Ex eodem fonte. Inde OTFRIDO *maro* pro celebri in locis innumeris, cujusmodi ſunt,

muater mara mater inclyta, Lib. I. Cap. XI. 105.
goman maro vir inclytus, Lib. II. Cap. II. 2.
zeichan filu maru ſigna valde illuſtria, Lib. III. Cap. V. 35.
helias ther maro Elias ille famoſus, ibid. Cap. XII. 26.
heilant ther maro Salvator ille famoſus, Lib. IV. Cap. XXVII. 50.
kuning maro rex inclytus, Lib. V. Cap. XX. 181.

Extat quoque apud eundem *urmari* valde celebris, valde famoſus, quod dicitur de Chriſto Lib. I. Cap. XVIII. 9. & de latrone Lib. IV. Cap. XXVII. 6. Similia habent Angloſaxones, ut ſunt,

mære man vir illuſtris.
wid mære wer vir late celebris.
mæra cempa inclytus miles.
mæriſta hliſa celeberrima fama.

Et alia, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 253. Inde nomina apud Antiquos permulta

& ambitiosa, quibus pueros statim a teneris admonebant, gloriam per fulgentes gladios quærendam, & nominis commemorationem non cum vitæ tempore dimittendam, sed cum omni posteritate adæquandam esse. Talia sunt

MAROBODUUS, dux celebris. Causam interpretationis vide in *bod*. Neque augurium fefellit parentes. Nonsolum enim principatum occupavit inter suos, sed etiam alias gentes quam plurimas imperio suo subjecit. Vide STRABONEM & PATERCULUM.

MEROBAUDES, eadem notione. Nobilis Francus apud VICTOREM. Vide quæ de hoc nomine annotavit Cel. MASCOVIUS ad Lib. VII. §. 31. Hist. Germ.

FILIMERUS, valde inclytus. Rex Gothorum apud JORNANDEM Cap. 24. Non *multorum princeps*, quæ GROTII interpretatio. *Viel* sensum intendit.

MEROVICUS, inclytus bellator. Regiæ stirpis inter Francos conditor. Similia composita vide in *wig*.

MEROVEUS, pro *Merovicus* ex pigritia pronunciantium, ut *Cloio* pro *Clodio*.

GUNDEMARUS, bello clarus. Non *benevolentia celebratus*, ut Index Grotianus. Nam *gund* priscis non benevolentiam, sed bellum significat.

WIDIMERUS, late celebris, vel potius valde inclytus. Nam *weit* & *viel* significatum augent in compositis. Inde vinctus insignis dicitur *uuitmara*, quasi valde famosus, in Harm. Evang. Tatiani Cap. CXCIX. 2. GROTIO est *late princeps*, nullo pene sensu.

WISIMARUS, dux celebris. A *wisô* dux, quod Francicum, ut demonstravi in *weisen* ducere. Hoc certe malo, quam cum GROTIO exponere *sapientia celebratus*, quia veteres bellum & arma magis, quam sapientiam curabant.

WALDEMARUS, celebris gubernator. A *walten* regere.

MÆREN, prædicare in vulgus, late divulgare, celebrare. Gothis *merjan* est prædicare, divulgare Marc. III. 14. *merida* prædicavit Marc. I. 4. *meridedun* prædicaverunt Marc. VI. 12. *vailamerjan* evangelizare Luc. IV. 43. *usmeridedun* diffamarunt Matth. IX. 31. Anglosaxonibus *mærsian*, *gemærsian* est magnificare, celebrare, *mærsunge* celebritas, celebratio, apud SOMNERUM in Dict. Idem Francis *maren*. Gloss. Pez. prædicaverunt *martun*, clarificabant *martun*, divulgetur *gimarit*. Gloss. Boxh. *gamarde* famosi, fama nominati. TATIANUS Cap. XLVI. 5. *her tho uzgangenti higonda predigon inti maren thas uuort*, at ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem. Inde Belgis *vermaerd* celebris. Germani non amplius utuntur hoc verbo, quamvis ante CL. annos adhuc vegeto, ut patet ex composito *vermæren* clarificare, quod habet MATHESIUS Conc. XVI. de Luth. pag. 202. ubi verba sic fluunt: *durch disen mann hat Gott die Schule zu Wittenberg erhaben und bis an der Welt ende vermehrt gemacht:* per hunc virum Deus Scholam Wittebergicam extulit, & celebrem reddidit usque ad fines mundi. PALTHENIUS verbum ducit a substantivo *mære*, & hoc primitivum vocat: Mihi contra videtur substantivum oriri a verbo, & verbum formari a *mar* magnus, ut *mæren* proprie sit extollere, magnificare. * Simile derivatum est, quando a *michel* magnus, in omnibus veterum Dialectis, quamvis diverso labiorum sono, fit *michilon*, *mikilan*, *miclian* magnificare.

MÆRGEL, quidam terræ adeps, qui lætificandis agris adhiberi solet loco fimi. Eum Galliam & Britanniam veterem appellasse *margam*, testis PLINIUS Lib. XVII. cap. 6. Hodie Cambro-Britanni vocant *marl*, Angli *marle*, Galli *marne*, sed Armorici *marg*, quod nomen rei antiquum melius exprimit. MARTINIUS dubitat, idemne sit, quod Germanis *mark* medulla, an vero contractum ex *μύελον γῆς* unguentum terræ. SKINNERO placet medulla, non quod marga sit medulla, sed quod similis medullæ, quia sicut hæc ossa, ita illa agros nutrit, fovet, fœcundat. Secundum hanc etymologiam *marga* est terra instar medullæ, mollis, pinguis, nutriens. Oppidum Britanniæ MARGIDUNUM a copia margæ sic dictum esse, probat BAXTERUS, Glossator Britannicus in voce.

MÆRLEIN, fabula. V. *mære* rumor.

MÆRTERER, martyr, confessor, qui fidei suæ confessionem morte cruenta, exilio, vel alia perpessione obsignat. Anglosaxon. *martyr*, Francis *marter*, *marteir* in Glossario SCHILTERIANO. Proprie est testis, a Græc. *μάρτυρ* ejusd. significatus. Inde Anglosaxonibus & Anglis *martyrdom* martyrium, h. e. testimonium cruentum. Vocem Germanicam vide in *beichter*.

MÆSTEN. Vide post *mast* fagina.

MAG, *magen*, papaver, *mag-samen* semen papaveris, *öl-magen* papaver oleosum, oleo fœcundum. Græcis *μήκων*, Francis *mago* populis Slavonicis *mak*, manifesto inter se consensu. Gloss. Pez. papaver *mago*. STILERO videtur esse a *magen* stomachus, quem aliquo modo refert. Sed potius est *capito*, Germanice *groskopf*. Nam & magnitudine capitis excellit (unde etiam *mankopf* dicitur) & coronam in capite gestat. Idque vox Græca exprimere videtur. Sic enim scribit MARTINIUS in voce *papaver:* Græcis papaver est *μήκων* (etiam *μακων*) a *μήκος*, id est, magnitudine capitis.

MAG, verbale a *machen* parere, gignere, significat quantum potest, (1) *naturam*, (2) *parentem*, (3) *filium*.

MAG, natura. Francis *gimah*. Testimonium OTFRIDI vide supra in fonte. Præfixum *gi* nullam mutationem facit in sensu.

MAG,

MAG, parens. Angloſaxonibus *magas* ſunt parentes, Luc. II. 43. *belaf ſe hælend on Hierusalem, and hys magas thæt nyſton*, remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, & parentes ejus non cognoverunt. Joh. IX. 3. *ne ſyngode he, ne hys magas*, neque hic peccavit, neque parentes ejus. Franci inde habent compoſitum *altmagon* progenitores, quaſi antiqui parentes, quod extat apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. X. 21.

Nu uuilit er ginadon
Then unſen altmagon.

Vertit SCHILTERUS:

Nunc exhibet miſericordiam
Noſtris majoribus.

MAG, filius. In Cod. Arg. Jeſus Mariæ filius vocatur *magus*, ipſa matre dicente: *magau* (Gr. τέκνον) *hwa gatawides uns ſwa*, fili cur feciſti nobis ſic, Luc. II. 48. Et in vocibus Poeticis apud BENSONIUM, *mogo* exponitur filiolus, natus.

MAG, conjunctus. Verbale a *machen* jungere, ſociare. Hæc vox novam ducit progeniem, & dicitur ſynecdochice de omnibus, tam naturali, quam ſociali, aut alio neceſſitudinis vinculo junctis, ut mox patebit.

MAG, cognatus. A conjunctione ſanguinis & affinitatis. SOMNER. in Dict. AS. *mæg*, *maga* propinquus, cognatus, *mægſcipe* cognatio, *mægleas* cognatis carens, *mæg-gewrit* genealogia. Franci eodem ſenſu dicunt *mag*. Hinc cognatus ejus, cujus aurem Petrus gladio amputavit, OTFRIDO vocatur *mag* Lib. IV. Cap. XVIII. 41. & Eliſabetha Mariæ cognata *maginna* Lib. I. Cap. VI. 4. Similibus utuntur Septemtrionales. VEREL. in Ind. *magur* ſocer, *mægd* affinitas, *mægiaſt* affinitate jungi. Suecis *mæg* etiamnum generum denotat. Germani agnoſcunt compoſitum *magſchaft* propinquitas. Iidem cognatos paternos vocant *ſchwerdmagen*, a gladio, maternos *ſpill-magen*, a fuſo, ultimos cognatorum *nagel-magen*, ab extremitate digiti medii. Imo etiam *ſchwager* affinis, nihil aliud eſſe videtur quam *ſmager* affinitate junctus. Nam M. radicale facile mutatur in W. literam congenerem, & ſibilus ſæpe præfigitur, ubi minime neceſſarius.

MAG, conjux. A vinculo conjugali. Priſci utuntur compoſitis *gemæcca* & *gimahha*, quorum illud Saxonicum, hoc Francicum eſt. Verſio Angloſax. Matth. I. 24. *and dyde ſwa Drihtnes engel him bebead, and he onfeng hys gemæccan*, & fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem ſuam. TATIANUS Cap. V. 10. *instphieng ſina gimahhon*, accepit conjugem ſuam. Quæ etiamſi ſint extincta, non debuerunt omitti, quia cum cæteris ad eandem familiam ſpectant. Hodie dicimus *gemal*, ſed ex alio fonte.

MAG, puer. Ratio denominationis per ſe clara. Nam pueri & puellæ, qui nobiſcum degunt, etiamſi non ſint propinqui noſtri, familiis tamen noſtris adhærent, vel ſervitii nexu, vel alia neceſſitudine, & inter conjunctos recte reputantur & nominantur. Inde Gothis *magus* puer, quod dicitur de puero Jeſu, Luc. II. 43. ubi Græcus habet παῖς. Iisdem Gothis *magath* eſt puella, & *magula* puerulus Joh. VI. 9. Hinc interpretationem capit vox Francica *magazogo*, quæ certe rectorem pueritiæ ſignificat, ſicut optime obſervatum SCHILTERO in notis ad *Epinicium*, ubi vox ab initio occurrit. Cambris *maccwy* eſt puer, armiger, maſculus, forte a *mac* puer.

MAG, famulus. Ob vinculum ſervitii. Inde Gothis *thiumagus* famulus domeſticus Matth. VIII. 6. a Celtico *ty* domus, quod hodie cuſtodiunt Cambri. JUNIO *thiumagus* eſt ſervilis conditionis puer, a *thiwe* ſervus. Sed hæc ſententia refellitur ex Luc. I. 54. ubi Iſrael vocatur *thiumagus*, qui certe non fuit ſervilis conditionis puer, ſed liberis parentibus editus.

MAG, ſocius. SOMNER. in Dict. AS. *macca*, *mæcca* par, ſocius, conſors. Gloſſ. Schilt. pag. 560. *meeg* contribulis. Dicitur de omnibus, quos vel communis utilitas vel ſors aut delectatio in unam ſive ſocietatem & vitæ genus, ſive amicitiam combinavit. Nam & hos non minus inter ſe junctos eſſe, quam vel domeſticos vel propinquos, cuivis manifeſtum. Senſus, ni fallor, Islandis & reliquis Septemtrionalibus familiaris.

MAG, par, ſimilis, æqualis. Senſus a ſodalibus ad æquales translatus. VERELIUS in Ind. *maki* æqualis, par. Idem Angloſaxonibus *maca*, *mæcca*. Iude vox Islandica *makalaus* incomparabilis, qua Regina CHRISTINA omnibus literatis Romæ illuſit.

MAGD, virgo, puella, fœmella. Gothis *magath* Luc. I. 27. Angloſax. *maid*, *maiden*, *mæden*, Francis *magad*, Belg. *maagdt*, Angl. *maid*, Island. *may* vel *mey*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 31.

Uuuntar filu hebigaz,
Uuanta er ni horta man thaz,
Thaz io fon magad burti
Man giboran uuurti.
Miraculum valde grave,
Nec antea auditum,
Quod de Virginis partu
Natus ſit homo.

Proprie eſt puella affinitate juncta, a *machen* conjungere, per medium derivandi AT. Noſtri ex biſyllabo fecerunt monoſyllabum, pro ſua in arte contrahendi dexteritate. Senſus pene obſoleſcit. Superat tamen in compoſito *magdtum* virginitas, quod Sacræ Literæ tuentur, dum civitatem perdit.

MAGD, ancilla, famula, miniſtra. Vi vocis familiæ ſocia, nobisque neceſſitudine miniſterii conjuncta. Senſus novus, ſed probus. PALTHENIUS refert ad voces, quæ olim in honore fuerunt, nunc autem ceciderunt ſed immerito, cum nulla ſit in hac appella-

tione

tione ignominia, ſed ſenſus tantum amplificatus.

MAGDTUM, virginitas. Utitur Luth. Num. XXX. 4. Simile eſt *meydom*, quo utitur interpres Islandicus Luc. II. 36. Vi terminationis eſt ſtatus virginalis, & in aliis Dialectis vocatur *magathei*, *mædenhad*, *magadheit*. Primum Gothis, alterum Angloſaxonibus, ultimum Francis proprium eſt.

MAGEN, ventriculus. Angloſax. *maga*, Belg. *maag*, Suec. *mage*, Angl. *maw*. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. ſtomachus, id eſt *mago*. HELVIGIO in Originibus dictionum Germanicarum venit a στόμαχος per aphæreſin: at PEISKERO a μάγειρος coquus, quod ventriculus ſit coquus & culina totius corporis. Hodie quoque *machen* nonnunquam eſt coquere vel coquendo parare. Et Suecis *mogen* eſt coctus. Olim deduxi a *mögen* velle, quia MACROBIUS Lib. VII. Saturn. cap. 4. de ſtomacho ait: *Cui natura tanquam rationis capaci velle ac nolle contribuit.* Et velle quidem eſt appetitus, nolle vero faſtidium. Hinc ſtomachus & voluntas ſæpe habent communes appellationes. Sic nauſea, quæ eſt actus ſtomachi, vulgo vocatur *unwille* voluntas averſa: & averſio, quæ eſt actus voluntatis, Latinis dicitur *ſtomachus*.

MAGEN, papaver. Vide *mag*.

MAGER, tenuis, non pinguis. Angloſax. *mægre*, Franc. *magar*, Angl. *meager*, Belg. & Suec. *mager*, Island. *megur*, Gall. *maigre*, Ital. *magro*. Gloſſ. Pez. attenuati *gimagartiu*, macilentiores *magirirun*, tenuitas *magari*. VEREL. in Ind. *megurd* macies. Cuncta a Lat. *macer*.

MAGUS, cujuscunque ſit ſignificatus in compoſitis, oritur a Cambro-Britannico *maes*, ſive per epentheſin, ſive quod Gallica lingua pronunciavit *mais*, & ſic Romanis anſam dedit, ut elementum L in G. converterent. BAXTERUS quidem contrario itinere *maes* derivat a *magus*, ut Galli *pais* a *pagus*: ſed unde ſit *magus*, non docet. Significat autem (1) agrum vel campum. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *maes* ager. Neſcio, qua notione: niſi forte cognatum ſit cum Francico *metz* terra menſurata, quod eſt a *meſſen* metiri. (2) coloniam vel oppidum in agro. Hunc ſignificatum paſſim ſupponit BAXTER in excellenti *Gloſſario Antiquitatum Britannicarum*. Vellem, ut eum melius in lucem collocaſſet, pro ſua in Celtica Lingua peritia. (3) pugnam ſeu prælium, quod fit in agro. Ita BOXHORN. loco allegato. (4) curiam, quia cauſæ hæreditariæ, de quibus controverſia fuit, olim in ipſis agris dijudicabantur. Hunc ſignificatum didici ex Gloſſario Cambrico WOTTONI.

MAGUS, in nominibus urbium Britannicarum, Gallicarum, Germanicarum, quid ſit, non convenit inter doctos. RHENANO ſignificat *domum*, tanquam auctore PLINIO: ſed ubi Plinius hoc dicat, nemo hactenus reperire, nec ipſe indicare potuit. CLUVERIO *vadum*, CELLARIO *trajectum*. Sed hæ ſunt meræ conjecturæ, quæ corrigi poſſunt ab iis, qui Celtica diligentius inſpexerunt. Nam *magus* in compoſitis antiquis duo præcipue ſignificat, (1) agrum vel campum. Hinc *Deus Terminus* Britannice dicitur CADMAGON, quaſi tutor vel tutela agrorum, a *cadw* ſervare. Agros enim ſervare dicitur, non urbes. Vide BAXTERUM in voce. Hactenus *magus* idem eſt quod Germanis *feld* in nominibus Urbium *Bilefeld*, *Hirſchfeld*, *Mansfeld*, *Salfeld*, & ſimilibus innumeris. (2) Coloniam vel oppidum in agro. Conveniunt in hoc ſignificatu Bochartus & Baxterus, ſed diſcrepant circa originem. BOCHARTO eſt vox *Punica*, oppidum & habitaculum ſignificans. Id enim Phœnicum Lingua ait denotare *magon*, quod pluribus exemplis e Codice ſacro demonſtrat in Orig. Gall. apud BOXHORN. pag. 44. Contra BAXTERO eſt vox *Celtica*, prodente etiam PLINIO, *quod magus Celtis ſit oppidum*, pag. 171. Utinam locum Plinii nobis oſtendiſſet. Quæri poſſet, cur Celtica, ſi *maes* ſit a *magus*? Mihi, qui contraria derivatione utor, nullum dubium eſt, quin *magus* ſit dictio Celtica & metonymica, qua locus ponitur pro eo quod in loco eſt, ager pro colonia vel oppido in agro. Itaque

BODINCOMAGUS, eſt quicquid volueris ad Padum, urbs, ager, colonia. Padum amnem Ligurum lingua *Bodincum* appellari, teſtis PLINIUS Lib. III. Cap. 16.

CÆSAROMAGUS, oppidum Cæſaris. Olim *Bratuſpantium*, poſtea ob ſingularia beneficia a Cæſare vel Auguſto in urbem collata, mutato nomine *Cæſaromagus*, judice CELLARIO in Geograph. Antiq.

DRUSOMAGUS, ager vel colonia Druſi in Vindelicia, patria mea, ſi vera eſt conjectura WELSERI, nunc *Memmingen*, quaſi Matria, ſeu terra materna.

NOVIOMAGUS, nova colonia, novum oppidum. Quod vulgo male vocatur NIMWEGEN, cum deberemus dicere *Nieuwmegen*, vel *Neumegen*.

RITOMAGUS, campus ad trajectum fluminia, interprete BAXTERO, a Celtico *rhyd* vadum, quod ſiſtit BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

ROTOMAGUS, ager vel colonia ad Vadum Sequanæ. Rurſus a Celtico *rhyd* vadum. Plura urbium nomina a vado *rhyd* deſumpta, exhibet BOCHARTUS in Orig. Gall. pag. 44.

MAI, *may*, menſis noſtro computo quintus, cujus nomen a pluribus Gentibus receptum. Græcis eſt μάϊος, μάιος, Latinis *majus*, Armoricis *mis mae* vel *mis mai*, quaſi menſis floridus, ſi interpretationem PEZRONII ſequamur in Antiq. Celt. pag. 393. Alii contendunt, *Majam* Mercurii matrem nomen menſi dediſſe. Alii illud Germanicæ Linguæ

Linguæ vindicant. Plerisque eſt menſis a betulis frondentibus ſic dictus, quia *mey* frons. Quamvis autem antiquitas hujus vocis deſideretur, fieri tamen poſſe intelligimus, ut *mai* & *mey* ex eodem fonte profluxerint, nempe a *meyen* (*mæhen*) ſecare. Nam hinc menſis poterat dici *Mai*, quia tunc porci caſtrantur, quos a ſecando *majales* dictos, alibi oſtendimus; & frondes *meyen*, quia tunc ſecantur foribus & Templis ornandis. Dubitari interim poteſt, an hæc menſis appellatio Germanis antiquis unquam fuerit in uſu. Nam Majus Angloſaxonibus dicitur *trimilchi*, quod tunc vaccæ & capræ propter abundantiam lactis ter uno die mulgeantur; Francis auctore CAROLO *nuunnimanot*, ob lætitiam & voluptatem verni temporis; Belgis *bloimaand*, quia tunc florentiſſimus annus.

MAIESTÆT, majeſtas. Potentiæ majoris vocabulum. Hinc *majeſtas imperatoria* apud TACITUM, & *princeps majeſtate ſua tutus*, & ſimilia. Hunc ſenſum veteres non Latine, ſed Germanice exprimebant. Gloſſ. Lipſ. *mancrefte* majeſtas, *megincrafi* majeſtas, *megincrefti* majeſtatis. Quæ voces præter virtutem *virilem* & *prævalentem* nihil videntur ſignificare. Ejusdem menſuræ eſt vox Aureæ Bullæ *almæchtickait* Cap. XXIV. quæ certe non omnipotentiam (attributum illud ſoli Deo proprium, quod nemo imperantium arrogare ſibi poteſt), ſed vires prævalentes ſignificat. Nam *all* hoc loco non eſt adjectivum, ut imperitis videri poſſet, ſed particula præpoſitiva, quæ ſenſum intendit, & ex poteſtate magnam poteſtatem facit. Nec alius Latinæ vocis valor & uſus, & aliquando minor. Petrus de LUDWIG Tom. VII. Diplom. pag. 554. *Majeſtatis nomen eſt admodum vulgare, tributum Prætori quoque & Latii Magiſtratibus aliis, inſtar ſynonymi Poteſtatis. Quapropter etiam idem nomen adfectarunt ſacri Antiſtites & Principes.* Hinc Græci Imperatores (eodem obſervante) non dicebant *μεγαλειότης ὑμῶν*, ſed *βασιλεια ὑμῶν*, quod inferiores non poterant imitari. Confer dicta in *allwalt*.

MAKEL, nævus. Camb. *magl.* Utrumque a Lat. *macula.*

MAL, ſignum, indicium quo aliquid cognoſcitur. Fortaſſe a *μάω* moneo, recordari facio, in mentem revoco, expulſo N. ob difficilem pronunciationem. Hic princeps vocis ſignificatus, unde cæteris initium, quamvis ſolis Germanis cuſtoditus. Utitur Luth. frequenter in Vernacula Verſione, Gen. XXVIII. 18. 22. XXXI. 45. 51. 52. XXXV. 14. 21. Inde compoſita, *denk-mal* monumentum, ſignum recordationis, *grab-mal* monumentum ſepulcrale &c. Et huc etiam ſpectant omnia ſigna, tam picta quam ſculpta, & omnes rerum ſpecies, quibus aliquid ſignificatur vel repræſentatur, ſive ſuapte natura, ſive ex impoſitone hominum, cujuscunque generis ſint aut materiæ. Et hinc male ducitur a Lat. *macula.* Metonymice dicitur de crucè. Inde Angloſaxonibus *mæl* crux, *criſtes mæl* crux Chriſti. Proprie autem eſt ſignum Chriſti.

MAL, ſignum loci, alias meta, terminus, limes. Inde *mal-baum* arbor terminalis, *mal-ſtein* lapis terminalis, *ſchieſs-mal* meta jaculantis, *lauf-mal* meta currentis &c.

MAL, ſignum temporis, & metonymice tempus ipſum, tam definitum quam indefinitum. Inde Gothis *mel* tempus Joh. VII. 2. *mel mein ninauh iſt, ith mel izwar ſinteino iſt manwu*, tempus meum nondum adeſt, tempus autem veſtrum jam eſt paratum. Et paſſim alibi. VEREL. in Ind. *mal* certum & præſtitutum tempus, dies præſtitutus, *mal er uti* tempus ſolutionis præteriit, *matmal* tempus prandii vel cœnæ, *rismal* ſurgendi hora. Græcos inde habere *μέλλειν* tardare, moram trahere, ipſe ſignificatus arguit, qui a notione temporis manifeſto deſumtus eſt. Germani utuntur adhuc hoc primitivo tanquam adverbio temporis, ut demonſtravi in PROLEGOM. Sect. VI.

MAL, ſignum quantitatis in aridis & liquidis, & metonymice ipſa rerum menſura. Inde Gothis *mela* modius Marc. IV. 21. Angloſaxonibus *mele* alveus, patera, cyathus, Islandis *mal* menſuratio tam terræ vel fundorum, quam rerum aliarum, interprete VERELIO, Suecis *mæel* medimnus, Flandris *mael* quævis menſura.

MAL, ſignum quanti in numeris. Senſus a quantitate continua ad diſcretam translatus. Hinc numeralibus ſubſigi ſolet apud Germanos, de quibus vide PROLEGOM. Sect. VI.

MAL, ſignum valoris, & metonymice æs ſignatum, moneta. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *mal* moneta.

MAL, ſignum ſubjectionis, metonymice cenſus, tributum, ſtipendium. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *male* vectigal, tributum, ſtipendium. VEREL. in Ind. *mal*, *mali* ſtipendium, penſio, contributio, *ledungsmali* penſio ad expeditionem navalem, *offermali* pretium duarum ulnarum lintei vel panni lanei, ex quolibet fundo ſacerdoti ſolvendum, *paſchamali* ſymbola ſacerdoti tempore paſchatis conferenda, *ſmörmali* libra butyri ex qualibet vacca ſacerdoti pendenda. Et huc etiam ſpectat e Dial. Scotica *mail* cenſus, *mail-payer* fructuarius.

MAL, ſignum animi, oratio, loquela. VEREL. in Ind. *mal* ſermo, oratio, loquela, *motmæle* reſponſio, *duergmal* echo. Inde Septemtrionalibus *Danſchmal* ſermo Danicus, *Suensmal* Suecicus, *Norſchmal* Norwegicus. Sermo autem eſt ſignificatio animi per loquelam, & haud dubie ſic dicitur, quod ſit ſignum ore prolatum, quo animi ſenſa manifeſtantur. Nam ſermo eſt index animi, & ſignum ex inſtituto.

MAL, confabulatio, colloquium. Gr. *ὁμιλία*. Senſus a ſermone ad mutuum ſermonem translatus. Qui deinceps ad comitia, curias, convivia, imo etiam pactiones & con-

tractus, ob rationes mox dicendas extensus est.

MAL, comitia, cœtus, conventus, *mal-ſtat* locus comitiorum. Nimirum ſermo, qui publice fit in comitiis (comitia autem fiunt ad conferendum ſermones & deliberandum) ipſis tandem comitiis nomen ſermonis & colloquii conciliavit. Hinc in Prologo Legis Salicæ tres illi conventus, a Rectoribus & Quatuorviris iſtius Gentis, Legis ſanciendæ cauſa inſtituti, vocantur MALLI. *Qui per tres Mallos convenientes* &c. Nec quicquam familiarius antiquis, quam a ſermone & colloquiis ipſos hominum congreſſus conventusque, & loca etiam conventuum denominare. Sic Gothis forum dicitur *mathls*, a *mathljan* loqui, & Angloſaxonibus *ſpræce*, a *ſpræcan* loqui, ſive ob colloquia ipſius populi in foro convenientis, ſive ob ſermones ad populum in foro haberi ſolitos. Quos imitantur Galli, dum ſuprema Regni judicia vocant *Parlamenta*, a *parler* loqui. Quibus ſimile eſt, quod in quibusdam Germaniæ locis conventus Mercatorum matutinus vocatur *morgen-ſprache*, i. e. ſermo matutinus.

MAL, curia, forum, judicium, *mal-ſtat* locus judicii, *mal-tag* dies judicii. Latino-Barbari *mallum* vocant rurſus. Cujus vocis hanc etymologiam affert BRUMMERUS in tractatu de Scabinis Cap. 5. *Dictus autem eſt* MALLUS *a mahl, i. e. ſigno. Ut enim ſcirent ſubditi ſive mallenſes, ubi ſibi comparendum ſit coram Judice, in loco Judicii vim ſigni habens, lapis, arbor, pertica, vel etiam crux lignea, cum gladio & manu, aliisque inſignibus appenſis erigebatur.* Quorſum etiam refert Coloſſos & ſtatuas, in urbibus, præcipue Saxonicis, quamvis ſerius erigi conſuetas. Non repugno, etiamſi de iſtis ſignis & inſignibus taceat Antiquitas. Malo tamen appellationem petere a ſermone, qui de cauſis civilibus & jure dicundo in judiciis habetur. Vulgus Francorum *mal* extendit in *mahal*. Gloſſ. R. Mauri apud Diecman. curia *mahal*. Inde poſteritas formavit *hantmahl* & *hantgemahel*. Utrumque occurrit pro foro ordinario: illud in Spec. Saxon. Lib. I. Cap. 51. circa fin. hoc in Spec. Suev. Cap. 384. §. 2. Addita autem eſt vocula *hant* manus, quia fora olim jurabantur, vel manu data compromittebantur. Hinc *hantmahl* proprie eſt forum cujusque proprium & competens, quod ipſe vel parentes ejus manu ſtipulata vel juramento agnoverunt. BRUMMERUS tamen rurſus ſignis inhæret, & ad ſignum manus & gladii (quod ſcil. perjuris, qui ad crucem ligneam jurasſent, manus amputarentur) compoſiti rationem revocat. A *mallus* Latino-Barbari formarunt *mallare, admallare* ad mallum citare, in jus vocare, *mallatio* citatio, *mallenſes* qui eundem judicem agnoſcunt, & alia apud Gloſſographos obvia.

MAL, prandium, cœna, convivium. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *mæle* paſtus, refectio, *er-mæle* prandium, *yfel bith thæt man ſæſten tide er-mæle ete*, malum eſt hominem jejunii tempore prandium edere. VEPEL. in Ind. *mal* epulæ, prandium, cœna, *malvard* tempus prandii vel cœnæ, *malagiof* prandium apud convivatorem factum. Utitur Luth. 1. Sam. XXV. 36. Luc. V. 29. & paſſim. An a *malen* molere, quod cibus dentibus teratur? Malim a ſermone & colloquiis, ut reliqua, quæ hunc ſignificatum præcedunt & ſequuntur. Nam facetos ſermones ſemper fuiſſe meliorem partem ferculorum in conviviis veterum, teſtatur TACITUS Cap. XXII. de M. G. *Victus inter haſpites comis.* Id eſt, facetus, hilaris, jucundus. Imo etiam ſerios ſermones plerumque cum apparatu epulari conjunctos fuiſſe narrat: *Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adſciſcendis Principibus, de pace denique ac bello, plerumque in conviviis conſultant: tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.* Dicitur autem apud priſcos nonſolum de conviviis ordinariis, vulgaribus & profanis, ſed etiam de ſacris & feſtivis. SOMNERUS loc. cit. *edmalu* ſacra Orgia. TATIANUS Cap. XII. 2. *after thero giuuonu thes itmalen tages*, ſecundum conſuetudinem diei feſti. In quibus compoſitis *ed*, *it*, non eſt nota repetitionis, ſed potius lætitiæ publicæ, a Gr. ἥδος voluptas, verbi ἥδω oblecto, exhilaro: ſic ut totum compoſitum ſignificet *lætum feſtum*, uno verbo *hilaria*. Hodie *mal* ſignificat convivium; ſed in compoſitis quamvis refectionem per cibum & potum, ordinariam & extraordinariam, ut patet ex compoſitis *malzeit, abendmal, gaſtmal* &c.

MAL, ſponſio, promiſſio, fœdus, pactum. BENSON. in Voc. Angloſax. *mala* pactum, fœdus, *for-mæl, for-mal* pactio. Septemtrionales multa agnoſcunt compoſita, quæ huc ſpectant, cujusmodi ſunt, *faſtmæli* pactum, fides pactionum, *brigdmæli, lausmæli* promiſſorum violatio. Quæ vide apud VEREL. in Ind. Cuncta a confabulatione paciſcentium, quod vel hinc patet, quia Latinitas Longobardica pactionem *fabulam* vocat, apud SPELMANNUM & CANGIUM in voce. Vulgus Francorum *mal* iterum produxit in *mahal*. Inde *mahel-tag* dies deſponſationis, apud WILLERAMUM Cap. III. 11. Hodie *mal* ſuperat in comp. *malſchatz*, quod vel dotem deſponſatæ, vel pecuniam ſponſionis & arrham de futuris nuptiis ſignificat.

MAL, ſignum turpe, labes, nævus, macula, cicatrix. Utitur Luth. Lev. XIII. & XIV. per totum. GRAVENBERG apud Goldaſt. pag. 378.

Da höbt ſich recht ritterſpil,
Da wirt geburt und geſchlagen,
Davon ſie mal müſſen tragen.

Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *mal*. SOMNER. loc. cit. *mal* macula, *unmælo* virgo.

Proprie

Proprie immaculata. Inde *unmæla fœmne* ſemper virgo apud BEDAM Lib. V. Hiſt. Eccl. Cap. 20. Francis *anmal* eſt ſtigma. Gloſſ. Pez. ſtigmata, plagæ, percuſſuræ *animali*, *anamali*. Suevos etiamnum dicere *anmal anthun* plagam infligere, FRICKIUS obſervat. Compoſita magis trita ſunt *brandmal* ſtigma, *mattermal* nota genitiva &c. Quidam Francorum & Alamannorum *mal* mutarunt in *meil*, quod vide. Utrumque eſt a *mal* ſignum, ſenſu a genere ad ſpeciem translato, & non a Lat. *macula*, ut vellet GOLDASTUS in Parænet. pag. 427. Inter nomina propria eminet AMALIA, quod certe *immaculatam* ſignificat. Vide plura in *Amali*.

MALBERG, judicium in loco edito, collis judicii, mallus montanus. Senſus vocis antiquiſſimus, a *berg* mons, collis. Lex Sal. Tit. LVII. 4. *Sachiburones vero in ſingulis Mallebergiis plus quam tres eſſe non debent.* Cauſa appellandi fuit, quod plebs & Judices tenendo Mallo antiquitus ad colles & tumulos conveniſſent, ſive naturales, ſive ex terris cujusque propriis ſymbolice congeſtos, ut communis omnium locus eſſet, quæ omnium congeries. SPALMANNUS hujus antiqui moris clariſſima veſtigia oſtendit ex Legibus Malcolmi II. Scotiæ Regis, qui anno MIV. imperaſſe fertur, ubi ſequentia verba occurrunt: *Dominus Rex Malcolmus dedit & diſtribuit totam terram Regni Scotiæ hominibus ſuis: & nihil ſibi retinuit in proprietate, niſi regiam dignitatem, &* MONTEM PLACITI *in villa de Scona.* Placita ſunt Comitia. In Comitiis vero totus populus coibat, non conſultationibus tantum faciendis, ſed etiam cauſis audiendis. Hinc *Mons Placiti* non ſolum montem comitiorum, ſed & judiciorum denotat, idemque omnino eſt quod Francis *Mallebergium*. Eodem obſervante apud Scotos & Hibernos conventus juridici etiamnum *parly-hills*, id eſt, montes interloquendi appellantur. CANGIUS ſententiam Spelmanni ex veteri quadam Charta confirmat, in qua miſſus regius placiti & judicii cauſa dicitur *tumulum in confinio ſilvæ feciſſe.* Utrumque ſequitur BICARDUS in notis ad Legem Sal. pag. 14. *Notum eſt*, inquiens, *judicia olim in collibus, etiam humana opera factis, & ſub dio habita fuiſſe, ut judices nempe ab omni populo conſpici poſſent. Reſtant colles hujusmodi in villis ſeu pagis noſtris, & in medio tiliam plerumque aut alius generis arborem habent, tegumentum pluvio cœlo.* Eundem morem apud Bremenſes, Luneburgenſes, & Islandos diu obtinuiſſe, docet Cl. KEYSLERUS in Antiq. Sept. pag. 86. Et has ob cauſas *mallobergium* in ſenſu principe & proprio omnino eſt collis judicii, vel curia montana.

MALBERG, judicium in loco tecto, domus judicii, a *bergen* recipere. Senſus vocis recentior. Cauſa mutati ſignificatus eſt mos coëundi a CAROLO M. mutatus. Is enim Mallos, antea ſub dio haberi ſolitos, demum ſub tecta recepit. Capit. Lib. III. cap. 57. *Ut in locis, ubi Mallos publicos habere ſolent, tectum tale conſtituatur, quod in hyberno & in æſtate obſervatum eſſe poſſit.* Lib. IV. cap. 28. *Volumus utique, ut domus a Comite in loco, ubi Mallum tenere debet, conſtituatur, ut propter calorem ſolis, & pluviam publica utilitas non remaneat.* Hinc turris quædam apud Pictavienſes etiamnum dicitur *la cour de Maubergeau*, quod eo loci pridem judicia & malla publica exercerentur.

MALBERG, populus ad judicium congregatus. Lex Salica a Carolo M. emendata Tit. LVI. 4. *Sagibarones in ſingulis Mallobergiis, id eſt, plebs quæ ad unum mallum convenire ſolet* &c. Nomen a loco ad populum in loco translatum. Sic *Roma* ponitur pro Romanis, *Academia* pro academicis.

MALBERG, Lex Salica, ſic dicta, quod in illa omnes veteris judicii montani cauſæ & conſuetudines non ſcriptæ in capita redactæ eſſent. De hac appellatione vide plura in *Sal-recht*.

MALEDEIHEN. Non eſt hujus loci. Vide illud poſt *malman*.

MALEN, quatenus derivatur a *mal* ſignum, accipit ab origine *ſignandi, ſcribendi, pingendi* ſignificatum, de quibus agendum ſeorſim.

MALEN, ſignare. OTFRIDUS Lib. V. Cap. II. 5. de ſigno crucis: *thaz ſculun uuir in unſen endin malon*, hoc debemus in frontibus noſtris ſignare.

MALEN, ſcribere. Gothis *meljan*, *gameljan* eſt ſcribere, *melei*, *gamelei* ſcribe, *melida* ſcripſit, *gamelith* ſcriptum, *mela*, *gameleins*, *gamelido* ſcriptura, *ufarmeleins* titulus, inſcriptio. Quæ ex Codice Argenteo ſummo ſtudio collegit Fr. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 252. Alludit Græc. μέλας atramentum, ſed alludit tantum, quia ad aliam cognationem ſpectat.

MALEN, pingere, *malerei*, *gemælde* pictura. Gloſſ. Pez. pictura *kamali*.

MALEN, quatenus derivatur a *mal* menſura, ſignificat *metiri*. Inde Islandis remanſit *eg mæle* metior, Danis *at maale* metiri.

MALEN, quatenus derivatur a *mal* ſermo, ſignificat *loqui*. VEREL. in Ind. *mæla* loqui, dicere, *mæla i moti* contradicere. Hodie utimur frequentativo *melden*, quod vide.

MALEN, quatenus derivatur a *mal* ſponſio, promiſſio, pactum, ſignificat *transigere*, *ſpondere*, *paciſci*. Longobardos hoc verbum agnoviſſe, colligit SPELMANNUS ex Lege Longobardica, quæ triplicem filiorum ordinem videtur conſtituere, *legitimos*, *naturales*, *& ex deſponſata genitos*, & hos quidem Longobardice vocat *gamales*, Latine vero *confabulatos*, Lib. II. Tit. LV. 7. *Si quis de Sacramentalibus mortuus fuerit, poteſtatem habeat ille qui pulſat, in loco mortui ſimilem alium nominare, de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de gamalibus, id eſt, confabulatis.* Et hæc Spelmanni con-

jectura inde firmatur, quia *fabula* ſtilo Longobardico eſt pactio, & *confabulare* paciſci, ſpondere. Hodie dicimus *mælen*, ſed in re matrimoniali tantum. Inde *vermelen* deſpondere, nuptum dare, matrimonio jungere. Sed a ſimplici habemus *gemal* conjux, mulier deſponſata, & *mal-ſchatz* dos deſponſatæ, vel arrha ſponſionis de futuris nuptiis. Utrumque enim ſignificare poteſt, ut paulo ante dixi in *mal* ſponſio. Franci, qui Saxonicam vocem *mal* producunt in *mahal*, inde derivant *mahalan* nubere & deſpondere. TATIANUS Cap. V. 7. de B. Virgine: *uuas gimahalit*, erat deſponſata (Joſepho). OTFRIDUS Lib. I. Cap. VIII. 1. de Joſepho: *Ther man, the ih noh ni ſageta, Ther thaz uuib mahalta*, vir, quem nondum nominavi, Qui mulieri nupſerat. Et hinc porro faciunt *mahela*, *gemahela* ſponſa, nupta, quibus vocibus delectatur WILLERAMUS Merulæ pag. 34. 50. 83.

MALEN, quatenus derivatur a *mal* macula, ſignificat *contaminare*. Dicitur alias *meilen*, quod vide in *meil* macula.

MALEN, molere. Non eſt hujus loci. Vide illud poſt *maledeiben*.

MALMAN, *molman*, ſignificat quantum poteſt, (1) miniſterialem Eccleſiæ, ſi derivetur a *mal* crux, quæ notum Eccleſiæ ſymbolum. (2) hominem cenſualem vel tributo obnoxium, ſi ſenſus petatur a *mal* tributum. (3) hominem certa lege aut conditione cuidam addictum, quia *mal* etiam pactum ſignificat. (4) ſtipendia merentem. VEREL. in Ind. *malamenn* ſtipendia merentes. Stipendium autem dicitur *mal*. (5) mallenſem, ſeu jurisdictioni alicujus malli ſubjectum, ſi prior compoſiti pars ſit *mal* curia, forum, judicium. (6) eum, qui ſe alterius fidei & tutelæ permiſit, vel ut cum Scriptoribus medii Ævi loquar, *qui in verbo alterius eſt*, ſive verbum illud ſit immunitatis, ſive impunitatis & ſecuritatis, ſi compoſitio inſtituatur a *mal* verbum, ſermo, promiſſio. Hodie dixeris *wortman*. Hujus ſynonymum eſt *mundman*, quod vide in *mund* ſtipulatio. *Primus* ſignificatus ſe probavit GOLDASTO & SPELMANNO. *Secundus* CANGIO. *Tertius* ECCARDO. *Quartus* VERELIO. *Quintus* a RUMMERO. *Sextum* de meo addidi. Sed quo ſenſu in hoc vel illo diplomate accipiatur, alia quæſtio eſt, quæ non pendet ab ingenio philologi, ſed a reliquo verborum contextu. Quoties vero *malman* & *mundman* in Chartis conjunguntur, tunc videntur ſe mutuo explicare.

MALEDEIHEN, imprecari. Cambris *melldithio*. Utrumque a Lat. *maledicere*.

MALEN, molere, in minutiſſimas partes conterere. Originem & antiquitatem vide in *mülen* ejusd. ſignificatus.

MALM, pulvis, Dial. Francica. Gloſſ. Lipſ. *melm* pulvis. Addit Lipſius: *nos mulm & gemul*. Nos, id eſt, Belgæ. A *malen* conterere, per medium derivandi M.

MALM, arena, Dial. Gothica, Matth. VII. 26. *gatimrida razn ſein ana malmin*, ædificavit domum ſuam ſuper arenam. An quia loca ſabuloſa attritu ex petroſis orta? Ita videntur exiſtimaſſe, qui nomen arenæ tanquam fruſtulo impoſuerunt. Confer *gries* & *ſand*.

MALMAN. Vide ſupra, ante *maledeiben*.

MALMEN, *zermalmen*, conterere, in pulverem redigere. A *malm* pulvis. Allegorice dicitur de contritione cordis. Evang. Goth. Luc. IV. 18. *inſandida mik du ganaſjan thans gamalwidans hairtin*, miſit me ad ſanandum contritos corde. Lege *gamalmidans*. Poterat hoc annotaſſe JUNIUS, niſi Germanicam Dialectum neglexiſſet.

MAL-SCHLOSS, ſera penſilis, qualis appendi ſolet peræ vel manticæ, quæ Belgis dicitur *mael*, Anglis & Gallis *male*, ſive a Græc. μάλλος vellus, quod ejusmodi thecæ plerumque fiant e pelle villoſa, ſive a Lat. *manticula*, unde MENAGIUS more ſuo facit primo *manla*, deinde *malla*.

MALSTAT, ſignificat quantum poteſt, locum comitiorum, & locum judicii. Vide retro *mal* comitia, & *mal* curia.

MALTER, menſura frumenti, & in quibusdam locis etiam ligni. Latino-Barbaris *maltra*, *maltrum*, *maldrus*, *maldarium* promiſcue. Opinor a *malen* metiri, per medium derivandi *ter*.

MALZ, polenta, hordeum madefactum, ſiccatum, aut toſtum. Saxonice *malt*. Gloſſ. Ælf. pag. 78. brationarium *mealt-hus*. An ab Anglico *to melt* liquefacere? Ita quidem docet SKINNERUS. Atqui liquefacere non eſt macerare, ſed facere ut fluat, quod minime convenit polentæ. Alia igitur originatio quærenda. Hanc vero invenimus in labialibus, quæ cum ſint ejusdem inſtrumenti, facile permutantur. Hac via ex *polenta* fieri poterat *molenta*, & poſtea contracte *malt*.

MALZEIT, prandium, cœna, refectio per cibum & potum. Proprie eſt *hilaritas convivalis*, non a *zeit* tempus, ſed a *mal* epulum, victus, paſtus, & *teite* gaudium, hilaritas, quod eo ſenſu occurrit in Lexico Runico, nec non in Indice VERELII, ubi ſequentia deprehendo: *teitur* hilaris, exultans, *malteite* ſermonum oblectatio & hilaritas, *olteite* hilaritas convivalis, ab *ol* cereviſia. Græcis δαίτη eſt ipſum epulum, ſorte aliqua cum reliquis cognatione.

MAMMA. Vide *memme*.

MAMMON, divitiæ, lingua Syriaca. Vox Biblica, quæ ab interprete Angloſaxonico redditur *vorald-welan* opes mundanæ, Matth. VI. 24. quam vocem imitatur interpres TATIANI Cap. XXXVII. 2. *ni mugut ir Gote thionon inti uueralt uuolun*, non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. Codex Argenteus non ubique ſervat vocem Syriacam, ſed ejus loco aliquando uſurpat vocabulum mere Gothicum *faihuthraihna* Luc. XVI. 9. 11. Quo ſenſu, conatur JUNIUS explicare in Gloſſ. Goth. pag. 244. & 353. dum STIERNHIELMIUS

HIELMIUS eandem vocem tanquam metu ſacram præterit. Mihi videtur componi a *faihu* opes, & *tragen* cupere, adeoque proprie denotare cupidinem habendi, vel divitiarum cupiditatem. Et cum hoc ſenſu convenit Verſio Cottoniana, in qua Mammona dicitur *dǽwl gitſunge* Luc. XVI. 11. quaſi cupiditas Ditis, Plutonis, Diaboli, a *gitſian* cupere.

MAN, parvus, minutus. Poſitivus Celticus, unde in variis Linguis formati ſunt comparativi, & verba a comparativis oriunda, Cambris *man*, Græcis *μίνυς*, Gallis *menu*. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *man* exilis, parvus, exiguus, tenuis, minutus, *gwyr man* homines minuti. Inde

Græcis *μανύθω* minuere.
Latinis *minus*, *minor*, *minimus*, *minuo*, *minutus*, imo etiam *mannus* parvus equus.
Francis *min* minus, *minnir* minor.
Gothis *minniſt* minimus.
Germanis *minder* minus, *mindern* minuere, *minſt* minimus.
Gallis *moins* minus, *moindre* minimus, *mincr* minutus, *diminuer* minuere.

MAN, adverb. defectus, factum a præcedenti *man* parvus, minutus, quia defectus aliquid minuit in re. Nam a numero excludit *multitudinem*, a quantitate *integritatem*, a qualitate *bonitatem*. Gloſſ. Keron. tantum *mon dob*. Populus Saxoniæ inf. etiamnum dicit *man* & *mand* pro tantum vel tantummodo. Et hujus indolis ſunt omnia, quæ ipſa notione defectum aliquem includunt. Inde Græcis *μόνος* ſolus, unicus, deſtitutus, *μανὸς* rarus, non frequens, Latinis *mancus* deſtitutus, *menda* defectus, Francis *mein* malus, pravus, Germanis *mank* deficiens.

MAN, *mon*, *man-kopf*, papaver. STADENIUS videtur ſibi compoſitum *mana-boubit* pro capite papaveris deprehendiſſe apud OTFRIDUM Lib. V. Cap. XIX. 93. Viderint alii, an propitio textu? Saltim, unde Francis ſit *mana*, non explicat. STILERO videtur ſyncopatum ex *magen* ejusdem ſignificatus, quia G. in medio vocis ſæpe eliditur. Sed non opus eſt ſyncope, ubi pars nulla deſideratur. Nam *man-kopf* poteſt denotare malum caput, a *man* malus, peſtiferus, malignus. Scribit enim PLINIUS ſuccum papaveris copioſius hauſtum, ſomnum mortiferum inducere, Lib. XX. Cap. 18. De voce Sax. *man* vide plura in *mein*. Alias papaver in Gloſſis ÆLFRICI dicitur *popig*, & in Dictionario SOMNERI *papig*, quod imitantur Angli in *poppy*, forte a Lat. *pappus* lanugo, quaſi flos lanuginoſus.

MAN, donum. Occurrit in compoſitis, quæ vide in *mangold* beta rubra.

MAN, *mann*, homo. Vox Celtica, Armoricis *man*, *mon*, Cambris *myn*, *mon* in compoſitis *ellmyn* peregrinus, *bwsmon* agricola, Gothis *manna*, plur. *mans*, Angloſaxonibus *man*, *mann*, *mon*, *monn*, plur. *men*, *mænn*, Francis & Alam. *man*, plur. *manno*, Anglis *man*, Danis *mand*, Islandis *madr*, in genit. *mans*, in accuſ. *man*. Gloſſ. Keron. homo *man*, hominis *mannes*, hominum *manno*, hominibus *mannun*, ſuper filios hominum *ubar parn manno*. Inde Francis *manne uuerden* hominem fieri, & *manuuerdeni* incarnatio, apud SCHILTERUM in Gloſſario. Dicitur de utroque ſexu in plerisque Dialectis. Inde Gothis *manleik* imago & ſimilitudo hominis, *manaſeds* mundus, ſedes hominum, Angloſaxonibus *man-cynn* genus humanum, *mon-æta* anthropophagi, *mædenman* virgo, puella, Francis *manslago* homicida, Anglis *woman* mulier, Islandis *boſkman* virgo generoſa, Germanis *jederman* omnis, *jemand* quidam, *niemand* nemo. Extra compoſita Germanis *man* virum denotat, dum ſignificatus hominis obſoleſcit. Nomen ab agendi potentia, &. facultatibus tam corporis quam animi, quibus homo præ cæteris animantibus a natura inſtructus eſt, deſumptum eſſe, convenit inter omnes, quamvis de fonte diſputatio moveri queat. *Poſſe* Suecis dicitur *mæ*, Danis *maa*, Anglis *may*. STIERNHIELMIUS inde deducit *man*, in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 111. Sed vereor, ne hæc nimis recentiora ſint, quam ut tantæ veruſtatis nomen inde derivari poſſit. Manifeſte enim truncata ſunt ex antiquiori *magan*, quod in vetuſtiſſimis omnium idiomatum monumentis occurrit. Hodie dicimus *mögen*, juſta quidem magnitudine, ſed ad productionem vocis *man* inutili. Primis vero temporibus videntur promiſcue uſurpaſſe *mannen* & *magen* pro poſſe, valere. Hoc videtur evincere Gloſſa KERONIS: poteſt *man*, *mac*. Quæ non videtur vitioſa, cum quia *übermannen* etiamnum eſt ſuperare, non numero tantum, ſed etiam viribus, tum quia Græci multa habent, a cognatione haud aliena. Talia ſunt, *μένος* vis, robur, potentia, *ἀμείνων* fortior, *ἀμείνονες αὐτοὶ ἑαυτῶν* ſeipſos vincentes, *ἀμύνειν* defendere. A *mannen* vero recte formatur *mann* & *mand*, & poſtea *madur* per ſyncopen. Sed *mann* cæteris videtur antiquius, & occurrere etiam in *mandragora*. Nam hoc nomine, quod certe Barbaricum eſt, & Græcæ Linguæ haud accommodabile, deſignatur radix bifurcata, quæ a PYTHAGORA *ἀνθρωπόμορφος*, h. e. *hominiformis* dicta eſt, ut pateat eſſe a *man* homo. Altera compoſiti pars commode referri poteſt ad *tragen* currere, quia pedes hominis imitatur. Hodie dixeris *mannsleufte*. Apud Arabes quoque *mandragora* eſt vox plantæ quæ hominem refert. Et quia in Scachiludio ſunt hominum imagunculæ ex ligno formatæ, quæ vices militum ſuſtinent, hinc & illæ propter ſimilitudinem vocantur *mandragoræ*, teſte Cel. HYDIO in Hiſt. Scachiludii pag. 24. Confer reliquas ſignificationum ſcalas, & quæ infra dicam in *mund* homo, vir.

MAN, *mann*, vir. Belgis *man*, reliquis ut ſupra. Ab excellenti virtute & robore tam

corporis quam animi, quæ major eſſe ſolet in virili, quam in ſequiori ſexu. Sic & Latinis *homo* ſæpe pro viro eſt. Conveniunt in hoc ſignificatu omnes antiqui. Cod. Argent. Joh. IX. 16. *ſa manna niſt fram gotha*, hic homo non eſt a Deo. Evang. Angloſax. Luc. XX. 9. *ſum man plantade hym wingeard*, quidam homo paravit vineam. Harm. Evang. TATIANI Cap. VII. 4. de Simeone: *ther man uuas reht inti gotforht*, iſte homo erat juſtus & timoratus. Inde Angloſaxonibus *here-man* miles, bellator, Germanis *kriegs-mann* eodem ſenſu, *mans-bild* mas, *mænnlein* maſculus, *mænnlich* virilis, *mannheit* virilitas, *mann-lehn* feudum maſculinum, *mænnin* virago, & alia innumera. Huc etiam ſpectant quædam nomina propria, ut,

ISMENIUS, vir glacialis. Cognomen Apollinis Hyperborei, forte ab *eis* glacies.

TELAMON, vir procerus, frater Achillis. *Confer alt* editus.

MAN, *mann*, vir fortis. A valore & robore, quo reliquos viros antecellit. VERELIUS in Ind. *madr* vir fortis & ſtrenuus, *thu er ei madr i brioſti* pectore vel corde vir non es, *mandomsmadr* ſtrenuus, fortis. Hic ſignificatus, cui optime reſpondet radix, maxime conſpicuus eſt in compoſitis *mænlich*, *manhaſt*, *manfeſt* fortis, ſtrenuus, firmus, eximie maſculus, *übermannen* vincere, ſuperare. Similiter *kerl*, quod ante notavit maſculum, poſtea pro viro forti ſumi cœpit, ut oſtendi in voce. Quam facilis ſit ab uno ſignificatu ad alterum tranſitus, patet etiam ex Latina lingua, in qua *maſcule* ſe defendere, idem eſt, ac fortiter ſe defendere. Ab hoc ſenſu interpretationem capiunt nomina antiquiſſima,

MANNUS, fortis, conditor Germanicæ Gentis apud TACITUM cap. 2. de M. G.

MANES, eadem notione, Princeps Phrygiæ, qui *Maneſium* condidit, pater *Acmonis*, avus *Urani*, apud STEPHANUM Byzantinum.

ACMON, genere fortis, Princeps Phrygiæ, qui *Acmoniam* condidit, pater *Urani*, avus *Saturni*, apud eundem. AOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ach* ſtemma, proſapia, *achen* genus.

ARMINIUS, fortis conflictu, pugna validus, a Celtico *aer* prælium, quod ſiſtit idem Boxhornius. Aliis eſt miles, bellator, idemque quod *herman*.

IRMEN, idem ſignificare poteſt, imo etiam *Herman*. Nam H. non ſemper eſt litera radicalis.

MAN, *mann*, maritus, *mannbar* nubilis, matura marito ferendo, *tochter-mann* gener. Franci plerumque utuntur compoſito *gomman*. Sed & ſimplici eosdem uſos eſſe, appoſite obſervavit Cel. SCHILTERUS ex verbis mulieris Chananææ, quibus graviſſimam filiæ ſuæ a Diabolo obſeſſæ adflictionem deſcribit apud OTFRIDUM Lib. III. Cap. X. 23.

Ther diuſal iſt ir uuinne,
Ther ſiant iſt ir manne.

Quæ verba ita transferenda ſunt: *Diabolus eſt ejus adverſarius, & hoſtis eſt ejus maritus.*

MAN, *mann*, paterfamilias. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. VII. 109.

Oba ther man uueſti,
Ther heimi iſt in ther feſti.

Vertit SCHILTERUS:

Si paterfamilias ſciret,
Qui domi eſt in caſtro.

Hodie utimur compoſito *haumann*.

MAN, *mann*, colonus, incola, civis. Cognoſcitur ex compoſitis & derivatis, cujusmodi ſunt,

MANNIA, regio habitata, unde *Sudermannia*, *Weſtmannia*, *Eſtmannia*, *Normannia*, a diverſo ſitu.

MANHEIM, civitas, oppidum, patria, latiſſimo ſenſu regnum, ſtrictiſſimo Sueonia, prorſus ut *reich* Germania. VEREL. in Ind. *manheimar* Sueonia. Niſi quis malit *patriam fortium* interpretari.

MAN, *mann*, ſervus. VEREL. in Ind. *manſal* æſtimatio mancipiorum. Senſus antiquiſſimus, & ab ipſis Phrygibus ortus, quem Græci imitantur in voce μάνης, Latini in *mancipium*. Inde μάνης ab Ariſtophanis Scholiaſte vocatur ὄνομα δουλικὸν nomen ſervile. Nec deſunt, qui id nominis Sectæ Manichææ conditori adhæſiſſe putant, quod olim ſervus eſſet. Vide RELANDUM in Diſſ. de veteri Perſarum Lingua in voce MANES. Quicquid ſit, Græcos ſicut multa alia, ita etiam hoc nomen a Phrygibus accepiſſe, obſervat quoque PINEDO in not. ad Steph. Byzant. in voce Maneſium: MANES *erat nomen apud Phryges uſitatiſſimum, unde apud Atticos ſervus ex Phrygia oriundus vocabatur* MANES, *quod id nominis in hac regione frequens, teſte* STRABONE *Lib. VII. pag.* 304. Phryges autem Lingua Celticæ & Germanicæ ſimili uſos eſſe, jam ſæpe oſtendimus. Et primo quidem poterat illis denotare *hominem*, & deinceps per varios gradus etiam *ſervum*. Nam hæc translatio omnium pene gentium uſu ſtabilita eſt. Græcis ſane ἄνθρωποι & Latinis inferioribus *homo* ſæpe pro ſervo dicitur. De Græcis vide Obſervationes Sacras HENR. MAII Lib. II. pag. 46. De Latino-Barbaris SPELMANNUM & CANGIUM in voce. RUDBECKIUS exiſtimat, Sueoniam veterem dici MANHEIMAR, quod ex illa omnes Germani tanquam ex communi patria ſint oriundi. Idem non veretur adſcrere, Suecos fuiſſe antiquitus populum regnatorem, cujus ſubjecti ſint *Germani*, *Dani*, *Slavi*, aliique, qui ſubjectionem ipſo nomine teſtentur. Quam hæc aliena ſint a fide Hiſtorica, liquet ex TACITI teſtimonio

ſtimonio Cap. XLIV. de M. G. ubi verba ſic fluunt: *Eſt apud illos* (de Suionibus agit) *& opibus honos, eoque unus imperitat, nullis jam exceptionibus, non precario jure parendi. Nec arma, ut apud cæteros Germanos in promiſcuo, ſed clauſa ſub cuſtode, & quidem ſervo: quia ſubitos hoſtium incurſus prohibet Oceanus, otioſæ porro armorum manus facile daſcivium. Enim vero neque nobilem, neque ingenuum, nec libertum quidem armis præponere Regis utilitas eſt.* Secus apud reliquos *Germanos*, exceptis tamen *Gothonibus*. De ſingulis agit idem præſtantiſſimus auctor Cap. VII. XI. XLIII. Ergò ſi quis fortiter contradicere RUDBECKIO, & audaciam ejus reprimere vellet, poſſet majori jure etymon invertere, dicendo, MANHEIMAR, quatenus de veteri Sueonia prædicatur, non eſſe Remp. dominantem, ſed potius ſervientem, & ipſo nomine ſervitutem teſtari, atque ſic appellari, quod Reges ibi licentius imperaſſent in ſubditos, adeo ut ſervis quam civibus ſimiliores eſſent. Idque propitio SPERLINGIO facere poſſet, qui, poſtquam verba Taciti, *nullis exceptionibus, non precario jure parendi*, recitaſſet, mox ſubjungit: *Nihil dici poterat μοναρχικώτερον, & quod populis Septentrionalibus eorumque Regibus magis convenit, ideoque locum illum aureum nequaquam ſatis legere aut obſervare poſſumus.* In Commentario de nomine Regio *Kouning*, §. 233.

MAN, *mann*, miles, *hundert mann* centum milites, *mannſchaft* manus militum. VEREL. in Ind. *manfæda* paucitas militum, *manfall*, *manſpiell* ſtrages, jactura militum in prælio. IDEM in voce *fram* hanc Olai Craſſi contra rebelles ſubditos pugnaturi ad milites adhortationem adſert, *fram fram Kriſtmenn, Kroſsmenn, Kongsmenn*, alacres ad pugnam procedite milites Chriſti, milites crucis, milites Regis. Francos eodem ſenſu uſos eſſe, multa teſtantur. EPINIC. R. Lud. verſ. 21. ſeq.

Lieſs der heidine mann
Obar ſie lidan,
Thiot Vrancono
Mannon ſin diono.

Vertit SCHILTERUS, nobilis monumenti editor: *Permiſit* (*Deus*) *gentilium militem ſuper eos duci, & populum Francorum militibus eorum ſervire.* RHYTHMUS de S. Annone Stroph. XXX.

Mezze ſtiſte ein Ceſaris Man
Mezius geheizzan.
Metim condidit Cæſaris Miles
Metius appellatus.

Eodem interprete. Inde *manzuht* diſciplina militaris, quod ſiſtit idem in Gloſſ. Teut. pag. 900.

MAN, *mann*, cliens, vaſallus, homo obnoxius cujuscunque gradus, ordinis, & conditionis. SPEC. SAX. Lib. I. Art. 3. *De Leyen-Vorſten hebbet den drudden herſchild, ſint ſe der Biſchoppe* MAN *worden ſyn; de Vryen heren de vierden; de Schepenbare Lüde unde der vryen heren* MAN *den veſſten; Ere* MAN *de voren den ſeſten.* h. e. Tertium clypeum habent Principes Laici, ex quo facti ſunt Epiſcoporum Vaſalli, quartum Liberi Domini, quintum patritii & prædictorum Vaſalli, & horum ulterius Vaſalli ſextum. Habes hic quatuor generum *Mannos*, & Vaſallorum Vaſallos, a Principibus Laicis usque ad milites gregarios. In literis Cæſareis ſuperiorum temporum nihil frequentius eſt quam Barones aliosque homines regios appellare *mannos*. JOHANNES Tom. I. Script. Rer. Mogunt. pag. 735. *Allen Stiffts-Fürſten*, MANNEN, *Edelmannen, Dienſtmannen, Amtlüden* &c. Qui vero paris ſui Vaſallus erat, in Jure Alamannico vocatur *genozzenman* Cap. CXXX. Hinc porro clientela, homagium, vaſallagium Angloſaxonibus dicitur *man-rædenne*, Anglis *manred*, Belgis *manſchap*, apud SOMNERUM in Dictionario, Germanis prioribus *manheit* apud LEIBNITIUM Tom. III. Script. Brunſ. 47. Iisdem temporibus *mannbücher* dicti ſunt libri feudales. Et tametſi me vetuſtiora teſtimonia deſtituant, clariſſime tamen ex Scriptoribus medii ævi colligitur, *man* inde ab ortu Feudorum in Curia denotaſſe vaſallum. Hunc enim appellare ſolent *hominem*, manifeſta Germanicæ dictionis imitatione. Inde locutiones natæ, *homo regis, homo eccleſiæ, homo comitis*, h. e. vaſallus regis, eccleſiæ, comitis, & hinc porro *hominium* & *homagium*, i. e. obſequium clientelare. Unde, niſi ab *homo* vaſallus? Vide CANGIUM in vocibus.

MAN, *mann*, nomen dignitatis vel officii, ſignificans *præfectum*. Inde compoſita

Lad-man dux, præſes territorii, Dial. Angloſax. A *lad* terra, ſolum.
Gritman, præfectus pagi, prætor ruſticus apud Friſios, proprie præfectus cauſarum vel compenſationum, ut oſtendi in loco.
Dingman, præſes decuriæ, de quo ſupra.
Haubtman, præfectus capitum, ſive militum, vulgo capitaneus.
Ambtman, præfectus loci, vel judicii in loco.

MAN, plures. Indeclinabile, quo utimur in perſonalibus formandis, quæ actionem pluribus communem deſignant, ut ſunt, *man ſagt* vulgo dicunt, *man glaubt* vulgo creditur &c. Angloſaxones & Franci eodem ſenſu dicunt *man*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XI. 1.

Druhtin queman uuolta,
Tho man alla uuorolt zalta.
Dominus voluit venire
Cum totus orbis cenſeretur.

Ab indeclinabili *man* fiunt declinabilia, *mánig, manch* multus, *gemein* quod multis commune. Quæ vide ſuis locis.

MANCH, vide *manig*.

MAND, quidam, individuum vagum, ſed in compoſitis tantum. Inde *iemand* aliquis, *niemand*

niemand nemo. *Man* & *mand* promiſcue uſurpari in Dialectis, jam ſupra in prima ſignificatione oſtenſum.

MANDEL, ſtructura circa tumulum. Extat eo ſenſu *manduali* in Lege Salica editionis Lindenb. Tit. LVII. 3. *Si quis ariſtatonem, hoc eſt, ſtaplum ſuper mortuum miſſum capulaverit, aut* MANDUALEM, *quod eſt ſtructura.* Cancellos fuiſſe circa tumulum, ſatis veriſimiliter demonſtrat LINDENBROGIUS in Gloſſario. Germanis *mantel* eſt pallium, ſed & ſtructura pallio ſimilis ſeu circularis. Hinc fortaſſe cancelli illi ſic dicti ſunt, quod tumulum circuli inſtar ambirent.

MANDEL, ſtrues frugum ex manipulis. ECCARDUS in not. ad L. Sal. pag. 101. MANDEL *vocamus mergitum metai, quæ meſſis tempore in agris eriguntur, quia ſcilicet una mergite erecta reliquæ circa eandem ſtatuuntur.* Ergo *mandel* proprie eſt circulus mergitum, & ejusdem allegoriæ ut antecedens. Et huc fortaſſe referri etiam poſſunt verba R. Arragoniæ in Conſtitutione Catalaniæ an. 1200. apud CANGIUM in voce GERBERA: *Addit etiam & firmiter mandavit, quod nullus eſſet auſus mittere ignem, vel ſupponere in meſſem, neque in congerie frugum, quod vulgo dicitur* MODOLON *ſive Garbera.* Si legamus *mondolon.*

MANDEL, quindeni. STILERO eſt ab obſoleto *mand* corbis, ut *mandel* tantum ſit, quantum forte caniſtrum aut cophinus caperet. *Mand* pro corbe Angloſaxonicum eſt, & hodie Anglis effertur *maund*, Belgis *mand*, Gallis *manne.* Contra FRISCHIUS contendit, Germanicam vocem a Lat. *modulus* ortam eſſe, in Voc. Bibl. pag. 233. Quod minus placet. Nam ſenſus revera a metis mergitum ad res alias translatus eſt. ECCARDUS loc. cit. *In Germania ſuperiori, ubi mergites paulo craſſiores fiunt,* QUINDECIM *metam ejusmodi conſtituunt, unde ibi* MANDEL *etiam* QUINDECIM *dicitur.*

MANDEL, fructus arboris amygdalinæ. Res & vox exotica. Arbor ipſa Angloſaxonibus vocatur *magdala-treow* in Gloſſ. Ælf. ut pateat eſſe ab *amygdala.* Poſtea idem nomen ob ſimilitudinem glandulis communicari cœpit.

MANEN, monere. Angloſax. *manian*, *manigian*, Franc. & Alam. *manon.* OTFRIDUS Lib. IV. Cap. VI. 81. *manota ſine iungoron*, monuit diſcipulos ſuos. Quibus conveniunt ſono & ſignificatu Gr. *μνάω*, & Lat. *moneo.* Cum vero monere idem ſit ac in memoriam revocare, hinc fieri poſſe intelligimus, ut *manen* ſit verbum faceſſens a *meinen*, *minnen*, reminiſci. Id enim agunt monentes, ut nos memores reddant.

MANEN, hortari, officii admonere. Francis & Alam. *manon* & compoſite *gimanon*, *zuamanon.* Gloſſ. Jun. in Obſ. ad Willer. pag. 90. *manot* admonet, *manot*, *ribtit* corrigit, monet. Gloſſ. Keron. monitis *manungun*, admoneatur *ſi kemanot*, admonemus *zuamanomes*, admonentes *zuamanonte*, admonitus *zuakimanoter.* Hodie utimur compoſitis *ermanen* & *vermanen.*

MANEN, exigere debitum, monere debitorem, & ſenſu forenſi citare in judicium. SOMNER. in Dict. Angloſax. *manian* citare, *manunge* exactio. Inde *mannire* in Lege Salica eſt citare ad mallum, commoneſacere ad comparendum coram Judice, *mannitus* citatus, commoneſactus, *mannitio* talis citatio & commoneſactio.

MANG, inter. Vide *mank.*

MANGEL, defectus. V. *mank* deficiens.

MANGEN, *mangeln*, lævigare, polire, complanare, *mange* prelum, *mangel* politura, *mangel-bret* aſſer politorius, *mangel-boltz* cylindrus, *manger* fullo. Similiter & Belgis *mangelen* eſt polire linteum, & *mangel-ſtock* lignum politorium. Cuncta a Lat. *mango* qui aliquid comit, ornat, polit, ut carius vendat, judice MARTINIO in voce. Olim non ſolum lintea, ſed etiam veſtes lavabant & poliebant. Vide Cl. SCHOETTGENIUM in *Antiquitatibus Fullonie.*

MANGEN, mercaturam facere, *manger* inſtitor, mercator, permutator. Angloſaxonibus *mangian* eſt mercaturam facere, *mangere* negotiator Matth. XIII. 45. *mangunghuſe* domus mercatoria Joh. II. 16. Belgis *mangelen* eſt permutare, *mangelaar* permutator, *mangeling* permutatio. Anglis *monger* qui rem venalem habet, *apple-monger* pomilio, *fleſh-monger* venditor carnium, *wood-monger* lignarius, *iron-monger* mercator ferrarius. Islandis *glysmangarar* ſunt rerum inanium ſed ſplendidarum venditores, apud VEREL. in Ind. Cuncta rurſus a Lat. *mango* mercator, ſicut cenſet MARTINIUS. Hodie ſuperat apud Hamburgenſes in compoſito *fiſch-manger* venditor piſcium, & apud Memmingenſes in *mang-haus* emporium, locus ubi merces deponuntur, quæ vox illis relicta videtur ab iis temporibus, cum nundinæ, quæ nunc Lipſiæ ſunt, adhuc apud illos exercerentur.

MANGOLD, beta rubra. Vox ita concepta eſt, acſi *donum aureum* denotaret, forte ob præſtantiam herbæ. Nam ex vegetabilibus, quæ eſculenta ſunt, alia comparantur auro, alia argento, alia plumbo. In templo Apollinis Delphici adeo prælatus eſt raphanus cæteris cibis, *ut ex auro raphanus duceretur, beta ex argento, rapum ex plumbo*, obſervante MARTINIO in *Beta.* Certe *Man* Francis & Alamannis donum ſignificat in compoſitis haud paucis. Gloſſ. Keron. munuſcula *manabeit.* Gloſſ. Pez. liberalitate *manabeitigi*, munifici *manabeitiga*, liberaliſſimi *manabeitigoſtun.* Huc etiam ſpectare videtur vox Burgundica *wittemon* donum nuptiarum cauſa datum. Cuncta abſciſſa a Lat. *munus*, quatenus donum ſignificat. De voce Burgundica actum ſeorſim.

MANGOLD, os aureum. Nomen proprium Abbatis S. Galli apud GOLDASTUM Tom. I. Rer. Alam. pag. 70. quod manifeſto ſatis imitatur nomen *Chryſoſtomi*, quamvis præter

præter morem & conſuetudinem veterum Germanorum. *Man* ponitur pro *mun*, ſicut *mun* pro *mund* os. VERELIUS in Ind. *mun*, *mund* os, *gullmun* Chryſoſtomus.

MANIER, modus agendi aut loquendi. Gallis a *main* manus fit primo *manier* manu tractare, prorſus ut Græcis a χεὶρ manus χειρίζω tracto; Et deinde *maniere* modus tractandi. Quod imitantur Hiſpani in *manero*, Itali in *maniera*, Germani & Belgæ in *manier*. Hactenus *manier* erat modus agendi. Poſtea ſenſus ad modos quoque loquendi extenſus eſt. Inde Latino-Barbaris *maneries locutionis* apud S. BERNARDUM Epiſt. 39. pro modo loquendi.

MANIG, & contracte *manch*, multus *manige*, *manche* multi, plures. Gothis *manag* eſt multus Joh. VI. 10. *managai* multi Luc. I. 1. Angloſaxonibus *manige*, *mænige* multi, plures. Idem Francis & Alamannis *manago*. Gloſſ. Keron. pluribus *managen*, multorum *manageru*. TATIANUS ab initio Harm. Evang. *manage zilotun* multi conati ſunt. Quibus conſentit Belgicum *menig*, Suecicum *mæng*, Anglicum *many*, Gallicum *maint* eodem ſenſu. Oritur, non a *man* homo, acſi primitus de hominum tantum multitudine uſurpatum fuerit, ſed ab indeclinabili *man* plures. Præcipua compoſita ſunt,

mæniglich, omnes, ſinguli, quilibet e vulgo. Francis *mannilib*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. I. 47. *thes mannilib giuuiſſi*, ut quilibet ſciat.

manigfaltig, multiplex, varius. Gothis *managfalth*, Angloſax. *mænig-feald*, *manifeald*, Franc. & Alam. *managfalt*. Dicitur & adverbialiter. Gloſſ. Pez. multifariam *manacfaltlibo*. Metaphoram, quæ in dictione eſt, vide in *falt* plicatus.

mancherlei, plurifarius. WILLERAMUS habet *manigflahtig*, a *flaht* genus, ut ſit quaſi varii generis Cap. I. 17. De terminatione *lei*, priſcis ignota, vide PROLEG. Sect. VI.

manchmal, ſæpius, multoties. Ab adverb. numeri *mal*, quod vide in PROLEG. l. c.

MANIGE, multitudo. Hodie dicimus *menge*, quod vide.

MANK, deficiens, defectu laborans. Ab adverb. defectus *man*, per medium derivandi K. Hinc omnibus defectibus, cujuscunque generis ſint, accommodari ſolet in Dialectis. Sic Latinis *mancus* eſt mutilus, defectus, imperfectus, Belgis *mank* claudus, Miſnicis *mank* debilis, impotens. A *mank* rurſus oriuntur multa tam verba quam ſubſtantiva. Inde

Latino-Barbaris *mancare* mutilare, *mancatus* mutilatus, apud CANGIUM in Gloſſario.

Belgis *manken* deficere, deeſſe.

Gallis *manquer* eadem notione.

Italis *manco* defectus, *pin o manco* plus aut minus, *manca* ſiniſtra, quia debilior dextra, *mancare* deficere.

Germanis *mangel* defectus, latisſimo ſenſu, *mangeln* deficere, carere, defectu laborare, *mangelhaft* deficiens, & alia, quibus vetuſtatis ornamentum addere non poſſum.

MANK, inter, Dial. Marchica. Particula antiquisſima, quod vel hinc colligitur, quia Angloſaxones eodem ſenſu compoſite dicunt *gemang*, Angli *among*. Hoc SKINNERUS retulit ad *mengen* miſcere.

MANLICH, *mannlich*, fortis & fortiter. A *man* vir fortis, quaſi inſtar viri fortis. Nam terminatio *lich* ſimilitudinem ejus rei, cum qua jungitur, indicat. Priſci hac voce alio ſenſu utuntur, & alia voce ad hunc ſenſum exprimendum, ut monui infra in *tapfer*.

MANLICH, imago & ſimulacrum hominis ſive pictum ſive ſculptum. Gothis *manaleik* Marc. XII. 16. Angloſaxonibus *monlica* apud BENSONIUM, Francis *manalibo*. Gloſſ. Pez. ſtatua *manalibbo*. VEREL. in Ind. *manlikan* imago hominis, effigies, ſtatua. Ratio compoſitionis manifeſta ex *man* homo, & *leik*, *lic*, *lih*, *lich*, ſimilis. Hoc vocabulum, quamvis non ſit ex uſu hodierno, inferendum tamen putavi, ut homines noſtri, divitiarum domeſticarum memores, vocabula peregrina, cujusmodi ſunt *portrait*, & alia, tandem faſtidiant, & profligatis exterorum vocabulis cum majoribus ſuis loqui diſcant. Poſſem addere plura, & pene innumera, quibus, quamvis egentes, abſtinemus, ſi ratio inſtituti permitteret.

MANSEN, viri, mares. A Gothico *mans* homines. Cod. Argent. Marc. VIII. 27. *hwana mik quithand mans wiſan*, quem me dicunt homines eſſe? Vox Lipſienſibus fere propria.

MANTEL, ſpecies pallii, varii apud varios. Perſis antiquis *mandyas* eſt genus veſtis, chlamys, penula, aut ſimile quid, apud RELANDUM in Differt. de Vet. Ling. Perſ. Græcis μανδύη veſtimentum militare, chlamys aut paludamentum. Latinis *mantelium* genus pallii vel velamenti, ſaltim apud PLAUTUM & PLINIUM. Latino-Barbaris *mantum* breve pallium, *mantuelis* penula. Cambris & Armoricis *mantel* dicitur lacerna, chlamys, pallium, apud BOXHORNIUM in Lex. Ant. Brit. Angloſaxonibus *mentel* lena, pallium, chlamys, interprete SOMNERO in Dict. Gallis *mante* velum, reticulum, *manteau* pallium, *mantelet* palliolum, *mandille* penula. Germanis & Belgis *mantel*, Anglis *mantle* pallium. Vulgo derivari ſolet a *manus*, ut ſit amiculum breve, quod manus tantum tegit. Ex eodem fonte, quamvis diverſo ſenſu, derivant *mantile* manutergium. Unde Perſis recentioribus *mandel* pro ſudario. Et hactenus quidem originatio haud male procederet, ſi cum Latinis ſolis nobis res eſſet. At cum *mandyas* & μανδύη ſint vocabula antiquisſima, & ad rem veſtiariam veterum Perſarum & Græcorum ſpectantia, quos a Latinis ali-

quid accepiſſe haud veroſimile, inquirendum, annon in Linguis Orientalibus aliquid ſit, quod origini ſubſterni poſſit.

MANTEL, ſtructura circularis inſtar pallii, *mantel des ſchloſſes* murus arcis, *mantel des camins* ſtructura quæ camini focum circumdat, ex interpretatione ECCARDI in not. ad Leg. Sal. pag. 101. Quibus addi poteſt *ſpaniſcher mantel* machina lignea, pallium referens, caſtigationis aulicæ genus apud Berolinenſes, & ex idiomate Gall. *mantelet* pluteus, tectum militare, *demanteler* deſtruere muros civitatis. Senſus omnium a pallio petitus. Nam pallium proprie eſt circulus e panno, corporis tegendi gratia factus, & hinc per translationem tribui poteſt omnibus ſtructuris, quæ vel figuram pallii orbicularem, vel uſum ejus in tegendo & ambiendo imitantur. Plures ſtructuras, pallio ſimiles, & a pallio denominatas, vide in *mandel.*

MAR, *mer*, multos habet ſignificatus, nec affines, nec amplius (paucis exceptis) uſitatos, ſcitu tamen neceſſarios, quoniam his niſi probe cognitis & perſpectis, multa compoſita ignorantur.

MAR, ſubſtantive.

MAR, princeps, dominus, præfectus, vir eximiæ dignitatis. In Linguis orientalibus & occidentalibus varie effertur, *mar, mer, mir.* Perſis *mir* eſt dominus, *mir miran* dominus dominorum, apud RELANDUM in Diſſ. de Vet. L. Perſ. Syris *maran* dominus noſter 1. Cor. XVI. 22. Et huc fortaſſe etiam ſpectant quædam nomina propria, ut ſunt,

MARCOMER, princeps marcæ vel limitis, interprete ACHILTERO in Gloſſ. Teut. pag. 571. Nomen Ducis Francorum in fragmento SULPICII ALEXANDRI apud Gregor. Turon. Lib. II. Cap. 9. ſed appellativum magis, quam proprium. Aliam interpretationem ex mente PONTANI vide infra in *mer* auctor.

MARCOMIR, idem, & eadem notione.

INGUIOMERUS, princeps juventutis, Arminii Patruus apud TACITUM. Aliam interpretationem vide in *Ing.* Cauſa obſcuritatis eſt, quia *mar* & *mer* ſunt æquivoca.

INGUIMIR, eadem notione. Primus filius Chlodovei magni & Clothildis apud Scriptores Rerum Francicarum.

CHLODOMIR, princeps clarus. A *laut* clarus, celebris, illuſtris. Alter Chlodovei Filius.

Ad hunc ſignificatum referri ſolet vetus convicium *ballomer*, quod in Gundibaldum quendam e Græcia profectum, & filium Regis Chlotarii ſe mentientem, jactavit R. Gunthramnus. Quod interprete GOLDASTO in notis ad Gregorium Turonenſem Lib. VII. Cap. 14. eſt pſeudo-princeps, quem ſequuntur CANGIUS, SCHILTERUS, alii, ſed incauti. Nam *bal* veteri Francorum lingua non falſus, ſed malus dicitur. Vide vocem in loco, & patebit. GROTIUS in voce *walapauz* ſcribit: "*waal peregrinus, & inde* "*pro falſo, ut in Annalibus Francicis Walamer* "*falſus princeps.*" Hæc ille. Mihi nihil horum credibile videtur. Cur enim *principem* appellaret Rex Burgundiæ, quem *impoſtorem* credebat? Hinc ſuſpicor, eum non nova, ſed recepta voce uſum eſſe, qualis eſt Cambrica *gwillmer* pirata, quæ componitur ex *gwill* erro, tenebrio, & *mer* mare. Quam facile vox Celtica in ore Burgundico efferatur *ballomer*, nemo non videt. De voce Celtica vide plura in *wild* erro.

MAR, equus bellator. VEREL. in Ind. *mar* equus. MARTINIUS multo eruditionis & ingenii apparatu deducit a Gr. *μάρη*, i. e. *ἄλογον* irrationale. "Nam iſtud, inquit," peculiariter ad notum hoc animal refer-" tur: ut cum *bieſt*, i. e. beſtia, pro vacca di-" cimus. Ita & Græcis *ἄλογον* peculiariter" eſt equus: ſicut & *animal* ſynecdochice" equum ſignificat. Vide *ἄλογον* in Gloſſ." Græco-Barb. MEURSII. Id quidem ſatis" eſſet ad probabile faciendum etymon di-" ctum; ſed, ecce, & HESYCHIUS habet:" *Μαρίαν, ἵππον καὶ βῆν ὑπὸ Ἀρκάδων.*" Hæc ille in voce *Marca*, valde opinabiliter. Ita *gaul* poſſit eſſe ab *ἄλογον*, propter analogiam. A *mar* ſunt compoſita Longobardorum, *merworph* dejectio e caballo, in Lege Gentis Lib. I. Tit. XXXVI. 4. & *marpahis* præfectus ſtabuli, PAULO WARNEFRIDO *ſtrator*, Lib. II. de Geſt. Langobard. cap. 9. *Alboin* (Rex Langobardorum) *Giſulfum, ut fertur, ſuum nepotem, virum per omnia idoneum, qui eidem ſtrator erat, quem lingua propria* MARPAHIS *appellant, Forojulianæ Civitati, & toti regioni illius præficere ſtatuit.* Idem Lib. VI. Cap. 6. *Rex vero Cunibertus, dum poſt hæc cum ſtratore ſuo, qui lingua propria* MARPAHAIS *dicitur, conſilium iniret in Civitate Ticinenſi* &c. Quantæ fuerit nobilitatis & eminentiæ hoc officium, ex dictis patet. Sed in ipſo vocabulo nihil eſt, quod tantæ dignitati reſpondeat, non magis ac in voce *ſtratoris*. Manifeſto enim componitur a *mar* equus, & *pahis*, *παῖς*, puer, famulus. Scilicet eo erant veteres Germani ingenio, ut in appellandis officiorum faſtigiis, nominibus ab origine & ultimo gradu deſumtis delectarentur, quod etiam patet ex voce *ſtratoris*, cujus ſynonymum hodie eſt *ſtall-knecht, ſattel-knecht.* Neque id propudioſum cenſeri debet. Creſcit enim cum dignitate perſonæ, ipſius vocabuli pretium, & quod ab initio erat vilitas, poſtea fit titulus. A *mar* habemus *mære* caballa, *marſtall* equile principis, *marſchalk* comes ſtabuli, & poſtea dux belli, quum ſcil. Comites ſtabuli Expeditionibus bellicis cœpiſſent adhiberi. In reliquis Dialectis occurrit *march*, quod vide.

MAR, incubus, ephialtes. Angloſax. & Sueciſ *mara*. Proprie eſt ſomnus impeditus, & ſpiritum dormientis intercipiens, a *marren* impedire. Et dicitur alias *alp*, quaſi caballus

caballus vel caballa, ab ἐφάλλομαι conſcendo, quoniam, qui hoc ſomno laborant, videntur ſibi conſcendi & equitari ab alio. Ex hac veritate nata ſunt figmenta incuborum & incubarum, & neſcio quorum ſpirituum, quos ſtulta paganitas ſub nomine *Alforum* & *Mairarum* coluit. Plura vide in *alp*, *mære*, *nachtmar*.

MAR, *adjective*.

MAR, magnus. Vide *mer*.

MAR, celebris. Vide *mære*.

MAR, mollis, tener, tactui facile cedens, *mær-braten* aſſamentum molle & tenerum. Allegorice dicitur de eo, qui laſſitudine frangitur, quia fracti ſunt mollibus & cedentibus ſimiles. NOTKERUS Pſal. X. 6. *ne uuirdo ih mare*, non movebor. Veriſimiliter a Lat. *mollis*. Nam L. verti ſolet in R. & hujus mutationis multa extant exempla. Vide *Proleg.* Sect. III. Hodie dicimus *mürbe*, quia ſcil. Saxonica Dialectus in fine adjecit W. quod poſtea mutari cœpit in B. SOMNER. in Dict. AS. *mærwa*, *mearu*, *mearwa* tenet, mitis, mollis, *hneſce ſwa ſwa mearwan cild* mollis veluti tener infantulus, *mearwneſſe* teneritudo. Gloſſ. Pez. teneritudine *muruui*. Similiter & Belgis *morw* eſt mollis & tener. Sed *mor* antiquius cenſeri debet, quia origini propinquius.

MARCH, equus bellator. Vox Celtica. Celtas equum vocaſſe μάρκας, & certum equitum ordinem τριμαρκισίαν, teſtis PAUSANIAS in Phocicis de Expeditione BRENNI. Cambri & Armorici, veteris Linguæ Celticæ ut plurimum retinentes, equum etiamnum appellant *march*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *march* equus, *marchwr* equarius, equiſo, *marchog* eques, miles. Inde Alamannis & Boioariis in Legibus remanſit *marach* equus bellicus & admiſſarius. Lex Alam. Tit. LXIX. 2. *Si talem equum involaverit, quem Alamanni marach dicunt.* Lex Boior. Tit. XIII. 10. *Si equus eſt, quem marach dicimus.* Opponitur ibidem equo mediocri *wilz*, & deteriori *angargnaco*. Inde porro *marchfalli* dejectio ex equo, in iisdem Boiorum Legibus Tit. III. 3. *Si quis aliquem de equo ſuo depoſuerit, quod marchfalli vocant.* Puta a *fællen* ſternere. Cuncta ab antiquiori *mar*, per guttutalem in fine vocis adjectam. Dicitur etiam *mark*, quia ſcil. gutturales ſolent permutari.

MARCOMANNI, gens Suevica. Videntur ſic dicti a *mark* limes, velut limitanei, quoniam ad limitem Romanum, inter Rhenum & Mœnum, in pagis Helvetiorum ſedibus habitabant. Hos enim Helvetiorum in Germania terminos fuiſſe, antequam a Marcomannis pellerentur, docet CLUVERIUS Lib. III. Germ. Ant. Cap. 2. & 3. Rhenum antiquitus pro limite agnitum fuiſſe, nonſolum a Romanis, ſed etiam a Germanis, etiamſi tam hi quam illi potentiam ſuam ultra limitem extendere ſubinde conati ſint, dubio caret. Sigambri apud CÆSAREM Lib. IV. de B. G. cap. 16. *Populi Romani imperium Rhenum finire*, ajunt. TACITUS de M. G. cap. 29. *Protulit magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos imperii reverentiam.* Aliam nominis interpretationem vide in *mark* equus.

MARCOMANNI, plebs undique collecta. Vide *Markmænner*.

MARDER, *marter*, muſtela quædam domeſtica, gallinis & columbis infeſta, Gall. *martre*, Ital. *martori*, Hiſp. *marta*, Suec. *mærd*, Lat. Barb. *martes*. Sunt, qui a *marte* ſic dictam putant, quaſi beſtiam martiam & pugnacem: hoc tamen ſuppoſito, quod *martes* ſit vox Latina. Qua in re illos falli, oſtendit MENAGIUS. Germanis denotare poteſt latronem, qui aves domeſticas jugulat, ſi derivetur a *mörden* necare.

MARDER, *marter*, muſtela Scythica, ob ſimilitudinem cum domeſtica ſic dicta, Hiſp. *marta zebellina*, Lat. Barb. *martur*, plur. *martures* apud GANGIUM. Germania hoc animal ignorat, pellem tamen in pretio habet. HELMOLDUS Chron. Slav. Lib. I. cap. 1. *Pellibus abundant peregrinis, quarum odor lethiferum noſtro Orbi ſuperbiæ venenum propinavit. Et illi quidem ut ſtercora habent, ad noſtram credo damnationem, qui ad marturinam veſtem anhelamus, quaſi ad ſummam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quos nos appellamus ſaldones, illi offerunt tam pretioſos martures.*

MARK, equus. Celtis apud PAUSANIAM μάρκα, Hibernis & Alam. recent. *marc*, *mark*. Gravenberg apud GOLDASTUM in Script. Parænet. pag. 409. *do trug in ſin ſchön mark*. Idem quod *march*, ob gutturalium affinitatem. Sed *mar* ſimplicius eſt, & origini propinquius, & ab illo ſunt *march* & *mark* per paragogen militatem. Interim *mark* valde antiquum eſt, & ſempet placuit in caſtris & expeditionibus bellicis, ut ex voce Pauſaniæ liquet. Et ab illo omnis eques ſeu miles ex equo pugnans poteſt dici *Marcomannus*.

MARK, medulla. Cambris *mer*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Angloſax. *mearg*, *mearh*, apud BENSON. *merg*, *merih* apud SOMNER. Francis *mark*. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. medulla *marc*. Gloſſ. Pez. medullas *mark*. Cum medulla ſit ſubſtantia mollis in cavitate duri, & præcipue oſſium, hinc fortaſſe nomen a contraria qualitate accepit, h. e. a *mar* mollis.

MARK, ſignum, nota, character. Perſis *marz*, Cambris *marc*, Angloſax. *mearc*, Angl. *mark*, Gall. *marque*, Hiſp. *marca*. Quamvis vox Germanica duci poſſit a τέτμαρ per metatheſin, vel a μείρω divido, diſtinguo: dubitari tamen poteſt ob inſignem ejus antiquitatem, an Græcæ originis ſit. Nam Perſæ videntur eam accepiſſe a Scythis, Celtæ a Phrygibus, Phryges ex ævo litterarum invento anteriore. Idque ſatis clarum ex nomine MERCURII, qui primus litterarum perhibetur inventor, quod etiam nomen ejus indicat, ſi componatur, ut par eſt, ex

ur vir, & *mark* ſignum. Hoc nomen maxime conveniebat viro, qui paucis quibusdam ſignis & notulis, quibus vocales a conſonantibus diſtinxit, univerſam vocem humanam, quæ antea infinita videbatur, complexus eſt, & hoc invento tam admirabili, & divino nonſolum de commerciis hominum inter ſe, ſed etiam de noſtris erga Deum & veritatem ſtudiis, præclariſſime meruit. Hunc quidam Ægyptium, ego Phrygem, & Saturni ex Jove nepotem ſtatuo. Fama eſt, Saturnum Jani hoſpitio exceptum, Aborigines Italiæ præter alia multa & utilia inventa, Literas quoque docuiſſe. Vide TERTULLIANUM in Apologetico cap. 10. & MINUC. FEL. in Octav. pag. 211. Opinor opera hujus Mercurii, qui SANCHONIATHONI vetuſtiſſimo ſcriptori apud EUSEBIUM de Præparat. Evang. Lib. I. cap. 10. Saturni γραμματεὺς dicitur. Nec deſunt Viri doctiſſimi, quibus eadem etymologia probatur. Quos inter nominaſſe ſufficiat STIERNHIELMIUM, qui in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 112. hæc ſcribit: *Si conſideremus, quis fuerit* MERCURIUS, *nempe ſcriba, notarius, nuncius Deorum,* AN MERKER, *neſcio an ullum in rerum natura appoſititius etymon ipſius officio competere poſſit.* Indicium ejus rei præbet etiam *Caduceus*, geſtamen antiquum Mercurii, quod, ſi recte inſpiciatur, origines literarum ex baculo recto per baculos inflexos, haud obſcure pandit. Confer *ſtab* litera. Germanos MERCURIUM coluiſſe, teſtis TACITUS Cap. IX. de M. G. Nec mirum, cum *Hertha* fuerit mater Titanum, Mercurius autem unus ex Titanibus, ſicut alibi oſtendo. Unde mihi errare videntur, qui *Mercurium* inter Deos Germanorum, *interpretatione Romana* tales, Germanis vero ne nomine quidem notos, referunt. Nam ab his Diis, ſi qui ſunt, omnino excipiendus eſt *Mercurius*, & omnes illi, quorum nomina Germanica ſunt.

MARK, quatenus ſignificat ſignum, dicitur ſynecdochice de omnibus ſignis, cujuscunque ſint generis & naturæ, inprimis de *indiciis*, & de *ſignis militaribus*, metonymice vero de rebus ſignatis, *terminis*, *metis*, & *menſuris*.

MARK, indicium. Angl. *a mark*. Hodie dicimus *gemerk*.

MARK, ſignum militare. SOMNER. in Dict. Angloſax. *mærc* vexillum. VERELIUS in Ind. *merki* ſignum militare, vexillum, *hreyſa merki i moti* vexillum contra Regem erigere, *merkis madur* ſignifer, vexillifer. MARCELLINUS de Sarmatis Limigantibus Lib. XIX. Cap. II. *Quidam ex illis furore percitus truci, calceo ſuo in tribunal contorto,* MARHA, MARHA, *quod eſt apud eos* SIGNUM BELLICUM, *exclamavit, eumque ſecuta incondita multitudo,* VEXILLO *elato repente barbarico, ululans ferum, in ipſum Principem* (Conſtantium Imperatorem) *ferebatur.* Ubi *marha* more antiquo pronunciandum ut *narcha*, & ſic conveniet cum *mark*, quia gutturales permutantur.

MARK, terminus, meta. Angloſax. *mearc*, Franc. *gemerk*. Gloſſ. Lipſ. *gemerke* terminos. Haud dubie a ſignis, quibus termini rerum ſolent diſtingui. Inde compoſita, *feldmark* terminus ruralis, *markſtein* lapis terminalis.

MARK, limes regionis, & ipſa regio limitanea. Senſus a termino agri privati ad terminum agri publici, & ipſa territoria, quatenus imperiorum fines ſunt, translatus. Moris enim fuit, inde a prima orbis cultura, camporum terminos certis quibusdam ſaxis, palis, aliisve notis, quas invito vicino transcendere nefas erat, inſignire. Et ſic deinceps factum eſt, ut, poſt ſtabilita in Orbe imperia, idem nomen ad amplisſimos terrarum tractus, & integras Provincias, quibus regnum a regno dividitur, pervenerit. Itaque Perſis *marz* eſt ſignum & limes. Cambris *mars* limes regionis, & inde *marsdit* terra limitanea, a *dit* terra. Gothis *mark* finis & terminus regionis, *in markom* in fines, Marc. X. 1. *af markon* de finibus Marc. VII. 31. *bindar markos* trans fines Matth. VIII. 34. Angloſaxones utuntur compoſitis, & limites vocant *gemæra*, in Verſione ſacra Marc. VII. 31. & alibi magis compoſite *landgemæro*, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Utrumque per ſyncopen, & ex pronunciandi pigritia, niſi malis referre ad μίσω divido. Franci nihil mutant in literis, & præter ſimplex etiam compoſitis utuntur. TATIANUS Cap. X. 1. de Herode: *inti arsluog alle thie knehta, thie thar uuarun in Betleem, inti in allen ira marcon*, & occidit omnes pueros, qui erant in Betlehem, & in omnibus finibus ejus. Gloſſ. R. Mauri apud Diecman. territorium *erdmarcha*. Gloſſ. Lipſ. *gemerke* terminos. Inde Gallis *marche*, Italis *marca* (quod Ferrarius male derivat a Lat. *margo*), Hiſpanis *comarca*. Tranſiit & in Latinitatem medii ævi. Hinc terminus, limes, & territorium limitaneum illis temporibus dicitur, *Marca*, *Marcha*, *Marchia*, & *Landimera*, quod pluribus demonſtrant SPELMANNUS & CANGIUS.

MARK, ſilva. Senſus, ut videtur, a finibus deſumptus, quod ſilvæ plerumque ſint inſtar limitum, perinde ut montes & flumina. TACITUS de VII. populis Suevicis ad mare Balticum Cap. XL. de M. G. *Fluminibus aut ſilvis muniuntur.* VARIL. in Ind. *mark, merkr* ſylva, tesquæ. Superat eo ſenſu in *mark-fleck*, ut poſtea videbimus.

MARK, menſura. A duobus terminis, quibus quælibet metiendi norma continetur, vel a ſignis quibus interpungitur. Inde funiculus, quo olim agros metiebantur, in Gloſſ. R. Mauri apud Diecman. appellatur *lantmarcha*. Hodie ſuperat apud Hiſpanos, quibus *marca* menſura longitudinis eſt, dum Germanis obſoleſcit.

MARK, pondus auri vel argenti. Lat. Barb. *marca*. A notis impreſſis.

MARK,

MARK, mercatus. Extat eo ſenſu apud SCHILTERUM in Gloſſario *ein freyer mark* liber mercatus pag. 573. Vocem e Latina apocopatam eſſe, ſatis manifeſtum. Hodie non amplius dicimus *mark*, ſed *kram*, per reditum literarum.

MARKEDENTER, mercator caſtrenſis. Vide *markten*.

MARKFLECK, vicus qui jus habet nundinarum, pagus amplior, quo populus ad mercatum ſolet convenire, interprete SCHILTERO in Gloſſ. Teut. pag 573.

MARKFLECK, vicus e ſylva exciſus. Ratio interpretationis eſt, quia *mark* ſylvam, *fleck* locum exciſum denotat, quibus conjunctis generatur ſenſus quem dixi. Hæc una vox multorum origines locorum in Germania illuſtrat. Probabile enim eſt, vicos, ſi non omnes, certe quam plurimos, ex hiatibus ſilvæ cæſæ, & in agrum locumque habitabilem converſæ, ortos eſſe. Id quod etiam de Monaſteriis & urbibus quibusdam affirmare licet. Tale fuit initium MONASTERII FULDENSIS Sæculo VIII. apud Abbatem SCHANNATUM in *Buchonia Veteri* Cap. I. ubi ex EIGILIO, ejusdem Sæculi ſcriptore, ſequentia profert, pag. 319. ſq. *S. Bonifacius mox Carolomannum Francorum Regem adiit, obtinuitque, ut in Orientali ejus Regno in ſolitudine illa, quæ Buchonia nuncupatur, juxta Fluvium qui dicitur Fulda, dirutis innumeris ſylvis & arboribus prima jacerentur Fuldenſis Monaſterii fundamenta.* Tale quoque fuit initium urbis MISNIÆ Sæculo X. teſte DITMARO Lib. I. in rebus geſtis Henrici Aucupis: *Hic montem unum juxta Albim poſitum, & arborum denſitate tunc occupatum excoluit, ibi urbem faciens: Cui de rivo quodam, qui in Septentrionali ejus parte fluit, nomen* MISNI *impoſuit.* Quodſi urbes & monaſteria ex ſolitudinibus excitata ſunt, quanto magis vici & villæ? Idem, tacente quamvis Hiſtoria, cognoſcitur ex multis locorum nominibus, quæ vel incipiunt vel deſinunt in *bain* lucus, ubi hodie luci non ſunt, *rode* ſilva exciſa, *laube*, *löbe*, *leben* ſilva, *ham* ſilva cædua, ubi ceſſantibus ſilvis priſci ſqualoris umbra adhuc in nomine cuſtoditur. Vide ſingula ſuis locis.

MARK-GRAF, dux, comes, præſes limitis, vel provinciæ limitaneæ, & inde nomen a *mark* limes, non a *mari*, quod plerique limites ſint maritimi, aut mari alluantur, & multo minus a *march* equus, quaſi equitum magiſter, etiamſi non deſint, quibus hæc probentur. Latino-Barbari *Marchionem* vocant, Græci inferiores λιμενάρχην, voce hybrida, ex Lat. & Gr. compoſita. Talis erat ille Princeps, ſi nomen ſpectes, ſi officium, cuſtos limitis. Nam cuſtodiam Limitum Marchionibus commiſſam fuiſſe, teſtatur AIMONIUS Lib. V. cap. 2. his verbis: *Carolus miſit & accerſivit filium ſuum* (Hludovicum puerum) *bene equitantem, cum omni populo militari, relictis tantum* MARCHIONIBUS, *qui fines Regni tuentes, omnes ſi forte ingruerent, hoſtium arcerent incurſus.* Franci enim (ſicut optime VADIANUS) Romanos imitati extremis devictarum gentium finibus illuſtres & rei militaris peritos viros imponebant, ad coercendas videlicet finitimorum incurſiones, qui deinde a *marca*, hoc eſt, limite, *Marchiones* vocati vulgo, quos & *Margrafios* vocamus. Hæc ille Tom. III. Rer. Alam. Gold. pag. 66. Ex omnibus Francorum *Marchionibus* primus nominatur GERO, Marchio contra Sclavos, qui limitem Saxonicum tenuit an. 950. Reliqui, quamvis non nominati, antiquitatem tamen ſuam ad ævum Carolinum producere videntur, ut ex Aimonii teſtimonio patet. Gallicum *marquis*, & Italicum *marchéſe*, e Germanico fonte ſunt. Cætera vide in *Graf*.

MARK-MÆNNER, limitanei. Inde nomen *Marcomannis*, ut dixi ſupra in voce.

MARK-MÆNNER, plebs undique collecta. VEREL. in Ind. *margmenni* multitudo, turba, frequentia, *mug margmenne* magnæ copiæ. HELMOLDUS Chron. Slav. Lib. I. cap. 67. *Vocantur autem uſitato more* MARCOMANNI *gentes undique collectæ, quæ Marcam incolunt.* Sic autem vocantur, non a *mark* limes, etiamſi limitem incolant, ſed ab Islandico *marg* multus. VEREL. loc. cit. *margur* multus, *mærger lata fiet tæla fik* multi decipiuntur pecunia, *jafn marger* æque multi, *marg frægur* valde celebris, *margkunnigr* multiſcius. Hodie videtur occurrere in compoſito *markſchloſs*, quod eſt genus ſeræ non ſimplicis, ſed multipliciter munitæ.

MARK-MÆNNER, latrones. Derivari poteſt, vel a *mark* ſilva, quatenus in ſilvis latent latrocinandi cauſa, vel a *mark* limes, quatenus fines infeſtant. Utraque etymologia magnos habet auctores. VERELIUS in Indice: *mark* ſylva, tesquæ, inde *markamenn* latrones in ſylvis ſe occultantes. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 248. Cimbris *markamenn* videntur latrones prædonesque dicti, quod Sicarii maxime infeſtent limites regionum confinium. Prorſus ut *vikinger* iisdem Cimbris dicebatur pirata, a *vik* ſinus maris, quod in iis plerumque delitescerent piratæ a tempeſtatibus tuti vel prædæ intenti. Huc usque Junius. Antiquiſſimis temporibus non habuit vituperium. CÆSAR Lib. VI. cap. 23. de Germanis: *Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujuſque Civitatis fiunt, atque ea juventutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant.*

MARK-SCHLOSS, vulgo exponitur ſera pendula. Sed revera eſt ſera major & varie munita, a Scandica voce *marg* multus, unde Suecis *marg faltig* multifarius. Præterea ſignificare poteſt ſeram pudicitiæ, ſi prior compoſiti pars ſit a Celtico *merch* mulier.

MARKT, forum, nundinæ, locus ubi merces venales exponuntur, & ipſe mercatus. Cambris *marchnad*, Angl. *market*, Septem-

trionalibus in Ind. Verel. *markadr*, Francis olim *marchata*. Gloſſ. Pez. nundinas *iarmarchata*. Haud dubie a Lat. *mercatus*.

MARKTEN, mercari. Armoricis *marchata*, teſte PEZRONIO in Celticis pag. 400. ubi tamen origo verbi male ad *march* equus, refertur. Quamvis enim equus in Gentibus bellicoſis & continuo bello implicitis, ſemper fuerit materies mercaturæ præcipua, non tamen unica. Ducam igitur a Lat. *mercatus*, ut proprie ſit mercaturam facere. Veroſimile eſt, Francos quoque habuiſſe verbum *marchatan*, & ab illo formaſſe *marchatantero* mercator, quod poſtea, ut multa alia, vileſcere cœpit. Hinc ſcil. vilis mercator Gallis *mercadant* vel *marquetan*, Germanis *markedenter* dicitur. Quod male componitur a Belgico *tent* tentorium.

MARMEL, marmor, *μάρμαρος*.

MARREN, impedire, tardare. Angloſax. *meran* apud BENSON. Francis *merran*, Belg. *marren*. Gloſſ. Boxh. *ni martin* ne impediret, *kimerrit* inritum (irritum). Gloſſ. Pez. obſtaculo *marriſal*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XII. 51. *Er ingiang ungimerrit Duron ſo biſperrit*, intravit portam clauſam non impeditus. CLAUBERGIUS in art. Etym. Teut. *merren* morari, in patria mea etiamnum uſitatum verbum. Addere poterat, a Lat. *morari*. Differt a *merren* occupare. Ab illo habemus *mar* ephialtes, ſomnus impeditus, ab hoc *miere* formica, animal metu ſenectæ occupatiſſimum.

MARSCH, paluſtris. Angloſax. *merſc* in comp. Anglis *marſh*. Contractum ex *mariſch*, *meriſch*, *moriſch*, quod eſt a *mer* humor, liquor, vel *mor* locus paludoſus, per medium derivandi *iſch* adjectivis proprium. Inde Angloſaxonibus *merſc-wara* viri paluſtres, interprete SOMNERO & BENSONIO, Transalbianis *marſch-land* terra paluſtris, ager paludoſus, pratum uliginoſum, non regio maritima, ut DIECMANNUS exponit.

MARSCH, palus, paluſtria, locus paludoſus. Angloſaxonibus & Anglis ut ſupra, Latino-Barbaris *mariſcus*. KRANTZIUS in Saxonia: *Paluſtria & aquoſa loca Saxones* MERS *appellamus*. Oritur autem non a *mer* mare, ſtagnum, & multo minus a *mör*, *mür*, *mürb* mollis, fractus, etiamſi illud DIECMANNO, hoc ECCARDO ſe probaverit: ſed ab antecedenti *marſch* paluſtris, adjectivo in ſubſtantivum mutato. Nam adjectiva in *iſch* deſinentia apud nos ſæpe ſubſtantivari, multa exempla declarant in *Proleg.* Sect. VI. Quamvis autem *merſc* ante literis proditum ſit quam *mers*: veroſimile tamen eſt, ob vulgi in pronunciando oſcitantiam, antiquiſſimos Germanorum pro *merſc* vel *marſch*, quod verum & genuinum, vulgariter dixiſſe *mers* vel *mars*. Nam primo loca paluſtria ad fluvios Holſatiæ *Wilſter* & *Crempe* ſita, quæ nunc vulgo vocant WILSTERMARSCH, & CREMPER-MARSCH, a Krantzio appellantur *Wilſter-mers* & *Cremper-mers*. Nec aliunde commodius nomina quorundam antiquæ Germaniæ populorum, quam ex hac pigra pronunciatione derivari poſſunt. Hujusmodi ſunt,

MARSI, non a rege fictitio *Marſo*, ut quidam apud TACITUM Cap. 2. de M. G. licentia vetuſtatis adfirmant, ſed potius a ſedibus paludoſis inter Amiſiam & Luppiam nomen adepti, forte vulgo *mersmænner* viri paluſtres, & per apocopen *Merſen*, Latine *Marſi*.

MARSINGI, forte vulgo *Merſinger*, h. e. in paludibus geniti. Nam *ing* in nominibus populorum ſignificat incolam, indigenam, natumque eo loco, cui annectitur, & *engi* Celtica Lingua eſt parere.

MARSIGNI, eadem notione, & iidem homines apud TACITUM cap. 43. de M. G. Nomen ex genuino *Marſingi* depravatum. CLUVERIUS Lib. III. Germ. Ant. cap. 32. *De vocabulo* MARSIGNORUM *idem ſentio, quod ſupra de* REUDIGNORUM *nomine: nempe magis genuine ad Germanicam linguam id ſcribi* MARSINGI.

MARSATII, populus Friſicus inter Helium & Flevum, apud PLINIUM Lib. IV. Cap. 15. CLUVERIUS eos partem *Marſorum* facit, eorumque nomen ſola flexione a *Marſorum* diſtinguit. Non ſatis exacte. Nam *ſæta* Angloſaxonibus eſt habitator, colonus, incola, teſte SOMNERO & BENSONIO, a *ſittan* ſedere, reſidere. Hinc *Mers-ſæta* eſt incola & inſeſſor loci paluſtris.

MARSACI, eadem notione, idemque populus apud TACITUM Lib. IV. Hiſt. Cap. 56. Sed vox Plinii magis genuina eſt.

MARSCHALK, ſervus ab equis, ſenſu latiſſimo, & omnis ordinis ſervis, infimi, medii, ſupremi, antiquitus accommodato. Prior compoſiti pars ſignificat equum, inprimis bellatorem, præcipuum belli gerendi præſidium & inſtrumentum, unde Mars ipſe Græcis vocatur *ἵππιος*, h. e. equeſtris, quia ſine equo bellum geri non poteſt. Altera compoſiti pars denotat ſervum in omnibus veterum Dialectis, ut videbimus infra in *ſchalk*, tribuiturque non tantum ſervis proprie ſic dictis, ſed etiam liberis hominibus, ab ultima ad primam usque conditionem, adeo ut etiam *Seniſcalcus* regiæ domus apud Francos curator, in ipſo apice fortunæ & dignitatis, nomen ſervi non detrectaverit. Hinc totum compoſitum ſignificat quantum poteſt, fabrum ferrarium, medicum equorum, ſtratorem vel curatorem equorum, præfectum equorum, & pro fortuna viri præfectum ſtabulo, imo etiam præfectum equitum, totiusque exercitus equeſtris, in quo potiſſima vis belli ſita eſt. Gallis *mareſchal*, *maréchal* fabrum ferrarium & præfectum equitum ſignificat. Belgis *maerſchalck* eſt medicus equarius & magiſter equitum apud KILIANUM. In Lege Salica *Mariſcalcus* eſt ſervus a ſtabulo, a ſtratore quidem & fabro ferrario diſtinctus, ſed eodem

dem cum illis pretio æſtimatus Tit. XI. 6. *Si quis Majorem, Infeſtorem, Scantionem, Mariſcalcum, Stratorem, Fabrum ferrarium, Aurificem ſive Carpentarium, Vinitorem, vel Porcarium, vel Miniſterialem furaverit, aut occiderit - - - Sol. XXXV. culpabilis judicetur.* In Lege Alamannorum *Mariſcalcus* eſt ſervus XII. equis præfectus Tit. LXXIX. 4. *Si Mariſcalcus, qui ſuper XII. Caballos eſt, occiditur, XL. ſolidis componatur.* Eodem pretio taxatur ibidem ſervus, qui XII. ſervis præeſt, & porcarius qui quadraginta porcos in grege habet, & alii ſatis humiles. Hunc vetuſtas etiam *Equarium*, unde Gallis *ecuyer*, & *Cavallarium*, unde Gallis *cavallier*, appellavit. Nec alios *Mariſcalcos* tulit prima Francorum ætas. SPELMANNUS ſcribit, differentiam inter *Mariſcalcos* & *Comitem ſtabuli* imperante CAROLO M. eam fuiſſe, quæ eſt inter Dominum & famulum, Comes in ſtabulo unus, Mariſcalci plures. Ille a Principe datus, hi a Comite aſſumti. Imperium ſtabuli penes Comites, miniſterium penes Mariſcalcos. Fides ſit penes Auctorem. Qua voce Franci *Comitem ſtabuli* appellaverint, ignoratur. Suſpicari tamen poſſumus, nomen *Conſtabler* ab illis excogitatum eſſe, & Latino-Barbaros inde formaſſe *Conſtabularium*. Poſt Carolingos *Comes ſtabuli* non videtur refugiſſe nomen *Mariſcalci*, etiamſi id exemplis doceri non poſſit. Hoc enim niſi ſuppoſito & conceſſo, concipi non poteſt, quomodo idem nomen ad belli Duces pervenerit apud ſequiores. Veroſimile autem eſt, *Comitem ſtabuli* ab officiis domeſticis ad militiæ præfecturam evectum, *Mariſcalci* nomen huic dignitati intuliſſe. Et cum in hodierno Imperio non reperiatur alius *Comes ſtabuli* quam *Mariſcalcus*, nec in antecedentibus Sæculis alius *Mariſcalcus* quam *Comes ſtabuli*, neceſſe eſt, utramque dignitatem in una eademque perſona pridem fuiſſe conjunctam, & diu ante quam Aurea Bulla conderetur. De voce Longobardica *Marpahis*, ex ſimilibus initiis ad parem magnitudinem evecta, vidimus ſupra in *mar* equus bellator. Præcipuum compoſitum eſt *Erz-Marſchalk* Archi-Mariſcalcus, cujus officio vi Aureæ Bullæ Dux & Elector Saxoniæ fungitur.

MARSCHALK, præfectus ſervorum. A *mer*, *mar* major vel princeps, & non a *mar* equus. Inde *hof-marſchalk* præfectus ſervorum aulicorum, princeps aulicorum.

MARSCHALK, miniſter finium, ſi derivetur ab Angloſaxonico *mæra* fines, termini, metæ, limites. An hic ſenſus aliquando fuerit uſu receptus, non ſatis cognitum habeo.

MARSCHALL, idem quod *marſchalk*, & ex illo depravatum per apocopen. Vani ſunt, & literarum Germanicarum minime periti, qui inter hæc duo neſcio quid diſcriminis ex ingenio confingunt.

MARSCHIEREN, ire, incedere. A Gall. *marcher*, quod MENAGIUS deduxit a *varicare* crura diſtendere, ingenioſe magis quam vere. Nam *varicare* eſt perverſe ambulare, *marcher* autem equitare, equo ire, a *march* equus, & dicitur de eumtibus eadem licentia & abuſione ut *ire* & *aller* de equitantibus.

MARTERN, martyrem facere occidendo vel perſequendo, alias martyrizare. Verbum faceſſens a Græc. μαρτυρέω teſtificari. Quid enim eſt martyrizare, niſi morte cruenta vel aliis modis crudelibus teſtem veritatis facere? SOMNERUS in Dict. Angloſax. *martyrad*, *gemartyrad* martyrizatus, martyr factus, martyrio coronatus. Hodie dicimus *gemarterts*, & eodem ſenſu, nempe de iis tantum, qui in cauſa Dei injuſta patiuntur. Poſtea vox in forum protracta & cauſis criminalibus aptari cœpta. Inde *martern* quæſtionem dare, equuleo diſtendere, vel igne admoto facere ut reus fateatur, *mærterer* tortor, carnifex. Gloſſ. Pez. carnifices *martrara*, *manslagun*. Poſtremo ſenſus e foro ad omnia mala, quibus privatim affligimur, translatus eſt. Inde *martern* torquere, cruciare, *zu tode martern* tormentis enecare, *marter* tormentum, cruciatus, afflictio. NOTKERUS Pſal. XXVII. ab intio: *ſtimma Chriſti in martiro*, vox Chriſti in paſſione. Hunc ſenſum Chriſtianismo antiquiorem eſſe, perperam ſcribit STILERUS.

MARZAL, rata portio, apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. Proprie *quota diviſionis*, a μείρω divido.

MARZIPAN, confectio ex amygdalis, piſtaciis, ſaccharo, & aqua roſarum. Gall. *marſepain*, Ital. *marzipano*, Angl. *marchpane*. In poſteriori compoſiti parte *panem* omnes interpretes agnoſcunt, ſed in priori non conveniunt. Quid mirum, illos inter ſe diſcrepare, cum voces ipſæ diſcrepent? Hinc totum compoſitum aliis eſt *maſſa panis*, aliis *panis martius*, a neſcio quo auctore *Martio* ſic dictus, aliis *mixtus panis*, a *miſchen* miſcere.

MAS, *maſer*, *maſel*, macula, *maſern* maculæ purpureæ, papulæ, variolæ. Græcis μιάς eſt quævis impuritas, a μιαίνω polluo. Hoc vocis noſtræ initium ſtatuit MARTINIUS. Præcipuum compoſitum eſt *maſelſucht*, *miſelſucht* lepra, quod ex Monumentis Francorum adducit SCHILTERUS in Gloſſario.

MASHOLDER, acer arbor. Cambris *maſarn*. A maculis venarum, quod pridem MARTINIO obſervatum. PLINIUS Lib. XVI. cap. 15. plura aceris genera recenſet, & in his aliquod *criſpo macularum diſcurſu* notabile, quod a ſimilitudine caudæ pavonum nomen acceperit. Noſtri *Sambucum maculoſam* vocant. Cur Sambucum? Viderint rei arboreæ periti. *Holder* potius idem eſt quod Sax. inf. *bolt* lignum, arbor. Simile compoſitum eſt *wacholder*.

MASCA, ſaga, quæ vivi hominis inteſtina exedit. Vox Longobardica. Lex Longobard. Lib. I. Tit. XI. 9. *Nullus præſumat aldiam*

aldiam alienam, aut ancillam, quaſi ſtrigam, quæ dicitur MASCA, *occidere: quod Chriſtianis mentibus nullatenus eſt credendum, nec poſſibile eſt, ut hominem mulier vivum intrinſecus poſſit comedere.* De hac ſuperſtitione vide plura in *Indiculo paganiarum* Synodi Liptinenſis art. 30. nec non in *Capitulatione Caroli M. de partibus Saxoniæ* cap. 6. Quæ vero tam antiqua eſt, ut a Romanis ad Germanos veniſſe videatur. Sic enim PLAUTUS in Pſeudol. Act. 3. Sc. 2.

Non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus
Vivis convivis inteſtina quæ exedint.

Nec non HORATIUS de Art. Poët.

Neu pranſæ Lamiæ puerum vivum extrahat alvo.

Vocabulum tamen novum eſſe puto, & a Longobardis effictum a Gr. *μασσᾶσθαι* mandere, manducare, ut primo fuerit *maſſa*, poſtea *maſca*, de quo mutationis genere multa dedi exempla in *Proleg.* Sect. III. Delphinates & deſub Alpibus populos veneficam etiam nunc appellare *maſcam*, ſcribit LINDENBROG. in Gloſſ.

MASKE, larva, facies ficta. Angl. *maſk*, Gall. *maſque*, Ital. *maſchera*. SALMASIUS in notis ad Pallium Tertulliani, deducit a Græc. *βασκάνα*, quod interpretatur res turpiculas ad avertendum faſcinum adhibitas: MARTINIUS in voce *maſca* a Belgico *maſche* reticulum, quo facies obvelatur: SKINNERUS ab Arab. *maſcara* luſus, jocus. Mallem a Longobardico *maſca*. Quemadmodum enim Latini *larvas* a lemuribus & ſpectris tranſtulerunt ad facies fictas: ita vox Longobardica a ſtrigibus ad facies ſtrigibus ſimiles, & deterrendis pueris factas, commode traduci potuit. Poſtea, quod ab initio erat puerorum terriculamentum, hilaritati inſervire cœpit. Qua in re voluptas videtur imitata meretrices Græcorum, quæ larvas portabant ante faciem, ne a congredientibus cognoſcerentur, quod ex ORIGENE contra Celſum Lib. 4. obſervat MENAGIUS. Priores Belgæ has larvas appellabant *talmaſchen*, ſorte a *talen* ludere, velut larvas ludicras, vel a Celtico *delw*, *dull*, effigies, imago. Certe apud KILIANUM *talmaſche* eſt larva, & *talmaſchen* larvam induere. Inde Latino-Barbaris *talamaſca*, quam Theologi Francorum *larvam dæmonis* vocant, opinor ab auctore Diabolo, non quod ea ſit vis vocis.

MASS, menſura, norma metiendi. A *meſſen* menſurare. Conſenſum Antiquitatis vide in *metz*. Metaphorice dicitur de *modo* & *arbitratu*, quia modus & arbitratus ſunt menſuræ & normæ agendi vel exiſtendi.

MASS, modus. SENSON. in Voc. Angloſax. *miete* modus, *medlice* modicus, *med-micel* modicum, modice magnum, *met-feſt* modeſtus. Gloſſ. Keron. modus *mez*, *mezziu*, nimis *unmez*, nimietas *unmezzigii*, moderate *mezhaftiu*, moderatione *mezhaſti*. Hodie dicimus *maſs*, *mæſſig*, *mæſſigkeit* &c. Omnibus reſpondent Græca *μέτρον* & *μέτρος*, Latina *modus* & *modicus*.

MASS, arbitratus, *maſs geben* limites præſcribere, *unmaſsgeblich* absque præſcripto, *ſich anmaſſen* propria auctoritate capeſſere. Nova, ſed idonea.

MASSEN, moderari, temperare, mitigare. Angloſax. *gemetian*, Franc. *mezzan*. NOTKERUS Pſal. LXXXVIII. 10. *abtungo dero argiſton mezzoſt du*, perſecutiones impiorum mitigas. Hymnus Eccleſ. *du kanſt maſſen, daſs mirs nicht bring gefehr*. Refer ad *maſs* modus. Hodie libentius utimur frequentativo *mæſſigen*.

MAST, *maſtbaum*, malus, pinus nautica. Gloſſ. Ælf. in nom. navium: artemon vel malus *mæſt*. Gloſſ. Pez. malus *maſtpoum*, *ſegalpoum*. Conſentiunt Belgæ, Angli, & Scandi in voce. An quod in medio navis ponatur malus, tanquam *μεσάτιος*? An quod ſtet erectus? Hoc videntur probare Græci, dum malum vocant *ἱστὸν*, ab *ἵσταμαι* ſto. Eundemque ſenſum habere poteſt *maſt*, ſi idem ſit quod *ſtam* per metatheſin, vel idem quod *ἱστὸς* per proſtheſin.

MAST, cibus, nutrimentum, *maſtdarm* inteſtinum rectum quo cibus egeritur, *maſtland* terra uberem victum præbens. Græcis *μάσαξ* eſt eſca, & *μασάζω* mando.

MAST, ſagina, glans. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *mes* glans, balanus, *mesbren* robur, quercus, lignum glandiferum. SOMNERUS in Dict. A. S. *mæſt* glans, *mæſtenne* quercetum. Anglis *maſt* etiamnum glandem denotat. Proprie autem eſt cibus, & ſynecdochice cibus porcorum ſeu glans. Relinquitur autem porcis, quia homines poſt fruges inventas non amplius veſcuntur glandibus.

MÆSTEN, ſaginare, pinguefacere. SOMNER. loc. cit. *mæſtan*, *mæſtian*, *gemeſtian* ſaginare, *gemæſted fugelas* aves altiles. Gloſſ. Boxh. *kimaſtiu* altilia, dicta quaſi alitilia, quia aluntur. Gloſſ. Pez. inpinguatus *gimaſter*, pingues boum *meſtohſun*, altilia *maſtſogala*. Idem Belgis *meſten*. Proprie eſt ſaginare glandibus, a *maſt* glans, & ſynecdochice ſaginare frugibus. Græca *μαίω* implere, farcire, & *μαιὸς* plenus, refertus, cæteris videntur affinia.

MAT, cibus. Vide *mus*.

MAT, *matte*, pratum. Gloſſ. Ælf. pag. 76. pratum *mæd*. Angl. *mead*, *medow*. Originem & cognationem vide in *mæhen* ſecare. Aliis eſt locus irriguus a Lat. *madeo*.

MATRAZ, ſtorea, teges vilior. Camb. & Belg. *mattras*, Angl. *mattreſs*, Ital. *materazzo*. Latinis *matta* non fuit ignota. OVIDIUS Faſt. 6. *in plauſtro ſcirpea matta fuit*. Idem Angloſax. *meatta*, Angl. *matt*, Belg. *matte*. Ab hoc medium Ævum duo formavit diminutiva, *mattula*, unde Gallis *matelas* pro culcitra, & *materatium*, unde Germanis & reliquis *matraz*. Ipſum vero *matt*, quod cæteris ſimplicius, videtur oriri a *meiden* tegere, de quo ſignificatu actum infra.

MAT-

MATSCHEN, & *metſchen*, ſunt frequentativa a *metzen* occidere, ut *patſchen* a *batten*.

MATT, defectivus. Forte a *miſſen* carere, privari. Dicitur enim (1) de privatione virium. Inde *matt* languidus, viribus exhauſtus, *abmatten* debilitare. Conſenſum linguæ Perſicæ vide in *ſchachmatt*. Conſenſum Gothicæ præbet vox *gamaidans* debiles, Luc. XIV. 13. (2) de privatione radiorum. Hinc opus ex auro vel argento non lævigato factum, artificibus noſtris vocatur *matt*, quia caret ſplendore.

MATTE, *motte*, *made*. Vide reliqua in poſtremo. In *Excerptis Meierianis* pag. 292. non hoc tantum vocabulum, ſed alia innumera ejusdem ſoni ad mollitiem referuntur. Forte quia Græcis *μάτ]ις* eſt mollis, diſſolutus. Sed hic auctor cum *Grammatica* ſua *philoſophica* nimis luxuriat, & dum mollibus inhæret, lapides loquitur, quos nemo peritus concoquat.

MATTE, ſtorea. Vide *matraz*.

MATZ, vanus, futilis, inanis. Contractum e Gr. *μάταιος*. Viget tantum in conviciis. Inde *matznarr* ſtultus inſulſus, *matzfotze* matæologus, vaniloquus, a *φάζω* loqui.

MATZ, ſubſtantive ponitur pro *ſtulto*, quia ſtulto nihil vanius aut inanius, ob defectum ſanæ mentis. Idemque Italis *matto*. Inde *ſcheiſsmatz* ſtultus cacatus, ex interpretatione ECCARDI ad Legem Salicam Tit. XXXIII. 3. Græcis *μάταιος* nonſolum vanum ſed etiam ſtultum, & *ματία* vanitatem & ſtultitiam ſignificat.

MATZ, ſocius. Belg. *maet*, *maats*, Angl. *mate*. CASAUBONUS declinat a præpoſ. Græca *μετά*, quæ ſociæ conjunctionis aut participationis habet ſignificationem. Potius eſt depravatum e Saxonico *macca*. Nam K. in ore vulgi facile mutatur in T. Vide *Proleg.* Sect. III. & confer *mag* ſocius.

MAUL, animal ex aſino & equa genitum. *Mul* in plerisque Dialectis, Angloſaxonica, Francica, Cambrica &c. a Lat. *mulus*. NOTKERUS Pſal. XXXI. 9. *ne ſint ſolih ſo daz ros unde daz mul*, *diu ane ſernumeſt ſint*, nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Belgæ dicunt *muil*.

MAUL, rictus animalis. Gloſſ. Pez. roſtrum *mula* vel *ſnabul*. Belgice *muil*. Refer ad *malen*, *mülen*, molere, conterere. Nam rictus eſt locus, ubi cibus dentibus conficitur.

MAUL, os hominis, palatum. Belg. *muil*. Inquirendum, an hoc ſenſu apud Antiquos occurrat, necne? Si prius, nobilior etymologia quærenda eſt, nomenque ducendum a *malen* loqui, quia palatum eſt hiatus capitis, per quem mens, in arce capitis reſidens, oracula ſua fundit. Si poſterius, vox ab animalibus ad homines translata erit noviſſime, ut *rictus* apud Latinos. HORATIUS Serm. 1. Sat. 10. *riſu deducere rictum*. Vocem omnibus Dialectis communem vide in *mund* os.

MAULAFFE, ſimia hians. Dicterium in hominem ſtolidum, qui omnia, etiam nullo hiatu digna, admiratur & imitatur.

MAULBER, morum, bacca mori. Anglis *mulberry*. Utrumque vitiatum a Lat. *morus* vel Gr. *μορέα*, litera R. ut ſæpe alias, in L. transformata. Hinc Angloſaxonibus morus vocatur *mor-beam* in Gloſſis ÆLFRICI inter nomina arborum, & mora *mur-berian* apud SOMNERUM in Dict. Nihil hic facit *maul* os, unde etymon arceſit SKINNERUS.

MAULEN, labia demittere, & per metonym. ſigni ſecreto indignari, a *maul* os. Dicitur etiam *ſchmollen* præpoſito ſchin.

MAULSCHELLE, alapa. Refer ad *ſchellen* percutere. Voces antiquas vide in *handſchlag*.

MAULTASCHE, alapa. Vitiatum ex *maultatze*. Nam proprie eſt palma ori hominis inflicta, a *tatze* palma.

MAULWURF, talpa. Gloſſ. Pez. talpa *muuuerf*. Lege *muluuerf*. An quia terram ore egerit? Dubito. Nam *myl*, *mol*, *mul*, Angloſaxonica, Islandica, & Belgica Dialecto eſt pulvis, & hinc *mulwerf* ejector pulveris, a *werfen* ejicere. Dani hodierni & Angli antiqui idem animal vocant *muldvarp*, *moldwarp*, teſte SKINNERO in voce *mole*, quod Cel. HICKESIUS recte deducit a *mulde*, *molde* pulvis. De nominibus pulveris vide plura in *mill*.

MAUR, murus. Francis & Cambris *mur*, Belgis & Suecis *muur*. NOTKERUS Pſal. XVII. 30. *an Gote minemo uberſtegho ih dia mura*, in Deo meo transgrediar murum. Gloſſ. Pez. pariete *muro*. Perpendiculum *muruuaga*, cœmentarii *murara*. Cuncta a Lat. *murus*. Ex his *maurwage* meretur Linguæ Germ. reſtitui ob elegantiam.

MAURINGIA, regio transalbiana, Geographo Ravennati & P. Diacono Lib. 1. cap. 13. memorata. Vi nominis eſt *terra maritima*, vel *terra montoſa*. Nam *mor* Celtica lingua mare, Angloſaxonica montem denotat.

MAUS, morbus avium. Vide *muten* mutare.

MAUS, pars mulieris quæ honeſte nominari nequit. Ital. *mozza*, *muzza*, Gr. *μυχόν*.

MAUS, mus, *μῦς*. Omnes Antiqui habent *mus*, Perſæ, Angloſaxones, Franci, Belgæ *muis*, Angli *mouſe*. Gloſſ. Pez. murem *mus*. Forte a *μύω* occulto, i. e. angulos quæro, ut VOSSIO, vel a *μύζω* mutio, mulſo, ut HELVIGIO placuit. Alias origines tam Græcas quam Hebræas dabit MARTINIUS in voce.

MAUSEN, furari. Senſus ab ingenio murium deſumptus, quia mures ſunt fures domeſtici, & ex rapto vivunt.

MAUS-TOD, mortuus, extinctus. Idem Gothis *naus* Luc. VII. 15. *jah uſſat ſa naus*, & ſurrexit mortuus. Hoc vulgus mutavit in *maus*, & obſoletum cum uſitato conjunxit, ut obſcuritatem evitaret. M. & N. ſæpe permutantur.

MAUT, portorium, *mautner* publicanus, exactor

actor vectigalium. Latino-Barbaris *muta* & *mutarius* apud CANGIUM. Gothis *mota* & *motaſtad* eſt telonium, locus ubi publicani onera publica exercent, *motareis* publicanus, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. In Codice Cottoniano *numisma Regis* vocatur *mot thes cyninges*, eodem obſervante. Hinc ſuſpicor *mot* eſſe a Lat. *moneta*, per ſyncopen.

MAY, majus. Vide *mai*.

MECKEN, *meckern*, balare, quatenus eſt caprarum. Græcis μηκή eſt vox caprarum, & μηκάομαι balo. Cuncta a ſono animalis.

MED, mulſum. Vide *met*.

MEDER, meſſor. Vide *mæben* ſecare.

MEIDEN, vitare. Gloſſ. Boxh. *mitumes* vitamus. Non occurrit eo ſenſu niſi in monumentis Francorum, qui videntur illud a Lat. *vitare* formaſſe, mutatis labialibus. MARTINIUS deduxit a Lat. *mittere*, miſſum facere, partu quidem faciliore, ſed ſenſu minus commodo. Nam *vitare* nonſolum eſt dimittere, ſed etiam cavere, ne res ingratæ aut nocituræ ad nos veniant, aut nos ad illas.

MEIDEN, per ſynecdochen generis ſignificat quantum poteſt, *fugere*, *declinare*, imo etiam *latere* & *tegere*. Nam qui *latet* aut *tegit*, incommodi alicujus vitandi cauſa id facere videtur.

MEIDEN, fugere, *vermeiden* effugere. Gloſſ. Pez. effugiunt *pimident*.

MEIDEN, declinare, avertere. Gloſſ. Pez. declinare *pimidan*, declinant *pimidens*.

MEIDEN, latere. Senſus plerisque veterum familiaris. Gloſſ. Keron. latens *midenti*. Gloſſ. Pez. delituerat *farmitan uuas*, delitescendo *pimidento*. SOMNER. in Dict. AS. *mithan*, *bemithan* latere, delitescere.

MEIDEN, tegere, abſcondere, occultare, facere ut lateat. Senſus Angloſaxonibus inprimis uſitatus. SOMNER. loc. cit. *mithan*, *bemithan* occultare, occulere, *mithen* abſconditus, occultus, celatus. Gallos priores inde accepiſſe *muſſer* tegere, celare, veroſimile eſt. Hic ſignificatus, quamvis pridem extinctus, ſcitu tamen neceſſarius eſt. Nam ab illo nomen capiunt (1) omnis generis tecta. Inde Cambris *mwd* tectum & laquear, Bajuvariis *mita* horreum tectum, in Leg. Tit. IX. Cap. II. 4. Germanis *kaſemate* tectum militare. (2) tegmina & tegumenta. Hujusmodi eſt *mieder* pectorale, ſic dictum, quod mamillas tegat, *mütze* mitra, *matte* ſtorea. (3) conſilia tecta. In Lege Ripuar. Tit. LX. 4. occurrit mentio *mutuli*, quæ vox judice ECCARDO clandeſtinam machinationem ſignificat.

MEIDEN, dehortari. Verbum faceſſens a *meiden* vitare. Nam qui dehortatur, facit ut vitet, fugiat, declinet. WINSBEKIA ad matrem § 24.

Ob du die volge ſehſt an mir
Das du mit runen mideſt mich.

Ubi GOLDASTUS in Parænet. pag. 453. MIDEN *actione reciproca pro dehortari, abſterrere, quæ ſignificatio Ebraismum ſapit.* Quem ſequitur STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 90. Equidem non omnes, qui dehortantur, actu id conſequuntur, ut alter mala capiti ſuo imminentia declinet, quia ſæpe fit, ut bona conſilia ſpernantur. Sed in ejusmodi verbis formandis non ſemper attenditur ad proſperum eventum. Hinc etiam Gallis ab *avertendo* fit *avertir* monere, etiamſi monitor non ſemper avertat.

MEIER, villicus minor. Vox Celtica, Cambris & Armoricis hodieque uſitata. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *maer* villicus, villanus, *maer y birwail* colonus, villicus, lactarius, cui rei ruſticæ cura commiſſa, *maerdref* villa, prædium. Britannicam vocem eſſe probat, quod Armoricis *mirer* eſt cuſtodire, *mirer* & *mireres* cuſtos, *mirer an defuet* opilio, *mirer an gueſi* cuſtos caprarum. Et Britannice olim cuſtodem ſignificaſſe, veriſimile eſt. Hæc ille. Quibus in ſolidum ſubſcribo. Cuſtodem autem ſignificavit ab infima ad ſupremam usque conditionem, quod hinc colligo, quia eadem Lingua *maer* dicitur præpoſitus, prætor, præfectus, & *maeront* vel *maeronaeth* præfectura. Hinc etiamnum ſummi viri, & præcipue ii, quibus urbium opulentiſſimarum cuſtodia eſt commiſſa, Gallis & Anglis vocantur *maires*.

MEIER, villicus major, miniſterialis prædio ruſtico præfectus. Gloſſ. Pez. procuratori *meiore*, exactor *notmeior*. In Lege Salica inter ſervos potiores primus nominatur *major*, Tit. XI. 6. *Si quis* MAJOREM, *Infertorem, Scantionem, Mariſcalcum, Stratorem, Fabrum ferrarium, Aurificem ſive Carpentarium, Vinitorem, vel Porcarium, vel Miniſterialem furaverit, aut occiderit, vel vendiderit* &c. Plerique vocem Salicam deducunt a Latino *major*, alii a Germanico *mer* plus, magis, ut proprie ſignificet eum, qui cæteris præſtantior eſt, & reliquis ſervis præeſt, quam ſententiam aliquando laudavi in Cel. ECCARDO. Sed nova etymologia præter eam quam ex Celticis fontibus jam adduxi, non opus eſſe video, & res ipſa arguit, quia melior ille & primi ordinis ſervus revera fuit cuſtos villæ. Ab his ſervis immenſam Nobilium ſegetem in Germania ortum ducere, judicat GOLDASTUS Tom. I. Rer. Alam. pag. 115. VILLICI MAJORES, *qui & ἀυλῶν* MAJORES, *Alamannis etiamnum* MEYER, *erant ruſticarum poſſeſſionum & villarum adminiſtratores*. Et mox: *Erant autem* VILLICI *iſti* MAJORES *ab initio ex plebe & vulgo: poſtea progreſſione facta, cum a Dominis ſuis, non Principibus tantum, ſed vero Baronibus & Nobilibus, prædia in Beneficium ſive Feudum, ut Juriſconſulti loquuntur, accepiſſent, eo titulo etiam nobilitatem ſibi vindicare cœperunt. Quo ex fonte infinita Nobilium profluxit multitudo. Quidam etiam ab officio nomen retentarunt, quorum ingens apud Alamanno-Helvetios numerus.*

Horum

Horum nomina partim ſuperantia partim exſtincta, ibidem recitat GOLDASTUS, quem vide. Confer *dienſtmann*.

MEIER, diſpenſator cujuscunque domus, non ruſticæ tantum, ſed etiam urbanæ. Hunc STUMPFIUS vocat *haus-meyer*, Lib. 2. Chron. Helvet. cap. 13. Synonyma ſunt apud Latinos *magiſter domus*, *major domus*, apud Gallos *maitre d'hotel*, apud Germanos *hof-meiſter*.

MEIER, conductor poſſeſſionis ruſticæ, homo ſui juris, qui villam vel prædium annuo cenſu conduxit, *erb-meier* conductor hæreditarius, emphyteuta. Gloſſ. Pez. conductores *meiora*. GOLDASTUS loco citato: *Tandem rebus nimium procedentibus abuſus natus eſt, ut ii* MAJORES, *id eſt, villici vocarentur, qui ſervi non eſſent, ſed prædia colenda certa mercede conduxiſſent.* Sed hunc abuſum non eſſe nuper natum, ex Gloſſa Peziana colligitur.

MEIER-HOF, villa, prædium, domus ruſtica, major vel minor.

MEIERIN, villica minor. Cambris *meiriones* eſt villica, colona, lactaria, imo etiam ancilla, & dicitur de B. Virgine Luc. I. 38. teſte BOXHORNIO. Fœmininum a maſculino formatum.

MEIERIN, villica major, quæ ancillis domus ruſticæ majoris præeſt. Lex Salica Tit. XI. 7. *majoriſſam* & *ancillam miniſterialem* vocat, *majoriſſam* quia villica major, *ancillam* quia ſerva quamvis melioris conditionis, *miniſterialem* quia miniſterialis uxor.

MEIL, *mail*, macula. Idem quod *mal* ſignum turpe, de cujus origine actum ſupra. Diphthongus in medio vocis eſt a pronunciatione Francica, qui ſolent *A.* clarum mutare in *EI.* ut dixi in Obſervationibus ad hanc literam. WILLERAMUS cap. IV. 7. *mit alla biſt thu ſcona friundina min, ande neghein meila ne is an thir*, tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. WINSBEKIUS ad filium §. 51.

Sin wundt ſele wirt niht heil,
Kumt er mit rehte niht dervon,
Ie gröſſer wirt der ſunde meil.

Ab hoc ſubſt. priores Germani formarunt *meilen*, *bemeilen*, *gemeilen*, *vermeilen*, maculare, & hinc *unvermeilet* immaculatus, quæ hodie obſoleſcunt. Exempla vide apud GOLDASTUM in Parænet. pag. 428. MATHESIUS utitur frequentativo *bemeiligen*, in conjunctione cum *beſudlen*, ut pateat, utriusque verbi eundem ſenſum eſſe, Conc. XV. de vita & ſcriptis Luth. pag. 195. Omnibus conſentit Gr. μολύνω conſpurcare, & Slav. *malowati*.

MEILE, milliare. Angloſax. *mila*, Franc. & Alam. *millu*, Angl. *mile*, Belg. *myl*, Island. *myla*. Gloſſ. Keron. miliarium *millu*. Gloſſ. Pez. angariam *milla*. STILERO idem eſt quod *mal*, quatenus metam vel terminum lapide vel cippo diſtinctum ſignificat. Milliaria enim, inquit, olim per lapides diſtinguebantur, ac mille paſſuum ſpatium *decimus lapis* appellabatur; Tot enim conſtituti erant lapides per ſingula octo Stadia; Stadium autem pedes ſexcentos viginti quinque, ſive centum & viginti quinque paſſus complectitur. Hæc ille in Theſauro Ling. Germ. Quæ, niſi eo animo ſcripta ſint, ut Lector intelligat, viarum ſpatia in Germania antiqua fuiſſe cippis & lapidibus dimenſa, nihil concludunt. Verum cum hoc falſum ſit, & a vultu hodiernæ Germaniæ, nedum veteris & incultioris alienum, præſtat rem & nomen rei Romanis relinquere, quibus *milliare* eſt ſpatium viæ, quod *mille* paſſibus terminatur. Eosdem totum ſibi Orientem ſubjeciſſe, ſi nullo alio, certe vocis hujus indicio conſtaret, quæ in plerisque Linguis orientalibus reperitur. Sic enim lego apud doctiſſ. WAKIUM pag. 162. *Meile* milliare, Chald. *mil*, Syr. *milo*, Arab. *milon*. Præcipuum compoſitum eſt *meilwegs* iter mille paſſuum. Aliam vocem, qua omnis pene Germania antiqua, ante nomen Romanum admiſſum, uſa eſt, menſuris viarum ſignificandis, vide in *raſt*.

MEILEN, maculare, fœdare, conſpurcare. Vide *meil* macula.

MEIN, pronom. poſſeſſiv. primæ perſonæ. Perſis *men*, Gothis *meins*, Angloſax. Francis & Alam. *min*, Cambris *man*. Quibus conveniunt Gr. ἐμὸς, Lat. *meus*. Poſſeſſiva derivari ſolent a demonſtrativis, ut patet ex *dein* & *ſein*. Hinc *mein* eſt ab Angloſax. *me* me, per literam terminantem N.

MEIN, publicum, ſive id quod pluribus commune. Vide *gemein*.

MEIN, malus, pravus, non-bonus. Opinor a defectivo *man*, quod ſicut a numero multitudinem, & a quantitate integritatem, ita a qualitate bonitatem excludit. SOMNER. in Dict. AS. *man-bryne* febris maligna, *manſwara* perjurium, *man-weorc* nefas, malum opus. Idem Francis & Alamannis *meino*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. IV. 15. hoc Zachariæ & Eliſabetæ affert elogium:

Joh reht minnonti
Anane indati.

Quod certe mendoſum eſt, & a nobiliſſ. ROSTGARDO e Codice Vaticano recte reſtituitur hoc modo:

Joh reht minnonti
Ana mein dati.
Et juſtitiam diligentes
Abſque pravo facinore.

Eadem vox recurrit apud eundem OTFRIDUM Lib. IV. Cap. VI. 21. ſed denuo vitiata, & ex emendatione STADENII corrigenda. Huc ſpectat compoſitum *unmeino* non-malus, innocens, pravitatis expers, quod dicitur de B. Virgine apud ISIDORUM Cap. IX. 3. quamvis ab interprete Latino neglectum: *dheſu gardea ſona dheru Jeſſes uurzun dhazs iſt dhiu unmeina magat Maria*, hæc virga de radice Jeſſæ eſt virgo pravitatis ex-

pers Maria. Denique *meino* etiam ſubſtantive dicitur pro homine improbo & malo, quod obſervandum iis, qui OTFRIDUM volunt intelligere. Exempla vide in Gloſſario Schilteriano pag. 578. *Mein* pro malo adjective ſumpto ſuperat hodie in compoſito *meineid* perjurium, de quo infra. Vix temperare mihi poſſum, quin huc quoque referam *Manes*, animas a corporibus ſeparatas, quæ vulgo cenſentur malæ & immites, ARIMANEM Principium mali apud Perſas, & MANICHÆOS, Principii mali defenſores.

MEIN, malum paſſionis, calamitas, ærumna, pœna, damnum, & ſimilia tam publica quam privata mala, quorum numerus in vita humana eſt innumerus. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXIV. ab initio:

Erda bibinota,
Thiu Gotes kraft ſi es notta,
Joh in thia meina
So ſpialtun ſib thie ſteina.
Terra tremebat,
Potentia Dei illam urgebat,
Et in his malis
Findebantur rupes.

VERELIUS in Ind. *mein* damnum, nocumentum, difficultas, impedimentum, *meingiarn* qui aliis damnum libenter adfert, *meinvettir* ſpectra nociva, mali genii, dæmones. Viguit adhuc ante ducentos annos. MATHESIUS Conc. X. de vita & Script. Luth. pag. 115. de Anabaptiſtis: *richten main und mord an.* Et pag. 118. rurſus: *richten auffruhr, main und mord an.* Antiquitatem vocis collige ex conſenſu Linguæ Perſicæ, in qua (ut CLODIUS, vir doctiſſimus, in literis ad me) *man* ærumnas, dolorem, & morbum ſignificat. Quodſi Perſis hodiernis *man* eſt malum damni & reliqua, nulla ratio eſt, cur veteres illi, qui nomen ARIMANES confinxerunt, adjectivo caruiſſe cenſendi ſint.

MEIN, malum actionis, vitium, ſcelus, culpa. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *man* facinus, ſcelus, nefas, probrum, piaculum, *manfull* nefandus, infandus, flagitioſus, ſceleſtus, quaſi ſcelerum plenus. Francis *meino* malitia & malitioſe, utrumque apud OTFRIDUM, illud Lib. II. Cap. XXI. 13. hoc Lib. IV. Cap. XVII. 55. Cambris *nam* culpa, delictum. Idem quod Saxonibus *man*, transpoſitis tantum literis. Ad hanc claſſem ſpectat ex Indice VERELII, *meinalaus* innoxius, innocens, proprie ſceleris expers, & ex ſtylo Germaniæ ſorenſi *mein-gut*, bonum vitio ſurti, rapinæ aut clancullariæ ſubtractionis affectum, item bonum a fure aut raptore in via publica, ne prodatur aut cognoſcatur, abjectum aut relictum. Vocem iſtit & explicat STADENIUS in Additamentis ad Voc. Bibl. pag. 903.

MEIN-EID, perjurium. Angloſaxonibus *man-ath, mæn-ath*, Francis *meineido*, Island. *meinſæri.* TATIANUS Cap. XXX. 1. *uuanta thu geltis Got thina meineida*, lues enim Domino perjuria tua. In veteri confitendi Formula OTFRIDO præmiſſa, quæ ipſius CAROLI M. eſſe putatur, inter cætera peccata fit commemoratio perjuriorum his verbis, *meinero eido*, quod FLACIUS fruſtra interpretatur meorum juramentorum. Vulgo *meineid* exponitur falſum juramentum: ſed vi vocis *pravum juramentum* ſignificat, quod recte vidit PALTHENIUS, & ex antecedentibus eſt manifeſtum.

MEINEN, in Dialectis Germanicis dicitur de omnibus aut præcipuis animæ rationalis operationibus, inprimis de *voluntate, cogitatione, memoria, opinione.* Et fortaſſe a Gr. μένος mens, animus. Quamvis hoc ab illo derivare ſuſtineat CLAUBERGIUS.

MEINEN, velle, voluntate intendere, *wolmeinen* bene velle, bene cupere, *wolmeinend* benevolus & benevole, *gute meinung* bona intentio. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *mynnu* velle. Quibus conſentit Græc. μένω cupio. Inde Francis *meino* intentio, voluntas. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. III. ab initio:

Quam tho thara in gegini
Mihil uuorolt menigi,
Nales then meinon
Bi Druhtinan einon,
Suntar ſie in then ſertin
Ouh Lazarum irkantin.

Senſus eſt, multitudinem conveniſſe non ſolius Domini ſed Lazari quoque cognoſcendi deſiderio.

MEINEN, cogitare, animo proponere, *er meint hoch zu ſteigen* grandia & ſublimia animo præſumit, *in diſer oder jener meinung etwas thun* hac vel illa intentione, cogitatione, conſilio, aliquid agendum ſuſcipere. Cum voluntas & propoſitum in anima rationali ſint intime conjuncta, hinc fit, ut hic ſenſus, quamvis ab antecedenti diſcretus, ſæpe cum illo ſit complexus. Gothis certe *munan* eſt in animo habere Joh. VI. 15. *kunnands thatei munaidedun ugaggan*, cognoſcens quod vellent vel cogitarent exire. Similiter Belgæ dicunt, *hy meynt deſen weg te gaen* ſtatuit hac transire. Vide plura huc ſpectantia apud Fr. JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 261.

MEINEN, putare, opinari, cogitatione conjicere. Gothis *munan* idem denotaſſe, ſequentia evincunt loca: *ni man* non puto, Luc. XVII. 9. *ſumai mundedun* quidam putabant, Joh. XIII. 29. *munds was* putatus erat, Luc. III. 23. quæ diligentiam Gloſſatorum effugerunt. Idem Anglis *to mean*, Islandis *eg meine*, Suecis *mena*, Belgis *meenen, meynen.*

MEINEN, reminiſci, recordari, cogitata recogitare. Gothis *gamunan*, Luc. I. 72. Angloſax. *gemunan*, ibid. Scriptoribus Sagarum *muna*, in Ind. VERELII. Hinc porro memoria Angloſax. dicitur *mund*, Suecis *minne.* Aliam verbi formam vide in *minnen.*

MEINEN,

MEINEN, ſignificare, cogitata ſermone vel alio ſigno demonſtrare. Idem quod Gallis *donner à entendre*. Senſus Francis præcipue familiaris. Exempla apud OTFRIDUM paſim obvia ſunt. Lib. II. Cap. I. 65.

Sin uuort iz al gimeinta,
Sus managfalto deilta.
Verbum ejus omnia deſignavit,
Et ſic varie diſtribuit.

Lib. III. Cap. XVII. 77.

Er ſih ſar nidar neigta
So ſliumo er thaz gimeinta.
Ipſe ſe mox inclinavit
Quamprimum hoc protulit.

Lib. IV. Cap. XII. 89.

Ni uuas thar ther firſtuanti
Uuaz er mit thiu meinti.
Non erat qui perciperet,
Quid hiſce ſignificaret.

Sic etiamnum vulgo dicimus, *wie iſt das gemeint*, *was meineſtu damit*, quid hoc ſibi vult, quid hoc ſignificat? Utimur etiam derivato *mine*, ſignificatio per vultum, & *mund* os, quia menri eſt pro inſtrumento in ſignificando. Hiſce conveniunt e Græcorum Lingua μαίνω ſignifico, μῆνις ſignum, μήνυσις ſignificatio: & Latinorum *minari*, cujus duæ ſunt ſpecies, oſtendere voluntatem nocendi & bene faciendi. Poſterior ſignificatus, qui paulo ignotior, bonis tamen auctoribus nititur. PHÆDRUS Lib. IV. fab. 22. *Qui magna cum minaris, extricas nihil.* HORATIUS Lib. 2. Sat. 3.

Atqui vultus erat multa & præclara minantis.

Abſtractis igitur ſpeciebus, & verbo ad genus ſuum redacto, *minari* idem erit quod *meinen*, h. e. ſignificare, oſtendere, deſignare.

MEINEN, ſignificare docendo. Ad hanc claſſem referri poſſunt (ni fallor) quædam VESELIANA in Indice, cujusmodi ſunt, *ment* doctrina, eruditio, inſtitutio, *mentur* eruditus & erudita.

MEINEN, ſignificare jubendo vel ordinando. Gloſſ. Pez. præordinati *pimeinta*, propoſuit *pimenta*, decretum imperatorium *cheiſarlihha pimeinida*. Hodie ſuperat in ſubſtantivo *meinung*, quo Principes uti ſolent in literis pro juſſu & mandato.

MEINEN, ſignificare jurando. Inde *firmeinen* pejerare, apud Francos. Gloſſ. Pez. perjurem *firmeine*.

MEISE, nota avicula. Angloſax. *maſe*, Belg. *meęs*, Gall. *meſange*, Latino-Barbaris *meiſa*, & *minima meiſa* apud Monachum Sangallenſem a CANGIO publicatum Lib. I. *de cura Eccleſiaſtica Caroli M.* Latine ſcribentes *parum* & *parulam* vocant, neſcio quo auctore, veriſimiliter tamen a parvitate. Nam ob eandem cauſam Suecis vocatur *tetta*, Anglis *titmouſe*, a Gr. τιτθὶς parvus. Hanc analogiam ſi ſequamur, vox Germanica erit cognata cum inuſitato μίος parvus, unde Græcis μιότερος minor, μίστον minimum, μιόω minuo &c. Quæ conjectura inde firmari videtur, quod idem nomen quondam omnibus avibus minoribus erat commune. Gloſſæ ÆLFRICI in nom. avium: parrax (lege parix) *wrenna* vel *hice maſe*, bardioriolus *colmaſe*, forte pariolus vel hariolus, avis quædam auguralis.

MEISSEL. Vide *meitzen*.

MEISSEN, *Miſnia*. Urbs & provincia, a fluvio *Miſna* ſic dicta, teſte DITHMARO Lib. I. de rebus geſtis Henrici Aucupis. Verba Scriptoris vide ſupra in *markſteck*. Omitto nunc eos, qui Saxones a *Sacis*, Turingos a *Tyrageſis*, Miſnios a *Myſiis*, alios aliunde, nuda vocabulorum alluſione decepti, falſo deducunt; & hoc tantum obſervo, quod lingua Sorabica *mieza* ſit limes, terminus, meta, & *miezny* finitimus, limitaneus, teſte FRANZELIO in Orig. Sorab. pag. 698. 703. Nam hinc videtur conſequi, quod *Miſnia*, qua provincia, proprie ſit *limes Sorabicus*, vel *Marchia Saxonica*, a fluvio terminali ſic dicta, ſumpto e Lingua Sorabica vocabulo, quod tam fluvio quam regioni circa fluvium convenit. Reges Francorum jam Sæculo nono aut decimo Marchiones in his terris habuiſſe, qui limitem adverſus Sclavos cuſtodirent, collige ex dictis in *markgraf*. Adde, quod etiam lingua Francorum *metz* limitem ſignificet.

MEIST, præcipuus, maximus. Superlativus a comparativo Gothico *maiz* plus, quo utitur Codex Arg. Matth. VI. 25. *niu ſaiwala maiz iſt fodeinai*, nonne anima plus eſt quam eſca. Cum voce Gothica convenit Græc. μείζων & μᾶζον major & majus. Dicitur antiquitus (1) de qualitate. Inde Gothis *maiſtans gudjans* pontifices, id eſt, ſummi ſacerdotes Joh. XIX. 6. *auhumiſts weiha* pontifex, id eſt, ſummus ſacerdos Joh. XIIX. 13. proprie altiſſimus, a Celtico *uch* altior, ſuperior, quo hodie utuntur Cambri. (2) de quantitate. Inde Angloſaxonibus *mæſtan dæle* pars maxima. (3) de ordine. Inde Angloſaxonibus *let-meſt* ultimus, velut primus inter tardos. (4) de numero. Inde nobis *die meiſten* plurimi, præcipui numero. (5) de tempore. Inde formula *die meiſte zeit* pars maxima temporis.

MEIST, maxime, præcipue. Adverb. comparandi. Gloſſ. Keron. maxime, præcipue *allеromeiſt*.

MEISTER, magiſter. Gloſſ. Keron. magiſtri *meiſtres*, magiſterio *meiſtartuam*. TATIANUS Cap. CLVI. 2. *ir heizzet mih meiſtar inſi herro*, vos vocatis me magiſter & domine. Vox de Latinitate ſuſpecta, quia nec in Gothico, nec Angloſaxonico idiomate reperitur. STADENIUS tamen confidenter deducit ab adj. *meiſt* præcipuus, potiſſimus. Simili voce ad deſignandum *magiſtrum* utuntur Cambri, Angli, Belgæ, Sueci, Islandi, Dani, Galli, Itali, Hiſpani, imo etiam So-

rabi & Poloni apud FRENZELIUM in Orig. Sorab. pag. 79. qui omnium originem, & Latinæ quoque vocis, longo rudente petit ab Heb. *miſchter* dominatus. Compoſita & derivata, cum omnibus ſint manifeſta, non debent me detinere.

MEITZEN, *meitſen*, cædere, ſecare, incidere. Gloſſ. Pez. æri inciſos *kameizon*, truncare *apauarmeizzan*. Alias verbi formas, ſed ſororias & ab eadem matrice prognatas vide in *metzen* & *mutzen*. Interim a themate Francico habemus *meiſſel* ferrum lapicidæ & chirurgi, unde rurſus fit *meiſſeln* tali inſtrumento incidere.

MEL, farina. Vide *mel*.

MELDEN, dicere, commemorare, prodere ſcripto vel ſermone. Belg. *melden*. Olim deduxi a *malen* loqui, inſerto D. quod nunc minus placet, quia eadem verbi forma in veteriſtisſimis Linguis reperitur. MVLIUS tribuit Chaldæis *malthi*, *malathi* dico, *malatha*, *malotha* dicis, *mylitha* ſermo. AUSEQUIUS Tartaris Præcopenſ. *malthata* dico. Quod videntur a Gothis accepiſſe, cum adhuc ad Pontum Euxinum habitarent. Nam in Codice Argenteo, veteriſtisſimo Gothorum monumento, *mathljan* eſt loqui Joh. XIV. 30. & *mathl* loquela Joh. VIII. 43. Quæ certe a reliquis non niſi unius literæ & valde inſtabilis transpoſitione differunt.

MELDEN, apud priſcos ſæpe ſumitur in malam partem, & tunc ſignificat *cauſam alicujus prodere, & in foro denunciare*. SOMNERUS in Dict. AS. *meldian* prodere, *meldunge* proditio, indicatio, delatio, *meldfeoh* indicationis pretium, præmium vel merces, *melda* proditor. Gloſſ. Keron. prodiderit *melden*. Lege *meldet*. Gloſſ. Boxh. *melda* delatura. TATIANUS Cap. V. 7. *ni uuolta ſie meldan*, nolebat eam denunciare. Cap. XXII. 6. *ſcarioth ther uuat meldari*, Scarioth qui fuit proditor.

MELKEN, lac e mammis vel uberibus exprimere. Gr. ἀμελγῶ, Lat. *mulgere*, Angloſax. *melcan*, *meolcian*, Belg. *melken*, Angl. *to milk*, Suec. *molka*. Si vera eſt origo a *milch*, *melk* lac, quam verbo Germanico tribuit MARTINIUS, neceſſe eſt Græcos & Latinos nobiſcum loqui.

MELTAU, rubigo. Gloſſ. Pez. rubigo *milizuo*. Duo valde idonea ſignificare poteſt: *rorem maculantem*, ſi prior compoſiti pars ſit a *meil* macula, vel *meilen* maculare; & *rorem rubrum*, ſi *mel* Celticæ originis ſit, a *melyn* (Gr. μηλὸς) flaveus, croceus, quod extat in Lex. Ant. Brit. BOXHORNII. Utraque appellatio naturæ conformis eſt, ſive a macula ducta ſit, ſive a rubore, ut vox Latina.

MEMME, mater. Heb. *em*, Gr. μάμμη, Lat. *mamma*, Cambris & Angl. *mam*, Belg. *mem*, Hiſp. *mama*, Gall. *maman*. Quidam derivant a Gr. μαμᾶ cupio, alii a μαιόομαι obſtetricem ago. Sed longe veriſimilius eſt, vocem a pueris inventam eſſe, qui primos loquendi conatus a labialibus deſumere ſolent, ut obiter oſtendi in Præf. ad Germ. §. 6. Nec aliter ſentit SKINNERUS in præſtanti, quo Anglicam Linguam illuſtravit, Etymologico. Verba ejus, quia legi digna, hic apponam: *Procul dubio eſt vox a natura ipſa profecta, eoque ἀπέτυμος; omnes enim ubique gentium infantes ab hac voce, utpote omnium pronunciatu facillima, loquelam auſpicantur; ſola enim labiorum compreſſione pronunciatur*. Primo quidem fuit nomen matris, poſtea etiam nutricis & uberum, in quibusdam linguis. Confer *amme* nutrix. Quamvis autem hoc nomine materno nihil ſuavius aut venerabilius ſit, ſi tamen in virum torqueatur, injuria cenſetur. Notum dicterium *feige memme* homo muliebris & fœmina timidior.

MEMMINGEN, civitas Imp. Sueviæ. Suſpicor majus aliquod prædium nobilis cujusdam Fœminæ, originem loco & nomini dediſſe, & nomen illud *terram maternam* denotare, ex aliis locorum nominibus ſimiliter factis, colligo. Hinc de patria mea ſciſcitantibus, illud Delphici Oraculi de Homero effatum reſpondere ſoleo:

Quid Patriam quæris, mihi MATRIA, *non Patria ulla eſt.*

MENGE, multitudo, & ſynecdochice multitudo hominum vel turba. Contrahitur ex antiquiori *manige*, *menige*, quod eſt a *manig* multus, per medium derivandi E. Verſio Goth. Joh. VII. 31. *managai thizos manageins galaubidedun imma*, multi de hac turba crediderunt ei. Verſio Angloſax. Luc. V. 15. *mycele menegeo comun thæt hi gehyrdon*, multæ turbæ venerunt ut audirent. TATIANUS Cap. CCXXXVI. 4. *ni mohtun ziehan thaz nezi fora thero menigi fiſgo*, non valuerunt trahere rete præ multitudine piſcium. Gloſſ. Keron. in multitudine *in managii*. VERELIUS in Ind. *meingi* multitudo hominum.

MENGEN, *vermengen*, miſcere, confundere. Græc. μιγνύω, Angloſax. *mengean*, Francis, Alam. Belg. *mengen*, Angl. *mingle*. ISIDORUS Cap. IX. 4. *nidhigun thimenghide mit ſundigem*, ſubdoli permixti cum peccatoribus. An a *menge* multus vel multitudo? Ita ſane videtur. Nam *miſcere* quid eſt, niſi ex pluribus unum facere? Nulla igitur cauſa eſt, cur Germanos hic græciſſare, cum doctiſſimis Viris, HELVIGIO & REIZIO, ſtatuamus. Præcipua derivata ſunt, *gemeng* mixtus, *gemeng werden* miſceri, conſerere manus, *gemenge* cœtus, *gemengel* mixtura, miſcella, farrago &c.

MENKELER, propola. Vide *mækler*.

MENNIG, multus. Idem quod *manig*.

MENNIG, terra rubra. Vide *meng*.

MENSCH, in tota retro antiquitate eſt biſyllabum. Oritur enim a *mann* homo, unde fit *manniſch*, *menniſch*, & noviſſime *menſch* per ſyncopen. Ab initio fuit adjectivum, ſicut reliqua in *iſch* definentia, poſtea etiam pro ſubſtantivo invaluit. Nam adjectiva

adjectiva hujus terminationis ſæpe ſubſtantivari, exemplis aliquot docui in *Prolegom.* Sect. VI.

MENSCH, *menniſcb*, humanus. Gloſſæ Angloſaxonicæ apud JUNIUM in Obſervatis ad Willeram. pag. 170. *menniſc gethanc* humana mens, *menniſc hand* humana manus, *menniſc cynn* humanum genus. Gloſſ. Keron. humana natura *manaſkiu chnuat.*

MENSCH, homo. Codex Arg. Joh. XII. 43. *frijodedun auk mais hauhein manniſka, thau hauhein goths*, dilexerunt enim plus gloriam hominum, quam gloriam DEI. Codex Rushworthianus citante JUNIO Matth. V. 11. *thonne eowic wærgath menniſc*, cum vobis maledixerint homines. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XII. 121.

Niſt man nih ein ſo richi,
Ther ſtige in himilrichi,
Ni ſi ther menniſgen ſun,
Ther thanana quam ouh heraſun.
Non eſt ullus homo tam potens,
Qui adſcendat in cœlum,
Niſi ſit filius hominis,
Qui inde deſcendit in terram.

Ægyptii habent *manoſch* eodem ſenſu, qua via, alibi oſtenſum. Suecis homo etiamnum dicitur *menniſkia*, Danis *menniſke.*

MENSCH, anima, homo interior. Gloſſæ Pezianæ *animam* bis exponunt *menniſcun*, non procul ab initio pag. 320. Appoſite CICERO in Somnio Scipionis: *Nec enim tu es, quem forma iſta declarat, ſed mens cujusque is eſt quisque, non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt.* Verba Scipionis eleganter tranſtulit TRILLERUS, vir eruditiſſimus:

Was wir von auſſen an dir kennen,
Das biſt du ſelbſten nicht zu nennen;
Den menſchen macht des menſchen geiſt,
Nicht die geſtalt auf die man weiſt.

Hic ſenſus, quamvis pulcherrimus, & Philoſophiæ Antiquo-Barbaricæ, quæ antiquiſſimis temporibus in Gente noſtra viguit, teſte CLEMENTE ALEXANDRINO, haud dubius index, hodie obſoleſcit. Convenit cum illo Græc. μένος animus, & Lat. *mens.*

MENSCHLICH, humanus. Novum, ſed legitime factum a *menſch* homo.

MER, humor, liquor, aqua fluens & ſtagnans. Primitivum Celticum, cujus nulla reddi poteſt ratio, niſi hæc, quod ſit antiquiſſimum. Inde Cambris *merlys* herba aquatica, *merydd* humidus, liquidus, *cymmer* confluens, *dwr merydd* lacus, aqua ſtagnans, interprete BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. pag. 45. 46.

MER, collectio aquarum in continente. In Codice Argenteo *marei* dicitur de lacu Matth. VIII. 27. & *mariſaiw* de ſtagno Luc. VIII. 23. Et hoc ſignificatu pollet etiam in ore Saxonico. SOMNER. in Dict. A.S. *mere* palus, ſtagnum, lacus, *fiſcmere* piſcina, vivarium, *hellemere* ſtyx, flumen infernale. Belgis etiamnum *meer* & *meir* eſt lacus, & hinc *Haarlemmer meir* & *Geneefſche meir* lacus Harlemenſis & Genevenſis.

MER, collectio aquarum extra continentem. Lat. *mare*, Camb. *mor*, Angloſax. & Franc. *mere*, Island. *mar*, Sclavon. *more.* BOXHORN. loc. cit. *mor* mare, fretum, æquor, ſalum, *mor-rudd* mare rubrum, *morbwch* delphinus, porcus marinus &c. Gloſſ. Pez. a mari *vonne mere*, Syrenarum *meriminnono.* VERELIUS in Ind. *mar* mare, *margygr* monſtrum marinum, Syren. Cum hic ſignificatus potuerit per gradus ab elemento humido ad mare pervenire, hinc operam ludere videntur, qui eum vel ab Heb. *mara* amarus, vel a Gr. μείρω divido, vel a μόρος exitium, deducunt. Ab illo populi quidam maritimi ſunt denominati. Inde

ARMORICI, quaſi ſupramarini, ab *ar* ſuper. Niſi *armor* Aremorice ſit littus. Tunc enim littorales denotabit, quæ BAXTERI interpretatio eſt.

MORINI, marigenæ, ab *eni* naſci, interprete BAXTERO in voce *Carini.*

POMERANI. Vide in P.

MER, per metonymiam contenti pro continente dicitur de quovis vaſe magno. Inde Angloſaxonibus *win-mere* lacus, cupa in quam vinum decurrit, interprete SOMNERO. Utitur hoc ſenſu Luth. 1. Reg. VII. 23.

MER, quatenus derivatur a *meren* augere, quod docendi cauſa ſuppono, auget qualitatem & quantitatem, continuam & diſcretam, & ſignificat quantum poteſt, ſubſtantive *auctionem* & *auctorem*, adjective *auctum* vel *magnum*, comparative *auctiorem*, *majorem*, & *potiorem*, adverbialiter *plus*, *magis*, *amplius.*

MER, auctor & auctio. Rhythmus de S. Annone Stroph. 29. *Auguſtus der mere man.* Vertit SCHILTERUS: *Auguſtus vir augens.* Nec fortaſſe male, quia Poeta videtur ad nomen Auguſti alludere, quomodo etiamnum Auguſtos appellamus *merer des Reichs.* Sed *mer* antiquius & ſimplicius eſt, & eadem analogia fieri poterat a *meren* augere, ut alia verbalia apud Veteres, quorum numerus innumerus eſt. Et huc probabiliter ſpectant *meres*, *mirus*, *marus* ex nominibus propriis, quæ ſi ad augendi ſignificatum referantur, ſæpe optimum ſenſum generant in compoſitis. Hujusmodi ſunt judice PONTANO in Originibus Francicis pag. 240.

RICHIMERUS, regni ampliator.
THEUDOMERUS, populi ampliator.
MARCOMERES, finium prolator.

Digna Ducibus Francorum nomina. Quibus addi poſſunt,

SIGISMERES, victoriarum auctor, apud Sidon. Apoll. Lib. IV. Cap. 20.
OTMARUS, felicitatis auctor, quamvis etiam proſperis clarum, & proſperis magnum denotare poſſit. Vide *od.*

WOLMA-

WOLMARUS, eadem notione, nisi forte idem sit quod *Volmarus* valde celebris.
VOLCMARUS, populi ampliator.
DIETMARUS, eadem notione ut *Theudomerus*.

Majoris indaginis sunt, *Induciomarus*, *Virdumarus*, *Combolomarus*, & alia apud CÆSAREM & LIVIUM, quæ an eundem vel alium conceptum, magnitudinis aut celebritatis involvant, Linguæ Celticæ peritioribus indagandum relinquo.

MER, magnus. Id est, auctus. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *mawr*, Anglosaxonibus *mære*, Francis *mer*, *merr*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *mawr* magnus, grandis, vastus, *mawredd* magnitudo, majestas. BENSON. in Voc. Anglosax. *mære* magnus, *mærth* magnitudo, majestas, *mærtha* magnalia. WILLERAMUS Cap. II. 15. *vahent uns die luzzelon uohon*, *die de uuingarton harto geargerent*, *obe sie mer uuerdent*. Lege, *er sie mer* vel *merre uuerdent*. Sic enim habet editio MERULÆ. Quod Belgice recte vertitur, *eer zy groot worden*. Nam sensus est: Capite nobis parvulas vulpes, quæ vineas demoliuntur, antequam adolescant.

MER, major. Anglosax. *mara*, *mære*, *mærre*, Franc. & Alam. *mer*, *mera*, *merir*. Gloss. Keron. major *mera*, majoribus *meroom*, *meriroom*, majori *merorin*. Evang. Anglosax. Joh. XIV. 28. *fortham fæder ys mara thonne ic*, quia pater major me est. Joh. X. 29. *thæt the min fæder me sealde*, *is mærre thonne ænig other thing*, quod pater meus mihi tradidit, majus est omnibus rebus. Mira versio, quæ non patrem, sed res a patre traditas cæteris majores facit. Inde Francis *merhuar* adulterium, i. e. fornicatio major, inter peccata criminalia in Catechesi Theotisca ECCARDI pag. 65. Quod vitium, cum prioribus Germanis esset ignotum, adeo ut ne vocabulum quidem extaret, Franci per compositum reddere conati sunt. Vide Præfationem ejusdem auctoris pag. 20.

MER, potior, melior, major qualitate. Evang. Anglosax. Marc. XII. 33. *thæt is mare eallum offrungum*, hoc majus est omnibus sacrificiis.

MER, plus, magis, amplius. Anglosax. *mare*, Franc. & Alam. *mer*, *meer*. Gloss Keron. plus *mer*, amplius *meer*, magis *meer*, magis ac magis *mer enti mer*, multo magis *michilu mer*. Gloss. Boxh. *mer uuoltis* maluisses, *erdo mer* quin, magis, potius.

MEREN, augere. Verbum a Francis proseminatum, & solis Germanis custoditum. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VI. 69. de Adamo:

Er gistuant uns meron
Then managfaltan uuewuon.

Vertit SCHILTERUS:

Perstitit nobis augere
Multiplices calamitates.

NOTKERUS Psal. CIV. 24. *do merota Got sinen liut*, *uuanda er manigfaltota in*, *unde starchta in uber sine sienda*, tunc auxit Deus populum suum, nam multiplicavit eum, & firmavit eum super inimicos ejus. Gloss. Pez. augmentasse *gimeron*, exaggerabat *gimerota*. Credo Francos hoc verbum formasse a μυρίος multus. Augere enim est multiplicare, primo quidem quantitatem, postea etiam qualitatem.

MERCH, equa, quadam Dialecto Germaniæ apud STILERUM. A *mære* caballa, per gutturalem affixam, ut *march* equus a simpliciori *mar*.

MERCH, virgo, puella. Græc. μείραξ, Camb. *merch*, Prussis & Lithuanis *merg*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *merch* filia, nata, item fœmina, mulier, *mab a merch* vir & fœmina. An sensum ab equa ad virginem translatum dicemus? At qualis est ista virgo, quæ equitandam se præbet? Mittamus igitur equam, & vocem Celticam ducamus a Scythica *mær* virgo, per gutturalem annexam, qua magnopere delectantur Celtæ in vocibus Scythicis, ut paulo ante patuit ex *march* equus, quod eodem artificio factum e simpliciori & minime aspirato *mar*. *Mær* pro virgine extat in Indice VERELII Scytho-Scandico, & passim, ut supra ostendi in loco. Interim a *merch* barbara Latinitas fecit *marcheta* tributum virginale, quod puella vel pater puellæ Domino solvit, non pro redimendo stupro, sed pro venia & licentia nubendi, ut dixi prolixe in *reit-schoss*.

MERCH, quatenus virginem notat, interdum vituperatur, & dicitur de virgine vitiata in compositis. Inde Francis *meribunsun* filius meretricis, in Glosis Pezianis. Hodie *jungfer* eodem sensu usurpatur in comp. *jungfernkind*.

MERGEL. Vide *mærgel*.

MERKEN, quatenus derivatur a *mark*, significat quantum potest. Gothis *usmarkan* est designare Luc. X. 1. Anglosaxonibus *mearcan*, *mearcian* signare, notare, apud SOMNERUM & BENSONIUM, Francis & Alam. *marchon* notare, limitare, & sensu ad animum translato observare, distinguere. Gloss. Pez. notabant *marchotun*. Gloss. Keron. terminentur *fin-kimarchot*. Gloss. Boxh. distincte *untarmarclihho*. WINSBEKIA ad filiam Stroph. 4. *schüs wilder blike niht zevil*, *swa lose merker bi dir sin*. Habent & Galli *marquer* & Hispani *marcar* notandi, signandi, & observandi significatu. Præcipua derivata & composita sunt, *merkluch* notanter, distincte, *gemerke* indicium & facultas distinguendi, *merk-zeichen*, *merk-mal* signum quod observari debet &c.

MERREN, occupare. Verbum extinctum, quod Anglosaxonibus & Francis effertur *merran*. BENSON. in Voc. AS. *merran* occupare. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 55.

Uuio er iz allaz uuirrit,
Ioh thesa uuorolt merrit.
Quomodo omnia perturbet,
Et ipsum mundum occupet.

Græci

Græci videntur inde habere *μέρος* labor, occupatio, Germani *miere* formica, animal occupatiſſimum. Differt a *marren* impedire.

MERTE, intritum. Vide *mörte*.

MERTEL, calx mixta. Vide *mörtel*.

MERZ, menſis anni tertius, a Lat. *Martius*, & non a *merzen* ſegregare, etiamſi STILERUS ad ruſticos provocet. Nam ruſticis abſme interrogati negarunt, ſeparationem ovium hoc menſe fieri; fieri autem ajunt proxime ſequenti. Angloſaxonibus placuit *hlydmonath* & *hreth-monath*, quorum explicationem dedit SOMNERUS in Dictionario. Inter nomina Menſium Carolina Martius dicitur *lengizin-manoth* & *lenzin-manoth*, h. e. menſis vernus, unde Belgis remanſit *lentemaand*. Quo ſenſu, vide in *lenz*.

MERZEN, *ausmerzen*, ſegregare. Verbum ruſticis noſtris familiare, quo utuntur, quando tempore tonſuræ veteres oves, prolificationi inutiles, a junioribus ſegregant, & ſigno aliquo diſtinguunt. Oritur, vel a *μέρος* divido, vel a Perſico *marz* ſignum, unde recte fit *merzen* ſignare, & metonymice ſegregare, quia ſignum illud mox ſequitur ſeparatio.

MESPEL, *miſpel*, meſpilum, *μέσπιλον*. Pomum notæ, ſed peregrinæ arboris. Meſpilus Catonis ævo in Italia non fuit, teſte PLINIO Lib. XV. Cap. 20. Quanto minus in Germania, quæ nec pomaria, nec hortos habuit, teſte TACITO Cap. XXVII. de M. G. Fallitur autem, quod exiſtimat, terram noſtram frugiferarum arborum impatientem eſſe, Cap. V. Ipſe nobis agreſtia poma concedit Cap. XXIII. Si mitioribus caruerunt antiqui, non terræ culpa tunc erat, quæ nunc mitiorum abunde ferax, ſed annuæ mutationis ſoli, quæ illos a cultura arborum avocavit.

MESS, celebritas ſacræ Euchariſtiæ, alias *Miſſa*. Ab initio (ut plerisque placet) erat *miſſio Catechumenorum*, aliorumque, quibus S. Cœnam ex diſciplina veteris Eccleſiæ nec participare nec ſpectare licebat: quos, ut diſcederent, hiſce verbis, quæ etiamnum obtinent, præmonitos ferunt, *ite, miſſa eſt*, id eſt, diſcedite, miſſio vobis indicitur. Sic *remiſſa* interdum ponitur pro *remiſſio*, & alia plura ejusdem generis CANGIO in Gloſſario obſervata. Poſtea per metonymiam antecedentis pro conſequente vocem ajunt uſurpari cœptam pro ipſis myſteriis, quorum cauſa Catechumeni erant dimiſſi, hoc eſt, pro celebratione ſacræ Euchariſtiæ. Ad confirmationem etymologiæ facit, quod in Regula S. Benedicti Cap. XVII. quantum ex textu inſigniter corrupto colligere licet, quævis miſſio Monachorum finita hora Canonica, vocatur *Miſſa*, & Alamannice *ſanta*, a *ſenden* mittere. Gloſſ. Keron. miſſa *ſanta*, miſit *ſanta*. HELVIGIUS tamen vocem *Miſſæ* derivat ab Heb. *miſſab* oblatio, & provocat ad Hieronymum, Capnionem, & Polydorum Virgilium de Invent. rerum Lib. V. Cap. 11. Si vox Hebræa recte ſe habet, non video, quid huic etymologiæ opponi poſſit, quæ altera longe commodior, & recta tendit ad rem denominandam, ut de aptitudine vocis cum opinione Veterum de S. Euchariſtia nunc nihil dicam. A *meſs* ſunt *meſs-opfer* ſacrificium Euchariſtiæ, *meſs-prieſter* ſacerdos, *meſsner* ſervus ſacerdotis, hodie ædituus.

MESS, feſtum, feſtivitas, ſolemnitas. SOMNER. in Dict. Angloſax. *meſſe-dæg* dies feſtivus, dies ſolennis. Plura compoſita exhibent Rubricæ Evangeliorum in Verſione Angloſaxonica, cujusmodi ſunt, *meſſe-æfen* diei feſti vigilia, in Rubrica Joh. XIV. 15. *meſſe-nyht* nox nativitatis Domini, in Rubrica Luc. II. 1. Addi quoque ſolet nominibus Sanctorum. Inde *Andreas meſſe-dæg* dies feſtus Andreæ, in Rubrica Matth. IV. 18. *to S. Agnan meſſan* ad feſtum S. Agnetis, in Rubrica Matth. XIII. 44. Quibus conſentit Kalendarium Runicum ab OLAO WORMIO in Faſtis Danicis publicatum, ubi in Januario occurrit *Paulus meſſa* Pauli feſtum, in Februario *Kindelmeſs* purificatio Mariæ, proprie feſtum candelarum, *Blaſius meſs* Blaſii feſtum, *Mathias miſs* Mathiæ feſtum. Alia in aliis. Cuncta ſummo ſtudio collecta a MARESCHALLO in Obſervat. ad Verſ. Angloſax. pag. 515. ſeq. Similiter & *Miſſa* perpetuo Eccleſiæ uſu pro feſto alicujus Sancti invaluit. Id quod ex Capitularibus Regum Francorum aliisque monumentis fuſe demonſtrat CANGIUS in voce. Quoties ita loquuntur veteres, tunc utuntur Synecdoche partis pro toto, & ab Euchariſtia, feſtis diebus celebrari ſolita, ipſum feſtum denominant. Hodie vigent compoſita, *Chriſtmeſs* feſtum nativitatis Domini, *Lichtmeſs* feſtum candelarum, *Kirchmeſs*, *kirmeſs* encænia, feſtum Eccleſiæ renaſcentis, *Hermeſs* magna celebritas, feſtum S. Mauritii apud Magdeburgenſes, idem quod *hohemeſs*. Nam *her* & *hoh* ſunt ſynonyma. Alii *feſtum legionis*, & rurſus alii *feſtum dominicum* interpretantur, quod tolerari poteſt, quamvis minus rotundum ſit.

MESS, nundinæ. Senſus a diebus feſtis ad nundinas translatus, cum quia origo nundinarum eſt a confluxu hominum circa Eccleſias in diebus feſtis, & præcipue encæniis, tum quia nundinæ excipiunt feſtos Sanctorum dies, & ab illis quoque denominantur, ſicut ab antecedenti conſequens. Inde *Michaelis-Meſs* apud Lipſienſes, *Laurentii-Meſs* apud Brunſuicenſes &c.

MESSEN, menſurare. Heb. *mad*, *madad*, Gr. *μετρέω*, Lat. *metiri*, Gothia *mitan* Luc. VI. 38. Angloſax. *metan* ibid. Francis & Alam. *mezzan*, Belg. *meeten*, Suec. *meta*. Gloſſ. Pez. metiantur *mezent*. Gloſſ. Keron. pendens *mezzinti*. TATIANUS Cap. XXXIX. 5. *in themo mezzi, thie ir mezzit, iſt ju gimezzan*, in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Metaphorice dicitur de

facultate judicandi, quia, dum res conſiderat, eas metiri videtur. Inde Angloſax. *mæthian* æſtimare, Germ. *ermeſſen* dijudicare, *beimeſſen* imputare, adjudicare.

MESSER, *metzer*, culter. Vide *metz* ejusdem ſignif.

MESSING, orichalcum, æs mixtum, vel mixti coloris, a *miſchen* miſcere, auctore MARTINIO.

MESTEN, *mæſten*, ſaginare. Vide poſt *maſt* cibus, ſagina.

MET, *med*, mulſum, potus ex aqua & melle confectus. LEIBNIT. in Gloſſ. Celt. *medd* hydromeli. Gloſſ. Ælf. de generibus potionum: *medo* meda, medus. Gloſſ. Pez. mulſum *meto*. VEREL. in Ind. *miodur* hydromeli. Idem Latino-Barbaris *medo*, *meda*, *medus* apud CANGIUM. Videtur in ſylvis Poloniæ natum, ubi ſumma mellis abundantia. Polonis enim mel vocatur *miod*. Hoc a Germanis, proxima Sarmatiæ loca incolentibus, arripi, & ad potum e melle transferri potuit. Angloſaxonibus *mæthe* eſt defrutum, h. e. vinum coctum, muſtum, aut ſimile quid, forte a Gr. μέθυ vinum, vel a Lat. *temetum* per aphæreſin.

METALL, metallum, μέταλλον, ἀπὸ τῦ μεταλλᾶν, i. e. ab inquirendo & ſcrutando. Eorum enim gratia itum eſt in viſcera terræ, & in ſede manium opes quæruntur. AUDÆUS in Lex.

METSCHEN, occidere. Vide *metzen*.

METTE, cantus *matutinus*. Vox ortu Latina, & intra Monaſteria nata. Germanicam vide in *ucht*.

METTWURST, genus farciminis, molle & recens. Forte in oppoſitione ad farcimina fumo indurata, a Gr. μόσθις mollis, vel Cambrico *mwyth* ejusd. ſignificatus.

METZ, ſcortum. Utitur Luth. Baruch VI. 8. PICTORIUS in Dict. *metz oder hur* mercenariæ ſtirpis ancilla, meretrix. FRISCHIUS in Vocibus Bibl. deflectit a *mieten* mercede conducere, ut *hur* ab *heuren*. Suſpicor, vocem ab initio bono ſenſu uſurpatam eſſe, ſive pro vira vel viragine, quæ Sorabis *muſchica* aut *muzica*, ſive pro puella, quæ Belgis *meuje*, Hiſpanis *moça*, ſive pro ancilla conducta, a *mieten* conducere.

METZ, menſura, liquidi & aridi. Heb. *mad*, Goth. *mitads* Luc. VI. 38. Angloſax. *gemet* ibid. nec non *met* in compoſitis *metfatu* vaſa menſurantia, *met-rap* funis metatorius &c. Franc. & Alam. *mez*. Gloſſ. Keron. menſura *mez*, heminam *mez*. Gloſſ. Pez. congium *mezeimpri*. TATIANUS Cap. XLV. 4. *quei* (*zuei*) *mez odo thriu*, metretas binas vel ternas. Vox Francica, unde nobis hodierna, eſt a *mezzan* menſurare. A *metz* eſt *metzler* tabernarius, qui ſal & farinam per modiolos vendit.

METZ, terra menſurata, & ſynecdochice fines vel termini alicujus terræ vel regionis, ſaltim uſu Francorum, quorum compoſita ſunt, *mezibau* proſcriptio finium, *geuuimez* pagus, regio menſurata, certisque finibus concluſa. Utrumque exhibet SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 82. Nos de poſteriori egimus in voce *gau*. Cum ſimplici convenit Lat. *meta*, & Sorabicum *mieza*, *meza* terminus, limes, apud FRENZELIUM in Orig. Sorab. pag. 698.

METZ, *metzer*, *meſſer*, quatenus derivatur a *metzen* cædere, ſecare, ſignificat quantum poteſt, (1) cultrum, qui Belgis *mes*, Hungaris *metzökes* teſte THIEBERO. Nec deeſt veſtigium vocis apud Francos. Gloſſ. Pez. ſcalpello *ſcripmesreſſe*. (2) gladium. VEREL. in Ind. *ſtekametz* pugio. FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 693. *mecz*, Polonis *miecz*, enſis, gladius. Græcis μάχαιρα utroque ſenſu dicitur, quod tanquam conſonum afferri ſolet.

METZEN, cædere, ſcindere, ſecare. Armorici ſimplicius dicunt *medi*, Gothi *maitan*, & hinc *afmaitan* abſcindere Marc. IX. 43. *bimaitan* circumcidere Joh. VII. 22. *unmaitan* excidere Matth. VII. 19. Similiter & Hungaris *metzöm* eſt ſecare, teſte THIEBERO. Francicam verbi formam vide in *meitzen*, noſtram in *mæben*. Variat enim vultus, ut ſolet facies ſororum. Interim a *metzen* reſtat nobis *ſteinmetz* lapicida. Nec alius ab initio Gallis fuit *maçon*, Belgis *metſelaer*, etiamſi hodie illis cæmentarium ſignificet.

METZEN, mutilare, truncare. Gloſſ. Pez. truncare *apauarmeizzan*. VEREL. in Ind. *meida* mutilare, lædere, membris truncare, *meyst* læſio, truncatio. Hodie dicimus *mutzen*, quod vide.

METZEN, jugulare, trucidare. Arab. *maza*, Belg. *matſen*, Lat. *mactare*, Lat. Barb. *matare*, Hiſp. *matar*, Ital. *amazzare*, Gall. *maſſacrer*. Hodie utimur frequentativis *mezgen*, *metſchen*, *matſchen*, *metzeln*. Ad præſentis aut ſimilis verbi formam ſpectat, quod lanio Sclavonis dicitur *meſſar*, Dalmatis *meszhar*.

METZELN, jugulare. Frequentativ. a præcedenti. Hinc laniones OTFRIDO vocantur *mezalara* Lib. II. Cap. XI. 14. Et in quibusdam locis *metzeler* pro lanione etiamnum uſurpatur. Non a Lat. *macellarius*, etiamſi ſono & ſenſu convenire videatur.

MEUCHEL-MORDER, *meuchelmörder*, ſicarius, percuſſor clandeſtinus, qui doloſe & per inſidias occidit. Suecis *miugmördare* referente STIERO. Prior compoſiti pars, quamvis ſit obſcura, non tamen extra omnem cognationem projecta eſt. Familiam ejus deſcribunt STAOENIUS & FRISCHIUS in vocibus Biblicis. LUTHERO *meucheln* eſt clam & doloſe agere, *meuchlings* occulte & doloſe Sir. XII. 18. WURSTISIO in Chron. *meuchleriſch* doloſus, fraudulentus. Græcis μύχιος eſt occultus, & ὀμίχλη caligo & nebula. In his reliqua contemplari licet.

MEUSEN, mutare, *meuſer* mutator, *maus* mutatio. Vide *muten* mutare. S. & T. ſunt literæ convertibiles.

MEUTE,

MEUTE, ſeditio. Gr. μῦθος, Lat. *motus*, Gall. *emeute*. Inde nobis *meutmacher* turbarum incentor, flabellum ſeditionis, Gallis *mutiner* & *mutin*, noto ſignificatu.

MEY, Majus. Vide *mai*.

MEYEN, frondes, flores. Proprie ſunt florum aut arborum virentium ſegmenta, vel rami reſecti, a Belgico *mayen* ſecare. A *mey* frons Dani habent *at maye* frondibus & floribus ornare, apud WORMIUM in Faſtis Dan. pag. 45.

MEYER, villicus. Vide *meier*.

MEZGEN, mactare. Frequentativ. a ſimpliciori *metzen*. Inde *mezger* lanio, *mezg* macellum, locus ubi pecudes mactantur.

MICH, me. Gothis *mik*, Angloſax. *me*, Francis & Alaman. *mih*, Belg. *my*, Angl. *me*, Gr. με, μι.

MICHEL, magnus, quantitate & qualitate, numero & potentia. Simplicisſimum eſt *mich*, quod in antiquisſimis Dialectis ponitur pro magno & multo. Ita Perſis *mih* eſt magnus, *mihter* major, *mihtras* maximus. Hinc Perſæ Solem adſpicientes eum appellabant *mihtras*, & tranſpoſita gutturali MITHRAS, velut maximum inter ſydera, & reliquorum Dominum. Cum poſitivo Perſico *mih* convenit exacte Gr. μέγας magnus, & quod Cambris *myg* eſt glorioſus, *mechdeyrn* monarcha, ſummus imperator, & Anglis *mug* multus. Poſtea invaluit *michel* eodem ſenſu. Quod tamen varie enunciatur in Dialectis, Græcis μεγαλῆος, Gothis *mikils*, Angloſax. *micel*, *mycel*, *mucel*, Franc. & Alam. *mikil*, *mihhil*, Island. *mikill*. Gloſſ. Lipſ. *mikil* magnus, multa, copioſa, *mikilon* magnis, *mikilo* magnifice, *mikile* magnificentia. Gloſſ. Keron. in magnis *in mihhilii*, multo magis *mihhilu mer*, multo minus *mihhilu min*. VEREL. in Ind. *mikill*, *mikil*, *mikit* magnus, *mikillmenne* vir magnificus, *miklaſt* magneſcere, & alia multa. Quæ a *mögen* poſſe, optimo jure deduxit STIERNHIELMIUS in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 110. Nam quocunque modo æſtimetur magnum, quantitate vel qualitate, a potentia magnitudinem ſuam habeat neceſſe eſt. Et ad hanc radicem referri quoque debent antiquiora illa & ſimpliciora *mich* & μέγας, ut conſideranti manifeſtum. Germanis *michel* obſoleſcit. Viguit tamen adhuc ante ducentos annos. MATHESIUS in Conc. IX. de vita & Script. Luth. pag. 106. *darauf liechelt der gute Heer Melanchthon, denn er hatte des dancks auch von den ſeinigen ein* MICHEL TEIL (magnam partem) *bekommen*. Et tametſi hodie extinctum ſit, auditur tamen adhuc in nomine vetuſto MEKLENBURG, magna civitas, Megalopolis, quod hodie Ducatui adhæret, a parvo vico ejus nominis, qui non bene ſuſtinet veterem magnitudinem.

MIEDER, ſtrophium, pectorale, mamillare, Dial. Suev. forte quod mamillas tegat, a *mieden* occultare, facere ut lateat.

MIEG, lenis, mitis. Anglis *meek*, Islandis *miuk* in multis compoſitis apud VEREL. in Ind. Sumptum videtur a Lat. *mitis*, quia T. verti ſolet in K. Sueci inde habent *ſmekia*, *ſmikra* mulcere, mitem & lenem reddere, Germani *ſchmeicheln* mulcere & adulari.

MIEG, lotium, *miegen* urinam reddere. Ita Helvetii. VERELIUS in Ind. *miga* mejere. Quibus conſentiunt Gr. ὀμίχω, Lat. *mejere*, & per epenth. *mingere*.

MIERE, formica. Vox Celtica. Cambris *myr* in Lex. Ant. Brit. Boxhorn. Procopienſibus *miera* in Epiſt. Busbeq. Angloſaxonibus *myra* apud BENSON. Scandis prioribus *maur*, hodiernis *myra*, apud VEREL. in Ind. Belgis *mier*, Græcis μύρμιξ & μῦρμος. Videtur nihil aliud denotare quam *occupatam*. Nam *merren* in plerisque veterum Dialectis eſt occupare, & formica eſt animal occupatisſimum, & continui laboris patiens; eamque ob cauſam alio nomine dicitur *ameiſ*, quaſi otii expers.

MIETE, pretium laboris & meritorum, alias præmium, merces, retributio. Gothis *mizdo*, Angloſax. *med*, Francis & Alam. *mieta*. Hinc verba Domini Luc. VI. 23. *merces veſtra copioſa eſt in cœlis*, Gothus ſic interpretatur, *mizdo izwara managa in himinom*. Saxo: *eower med is mycel on heofenum*. Francus: *iuuar mieta iſt ginuhtſam in himilon*, in Harm. Evang. Tatian. Cap. XXII. 17. Convenit Græc. μίσθος, & Sorabicum *mito* eodem ſenſu.

MIETE, donum, munus, penſio gratuita. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *med-feoh*, *med-ſceat* donum, munus, merces. Gloſſ. Schilt. pag. 586. *miete* donum. TATIANUS Cap. CCXXII. 2. *gabun then kemfon ginuhtſaman mietscaz*, dederunt militibus pecuniam copioſam. Inde Latino-Barbaris *curmedia* donum ſelectum, Domino competens ex hæreditate vaſalli, a *küren* eligere. Et huc etiam ſpectat vox Longobardica *methium*, donum quod uxori datur in die votorum, quæ legitur in Lege Long. Lib. II. Tit. IV. 3. & vox Islandica *mutgirne* dorophagia, aviditas recipiendi munera, apud VEREL. in Indice.

MIETE, pretium locationis & conductionis, alias cenſus & proventus ex ædibus collocatis. Senſus vocis hodiernus.

MIETE, conductio. Gloſſ. Pez. conductu *gimietido*. Verbale a *mieten*, ut reliqua.

MIETEN, mercede conducere. Francis & Alam. *mietan*. Gloſſ. Keron. conducunt *mietant*. Gloſſ. Boxh. conduxit *kimietta*. Gloſſ. Pez. conduxit *gimietota*, conducens *mietente*. Convenit Græc. μισθόω eodem ſenſu.

MIETLING, mercenarius, mercede conductus. Utitur Luth. Joh. X. 12. 13. Utrum extet apud Francos, neſcio. Reliqui aliis utuntur vocibus ad hunc hominem appellandum. Gothis dicitur *asneis*, quo ſenſu, non liquet: Angloſaxonibus *hyra*, & alibi *hyrling*, ab *hyran* conducere.

MILBE, *mülbe*, ſpecies vermiculi, *mülbig* carioſus, vermiculis ſcatens. TATIAN. cap. XXXVI. 1. *thar noh roſt noh miluua iz ni furmalent*, ubi neque ærugo neque tinea demolitur. Refer ad *mülen* conterere. W. apud Francos eſt medium derivandi. Inde *miluua* tinea; quod poſteritas mutavit in *milbe*, cognatas literas convertendo. Ita a *marw* fecimus *mürb*.

MILCH, lac. Angloſax. *meolc*, *meolac*, *meoluc*, Alam. *miluh*, Belg. *melk*, Angl. *milk*, Suec. *miölk*, Slavon. *mleko*, *mliko*, Græcis & Latinis inferioribus *μίλκα*, *melca*, apud MARTINIUM in v. *lac*. ISIDORUS Palthenii pag. 261. *dhar honec endi miluh ſpringant*, ubi mel & lac ſcaturiunt. STADENIUS refert ad *melken* mulgere, quoniam lac eſt ſuccus ex uberibus emulſus. MARTINIUS vero adverſo ordine *melken* derivat a *milch*, lac, & hoc a *μείλιχος* ſuavis, dulcis.

MILD, mollis, non-durus. Græcis *μαλὸς* eſt mollis, *μάλθη* cera mollita, *μαλθακὸς* & *μαλακὸς* mollis, *μαλάττω* mollio, emollio. Hic ſignificatus, quamvis in omnibus, quod ſciam, Dialectis extinctus, ſuperat tamen in genere dicendi figurato, ut mox patebit.

MILD, delicatus, *milder wein* vinum ſuave. Idem Belgis *milde wyn*. Similiter & Græcis *μαλὸς* nonſolum eſt mollis, ſed etiam tener, & *μαλθακὸς* mollis & delicatus. Unde, niſi quia delicatus molli ſimilis eſt, & nihil habet acerbi, quod guſtui reſiſtat? Latini dicunt *mitia poma*, alio ſono, eodem ſenſu.

MILD, mitis, clemens, benignus. Græcis *μαλακὸς* primo eſt mollis & tactui cedens, & metaphorice placidus, mitis, indulgens. Quia ſcil. mollis opponitur duro, & mitis non-duro ſimilis eſt. Hic ſenſus occurrit in plerisque Dialectis, recentibus & antiquis. SOMNERUS in Dict. AS. *milde* mitis, propitius, benignus, *mild-heort* miſericors, *mild-heortneſſe* miſericordia, *myltſian*, *gemiltſian* miſereri. Similiter & Francis *milt* eſt mitis, *miltherz* miſericors, *miltniſſa* benignitas, *miltida* miſericordia. Quæ vide apud SCHILTER. in Gloſſ. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XVI. 9.

Salige thie milte,
Beati mites.

VEREL. in Ind. *milder* mitis. Idem Belgis, Anglis, & Suecis *mild*. Quibus conſentiunt quædam Sorabica, cujusmodi ſunt, *mily* clemens, benignus, *mile* clementer, *miloſć* amor, *miloſciwy* propitius, apud FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 76. Quæ ille more ſuo refert ad Arabicum *mil* propenſus ſum.

MILD, a mitibus & benignis noviſſime transfertur ad munificos, quia idem affectus, qui hominem homini conciliat, eundem quoque largum & liberalem reddit. STILERUS in Theſ. L. Germ. *milde* liberalis & liberalitas, *mildigkeit* largitio, *mildiglich* liberaliter. WALTER von der Vogelweide ad Philippum Imperatorem apud GOLDASTUM in Animadv. ad Script. Paræn. pag. 381.

Dú Milt lonet ſam dú ſat,
Dú wnnekliche widergat,
Darnach man ſi geworfen hat:
Wirf von dir miltekliche,
Swelh Künig der Milte geben kan,
Si git im das er nie gewan,
Wie Alexander ſich verſan,
Der gab und gab, *do gab ſi im ellú riche*.

MILL, pulvis, ſabulum, & minutiſſima fragmina cujuscunque rei. Gothis *mulda*, Marc. VI. 11. Angloſax. *myl* & *mold*, Franc. *mel*, Scandis in Indice Verelii *mol* & *mold*, Belgis *mul*. TATIANUS Cap. XLIV. 9. *arſcutet then melin fon juuaren fuozin*, excutite pulverem de pedibus veſtris. Convenit Hebræum *mal*, quod multitudinem diviſam & in particulas minimas diſſectam ſignificat, teſte R. D. LOESCHERO Lib. 2. de cauſis L. Ebr. pag. 370. Hujus primitivi derivata ſunt *mülen* & *malen* molere, in minutiſſimas partes conterere. Et hinc deſcendunt Cambrica *malur* terra per talpam ejecta, & *mrwlwg* exverræ, ſordes.

MILTZ, ſplen. SOMNER. in Dict. Angloſax. *milt* lien, ſplen, *milte-ſare* dolor ſplenis, *milte-ſeoc* lienoſus, ſpleneticus. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. ſplen, id eſt *miltzi*. Belg. Angl. & Suec. *milt*. Unde Italis *milza* eodem ſenſu, quam vocem Germanis acceptam refert FERRARIUS. Et recte. Nam a *mild* clemens, mitis, benignus, naſcitur Angloſaxonibus *myltſian* miſereri: a *myltſian* rurſus fit *milt*, *miltz*, ſplen, quia ſplen eſt ſedes miſericordiæ ſecundum opinionem veterum, non Germanorum tantum, ſed etiam Græcorum. Nam & his a *σπλὴν* lien fit *σπλαγχνίζομαι* miſereor, miſericordia moveor, verbum in Codice ſacro novi fœderis paſſim obvium.

MIN, minus, *minder* minor & minus, *minſt* minimus, *mindern* minuere. Gloſſ. Keron. minus *min*, multo minus *mihhilu min*, minor *minnira*, minore ætate *demu minniru altere*, minime *min*, *minſin*. Gothis *miniſta* eſt minimus Luc. IX. 48. Belgis *min* minus, *minder* minor, *minſt* minimus. Gallis *moins* minus, *moindre* minimus. Græcis *μινύθω* minuo. Quibus conſentiunt Latina, *minus*, *minor*, *minimus*, *minuere* &c. Cuncta a poſitivo Celtico *man* parvus, exilis, minutus. Germanis *min* extra derivata obſoleſcit. Islandis a *min* formatur *minka* minuere, quod Suecis effertur *minska*.

MINE, ſignum oris aut vultus. Græc. *μῖμος*, *μίνυμα*, Gallis *mine*. Refer ad *meinen* ſignificare. Vox a Francis relicta, quibus *meino* quodcunque ſignum denotat, & *meinan* ſignificare. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XIIX. 105.

Sie namun thia meina
Thes lichamen gouma,
Sahun ſinaz altar,
Bithiu uuas ſi es filu uuuntar.

Obſer-

Obſervabant ſigna
Corporis ejus curioſe,
Et videntes ætatem ejus
Valde mirati ſunt.

Mirabantur ſcil. Judæi, Jeſum, qui nondum quadraginta annos natus eſſet, quod ex habitu corporis ejusque ſignis colligebant, profiteri auſum, ſe ante Abrahamum fuiſſe. Latinis *minæ* ſunt verba aut geſtus, quibus terremur, ex eodem fonte.

MINE, cuniculus, ductus ſubterraneus. Italis & Hiſpanis *mina*, Gallis *mine*. Utique a *minando*, h. e. ducendo. Quamvis enim *minare* pro ducere inſolens ſit Latinis auribus verbum, legitur tamen apud APULEJUM, FESTUM, HIERONYMUM, aliosque, quos vide apud MARTINIUM in *mino*. Utuntur & Leges quam frequentiſſime. Lex Sal. Tit. X. 6. *ſi pecora in domum minantur*, i. e. ducuntur. Lex Ripuar. Tit. LXXXII. 2. *ſi quis peculium alienum in meſſe adprehenſum ad parricum minare* (ducere) *non permiſerit, XV. Sol. culpabilis judicetur.* Lex Alam. Tit. LXXIV. 2. *Foris minetur* (ducatur), *& dicatur domino ejus, ut veniat videre quale damnum fecit.* Lex Anglior. Tit. XVII. *Qui quadrupedia alterius in ſepem cujuslibet ſeu foſſam minaverit*, i. e. duxerit. Similia extant in Lege Longobardica. Unde Latinis ſit hoc verbi, nemo hactenus inveſtigavit. MARTINIUS ſuſpicatur, factum illud eſſe ex Græc. ἀμύνω arceo, propello. Sed aliud eſt *arcere*, aliud *ducere*. Mihi perſuaſum eſt, illud ex ſemine Celtico ortum eſſe, nempe a *menn* locus, quo hodie utuntur Cambri, & *minare* nihil aliud eſſe quam de loco in locum ducere. Diſerte PAPIAS: *Minare ducere, de loco ad locum promovere.* Inde Gallis *mener* de loco in locum ducere, & *promener* exſpatiari, manifeſto ad locum relatu. A *mine* cuniculus naſcitur Latinis *minera* matrix metallica, & *mineralia* foſſilia: Gallis vero *miner* cuniculos facere, quod imitantur Germani in *minieren*.

MINNEN, meminiſſe, *minne* memoria. Suecis *minas* & *minne*, Danis *mindes* & *minde*. Conſenſum Linguæ Gothicæ & Angloſaxonicæ vide in *meinen*. JUNIUS deduxit a Gr. μνημονέω, per aphæreſin. Nobis omnes mentis operationes, ab ipſa mente, quæ Græcis μένος, nuncupatæ videntur. Apud priſcos Septentrionales *minne* & *minde* transfertur ad pocula, quæ in honorem & memoriam alicujus abſentis, ſive vivi, ſive defuncti, exhauriuntur. VERELIUS in Ind. *minni* libationes in alicujus memoriam. WORMIUS in Mon. Dan. pag. 28. ſeq. *Multi Bragebeggere exhauriebant, id eſt, Heroum, Regum, amicorum, & in bello fortiter rem gerentium memoriales Scyphos, quibus eorum manibus parentare ſe credebant, & Minde vocabant.*

MINNEN, amare, *minne* amor. Obſoleta, ſed Francis & Alaman. olim uſitatiſſima. Gloſſ. Keron. amor *minna*, caritas *minna*, amare *minnon*, diligere *minnoon* &c. Plura e veterum penu congeſta vide apud SCHILTERUM in Gloſſ. Hodie utuntur Belgæ, quibus *minne* amor, *minnen*, *beminnen* amare, *beminde* carus, dilectus &c. Inde Gallis vocabula blandientia *mignon*, *mignard*, *mignardiſe*, quorum ſignificatio ſatis nota. Apud Germanos viguit aliquando *anmin* amabilis. Cambris *mynnu* eſt velle, Græcis μένω cupere, idemque nobis *meinen*. Et amare quid eſt niſi bene velle & bene cupere? Hinc ſenſus a ſimplici voluntate ad propenſam videtur translatus, quomodo etiam Latinis *voluntas* de interiore affectu dicitur. Miratur SCHILTERUS, hoc verbum Germanis excidiſſe. Sed meminiſſe debebat vir ſummus illius AUSONII:

Mors etiam ſaxis nominibuſque venit.

MIR, mihi. Goth. *mis*, Angloſax. *me*, Franc. & Alam. *mir*, Belg. *my*, Gr. μοι, Gall. *moi*.

MIR, in nominibus propriis idem eſt quod *mar* & *mer*, ob perpetuam vocalium permutationem.

MISCHEN, miſcere, confundere. Verbum a Francis & Alam. relictum. Gloſſ. Keron. miſcens *miskenti*, permixti *duruhmiſte*. Gloſſ. Boxh. *kimiſcto* confuſe. Francos non fuiſſe conditores hujus verbi, ſed illud aliunde accepiſſe, patet ex uſu remotiſſimæ vetuſtatis. Idem enim Heb. *miſſech*, Gr. μίσγω, Lat. *miſceo*, Armor. *mügu*. Similia habet Slavonica Lingua in omnibus pene Dialectis. Denique etiam Anglis *mix* eſt miſcere, Gallis *mesler*, Italis *meſchiare*, Hiſp. *mezclar*.

MISELSUCHT, lepra. Vide *mas* macula.

MISS, particula præpoſitiva, quæ triplici pollet ſignificatu in compoſitis, recentibus & antiquis, domeſticis & externis, *defectus*, *erroris*, *pravitatis*, ut demonſtravi in PROLEG. Sect. V.

MISS, ſubſtantive aut adjective poſitum, fruſtrationem eventus, aut rem inaniter geſtam ſignificat. Sic vulgo dicunt, *es iſt miſs*, fruſtratum eſt.

MISSEN, *vermiſſen*, quatenus eſt verbum a defectivo *miſs* factum, ſignificat quantum poteſt, carere, privari, defectum pati, defectum ſentire, & deſiderio abſentis rei teneri, quæ plerumque natura ſunt conjuncta. Gloſſ. Boxhorn. *farmizzit* carebit. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XX. 40. *miſtun thes kindes*, carebant puero. Et paulo inferius: *ih miſta* carebam.

MISSETHAT, delictum. Gloſſ. Keron. delictum *müſituat*. Idem Gothis *miſſaded*, Angloſax. *müdæd*. Id eſt, maleficium, a *thun* agere, facere, & *miſs* quatenus pravitatem in agendo notat.

MISSHELLIG. Vide *hallen* ſonare.

MISSLICH, varius, diverſus. Gothis *miſſaleiks* Marc. I. 34. Angloſax. *miſſenlic* ibidem, & alibi *müslic*, Franc. & Alaman. *müſilih*. Gloſſ. Keron. diverſas *müſilihho*, variis *müſalihchem*. TATIANUS Cap. XXII. 2. *ubil-*

habente mit miſſalibben ſubtin, male habentes variis languoribus. Proprie eſt diſſimilis, a *hic* ſimilis per defectivum *miſs*, & dicitur de vario & diverſo, quia diverſa ſunt diſſimilia, & diverſiſſima, quo magis a ſimilitudine deficiunt.

MISSLICH, anceps, & ob eventum, qui vel bonus vel malus eſſe poteſt, periculoſus. Senſus hodiernus, ſed legitimus, & cum præcedenti cognatus. Nam dubia & periculoſa dicuntur ea, quæ natura ſua ita varia ſunt, ut vel bene ſuccedere, vel ſpem & opinionem noſtram fruſtrare poſſint. Hinc ſenſus a vario ad anceps ſapienter translatus eſt.

MISSLINGEN. Vide *gelingen*.

MIST, nebula, Dial. Belgica & Anglica. MARTINIUS in voce Latina: Anglorum *miſt* eſt a *moiſt*, quod iisdem eſt madidus: Galiis *moite* a *madeo*. Eſt enim, inquit, nebula humidior & craſſior aer. Quæ conjectura, etiamſi ſit elegans & naturæ conformis, aliena tamen eſt a vero & primitivo vocis ſignificatu. Nam in vetuſtioribus Dialectis *miſt* ſignificat caliginem. SOMNERUS in Dict. AS. *miſt* caligo, *miſtian* caligare. Forte quia caligo eſt privatio lucis, a *miſſen* carere, privari, vel a *μύειν* occultare. Quicquid ſit, ſenſum a caligine ad nebulam traductum eſſe patet, quia aerem obſcurat. Ita Græcis ὀμίχλη primo eſt caligo, & poſtea nebula. Latinis vero *nebula* dicitur a *nubo*, obvelo: Suecis *tòkn* a *tögen* occulere: Anglis *little cloud* a Græc. ἀχλὺς caligo, judice CASAUBONO, quod fruſtra impugnat SKINNERUS. Jam cum nebula tot Gentium & Linguarum conſenſu ſit caligo, æquum eſt, ut *miſt* idem notare putetur. Hodie obſoleſcit. Viguit autem adhuc ante D. annos. WINSBECK ad fil. §. 55. de mundo:

Ir beſtu minne wirt ein miſt,
Optimus ejus amor abit in nebulam.

MIST, ſtercus & ſterquilinium, ſimus & ſimetum. Goth. *maihſt* Luc. XIV. 35. Angloſax. *mixen* ibidem, & alibi *myx*, *meox*, Franc. *miſt*, Belg. *meſt*, *miſt*, Angl. *muck*. Gloſſ. Pez. ſterquilinio *miſtinum*, ſimum boum *miſit rindiro*. Vox Saxonica *myx* convenit cum Græca *μύξα* excrementum narium, verbi *μύσσω* excerno: Et videtur a Saxonibus ad omnia excrementa extenſa. Contra vox Francica *miſt* videtur oriri a *mæſten* pinguefacere, & ſtercori tribui ob uſum quem præbet in pabulandis agris. Quicquid ſit, a *miſt* rurſus fit *miſten* ſtercorare agrum.

MISTEL, viſcus, viſcum. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ac-miſtel* viſcum querneum. VEREL. in Ind. *miſtiltein* germen viſci. *Certum eſt*, inquit Cel. KEYSLERUS in Diſſertatione erudita de Viſco Druidum, *vocem Germanicam eſſe peregrinæ originis, atque e Latinorum* VISCO *formatam*. Verum, ſi rem & veſtigia rei ſequamur, contrarium deprehendimus. Nam viſcum eſt germen arboris, bacciferum & ſemper virens, nec tamen a ſua arbore productum. VIRGILIUS Æn. 6.

Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare ramos.

Rationem, cur viſcum ſit germen, quod non ſua ſeminat arbos, dedit PLINIUS Lib. XVI. cap. ult. *Viſcum ſatum nullo modo naſcitur, niſi per alvum avium redditum, maxime palumbis ac turdi. Hæc eſt natura, ut niſi maturatum in ventre avium, non proveniat.* Ergo *miſtel* eſt a *miſt* ſtercus, quod ex ſtercore avium pronaſcatur, nec aliter pronaſci poſſit. Quæ res anſam dedit proverbio: *turdus malum ſibi cacat:* quia ex baccis viſci fit gluten, quo turdi capiuntur. Neſcio quid dici poſſit ad naturam accommodatius? Quid Germani ſenſerint de viſco, ex nomine, quod eidem impoſuerunt, patet. Contra, viſcum in ſumma Galliarum admiratione fuit, præcipuè id, quod robori adnaſcitur, ſive quod rarum fuerit inventu, ſive quod cæteris præſtantius creditum. Repertum enim, magna religione a Druidis petebatur, tanquam donum e cœlo miſſum, quod ſuo vocabulo *omnia ſanans* appellabant, teſte PLINIO loco citato. Germanos illud appellaſſe *guthyl*, h. e. bona ſalus, & etiamnum quadam Dialecto ſic appellare, quaſi auctoribus Druidis, KEYSLERI opinio eſt, hoc interim ſuppoſito, Druidas fuiſſe in Germania, quod incertum aut falſum. Druidæ Britannici, quantum ex lingua Cambrica cognoſcere licet, illud vocabant *uchelwydd*, h. e. virgulam eximiæ virtutis, ut oſtendi in *hoch* excellens. Belgæ vocant *marentak*, vel a *mar* ſpectrum, quaſi ramum magicum, vel a *marren* impedire, quod ex illo fiat gluten aves detinens. Illud KEYSLERO, hoc MARTINIO ſe probavit. Vox Gallica *gui* videtur eſſe a Lat. *viſcum*. Vide MENAGIUM in *aguilanleu*.

MISTEL, gluten ex viſco vel baccis viſci præparatum, avibus decipiendis & detinendis. Angloſax. *miſtel-ta*, Angl. *miſſle-toe*. Prior compoſiti pars non opus habet nova etymologia: altera digitum pedis ſignificat, eam ſcil. partem, qua avis tenetur a viſco. Dicitur autem *miſtel-ta*, præpoſtero compoſitionis ordine, ut alia plura, pro *ta-miſtel*. Hodie vocatur *vogel-leim*, alio ſono, eodem ſenſu.

MIT, cum. Goth. *mith*, Angloſax. *mid*, Franc. & Alam. *mit*, Belg. *met*, Græc. μετὰ. Gloſſ. Keron. cum *mit*, cum bono animo *mit cuato muato*, cum conſilio *mit kiratida* &c. Interpres Angloſaxonicus promiſcue utitur particulis *with* & *mid* Matth. V. 24. 25. *gang ær and geſybſuma with thinne brother*, vade prius reconciliari cum fratre tuo. Et mox: *tha hwile thu eart on wege mid him*, dum es in via cum eo. Prius hodienum cuſtodiunt Angli, poſterius ignorant.

MIT,

MIT, una. Hoc ſenſu occurrit in multis Gothorum compoſitis, cujusmodi ſunt, *mithanakumbjan* una diſcumbere, *mitfaginon* una gaudere, congratulari, *mithſtandan* una ſtare &c. Quæ hodie imitamur in *mitgeben* una ire, *mitleiden* una dolere, compati, *miteſſen* una prandere, convivari, & aliis innumeris, quæ nullam habent difficultatem.

MIT, apud. Angloſaxonibus, Francis & Alam. ut ſupra. Gloſſ. Keron. apud *mit.* TATIANUS Cap. I. 1. *inti that uuort uuas mit Gote*, & verbum erat apud Deum. Et ſic etiam vertit Interpres Angloſaxonicus Joh. I. 1. 2.

MIT, inter. Omnibus antiquis ut ſupra. Evang. Goth. Marc. VII. 31. *mith tweihnaim markom*, inter duos fines Decapoleos. Ubi Luth. *mitten unter die grentze.* Marc. IX. 50. *gawairtheigai ſijaith mith izwis wiſſo*, pacem habete inter vos invicem. Ubi Luth. *habt fried unter einander.* Gloſſ. Pez. interſum *mitipin.* Angloſaxonibus quoque *mid* denotare inter, teſtis SOMNERUS & BENSONIUS.

MITE, ſtrues mergitum turrita, Dialecto ulterioris Pomeraniæ. Poſſit eſſe a Lat. *meta.* Sed præſtat derivare a *mithan* tegere. Nam *mitam* (ſic enim Latino-Barbari vocant) antiquitus tectam fuiſſe, patet ex Legibus Boiorum Tit. IX. Cap. II. §. 4. *de mita vero ſi illam detegerit vel incenderit, cum III. Sol. comp.* Et tegitur etiam hodie, vel apice ſtramineo, vel culmine e quatuor perticis ſuſpenſo. Illa in Legibus Boiorum vocatur *mita minor* §. 5. De verbo Angloſax. *mithan* vide plura in *meiden* tegere.

MITTE, *mittel*, medium inter duo vel plura extrema, ſive diſtantia æqualis ſit, ſive non. Gothis *midja* eſt medium, & dicitur de medio doctorum Luc. II. 46. & de medio turbæ Luc. IV. 35. Angloſaxonibus *midle* eſt centrum, *midlen* medium, *on midlene* in medio, & dicitur de medio Sacerdotum Marc. XIV. 60. Similia habent Franci. TATIANUS Cap. LXXII. 2. *in mittan then uueizi*, in medio tritici. Quibus convenit Gr. μέσον, & Lat. *medium.* Cuncta a *mit* inter. Nam hæc particula, quando ſubſtantivatur, neceſſario ſignificat id, quod inter duo vel plura extrema æqualiter vel inæqualiter locatum eſt. In compoſitis ſimpliciter dicitur *mid* vel *mit.* Inde Angloſaxonibus *middæg* meridies, medium diei, *mid-niht* media nox, medium noctis, Islandis *midvetr*, *midvinter* medio hyemis apud VEREL. in Ind. Germanis *mittag* meridies, medium diei, *mitwoch* dies Mercurii, medium ſeptimanæ. Poſtea etiam *medium* appellari cœpit, per quod pervenitur ad finem, ſenſu a medio continui deſumpto, cujus ope extrema connectuntur. Inde *mittel* inſtrumentum, ſubſidium, remedium, auxilium, opes, facultates &c. ſenſu latiſſimo & legitime nato, ſed hactenus apud Veteres non obvio.

MITTEN, adverbialiter poſitum, eſt *in medio.*

MITTEN, *mittel*, medius. Goth. *midjun*, Angloſax. *middan*, *middel*, Franc. *mittin*, *mittilo.* Inde

Gothis *midjun gard* orbis Luc. II. 1. id eſt, locus in univerſo medius, ut oſtendi in *gard* mundus.

Angloſaxonibus *middan-eard*, eodem ſenſu, *middan-wintre* natale Domini, a media hyeme ſic dictum, *middel-finger* digitus medius, & alia apud SOMNERUM & BENSONIUM.

Francis *mittingart* & *mittiligart* mundus, *mittelandig* mediterraneus, apud NOTKERUM Pſal. LXXI. 8. obſervante SCHILTERO in Gloſſario.

Medius autem proprie eſt diciturque is, qui inter extrema jacet, ſed non participat de extremis. Hinc ſenſus a medio translatus eſt, (1) ad indifferentem. Inde *mittelding* adiaphorum, ens medium, a medio ſitu inter bonum & malum ſic dictum. (2) ad modicum & mediocrem. Inde *mittelmæſſig* modicus, mediocris, medius inter nimium & parum, a *mittelmaſſe* modica menſura.

MITTER, medius. Utitur NOTKERUS Pſal. XLIV. 13. *in mittero brutt ſamenungo loben ih dih*, in media congregatione ſponſæ laudabo te. Hodie ſuperat in compoſito *mitternacht* nox media, medinoctium inter veſperam & auroram, item plaga mundi ſeptemtrionalis in verſione Luth. Luc. XIII. 29. a profunda nocte, ut meridionalis, cui opponitur, a mera vel media die.

MITTLEN, quatenus derivatur a *mittel*, ſignificat quantum poteſt. Angloſaxonibus *midlian* eſt domare, refrænare, dimidiare, apud SOMNERUM in Dict. Islandis *midla* dividere, partiri, minuere, apud VEREL. in Ind. Germanis hodiernis *mittlen* mediatorem agere inter duas partes, item intercedere, juvare, mederi &c. & inde *mittler* mediator, interceſſor, auxiliator. Cuncta idoneo ſenſu.

MODER, cœnum. Belg. *modder*, Angl. *mud*, Ital. *mota.* MARTINIUS & plures alii derivant a Gr. μυδᾶν putreſcere, fœtere. Cambri utuntur adjectivo *mwys* fœtidus, putidus, vapidus, quod cæteris cognatum.

MOGE, cujuscunque ſit ſignificatus, eſt verbale a *mögen* poſſe.

MOGE, potentia, *volle moge* plena potentia. Idem Angloſax. *mæge*, Sorabis *moc.*

MOGE, potens. SOMNER. in Dict. AS. *maga* potens, valens, *un-maga* debilis, impotens, imbecillis.

MOGEN, *mögen*, poſſe, valere. Omnes antiqui habent *magan*, Gothi, Saxones, Franci, Alamanni. Quod, cum ſatis notum ſit, prolixa demonſtratione non indiget. Addam tamen ex Gloſſis KERONIS Monachi ſequentia: poſſe *magan*, poteſt *man*, *mac*, non poteſt *ni mac*, poterit *megi*, prævalere *furimagan.* Islandi eodem ſenſu dicunt *meiga*, Belgæ *mugen*, *meugen.* In reliquis Dialectis vetus verbum apocopatur in *maa*, quod Danicum, *me* quod Suecicum, *may* quod

quod Anglicum. Sed *mogen* antiquius cenſeri debet, cum quia antiquiſſima habet derivata, cujusmodi ſunt, *michel* magnus, *macht* potentia, *moge* potens & potentia; tum quia multa Græcorum illis ſimilia ſunt, ut *μέγα* valde, valenter, *μέγας* & *μεγαλεῖος* magnus. Originem primitivi hactenus fruſtra quæſivi.

MOGEN, *mögen*, potentia. Gloſſ. Pez. vim *magan*. Gloſſ. Lipſ. *megincraft* majeſtas. SOMNER. in Dict. Angloſax. *mægen* virtus, poteſtas, potentia, facultas, *ſwa mon georneſt mæge* pro virili. Hodie utimur compoſito *vermögen*.

MOGEN, *mögen*, velle, *ich mag nicht* nolo. NOTKERUS Pſal. VI. 8. *ih mahta baldo weinon*, vellem vehementer plorare. Senſus a potentia ad cupiditatem translatus, quia experientia teſtatur, homines, poſitis omnibus ad agendum requiſitis, ea maxime poſſe quæ volunt, & non poſſe quæ affectibus impediti non volunt. Cum hoc ſignificatu convenit Gr. *μάω* cupio.

MOGLICH, *möglich*, poſſibilis. Belg. *mogelyk*. Poſſibilis eſt, qui poteſt exiſtere. Ergo a *moge* potens & *lich* ſimilis, quaſi potenti ſimilis. Vetera vocabula vide in *macht* potentia exiſtendi.

MOLCH, ſtellio, ſalamandra. Francis *mol*, Belgis *molk*. Gloſſ. Boxh. *mol* ſtilio. Gloſſ. Pez. ſtellio *mol*. An a Græco *μόλγη*? Negat hoc MARTINIUS, cujus verba adſcribam: „Cum erymologia Germanica non deſit, ſu„pervacuum eſt, externam quærere, &, ſi „dictio *μόλγη* Græcis in uſu eſſet, ut non „eſt, facta videri poſſet a lacteo liquore, non „minus quam Germanica, *μολγὸς* enim & „*ἀμολγὸς* a verbo *ἀμελγεῖν*, quod eſt lac mul„gere, derivantur.“ Hæc ille in voce *Salamandra*. Quem ſequitur JUNIUS in Obſerv. ad Will. pag. 200. “Meo, inquiens, „judicio noſtraribus *molk* dicta eſt Salaman„dra, quod ſit *ζῶον ἀμολγαῖον*, *animal* (ut ita „loquar) *mulctrarium*; tanquam quod la„cteum virus ex ore quaſi emulgeat: ſiqui„dem *Salamandræ ejusdem ſanie, quæ lactea „ore vomitur*, ut eſt apud PLINIUM Lib. X. „cap. 67. *quacunque parte humani corporis „contacta, toti defluunt pili, idque, quod con„tactum eſt, colorem in vitiliginem mutat.* „Quam conjecturam non leviter firmat, „quod *lac* Angloſaxonibus olim *meolc* vel „*molc* dicebatur, ac Friſiis vetuſtæ linguæ „veſtigia etiamnum ſervantibus *molke* dica„tur; eoque non ſit mirandum, ſi patres „noſtri animal ſaniem lacteam exſpumans, a „lacte *molk* nuncuparint.“ Hactenus JUNIUS. Quibus addere poterat, quod alias ſtellio Græcis ſimili vocabulo dicitur *γαλεώτης*, a *γάλα* lac ut videtur. Sed nihil horum me movet, ut a Francica voce *mol* recedam, cum quia nullum animal poteſt vocari lac, eo quod lac appetat, aut virus lacteum evomet, tum quia Francicæ voci ſua conſtar ratio, ſive ducatur a *meilen* fœdare, conſpurcare, ſive a *malen* pingere, maculis diſtinguere. Utrumque convenit ſtellioni, illud, quia ſanie ſua omnia contaminat, hoc, quia in dorſo maculas habet ſtellis ſimiles, unde OVIDIUS de illo:

- - - aptumque colori
Nomen habet variis ſtellatus corpore guttis.

Vox hodierna *molch* eſt a Francica *mol* per gutturalem, quæ ſæpe eſt augmentum finale ſupra neceſſitatem adjectum, ut oſtendi in *Proleg.* Sect. IV. in *Paragoge*. Idemque de voce Belgica *molk* ſtatuendum omnino. Sicambri, Francorum in eadem ſede poſteri, Salamandram vocant *olm*, quod non videtur differre a *mol*, niſi literis rranſpoſitis.

MOLKEN, lac coagulatum, & omnis cibus ex lacte concreto paratus. Angloſaxonibus *molcen* apud SOMNERUM & BENSONIUM. A *milch* lac. Inde *molken-markt* forum lacticiniorum apud Berolinenſes.

MOLMAN. Vide *malman*.

MON, papaver. Vide *man*.

MON, luna. Gothis *mena* Marc. XIII. 24. Angloſax. *mona* ibidem, Franc. *mano*, Procop. *mine*, Belg. *maan*, Angl. *moon*, Græc. *μήν*, Dorice *μάνα*. OTFRIDUS Lib. V. cap. XVII. 49. de adſcenſu Domini in cœlum:

Thia ſunnun joh then manon
So ubarfuar er gahon.
Solem & Lunam
Tranſcendit ſubito.

TRILLERUS in Somnio Scipionis nomen deflectit ab Heb. *man*, imago, ſimilitudo, quia Luna noctu repræſentat Solem, & ceu ipſius imago & ſimilitudo eſt. HELVIGIUS ab Heb. *mana* diſtribuit, quia annum in menſes partitur. Quod, cum ab officio Lunæ deſumptum ſit, nec veriſimilitudine caret, nec elegantia. Forte tamen Germani, Lunam adſpicientes, nomen illi condiderunt a verbo patrio *manen* monere, prout optime obſervatum KILIANO, qui pro etymo ſuo citat VIRGILIUM:

Ipſe pater ſtatuit, quid menſtrua Luna moneret.

Erant autem noſtri ab antiquo Aſtrologiæ dediti, & inprimis curioſi Lunæ obſervatores, nec ullius negotii, publici aut privati, niſi monente Luna aggreſſores. Hinc Arioviſtus noluit arma conferre cum Cæſare, quod matres familias declaraſſent, *non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam contendiſſent*, teſte CÆSARE de Bell. Gall. Lib. I. cap. 50. Et de conſultationibus eorum ſcribit TACITUS Cap. XI. de M. G. *Coëunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur Luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt.* Notum præterea omnibus, quid moneat Luna agricolas in ſementibus faciendis, arboribus plantandis, & ſimilibus ad rem hortenſem & agrariam ſpectantibus rebus. Ut computum

tum temporum, quem noſtri a nocte & nocturno ſydere inchoabant, nunc omittam. Mirari ſolent exteri, quod *Luna* omnibus populis Germanice loquentibus ſit generis maſculini, & *Sol* generis fœminini, cum reliquis in univerſo gentibus aliter videatur.. Reſponderi poteſt, Phryges, quorum ſermonem in multis imitantur Germani, hoc ſidus appellaſſe *Lunum:* Germanos ſimili vocabulo uſos eſſe, quod Lunam elemento humido & omnium fœcundiſſimo præeſſe, & humores nativos a Sole quidem foveri, a Luna vero moveri & diſpenſari credidiſſent. Quicquid ſit, hoc certum eſt, eos Solem & Lunam pari religionis affectu coluiſſe. Vide CÆSAREM Lib. VI. Cap. 21.

MON, a luna transfertur ad lunationes. Inde *monſüchtiger* lunaticus, qui menſtruo morbo laborat, & ſingulis lunationibus patitur, *monkalb* mola, maſſa fœtui ſimilis, ex fluoris menſtrui obſtructione concreta.

MONAT, menſis, tempus menſtruum. Gothis *menath*, *menoth*, Angloſax. *monath*, Franc. *manod*. Gloſſ. Pez. in menſe defluo *in regan manodo*. Haud dubie a *mon* luna. Medium derivandi vide inter Proleg. Sect. VI. in *at* & *od*.

MOND, luna. Idem quod *mon*, niſi quod *mon* ſit verbale, *mond* derivativum a *manen* monere.

MOND, menſis. Gr. *μὴν*. Utitur Luth. I. 26. & paſſim. Vel idem eſt quod *monat* extrito A. vel a Luna translatum ad menſem.

MOPS, canis lato rictu, & ſemiclauſis oculis. A Gr. *μύσσ*.

MOR, niger, nigricans, fuſcus, magis vel minus ater, *mor-erd* & per apocopen *mor* terra nigra, *mören*, *mor-rüben* rapæ fuſcæ. VEREL. in Ind. *mor* terræ quædam ſpecies unde color ſuffuſus (ſubfuſcus) conficitur ad tingendum pannum. Forte a Græco *ἀμαυρὸς* obſcurus, lucis expers, quod eſt a privativo *α.* & *μαύρω* luceo, judice MARTINIO in Cadmo, & optime dicitur de colore fuſco, qui, quo obſcurior eſt, eo minus lucem reflectit. Inde nomen MAURIS populo Africano, de quibus PETRONIUS: *Mauros habet tetra nox corporum.* Hodie non ſolum Africanos, ſed etiam Indos, & omnes populos, in quorum corpore color eſt noctis, appellamus *Moren.*

MOR, uligo, terra aquoſa, cœnum paluſtre, vel ſimile quid. Gloſſæ ÆLFRICI in nominibus ventorum: uligo *moor*. Islandis *morna* eſt putreſcere, apud VEREL. in Ind. Hinc *mor* poteſt eſſe terra vel aqua putris.

MOR, locus uliginoſus, aquoſus, & paludoſus. Belgis *moer*, Islandis *myra*, Latino-Barb. *mora*, *morus*, *mera* apud CANGIUM in Gloſſ. VERELIUS in Ind. *myra* palus, *their foro yfer holt oc myrar*, per tesqua & paludes iter facere. Inde Belgis *mœrig* paludoſus, *moer-land* terra paludoſa, *moer-viſch* piſcis paluſtris. Et Latino-Barbaris *moroſus* & *morinus* pro paludoſus. An huc ſpectent MORINI Gallorum ultimi, dubium eſt. Maritimos fuiſſe conſtat, paludes incoluiſſe non conſtat.

MORAST, palus, paluſtria. Francis *moraz*, Belg. *moeras*, Gall. *marais*, Ital. *marazzo*. Gloſſ. R. Mauri: murina *moraz*. DIECMANNUS legit *marina*, & Francicam vocem ducit a Celtica *mor* mare, quia loca paludoſa mari ut plurimum ſunt finitima. Sed hæc etymologia mare cum paludibus confundit, quæ teſte experientia nonſolum in locis maritimis, ſed etiam mediterraneis, & ab Oceano remotis reperiuntur. Lego itaque *morina*, quod ſecundum barbariem iſtius temporis eſt collectivum a *morus* palus, ut *montana* a *mons*, *paluſtria* a *palus*. Idemque ſentio de voce Francica *moraz*, quæ cæteris originem dedit, & certe non eſt a *mor* mare, ſed a collectivo *moroſa* paluſtria. Litera Z. vel quod idem eſt TS. ſæpe transponitur in ST. Inde nobis *moraſt* pro *moraz*.

MORCHEL, fungus niger. A Suecico *mörk* tenebroſus, fuliginoſus, quod eſt a Gr. *ἀμαυρὸς* fuſcus & niger. Galli hos fungos *morilles* vocant, itidem a mauro vel atro colore, judice SALMASIO apud MENAGIUM in voce. Vide *mor* niger.

MORD, obitus, exceſſus e vita. Perſis *mork*, Græcis *μόρος*, Lat. *mors*, Angloſax. *morth*, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Vox Græca omnium judicio eſt a *μείρω* divido, & optime competit morti, quia animam a corpore ſeparat.

MORD, *mord-tat*, homicidium. Goth. *maurthr*, plur. *maurthra*, Angloſax. *mordur*, *morther*, & compoſite *morth-dæd*, *morth-ſlage*, *morth-weorc*. Gallis *meurtre* e fonte Gothico. Refer ad *morden* necare.

MORD, homicidium clandeſtinum. Cambris *murnio* eſt occultare, & hinc *murn* inſidiæ, factum furtivum, & *murndwrn* homicidium occultum. Quæ vide apud BOXHORNIUM in Lex. Ant. Brit. Hoc ſenſu *murdrum* & *mordritus* paſſim uſurpantur in Legibus veterum Germanorum, litera N. e medio extrita. Lex Ripuaria Tit. XV. *ſi quis ingenuus ingenuum Ripuarium interfecerit, & eum cum ramo cooperuerit, vel in puteo, ſeu in quocunque libet loco celare voluerit, quod dicitur mordridus.* Lex Boior. Tit. XIIX. Cap. 2. art. 1. *ſi quis liberum hominem occiderit furtivo modo, & in flumen ejecerit, vel in talem locum, ut cadaver reddere non quiverit, quod Bajuvarii murdrido dicunt.* Lex Friſionum Tit. XX. *ſi quis hominem occiderit & abſconderit, quod mordritum vocant.* Extat & *morth* & *moroth* abſque terminatione Latina in Edicto Rotaridis & Lege Longobardica. Hodie ſuperat in compoſito *mordbrenner*, incendiarius, puta clandeſtinus. Nam proprie eſt *incendiarius per murdrum*, quia factum ejus abominandum habetur pro homicidio occulto, cujus auctor ignoratur. Differt ab hoſte publico, qui domos & urbes palam incendit.

MORDEN, quatenus derivatur a *mord* mors, duo inprimis ſignificat, mori, & facere ut moriatur.

MORDEN, obire diem. Perſis *morden*, Latinis *mori*, & hinc *mortuus* qui diem obiit. Veſtigium ſignificatus extat in Lege Salica Tit. XVII. 1. XXXVIII. 5. LVIII. 1. ubi *chreo mordo* eſt cadaver mortui. Vitiatam lectionem primus reſtituit ECCARDUS in notis; ſed *mordo* male interpretatur ſpolium.

MORDEN, necare, facere ut moriatur. Perſis *mordaniden*, Angloſax. *myrthrian*, Francis *murdran*, Island. *myrda*, Gall. *meurtrir*. Gloſſ. Pez. enecare *farmurdran*. VEREL. in Ind. *myrda* trucidare. Inde Latino-Barbaris *mortuus* occiſus, apud CANGIUM in Gloſſ.

MORDEN, occulte occidere, & occiſum occultare. Latino-Barbaris *murdrire*. Hinc Lex Ripuaria ſupra allegata inſcribitur *de homine mordrido*, i. e. interfecto & abſconſo. Et in Lege Boioaria ſervus occiſus & abſconſus dicitur *gamurdrit*, loco citato art. 3. Refer ad *mord* homicidium occultum.

MORDER, *mörder*, homicida. Angloſax. *myrthra*, *morth-ſlaga*. Gall. *meurtrier*.

MORDER, *mörder*, ſicarius, jugulator occultus. Angloſax. *morth-wyrhta*. Latino-Barb. *murdrator* & *murdritor*.

MORDER, *mörder*, latro, qui prædandi cauſa vias publicas obſidet. VERELIO in Ind. *mordingi* & *mordvargur*. Et hinc *mordverck* latrocinium. Ab ejusmodi latrociniis MARDORUM in Armenia majore nomen vir quidam doctus deducit, quod ARRIANUS illos λῃςὰς, i. e. latrones nuncupet. Angloſaxones latronem vocant *mor-ſceatha*, ſed ex alio fonte. Nam *mor-ſceatha* proprie eſt ſagittarius montanus, a *more* mons (unde *mor-land* regio montana) & *ſceoton* ſagittare. Cui appellationi anſam dediſſe videtur, quod olim monticolæ plerumque eſſent latrones, aut quod montibus & ſilvis tanquam latibulis uterentur, qui latrocinia exercerent. Hodie dixeris *berg-ſchütze*.

MORD-GELT, mulcta territorii pro homicidio, cujus auctor ignoratur. VERELIO in Ind. *mordgialld*, Latino-Barbaris *murdrum* ſimpliciter, quia nomina delictorum, ut jam ſæpe monui, ſolent communicari pœnis. Hinc *quietum eſſe a murdro*, idem eſt, ac liberum eſſe a mulcta pecuniaria, quæ villanis locorum, in quibus *murdrum* perpetratum fuerat, irrogabatur, interprete CANGIO.

MORGANICUM, ſive *morganaticum*. Dicitur de conjugio inæquali, cum Princeps vel Nobilis filios aut prolem habens, inferiorem duxerit, ea conditione, ut nec ipſa dignitatis ſuæ titulum uſurpet, nec filii ex iis nuptiis ſuſcitati, cum prioribus hæreditatem ſortiantur: ſed hoc contenta ſit, quo *mane nuptiarum* eam donaverit, quod *morgengaba* dicunt. SPELMAN. in voce.

MORGEN, mane, diluculum, lux & tempus matutinum. Gothis *maurgins* Joh. XVIII. 28. Angloſax. *mergen*, *morgen*, *marne*, Franc. & Alam. *morgan*, Belg. *morgen*, Angl. *morne*, *morning*. Gloſſ. Keron. mane *morkane*, matutini (hymni) *morganlob*. Gloſſ. Pez. diluculum *morganes*. Tatian. CLXXXIX. 1 *morgano giuuortanemo*, mane facto. Dicitur de luce oriente ſeu principio diei naturalis, & fortaſſe a *μαίρω* luceo. CASAUBONUS votum illud *guten morgen* derivat a *χαθὴν ἡμέραν*. SKINNERUS, qui hæc averſatur, meliora non docet.

MORGEN, oriens, plaga primæ lucis. Utitur Luth. Matth. VIII. 11. Gothicus interpres ibi habet *urruns*, Angloſaxonicus *eaſtdæl*. Illud orientem, hoc plagam orientalem ſignificat.

MORGEN, cras. Angloſax. *to morgen*, Angl. *to morrow*, Francis ut ſupra. Gloſſ. Pez. perendie *upermorgene*. Cauſa, cur idem nomen tempori matutino & craſtino commune eſſe poſſit, hæc eſt, quia computus dierum apud Veteres incipit a nocte. Quo fit, ut, quod in die naturali eſt *mane*, ſeu lux prima, id in die civili ſit *cras*, h. e. lux ſequens. Quod cum Critici non animadvertiſſent, vocem Germanicam deduxerunt ab Heb. *machar* cras. Interim Arabes quoque *mane* & *cras* uno deſignare vocabulo, obſervat MARTINIUS in *mane*. Confer *nacht* dies civilis.

MORGENGABE, genus dotis. Gloſſ. Ælf. in nom. omnium hominum: dos *morgengifu*. In Legibus Antiquis Germanorum, præcipue *Ripuaria*, *Alamannica*, *Burgundica*, *Longobardica*, paſim vocatur *morgangeba* & *morgangiba*. De qua, antequam aliquid dicam, haud abs re fuerit obſervaſſe, Dotem, hoc eſt donationem propter nuptias, non unam fuiſſe apud priſcos Germanos, ſed multiplicem, & nominibus diſcretam. PRIMUM genus vocabant *widum*. De hac dote ſcribit TACITUS Cap. XVIII. de M. G. *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert*. ALTERUM genus vocabant *reif*, eratque ſacer denarius apud Francos, Lege Salica ſtabilitus. TERTIUM genus vocabant *wittemon*, eratque pretium nuptiale parentibus aut cognatis ſolvendum, præcipue apud Gothos, Burgundiones, & Saxones, qui puellas ſuas non parvo munuſculo, ſed magno pretio nubentibus vendebant. De hac dote agit Lex Wiſigothorum Lib. III. Tit. IV. 7. Burgundionum Tit. XXXIV. 2. Saxonum Cap. VI. Singulas voces explicavi in loco. QUARTUM genus (quod hujus loci eſt) vocabant *morgengabe*, hoc eſt, *donum matutinum*, quia novus maritus novæ nuptæ poſt primam noctem illud offerebat tanquam pretium virginitatis, ut apud Græcos *διαπαρθένια*. Hoc munus apud Longobardos erat quarta pars bonorum mariti, & a reliquis dotibus paſim diſtinguitur. Diſerte GREGORIUS Turonenſ. Lib. IX. cap. 20. *Tam in* DOTE, *quam in* MORGANEGIBA, *hoc eſt, matutinali dono*.

In

In Jure prov. Alam. *morgengaube* eodem occurrit ſenſu Cap. XX.

MORGEN LANDES, jugerum. Vulgo definitur, tantum agri ſpatium, quantum uno die arari poteſt, quaſi eſſet ab ἡμέρα dies. Malim cum HELVIGIO derivare a μοργὴ vel μόργνω, quo modo *menſum terræ* vocabant agricolæ. Quamvis nec hoc neceſſarium ſit. Nam Gothica Lingua *maurgan* eſt breviare, haud dubie a Gr. μικρὸς brevis, tranſpoſito R. Codex Arg. Marc. XIII. 20. *ni ſun gamaurgidedi thans dagans*, niſi Dominus abbreviaſſet dies. Hinc *morgen* poteſt eſſe brevis terræ modus. Jugerum autore PLINIO pedes continet ducentos quadraginta. An ruſticis noſtris tantundem, plus minusve valeat, neſcio, neque inquirere nunc vacat. Hoc autem ſcio, ſpatia longe majora, & integros etiam diſtrictus, quamvis parvos & minores, Scriptoribus medii ævi appellari *Breves*. Quod vide apud CANGIUM in voce.

MORGEN-ROT, aurora. WILLERAM. Cap. VI. 9. *uuer iſt diſiu, diu ga uure get ſamo der ufgente morgenrot*, quæ eſt iſta, quæ progreditur ſicut aurora conſurgens? Dicitur alias *dag-rot*. Gloſſ. Pez. crepuſculo *tagarote*. Gloſſ. Boxh. *tagarod* aurora. Idem Angloſaxonibus *dæg-red* apud SOMNERUM & BENSONIUM. Cuncta a *rot* color rubeus.

MORSER, *mörſer, mörſel*, genus vaſis, in quo aromata aut ſemina piſtillo tunduntur. Gloſſ. Pez. mortariolum *morſali*, mortariola *morſara*. Idem Angloſaxonibus *mortere* apud BENSONIUM, Anglis *morter*, Gall. *mortier*. A Lat. *mortarium*. Noviſſime translatum eſt ad machinas bellicas propter ſimilitudinem.

MORTE, *mörte*, intritum, embractum, humidum (lac, cereviſia, vinum) pani fracto infuſum. A Lat. *moretum*.

MORTEL, *mörtel*, calx aqua & arena ſubacta. Anglis *morter*, Gallis *mortier*. A Lat. *moretum* auctore MENAGIO, qui nobis hunc fontem primus oſtendit. SKINNERUS, Criticorum Anglicorum princeps, vocem absque nota dimiſit tanquam obſcuram & inſanabilem. *Moretum* autem eſt intritum, probante SCALIGERO in Poëmate ejusdem nominis, & dicitur primo de cibis mixtis, mox etiam de aliis rebus, quæ miſcentur. Vide plura apud MARTINIUM in voce.

MOS, ulva, terræ vel arborum lanugo ex humiditate. Angloſax. *weos*, Angl. *moſs*, Belg. *mos*, *moſch*, Suec. *mæſſa*, *moſſa*, Gall. *mouſſe*. Cuncta a Lat. *muſcus*, judice SKINNERO.

MOST, vinum novum. Perſis, Angloſaxonibus, Suecis, & Anglis *muſt*, Belgis *moſt*, Gall. *mous*. Cuncta a Lat. *muſtum*. Germanicam vocem ſiſtit Gloſſarium ÆLFRICI in nominibus potionum, ubi *muſtum* vocatur *niwe win*, h. e. recens vinum. Poſtea ad omnes ſuccos e pyris vel pomis expreſſos, quatenus dulcedine ad muſtum accedunt, vox translata. Inde *bir-moſt* pyraticum, de quo jucundam hiſtoriam refert GOLDASTUS Tom. I. Rer. Alam. pag. 123. quam verbis ejus narrabo: *Gaſpar Schlumpfius civis & negotiator Sanctgallenſis convivium paravit non minus ſplendidum atque lautum. Ad id vocavit præter mercatores, qui pleraſque ultramarinas regiones perluſtraviſſent, & caupones quoque æſtimatione exoticorum vinorum celebres. Affertur initio menſæ guſtatio, cujus primas tenebat piraticum illud coctum. Quæsit ex convivis ecquid vini judicarent? Quum hic Malvaticum, hic Cretenſe, ille Corinthium, alius Corſum ſimilare dicereut, tandem ipſe dirempta contentione Turgovium eſſe pronuntiavit, nec in vitibus ſed arboribus apud ſe naſci.* A *moſt* Belgis eſt *moſtert*, Gallis *moutarde*, intinctus ex muſto & ſinapi mixtus.

MOTTE, tinea. Vide *made*.

MU, vox vaccæ naturalis. Inde *muhe* bucula, *muhen* mugire. Britannis antiquis ex eodem fonte venit *bu* bos, vacca, Græcis βοῦς, Latinis *bos*, quia literæ labiales in ore humano convertuntur. Habent & Hottentotti, gentes feræ circa Caput bonæ ſpei in Africa, *boe* & *bubaa* pro vacca, teſte M. KOLBIO in Opere Germanico de his Barbaris copioſe & eleganter conſcripto, & RELANDO in Diſſert. de American. pag. 147. Quid mirum, id illos habere, cum habeant vocem naturæ? Idem nomen apud veteres Septemtrionales tribuitur nonſolum vaccæ, ſed etiam omnibus animalibus domeſticis, quorum vox a litera labiali incipit. VEREL. in Ind. *bu* bos, vacca, ovis, capra.

MUCKE, *mücke*, notum inſectum, Gr. μυῖα, Latinis cum ſibilo *muſca*, Angloſax. *mycg*, Franc. *mucca*, Belg. *mugge*, Dan. *myg*, Angl. *midge*, Gall. *mouche*. Gloſſ. Pez. culices *muccun*, culex *mucca*. MAATINIUS in Cadmo deduxit a μύζω ſtrideo. Et Z. Græcorum ſæpe mutatur in C. vel K.

MUCKEN, muſitare, indiſtincte loqui, *mucker* muſitator. Dicitur de iis, qui per metum intra ſe murmurant, nec audent verbum diſtinctum proferre. Græci eodem pene ſenſu dicunt μύζω, Latini *muſſo* & *mutio*, unde Anglis *mutter*. Nos T. mutamus in K. ut ſæpe alias, & a ſimplici derivamus frequentativ. *mukſen*.

MUDE, *müde*, labor. Belg. *moeite*, Suec. *möda*. A Gr. μόθος. Ab hoc ſubſt. oritur verbum *müden* laſſare, labore defatigare, & ab illo rurſus verbale *müde* feſſus, laſſus, defatigatus.

MUDE, *müde*; feſſus. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XIV. 13. *tho giſaz er muoder*, tunc conſedit feſſus. Hymni antiqui apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 101. *muade ruachom lichamun* feſſa curis corpora, *nuadaz muat pihebit ſlaf*, feſſam mentem detinet ſopor. VEREL. in Ind. *modur* fatigatus. Idem Belgis *moede*, & per ſyncop. *moe*.

MUDEN, *müden*, laſſare & laſſari. Gloſſ. Keron. laſiſcat *muadee*. WILLERAMUS ex obſervatione Junii loco cit. *ſo uuer thiro uuereld arbeyde muothe*, ſi quis hujus mundi

ærumnis fatigatur: *thu ne muotheſt niet*, non fatigaris: *thaz her muotheda* quod fatigabatur. Hodie utimur compoſito *ermüden*, & hinc *ermüdet* fatigatus, *abgemüdet* delaſſatus, ad impotentiam agendi laſſitudine vel tædio redactus, *unermüdet* indefeſſus.

MUFF, diminutive *müffel*, manica vel chirotheca pellicea. Belg. *mof*, Angl. *muff*, Gall. *mouffle*, Ital. *muffola*, Lat. Barb. *muffula*. TURNEBO ſic dicitur quaſi *maninfula*, FERRARIO *manipula*. Facilius antiquitatem quam originem nominis cognoſcimus. Prima *muffularum* mentio occurrit in Capitulari Aquisgranenſi Ludovici Pii Capitulo XXII. & LXXIX. *ut muffulæ vervecinæ fratribus dentur*. Hodie ejusmodi præſidiis manus tueri contra rigorem hyemis, Monachis interdictum.

MUFFEL, labeo. Dicitur de cane, qui magna & pendentia habet labra, a *waffel* labium, os, rictus, mutato W. in M. de quo mutationis genere vide *Proleg.* Sect. III. Galli ex eodem fonte habent *muſle* os animalis, & non a *muſus* naſus, aut *muſulus* naſellus. Nam S. & F. non ſolent permutari, cum ex adverſo labiales ſint natura permutabiles.

MUFFIG, *müffig*, fœtidus ex ſitu, humiditate, vel corruptione. A ſubſt. Belgico *muf* putor, quod videtur truncatum ex *mephitis*, vocabulo a Syris ex lingua Aramea ad Hetruſcos delato, ſecundum SCALIGERUM in Varr.

MUHE, *mühe*, labor. Græcis *μόγος* eſt labor, & *μογῶν* laborare. G. & H. ſunt literæ convertibiles. A *mühe* eſt *müben* negotium facere, fatigare.

MUHE, *mühe*, moleſtia, vexatio, ærumna, Gr. *μόγος*, *mühſælig* ærumnoſus, calamitoſus. Senſus a labore ad ærumnam translatus, quia ærumna eſt res operoſa, & labor quaſi continuus, quo corporis & animi vires franguntur. Quapropter etiam VIRGILIUS *iliacos labores* vocat Trojanorum calamitates. Similem translationem vide in *arbeit*, altero laboris vocabulo. Illud, de quo hic agitur, exhibet NOTKERUS Pſal. CV. 30. *ſtillota die muohi*, ceſſavit vexatio. Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. A *mühe* eſt *müben* affligere, vexare, moleſtia afficere. Idemque Græcis *μογῶν* a *μόγος* afflictio.

MUHEN, *müben*, facceſſere, negotium facere ſibi vel aliis, *ſich bemühen* niti, contendere, curare. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 333.

Thio fruma then thar bluent,
Thie ſih zi thiu hiar muent.
Hæc bona ibi florent iis,
Qui ad illa hic contendunt.

Utitur ſimplici Luth. Marc. V. 35. *was müheſtu den meiſter?*

MUHEN, *müben*, affligere & affligi. Francis *muen*, *muon*, *muohon*, & *muwen*, utroque ſenſu, a *muohi* ærumna, Belgis *moeien* reciproco tantum. Sic vulgo dicunt *dat moeit my* hoc me cruciat. Gloſſ. Pez. inquietaſti *muotos*, exagitabat *muota*. NOTKERUS Pſal. XCIII. 3. *muohton dine erbe*, vexarunt hæreditatem tuam. Extat & *ſih muen* angere ſe, apud OTFRIDUM Lib. V. Cap. XXIII. 305. Hodie non amplius occurrit. Viguit tamen adhuc ante ducentos annos. Biblia antiq. Aug. Matth. XV. *mein tochter wird übel gemüt von dem teufel*. Locum citat STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 443.

MULBE, *mülbe*, ſpecies vermiculi. Vide *milbe*.

MULE, *müle*, molendinum, machina truſatilis. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *melin*, Armor. *milin* & *meul*, Hibern. *mulinn*, Gall. *meule*, *moulin*, Dan. *molle*, Angl. *mill*, Belg. *meulen*, Gr. *μύλη*, Lat. *mola*. Lat. Barb. *molinum*. Cuncta a *mülen* conterere. Gothicam vocem vide in *quern*. Saxones utraque videntur uſi. Sic enim lego apud SOMNERUM: *mylen* molendinum, *mylenſtan* lapis molaris.

MULEN, *mülen*, *malen*, conterere, in minutiſſimas partes confringere. Camb. *malu*, Goth. *malan* Luc. XVII. 35. Franc. & Alam. *mulen*, *mullen*, Suec. *maala*, Græc. *μύλλω*, Lat. *molere*. Gloſſ. Boxh. *farmullen* conplodere. Gloſſ. Keron. conterendum *farmulita*. NOTKERUS Pſal. XLIV. 8. *fermulende* conterens, *mulinde fleiſliche* conterens carnales. Cuncta a primitivo *müll* vel *mill* pulvis, quod ex antiquiſſima Hebræorum lingua petitum eſſe vidimus. Hodie *mülen* in deſuetudinem venit, etiamſi molitor dicatur *müller*, & in omnium ore viget *malen*, quod Celticum eſſe vidimus. Saxones non utuntur hoc verbo, ſed molere vocant *grindan*, unde Anglis *to grind*, quod videtur eſſe per epentheſin a Belgico *grut* ſcobs, pars minutiſſima.

MULL, *müll*, pulvis. Vide *mill*.

MULTRIG, rancidus, fœtidus, ex longo ſitu vel madore. Radicem cuſtodiunt Angli in *to mould* mucescere.

MUME, cognata. Gloſſ. Pez. materteræ *muomon*, conſobrini *muomun ſuni*. Dicitur univerſe de omnibus conſanguineis, non patris aut matris tantum ſorore, ſed etiam de neptibus, tanquam eſſet ab *ὅμαιμος* ejusdem ſanguinis, ſicut *vetter* ejusdem generis.

MUME, nutrix. Ex *amme* vel *memme*. Vide utrumque in loco.

MUMME, larva, *mummen*, *vermummen* larvam induere, *vermumt* larvatus, perſonatus, *mummel*, *mummert*, *mummelmann* terriculum. Belgæ dicunt *monime*, *mommen*, *vermomt*, Angli *mummer*. MARTINIUS in voce *larva* derivat a Græco *μομμὼ* terriculum, quod a nutricibus ad pueros terrendos factum exiſtimat. Alii a *momus* vel *mimus*, quia Gallis *mommerie* eſt ludus momorum vel mimorum, qui alios irrident. Sed nihil obſtat, ut eadem res, quæ ab initio fuit inſtrumentum terroris, poſtea ad lætiores uſus, convivia, ludos, ſaltationes, adhiberi cœperit,

cœperit, manente priſtino vocabulo. Confer dicta in *maſke* larva.

MUNCH, *münch*, *mönch*, monachus, *μόναχος*. Notæ originis a *μόνος* ſolus, quaſi ſolitarius. Gloſſ. Keron. monachorum *municho*. Idem Angloſax. *monec*, *munuc*.

MUNCHEN, *münchen*, monachum facere. Ita Jus provinc. Alam. cap. 28. cujus inſcriptio: *ob ain man ain kint münchet*. Hodie dicitur de caſtratione equorum, teſte STILERO in Theſ. L. Germ. pag. 1225.

MUND, os, hiatus inter duo labra. Gothis *munths*, Luc. I. 64. Angloſax. *muth* per ſyncopen, quod hodie imitantur Angli, Francis & Alam. *mund*, Island. *mun* per apocopen. Gloſſ. Keron. os *mund*, ore *munde*. TATIANUS Cap. LXII. 10. *fon ginuhtſami thes herzen ſprehhit ther mund*, ex abundantia cordis loquitur os. HELVIGIUS a *mandendo* deducit: Mallem a ſignificando, quod eſt officium oris nobilius. Nam ab ore formatur ſermo externus, quo animi ſenſa ſignificantur. Certe *meinen* eſt dictu ſignificare, & cogitata ſermone eloqui, ſaltim apud Francos, quorum teſtimonia ſupra produxi in verbo. A *meinen* autem recte fit *mund* os, organon quo mens oracula ſua fundit. Sic *λεγεῖον* quibusdam eſt os, a *λέγω* dico.

NOMINA PROPRIA ex interpretatione JUNII in Obſerv. ad Will. pag. 5.

(1) Virorum.

Adalmuut, nobile os.
Drudmuut, verum & veridicum os.
Fridemunt, pacificum os.
Helidmunt, ſtrenuum os.
Paldmuut, audax os.
Richmunt, potens os.
Ruodmunt, rubens os.

(2) Mulierum.

Drudmunt, veridicum os.
Engilmunt, Angelicum os.
Freuuimuut, delectabile os.
Heilmuut, ſalutare os.

Dubito, an ſatis appoſite. Quid enim jejunius, quam hominem appellare os? Græcorum iſtæ ſunt ineptiæ, non Germanorum, quos excellentiſſimos quosque ſenſus nominibus ſuis complexos eſſe, innumeris exemplis docemur. Vide ergo dicta in *mund* imago, *mund* vir, *mund* tutor, defenſor.

MUND, verbum, ſermo, eloquium. Ex eodem fonte, quia ſermo eſt index animi. Convenit Gr. *μῦθος* ſermo, oratio. Cognoſcitur ex derivatis, cujusmodi ſunt, *mundbar* orator, qui pro alio verba facit, apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 593. haud dubie a *bæren* ferre; *ambtsmund* oratio ratione officii habita, apud STILERUM in Theſ. L. Germ. pag. 1306. *mundbote* nuncius, qui mandata viva voce exponit, *mündlich* vocalis, *mündliche verſicherung* ſtipulatio verbalis &c. Quæ certe non ſunt a *mund* os, ſed a *mund* ſermo, oratio, loquela, ſignificatio animi per verba.

MUND, quatenus *verbum* ſignificat, ſenſum habet forenſem, notatque *ſtipulationem*, *ſponſionem*, *fidejuſſionem*, interpoſito verbo factam. Cognoſcitur ex compoſitis, qualia ſunt apud veteres,

Mundbürde, patrocinium Regis, Eccleſiæ, Epiſcopi, aut alterius viri potentis, Latino-Barbaris *mundeburde*, *mundiburdis* & *mundiburdium*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *mundbyrde* patrocinium, præſidium, protectio, tutela. STADENIUS *mundiburdium* interpretatur onus defenſionis, quaſi eſſet compoſitum a *mund* tutela, & *bürde* onus, in Voc. Bibl. pag. 689. Senſu quidem haud incommodo, ſed a conſtitutione vocis alieno, quæ potius componitur a *mund* ſponſio, ſtipulatio, verbum fidejubentis, & *byrde* ſuſtentaculum, quod eſt a *byrdau* ſuſtinere, verbo Angloſaxonibus uſitato apud BENSONIUM. Hinc is, qui in *mundeburde* Regis eſt, Francis Scriptoribus dicitur eſſe in *verbo Regis*, & ipſa *mundeburde* ſæpe vocatur *ſermo tuitionis*, imo *verbum* & *ſermo* ſimpliciter. Lex Sal. Tit. XIV. 5. *ſi puella quæ trahitur, in* VERBO REGIS *fuerit*. GREGORIUS Turonenſis Lib. IX. cap. 9. *Brunichildis graviter accepit, quod in ejus* VERBO *Sicharius* POSITUS, *taliter fuerit interfectus*. MARCULFUS Lib. I. Form. 24. *Cognoſcat magnitudo veſtra, quod nos Abbatem ſub* SERMONEM TUITIONIS *noſtræ viſi fuimus recepiſſe*. & mox de eodem Abbate: *ut ſub* MUNDEBURDE *noſtra quietus reſideat*. Unde patet, quid proprie ſit *mundeburde* vi partium ex quibus componitur, nempe verbum fidei, quo inferior in jure ſuo ſuſtentatur, ne quis illum infeſtare poſſit, & conſequenter patrocinium, & reliqua. Hæc prolixius fuerant proſequenda, quia Gloſſographi verum & genuinum vocis ſenſum non videntur aſſecuti, etiamſi in patrocinio omnes conveniant. Vocem a Francis ad Saxones veniſſe, vel hinc patefcit, quia Saxones non ſolent dicere *mund*, ſed *muth*.

Mundiburdus, patronus, defenſor, tutor, interprete CANGIO. Recte quoad ſenſum; ſed vi vocis eſt ſtipulator, cujus fide & verbo alter ſuſtentatur & defenſatur. Etymologia a mundo muliebri petita, quaſi *mundiburdus* ſit miniſter ejusmodi ornatus, tanquam ridicula meriro explodituv.

Muudmann, homo io alterius verbo vel fide poſitus. Nam verbum in foro pro fide eſt, & hinc is, quem alter recepit, a ſponſione ejus nomen habet. Vocem ſiſtit CANGIUS ex charta CAROLO M. tributa, nec non ex Privilegio Norimbergenſibus a FRIDERICO II. Imp. an. 1219. conceſſo. Ipſe ſic dictum arbitratur, quaſi *hominem tutoris*. Nec id omnino male, cum linguæ veteris tanta ſit ſecunditas, ut hunc quoque ſenſum haud ægre admittat.

Mundialis, ſubſtantive cliens, adjective clientelaris. Sic *leges mundiales* ſunt Leges de patrocinio latæ. Huc etiam referri poteſt *mundling* & *jamundling*, de quibus infra.

MUND, pax & ſecuritas ex ſtipulatione. Alter ſenſus forenſis, a cauſa ad effectum translatus, quoniam ſtipulatione res ſolent pacari. Sic Angloſaxonibus *mund* eſt pax, ſecuritas, *mund-bryce* pacis fractio, *mundan* & *mundian* pacare, apud Lexicographos. Et Francis *muntmann* ſæpe eſt ſtipulator ſecuritatis, in cujus fide alter requieſcit. Utitur hoc ſenſu NOTKERUS Pſal. XL. 10. *Judas min muntmann, ze demo ih mih verſah*, homo pacis meæ in quo ſperabam. Quod male redditur per *defenſor*, quia Judas non erat defenſor Domini.

MUND, imago. Cum imago ſit expreſſa rei alicujus ſimilitudo, hinc ſenſus vocis videtur ex eodem fonte cum ore & verbo petitus, nempe a *meinen* ſignificare, unde recte fit *mund*, ſignum, imago. Aut ſi hoc non placet, transferatur ſenſus a parte ad totum, ut Latini *os* ad faciem vultumque transferre ſolent. Familiam vocis ſiſtit VERELIUS in Ind. *mynd* imago, vultus, *eptrmynda gud* Deum imagine exprimere, *fyrimynd* exemplar, *gera mynd* imitari, exprimere aliquid ut hiſtriones. Ad hoc genus referri poſſunt nomina propria mulierum in Indice GOLDASTI, quæ formam videntur laudare, ut ſunt,

DRUDMUNT, imago amabilis.
ENGILMUNT, imago angelica.
FREUUIMUNT, imago delectabilis.

MUND, *münde*, oſtium fluminis, Angloſax. *muth*, Lat. Barb. *munda*. Proprie eſt os, & dicitur de oſtio, quia ori aquam evomenti ſimile. Inde nomina locorum, ubi aqua in aquam cadit, ut ſunt,

TRAVEMUNDE, portus Reip. Lubecenſis ad oſtium Travæ.
TANGERMUNDE, oppidum veteris Marchiæ, ubi Albis recipit amnem *Tanger*.
WARNEMUNDE, caſtrum in Ducatu Megapolitano ad oſtium *Varnæ*.
TENEREMUNDA, vulgo *Dendermonde* vel *Dermonde*, urbs Flandriæ ad oſtium *Teneræ* in Scaldim ſe exonerantis.

MUND, homo, vir. Danis *mand*, Islandis *madur* per ſyncopen, Germanis hodiernis *mand* & *mund* in compoſitis, cujusmodi ſunt, *iemand* aliquis, *niemand* nemo, *vormund* tutor, Germanis antiquiſſimis *mund*, *mand*, *mad* in nominibus propriis, mox explicandis. Etymon vide in *man* homo.

Nomina Propria.

HERMUNDURI, prælatores, viri bellicoſi, ab *her* exercitus vel prælium. Gens TACITO laudata Cap. XLI. de M. G. STRABONI vocantur *Eumondori*, & trans Albim locantur. Utrumque vitioſe.

SEGIMUNDUS, vir victoriæ, vir triumphalis. Princeps Cheruſcorum apud TACITUM Annal. I. 57. STRABO *Segimuntum* vocat.

HARTOMUNDUS, vir fortis, ſtrenuus, audax. Nobilis Germanus Romanis militans apud VOPISCUM in Aureliano. Francus fuerit an Marcomannus, ſuas an Romanorum copias duxerit, incertum. Certe nomine prodente fuit Germanus.

HILDEMUNDUS, vir heroicus, ſtrenuus, bellicoſus. Ejusdem Gentis & dignitatis, & Hartomundi belli ſocius apud Eundem. Vide *held*. Sed & virum nobilem denotare poteſt, ut dixi in *alt* nobilis.

GUNDOMADUS, prælator, vir belli. Nomen MARCELLINO proditum inter Reges Alamannorum. *Mad* ſyncopatur ex *mand* Dialecto Islandica. Cætera vide in *Gund*.

FARAMUNDUS, nomen clarum inter Reges Francorum. Significare poteſt virum profectionis bellicæ, ſi referatur ad *fara* expeditio. Aliam interpretationem vide in *mund* tutor.

THORISMUNDUS, vir vel defenſor ferox. Utrumque enim ſignificare poteſt. Claruit hoc nomine Rex inter Wiſigothos, GREGORIO Turonenſi memoratus Lib. II. cap. 7.

REMISMUNDUS, videtur idem qui alias *Ramnundus* vir robuſtus. Apud IDATIUM eſt Rex Suevorum in Hiſpania.

CUNIMUNDUS, vir audax. Nomen Regis Longobardici apud P. WARNEFRIDUM Lib. I. cap. 27.

NORMANDI, qui & *Normanni* ac *Nortmanni*, viri borcales, progenies Danorum elatiſſima, quorum nomen jam CAROLI M. ævo longe auditum.

Hue etiam ſpectant ex Catalogo GOLDASTI Tom. II. Rer. Alam.

ADALMUNT, vir nobilis, vel defenſor nobilitatis, ſi referatur ad *mund* tutor.
DRUDMUNT, vir charus, amicus, fidelis, vel patronus amicorum.
GÆRMUNT, prælator, vir bellicoſus. A *ger* bellum.
HELIDMUNT, idem qui *Hildemundus*.
KERMUNT, idem qui *Gærmunt*.
OSMUNT, vir præſtans. Vide dicta in *Os*.
PALDMUNT, vir audax. Vide *bald*.
RICHMUNT, vir vel defenſor potens.
RUODMUNT, vir utilis & conſultus, a *rad* conſilium, quod ruſtice effertur *ruod*.
SIGIMUNT, idem qui *Segimundus*. Hodie *Sigmund*.

MUND, protectio, tutela, & poteſtas tutelaris. Angloſaxonibus *mund* apud Lexicographos, Francis & Longobardis *munt*, *mund*, Scandis prioribus *mund*, hodiernis *mynd*, teſte

teſte VERELIO in Ind. OTFRIDUS in Præf. ad Lud. R. verſ. 63.

Von Gott er muazi haben munt,
Joh uueſan lange giſunt.
A Deo habeat protectionem,
Et ſit diu incolumis.

Inde Latino-Barbaris *mundium*, eodem ſenſu, præſertim Longobardis, apud quos (ut ex Legibus eorum liquet) quævis fœmina erat in *mundio* alterius, puellæ in *mundio* parentum vel agnatorum, uxores in *mundio* maritorum. Hujus ſubſtantivi generatio ita procedit. A *mund* vir fit *munden* viriliter defendere, aſſerere, tueri. A *munden* rurſus fit *mund* protectio, tutela. Præcipua Longobardorum compoſita ſunt,

amunt, liber a tutela & ſui juris, a privativo *a*.

mundovaldus, & per ſyncopen *mundoaldus*, tutor fœminarum. Proprie eſt adminiſter tutelæ, a *walten* adminiſtrare. Sed in foro Longobardico non dicitur niſi de fœminis.

Mundeburde, quæ huc trahi ſolet a Gloſſatoribus, mihi alterius generis eſt, & pro objecto habet non fœminas aut pueros, ſed viros provectæ ætatis, qui rebus ſuis præeſſe poſſunt, etiamſi in civitate potentioris præſidio opus habeant. Hodie utimur derivatis, *mündig* majorennis, qui ſeipſum & res ſuas defendere poteſt, *unmündig* minorennis, qui ob defectum ætatis ad defenſionem ſui impotens.

MUND, protector, tutor, defenſor. Ex eodem fonte, & antiquo derivandi more. Quemadmodum enim a *warten* cuſtodire fit *wart* cuſtos; ita a *munden* tueri fit *mund* defenſor. Occurrit eo ſenſu in compoſito antiquo-Francico *balmund*, quod eſt malus tutor, qui prævaricationem in adminiſtratione tutelæ commiſit, non falſus tutor ut vulgo. Extat in Charta CAROLI M. pro Monaſterio Augienſi apud CANGIUM & SCHILTERUM. Hujusque ſenſus apud priſcos recepti vix extant certiora aut illuſtriora documenta quam in Nominibus Regum Anglorum propriis, quæ hinc miram lucem accipiunt, ut ſunt,

EDMUND, protector felicitatis, ab *ead* felicitas.

ÆTHELMUND, defenſor patriæ, ab *æthel* patria.

ÆLMUND, omnium protector, ab *æl* omnis.

Et huc etiam referri poſſunt ex Gothica & Francica Dialecto,

FARAMUND, protector familiæ, ſi ducatur a *fara* genus.

FRIDEMUND, defenſor ſecuritatis.

THORISMUND, fortis defenſor, & alia ſupra memorata, quæ ob divitias veteris linguæ duplicem ſenſum admittunt.

MUNDEL, *mündel*, pupillus. Proprie homunculus. Eſt enim diminutiv. a *mund* homo, vir. Differt a *mundialis*, etiamſi ſono conveniat.

MUNDEN, viriliter defendere, aſſerere, tueri, a *mund* vir, & non a Lat. *munire*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *mundan*, *mundian* protegere, tueri, defendere, patroni inſtar vel advocati, *mild-heortneſſe mundath us on thæm myclan dome*, miſericordia nos proteget in illo magno judicio, *ſe the the mundath ſwa thin fæder*, is qui tanquam pater tuus te tuebitur. VERELIUS in Ind. *mynda* procurare, adſerere ſibi, *han myndar mans lot* adſerit ſibi virilem portionem. Similiter & Francis *muntan* erat protegere, defendere, & dicitur de affectu materno erga filium apud OTFRIDUM Lib. III. Cap. I. 67. obſervante SCHILTERO in Gloſſ. pag. 603. Omnibus conſentit Gr. ἀμύνω defendere, opitulari.

MUNDEN, munire ſolum vel aditum, firmare, cingere &c. Hoc verbum a cognatione reliquorum prorſus alienum eſt, factumque a Lat. *munire*, auctoribus Francis, qui inde habent *folmunt* fundamentum, columna, apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 309. Anglis *to mound* eſt ſepire, itidem a *muniendo*. Fons autem verbi Latini eſt *maen* lapis, ſaxum, quod Cambris e Celtica lingua relictum. Nam hinc recte derivantur *mœnia* & *munire*. Sueo-Gothis *munda* aliquando idem denotaſſe, colligo ex nomine Regis BRAUTAMUNDI, quod certe viarum publicarum munitorem, non patronum aut tutorem ſignificat, a *braut* via, iter. Vide LOCCENIUM Lib. 2. Hiſt. Suec. pag. 41.

MUNDER, *münder*, tutor, aſſertor. A *munden* tueri. Huc ſpectant quædam Nomina ex interpretatione VERELII in Indice ſub voce *mund:*

INGEMUNDER, Deorum tutor, Rex Deorum.

ASMUNDER, idem, ab *as* Deus.

TIODMUNDER, populi tutor, rex, a *tiod* populus.

GUNMUNDER, idem, a *gun* populus.

MUNDHERR, defenſor, patronus. Gloſſæ Florentinæ a STADENIO citatæ: *muntherro* patronus. Utrum appellatio a tutela, an a verbo fidei deſumatur, perinde eſt.

MUNDIG, *mündig*, majorennis. A *mund* tutela, quia capax cenſetur, ſe ipſum & res ſuas defendendi. Talis eſt jure Saxonico XXI. annos natus, quod natura ſeptimo quoque anno ætati ſignum imprimat, & a tertio ſeptenario completo accipiat præſidium ſui. Quodſi de numero annorum non certo conſtabat apud Veteres, tunc juvenem nudabant, & ex habitu corporis piloſo annos colligebant. Diſerte SPECULUM SAXONICUM Lib. I. Art. 42. *Over ein und twintich yarn, ſo is de man to ſinen yaren komen.* Et mox: *Welkes mans older men nicht en wet, bevet he har in deme barde, und nedene,*

nedene, und nnder ytliken arme, ſo ſal men weten, dat he to ſinen yaren komen is.

MUNDLING, qui ſe & res ſuas in potentioris tradidit patrocinium, puta Epiſcopi vel Abbatis, ut ſic militiam & alia reip. onera declinaret. Latino-Barbaris *jamundilingus*. Charta OTTONIS M. apud GOLDASTUM Tom. II. Conſt. Imp. pag. 43. *Si vero aliquis ex libertis voluerit* IAMUNDLING *vel Litus fieri &c.* SPELMANNUS in voce: *Dictum reor, quaſi gemundling, i. in alterius protectionem poſitus, gemundian enim Saxonibus eſt protegere. Ling juniorem ſignificat.* Hæc Spelmanni conjectura inde firmatur, quod in Codice Argenteo, quo verſio Gothico-Ulphilana contineri creditur, præfixum *ga* ubique ponitur pro *ge*, nonſolum in verbis, ſed etiam in nominibus. Ex *ga* vero facile fit *ja* in ore vulgi. Hæ vero particulæ, ſive affigantur ſive omittantur, nihil hic faciunt ad ſenſum, quia ſimplex idem ſignificare poteſt quod compoſitum, ut ex conſideratione verbi *munden* patet.

MUND-SCHENK, pocillator Regis, aut Principis, cujus officium eſt delibare porulenta, & inde nomen a *mund* os, & *ſchenken* propinare, quod prælibet ab ore Principis haurienda, quem morem videtur metus veneni in Aulas induxiſſe. Reliqua vide in ſimplici.

MUNSTER, *münſter*, baſilica, eccleſia cathedralis. Cauſam nominis conatur reddere CANGIUS his verbis; "*Monaſterium* ſæpe" ſumitur pro Eccleſia Cathedrali, quod ple-" risque in Eccleſiis Cathedralibus *Monachi*," non ut hodie *Canonici*, olim ſacra munia" obirent: unde uſu ſervato etiamnum in" Germania Cathedrales Eccleſiæ dicuntur" *Munſter.*" Hæc ille in voce *Monaſterium* ex GRETZERO & aliis. Quæ certe probarem, niſi *Munſter* antiquitus fuiſſet nomen Monaſterii. Gloſſ. Keron. monaſterii *muniſtres*, monaſterio *muniſtre*, monaſteriale *muniſtrilih*. Cauſa igitur reddenda, cur *munſter* relicto monaſterio adhæſerit Templo. Suſpicor ſtructuras Cathedralium iis temporibus, quibus monachi in illis ſacra adminiſtrabant, fuiſſe Monaſteriis proximas, imo contiguas, & ob unitatem ædificii in ſocietatem nominis receptas, auctoribus Monachis. Fuit ſane tempus, cum *munſter* utrumque ſignificaret. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *mynſter* monaſterium, eccleſia, *mynſterlic* monaſticus, *mynſter-man* religioſus, *mynſter-ham* eccleſiæ manſio, *mynſtre cleſung* reconciliatio eccleſiæ. Sed hæc ipſa nominum permixtio, pluribus ingrata, poſtea divortio anſam dedit. Nam vulgus, confuſionis impatiens, priſcam vocem paulatim ſubrraxit monaſterio, & propriam templo dicavit, illud nuncupando *kloſter*, hoc vero *münſter*. Sicque Monaſterium, quod ab initio fuit cella unius Monachi, poſtea Cœnobium, noviſſime Templum denotavit. Non, quod ſic oporteat, ſed quia uſus ſic voluit.

MUNTER, excitatus. Verbale a *muntern*.

MUNTERN, *ermuntern*, excitare. Factum a *motitare* per epenthef. auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. ſuſcitare *muntran*, ſuſcitemus *muntrimes*.

MUNTZE, *müntze*, nummus, *müntzen* nummos cudere, *müntzer* monetarius. BENSONIUS in Vocab. Angloſax. *mynet* numiſma, moneta, *mynet-ſmitha* officina cuſoria, *mynetere* monetarius, *mynetian* cudere. Gloſſ. Pez. cudo *munizon*, cudebat *munizeta*, trapezitas *munizara*, menſas *muntzſcrannon*. Proprie ſcamna nummularia. Cuncta a Latino *moneta*. Nam primis temporibus Germani aurum & argentum ſignatum non habebant, nec deſiderabant, exceptis Rheno proximis, a quibus vocabulum hodiernum videtur confictum. Vide TACITUM de M. G. cap. 5. Cambri moneram vocant *bath*, a *baeddu* percutere, quaſi percuſſam; quæ vox ex Gallia, ubi antiquior pecuniæ uſus, in Britanniam videtur translata. Nos inde habemus *batzen*, quod eſt parva moneta ſuperioris Germaniæ.

MURB, *mürb*, mollis, qui tactui facile cedit. Olim dicebant *marw* & *murw*, ut demonſtravi ſupra in *mar* mollis. Poſteritas W. ur ſæpe alias mutavit in B.

MURMELN, muſitare, murmur edere, *gemurmel* rumor, ſtrepitus muſſitantium. Olim erat obſtrepere, obloqui. Et hoc ſenſu Græci dicunt *μορμύρειν*, Lat. *murmurare*, Alamanni *murmolon*. Gloſſ. Keron. murmuraverit *murmoloot*, murmuratione *mur mulodii*, murmurantium *murmolonteru*, murmurioſum *murmulontan*. Frequentativ. a *murren* obſtrepere.

MURREN, obloqui, obſtrepere, ſive palam, ſive occulta & preſſa voce. Belgis *morren*, Latino-Barbaris *murrare*. Gloſſ. Iſid. *murrat* murmurat. Quibus ſimile Latinorum *muſſare*. Cuncta a ſimilitudine ſonitus, ſive aquæ fluentis, ſive canis ringentis, ſive ipſius murmurantis, qui dum intra ſe loquitur, videtur eum ſonum edere, quem verbo imitamur. Inde *murriſch* obſtreperus, obloquens.

MURREN, lugere, contriſtari, dolere, *murriſch* querulus, triſtis, moroſus. Gothi dicunt *maurnan* Matth. VI. 25. Angloſax. *murnan*, Franci *murnen* in Harm. Evang. Tat. Cap. CLXXX. 4. Angli *to mourn*. Verbum hodiernum eſt a Lat. *mœrere:* reliqua, quæ literam N. habent in medio, ſunt a Gr. *μωρὸς* querulus, tranſpoſitis literis. Franci ab hac verbi forma habent *morna* mœſtitia, quod extat in Gloſſis Boxhornianis, Galli *morne* triſtis, quod in Originibus Menagianis male derivatur a *mortuus*, Angli *mournful* lugubris, luctu plenus.

MUS, cibus, nutrimentum. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *maeth*, Gothis *mats*, Joh. VI. 55. Angloſaxonibus *mete*, ibid. Francis *muos*, Alamannis *muas*, Anglis *meat*, Danis *mad*, Island. *mat*, Gallis *mets*, Hiſpanis *mueſo*. Gloſſ. Keron. cibi *muaſes*, ciborum *muaſo*,

muaſo, cœna *abandmuas*. Gloſſ. Boxh. *muas* alimonia. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XII. 77. de buccella proditori inter cœnandum a Domino porrecta:

After themo muaſe
So kleib er Satanaſe.
Poſt hunc cibum
Adhæſit ille Satanæ.

TATIANUS cap. XIII. n. de Johanne Baptiſta: *ſin muos uuas heuuiskrekio*, cibus ejus erant locuſtæ. Cuncta, vel a *mes* glans, vocabulo antiquiſſimo, & Cambris e Celtica Lingua relicto, ſi primus hominum cibus fuerit glans; Vel a communi edendi notione. Nam edere, manducare Gothis dicitur *matjan*. Joh. VI. 31. Angloſax. *metſian*, Gr. μασᾶσθαι. Interim a *mus* componimus *musteil* cibaria, alimonia ex hereditate, *gemüſe* offa, *zugemüſe* offa ex oleribus, radicibus, leguminibus, auctuarii loco appoſita.

MUS, puls, cibus ex farina. Suevis *mues*, quod Alamannicum. Gloſſ. Keron. pulmentarium *muaz*, cocta duo pulmentaria *kaſotaniu zuei muaz*. Græcis quoque μάζα ſpecies pultis eſt.

MUS, maſſa rei decoctæ in ſimilitudinem pultis, pulmentum ex quacunque re. Inde *kirſchmus*, *apfelmus*, *muſtaden*, & ſimilia, noto ſignificatu.

MUSCHEL, concha. Forte a Gr. μύχλον pudenda, quia conchæ venereæ ſimilis.

MUSKET, ſclopetum majus, tormentum minus. Sicut *bomberda* a βομβέω, ita *muſchkete* (ſic enim milites noſtri pronunciant) a μιχμάω ſono, inſerto ſibilo.

MUSS, *muſſe*, coactio, neceſſitas, *muſs iſt ein bitter kraut* neceſſitas eſt herba amara. Forte a Lat. *vis*, unius labialis in aliam mutatione. Quo pacto *müſſen*, quatenus eſt verbum a ſubſtantivo ortum, ſignificabit quantum poterit, *cogere & cogi*, *neceſſitare & neceſſitari*.

MUSSE, otium, tempus vacans, ceſſatio a labore. Vox Francis & Alamannis propria, & verisimiliter facta a Lat. *remiſſio*, per aphæreſin. Gloſſ. Pez. ocii *muozii*. Gloſſ. Boxh. *unmuaza* occupatio. Gloſſ. Keron. vacat *muazzot*, vacent *muazzoen*, occupari *keunmuazon*. Plura ad familiam ſpectantia vide apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 602. 619. Cum hiſce conveniunt Gallica, *muſer* ceſſare, quod obſoleſcit, & *amuſer* detrahere otium & animum inanibus rebus occure. Præcipua derivata, quæ aliquam difficultatem habent, ſunt, *ameis* formica, & *emſig* jugis & aſſiduus in opere, quæ vide ſuis locis.

MUSSEN, *müſſen*, poſſe, *was muſs das ſeyn* quid poteſt hoc eſſe? SOMNER. in Dict. AS. *mot* poteſt, *ic mot* poſſum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XV. 8.

Mines fater hus iſt breit,
Uuard uuola then tharin geit,
Ther ſib thes muaz frouuon,
Joh mnana biſcouuon.

Vertit SCHILTERUS:

Mei Patris domus eſt ampla,
Bene huic qui eam intrat,
Qui ea poteſt gaudere,
Et intus conſpicere.

Vide annon ſit a Lat. *poſſe*. Nam inter *poſſe* & *moſſe* naturaliter nihil intereſt, quia P. & M. ſunt literæ ejusdem inſtrumenti, & conſequenter permutabiles.

MUSSEN, *müſſen*, licere, jure poſſe, *das muſs nicht ſeyn* hoc non licet. SOMNER. loc. cit. *ic mot* mihi licet, *we moton* nobis licet. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 7. de Caipha & Sacerdotibus Judæorum:

Si ni muaſun gan ſo fram
Zi themo heidinen man,
Thaz ſi in then gizitin
Biuuollane ni uuurtin.

Id eſt, *non licebat eis intrare in prætorium hominis ethnici, ne his temporibus polluerentur*. SCHILTERUS vertit, *non oportebat*, quod probare non poſſum. Interim apud Latinos quoque *poſſe* non ſolum ad *poſſibile*, ſed etiam ad *licitum* refertur.

MUSSEN, *müſſen*, cogere, neceſſitare. A *muſs* neceſſitas, non vice verſa. Hodie utimur frequentativo *müſsigen*, nullo cum præcedentibus nexu, ut conſideranti patet.

MUSSEN, *müſſen*, oportere, neceſſitari. Belgis *moeten*. Ex eodem fonte. In vetuſtioribus Dialectis hic ſenſus aliis verbis exprimitur. Nam *oportet* Gothis dicitur *ſkal* Luc. IX. 22. Angloſax. *gebyrede* Luc. XXIV. 26. Francis *gilimphit* & *githarf*, in Harm. Evang. Tat. Cap. XII. 7. Cap. CCXXVII. 2. Alamannis *kerihit*, in Gloſſis KERONIS. Interim a *müſſen* Angli habent *i moſt* oportet.

MUSSEN, *müſſen*, in votis concipiendis ſignificat *poſſe* vel *licere*. OTFRIDUS in Præf. ad R. Lud. verſ. 185. *niazan muazi thaz ſin muat*, liceat animo ejus frui. Hoc imitamur in formula, *es müſſe ihm wohl gehen* utinam poſſit eſſe beatus, vel liceat ei eſſe beato.

MUSSEN, *müſſen*, in diris ſignificat *neceſſitari*. Tale eſt, quando dicimus, *er müſſe ausgerottet werden* faxit Deus ut exterminetur, ut neceſſitate fati pereat.

MUSTER, typus, exemplar, ſpecimen. Rectius *monſter* ut Belgæ, vel *mönſter* ut Sueci. Oritur enim a *monſtrando*, quia facienti aliquid monſtrat, quod debet imitari. A *muſter* eſt vox hybrida *muſtricola* calopodium, pes ligneus, quem ſutor in ſuendo caliceo imitatur. Nam ſicut *muſter* eſt typus, ita κάλον lignum. Germanice dixeris *muſterholtz*.

MUSTERN, luſtrare exercitum. Belgis *monſteren*, Suecis *mönſtra*, Lat. Barb. *monſtrare*, Gallis *faire montre*. Cuncta a ſubſtantivo *monſtra*, *monſtrum*, armiluſtrium, ſcriptoribus medii Ævi ſic dictum, quod tunc ei qui exercitum conduxit, & milites & arma *monſtrentur*. Latinos eodem ſenſu aliquando dixiſſe *oſtenſio*, CANGIUS ex veteri

Saxo obſervavit: TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA. HOMINVM. ARMIGERORVM. OSTENSIONE.

MUT, menſura frumentaria. Gr. *μόδιος*, Lat. *modius*, Francis *mutti*, Belg. *mud*, *mudde*, Cambris *mu*, apud BOXHORN. *mid* in Legibus Wallicis. Gloſſ. R. Mauri: modius *mutti*, chorus *mez*, *drizuc mutteo*. TATIANUS Cap. XXV. 2. *untar mutti* ſub modio. Refer ad *meten*, *meſſen* metiri. Gallis *mui* eſt menſura vinaria, & ejusdem cognationis.

MUT, mens, anima, ſpiritus. Angloſax. *mod*, *mode*, Franc. & Alam. *muat*, *muot*. Gloſſ. Keron. mentem *muat*, mentibus *muatum*. Gloſſ. Lipſ. *muodis* mentis. Gloſſ. Pez. ſpiritus *muotes*, ſpiritum *muot*. NOTKERUS Pſ. XLII. 5. *Sid imago Dei* (*Gotes pilde*) *dir ana iſt*, *ih meino ratio* (*uuizze*) *unde intellectus* (*fernumeſt*) *diu ouh mens* (*muot*) *kebeizzen ſint*. Origo nominis eſt a verbo Gothico *miton* cogitare. ULFILAS Marc. II. 8.

Jah ſuns ufkunnands Jaiſus ahmin ſeinama,
& ſtatim cognoſcens Jeſus ſpiritu ſuo,
thatei ſwa thai mitodedun ſis, quod ſic cogitarent intra ſe,
quath du im, dicebat illis,
du hwe mitoth thata in hairtam izwaram, cur iſta cogitatis in cordibus veſtris?

Inde Gothis *mitons* cogitatio, Luc. IX. 46. *mitoneis* cogitationes, Luc. II. 35. & reliquis Dialectis *mut* ipſa ſubſtantia cogitans. Quæ appellatio perfecte convenit animæ, cujus a primordio dos eſt conſcientia & cogitatio, vis plane divina, qua ſe in omnia ſpargit, nota & ignota, divina & humana, cœleſtia & terrena. Latini *mentem* vocant, eodem pene ſono. Græcis *μητιάω* eſt delibero, *μῆτις* conſilium, intelligentia, prudentia, nonnulla cum reliquis adfinitate. Ab hoc ſubſt. oriuntur nobis verba, *vermuten* conjicere, conjectare, *mutmaſſen* mente vel cogitatu præſumere & quaſi præmenſurare.

MUT, animus, bene vel male affectus. Angloſaxonibus, Francis & Alamannis ut ſupra. Gloſſ. Keron. animos *muatu*, æquo animo *ebanemu muate*, cum bono animo *mit cuato muato*, cum malo animo *mit ubilo muato*. Vox ab anima ad animum tradu&ta, quia animus eſt ipſa anima, quatenus affectibus obnoxia conſideratur. Huc ſpectat formula antiqua *zu mute ſeyn*, affectum eſſe, qua utitur WILLERAMUS VIII. 1. *demo ſo ze muote iſt*, *der gibet allen uuerltlichen richtuom gerno hina*, qui ſic affectus eſt, omnes mundanas divitias facile dimittit. Quemadmodum autem animus innumeris modis afficitur; ita indoles cujusque modi cognoſcitur ex voce ſocia, quæ cum animo conjungi ſolet in compoſitis, quorum ingens turba eſt apud veteres & recentiores. Gloſſ. Keron. humilitas *theomuati*, ſuperbia *ubarmuati*. Gloſſ. Jun. in obſ. ad Will. pag. 297. *faſtmuot* conſtantia. Angloſaxonibus *lytel-modnyſſe* puſillanimitas, *leas-modneſſe* levitas, *an-modneſſe* unanimitas, *ead-modneſſe* facilitas, *wither-modneſſe* aſperitas, & alia innumera. Germanis *grosmut* magnanimitas, *hochmut* arrogantia, *demut* humilitas, *ſanftmut* lenitas, *wehmut* dolentia, *ſchwermut* triſtitia, *wankelmut* inconſtantia, &c.

MUT, ſynecdochice ponitur pro quovis animi affectu, inprimis eo, quo animus laxatur *lætitia*, firmatur *audacia*, effertur *ſuperbia*, accenditur *ira*.

MUT, gaudium lætitia, *gutes mutes* bono & hilari animo, *unmut* mœror, *mutfællig* triſtis, fractus, & quaſi gaudio dejectus.

MUT, confidentia, audacia, animoſitas, *mut machen* animare, animum excitare, *mut faſſen* animum colligere, *den mut ſinken laſſen* animum abjicere, *mutig* alacer, animoſus, audax. Gloſſ. R. Mauri mente conſternata *mot uarfallanemo*. Gloſſ. Boxh. *muatiki* animoſitas. Angloſax. *mod-ful* animoſus, quaſi fiducia plenus, apud BENSON.

MUT, nimia confidentia, ſuperbia, arrogantia, *gut macht mut* opulentia parit inſolentiam. Senſus Angloſaxonibus familiaris, quibus *modig* ſuperbus, *modian*, *modigan* ſuperbire, *modiglice* ſuperbe, *modigneſſe*, *modneſſe* ſuperbia, contumacia.

MUT, ira, iracundia. Gothis *mod* ira, *mit moda* cum ira, Marc. III. 5. *fullai modis* repleti ira, Luc. IV 28. *modags* iratus, Luc. XV. 28. Angloſaxonibus *modian* nonſolum eſt ſuperbire, ſed & iraſci, & *modbwate* ardentis animi vir, quaſi celer iraſci. Hodie utimur diminutivo *mütlein* pro cupidine vindictæ. Hinc vulgo dicimus, *ſein mütlein külen* vindictam explere, quaſi ardorem iracundiæ ulciſcendo refrigerare. Græcis quoque familiare eſt, vocabula animi, *μένος* & *θυμὸς*, ad iram ſignificandam transferre. Et Latinis *animus* ſæpe pro ira & audacia eſt.

MUTEN, quatenus eſt a *mut* mens, ſignificat conjicere, conjecturare, & dicitur compoſite *vermuten*.

MUTEN, quatenus eſt a *mut* animus, ſignificat quantum poteſt, (1) *afficere animum*, (2) *animare*, (3) *animatum eſſe*. Ad primam claſſem ſpectat *anmut* amœnitas, qualitas rei, quæ animum adſpicientis ſuaviter afficit, & voluptate perfundit. Ad ſecundam, *anmuten*, *zumuten*, ſolicitare ad aliquid agendum vel patiendum. Ita Latinis *animare* ab *animus*, & Græcis *ψυχᾶν* a *ψυχὴ*. Ad tertiam *gemut* animatus, *wolgemut* lætus, hilaris, jucundus.

MUTEN, antiquis idem eſt quod Latinis *mutare*, *commutare*, *permutare*, *transmutare* &c. Gloſſ. Lipſ. *gemutos* mutabis. Inde Francis *muz* mutatio, *muzhaft* mutabilis, mutatorius. Gloſſ. Pez. mutatorias (veſtes) *muzginuati*, transmutato *muzhafft*. Similia habent Gothi, quibus *maidan* eſt mutare, & hinc *inmaidida ſik* transmutavit, transfiguravit ſe, Marc. IX. 2. *inmaidei* commutatio unius rei cum altera, animæ cum pretio, Marc. VIII. 36. Cambris vero *mudo* eſt migrare, quia, qui migrat, locum & ſedem mutat. Hodie uſus verbi penitus ceſſat.

Extant

Extant tamen derivata, quorum tenor in omnium ore eſt, ut ſunt,

mute vel *maus*, morbus avium, plumas mutantium, Latino-Barbaris *muta* in re accipitraria apud CANGIUM, Gallis & Anglis *mue*, per ſyncopen.

müter vel *mæuſer*, mutator. Inde *müterkrebs* cancri qui teſtas mutant, vox uſitatiſſima apud Berolinenſes.

kal-meuſer, calvus mutator, homo male veſtitus, qui non habet unde veſtem mutet. HELVIGIO eſt honoris vocabulum & Hebrææ originis, ſumme eruditum ſignificans. Sed revera eſt avis inplumis, & poſtea homo calvus.

tock-meuſer, homo lucifugus, qui latebras quærit, angulos mutans non animum, a *decken* latere.

mutſchieren, mutare regimen, adminiſtrare provincias alternis vicibus, & inde *mutſchierung* vicisſitudinaria gubernatio. Utrumque ex interpretatione STILERI.

mæz-narren, qui in mutatione veſtium delirant, & ſingulis diebus alia utuntur. Quamvis etiam referri poſſit ad *mutzen* ornare.

MUTEN, renovare. Senſus a mutatione ad renovationem, quæ ſemper cum mutatione conjuncta eſt, extenſus. Inde *lehns-mutung* renovatio feudi, *mut-ſchein* teſtimonium renovationis in cauſa feudali.

MUTEN, occurrere, obviare. Gothis *motjan*, *gamotjan*, Belg. *ontmoeten*, Angl. *to meet*. Quemadmodum Græcis ab ἀντὶ fit ἀντιᾶν occurrere, ita Gothis & reliquis a *mod* contra, adverſus, quo Dani & Sueci etiamnum utuntur, fit *moten* & *muten*. Auctor etymi eſt JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 260. Dicitur autem nonſolum de occurſu, ſed etiam de concurſu, quia concurrentes ſunt obviam venientibus ſimiles. Inde Islandis *mot* occurſus & conventus hominum, apud VEREL. in Ind. Angloſaxonibus *gemot* conventus & comitia, *folc-mot* populi conſeſſus, apud SOMNER. & BENSON. item *motbell* campana bannalis, qua populus convocatur, apud CANGIUM in Gloſſario.

MUTER, genitrix. Perſis *mader*, Gr. μητὴρ, Lat. *mater*, Angloſax. *meder*, *modor*, Franc. & Alam. *muater*, *muoter*. Gloſſ. Keron. mater *muater*. TATIANUS XLV. 2. *quad thes heilantes muoter*, dixit mater Jeſu. Gentes Slavonicæ pro diverſitate Dialectorum dicunt, *mac*, *macier*, *macz*, *maczer*, *maſs*, *mati*, *mate*, *matka*, docente FRENZELIO in Orig. Sorab. pag. 334. Ægyptios quoque inter nomina ſacra Iſidis nomen *Muth* veneratos, teſtis PLUTARCHUS in Iſide pag. 374. *Iſis aliquando* MUTH, *nonnunquam Athyri*, *quandoque Methyer nominatur. Prima voce* MATER *intelligitur*. Cauſa denominationis forte erant quædam beneficia, & in his frumenti inventum, quod ante Iſidem neglectim in agris, ut aliæ herbæ, naſcebatur, Ægyptiis ignotum, memorante DIODORO. Nam & altera Saturni filia, Ceres inquam, ob ſimilem largitionem dicta cenſetur Δημήτηρ, quaſi διδοῦσα μήτηρ, i. e. exhibens mater, interprete PLATONE in Cratylo. Hinc olim exiſtimabam, vocem noſtram Ægyptiam eſſe, & majoribus noſtris cum cultu ISIDIS (de quo TACITUS cap. 9.) communicatam. Sed cujuscunque populi ſit hæc vox (pluribus autem, uti patet, communis fuit), ex rudimentis linguæ puerilis ad omnes pervenire potuit. Nam *ma* naturale eſt, & in labiis puerorum naſcitur, qui primos loquendi conatus a literis labialibus deſumunt, ut dixi in Præf. ad Germ. §. VI. Hoc ſono infantes matribus plerumque blandiuntur, dicendo *ma ma*, & ab hoc blandimento fieri poterat *mader* per augmentum finale parentum, & forte auctoribus Scythis, qui cum ſint antiquiſſimi, & per Aſiam & Europam latisſime diffuſi, videntur vocem ſuam Perſis & reliquis populis communicaſſe. Alii tamen derivant a Gr. μάω vehementer cupio, ob ſtorgen matris erga ſobolem.

MUTER, interdum ponitur pro avia, ſicut *vater* pro avo. Inde *eltermuter* proavia, quaſi avia ſenior.

MUTER, mater affectu, *lands-muter* mater patriæ.

MUTER-SPRACH, lingua patria. Latini *vernaculam* vocant, tanquam linguam a vernis edocti: Germani vero *matriam* vel *maternaculam*, tanquam a matre cum ipſo lacte inſtillatam, quia Germania vetus a matribus loqui didicit, non a ſervis aut ancillis. TACITUS Cap. XX. de M. G. *Sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur.* Eamque ob cauſam matribus ab antiquo iſte honor habitus, ut patria lingua ab illis potius quam a patre vel domeſticis appellaretur.

MUTER-SPRACH, lingua matrix. Talis eſt lingua Germaniæ primigenia, primo quidem una & uniformis, poſtea, ut ſors linguarum eſt, in plures Dialectos diviſa, *Gothicam*, *Angloſaxonicam*, *Francicam*, quæ rurſus ſuas habent filias, tam matribus quam ſororibus ſimiles. Nec tamen eſt primitiva totius humani generis, ſed ex antiquiſſimis linguis & primitivæ proximis orta. Et ſic, opinor, intelligendum eſt elogium, quo Linguam Germanicam ornavit PEZAONIUS in Antiq. Celt. pag. 314. cujus verba, quia egregia ſunt, hic Latine reddam: *Si quis cum attentione conſideret antiquitatem, latitudinem, & reliquas prærogativas* LINGUÆ TEUTONICÆ, *quæ hodie Germanorum eſt, aliorumque populorum Septemtrionalium, facile ſibi perſuadebit, quod ſit* LINGUA MATRIX. *Plenuſſime vero convictus erit, ſi data opera fontem ejus inveſtigare, & ad primam usque originem adſcendere voluerit. Enimvero ſi recordemur,* ASCENATEM *fuiſſe patrem Dacorum & Phrygiorum, a quibus* TEUTONES *proveneruntſatis clare conſpicimus, tam Nationem illam, quam Linguam ejus pro-*

priam, permagnam habere vetuſtatem. Quodſi porro perpendimus, Aſcenatem fuiſſe Gomeri filium, & conſequenter Japheti nepotem, nihil nobis obſtabit, quo minus credamus, antiquitatem illam usque ad confuſionem Linguarum & diſperſionem populorum per omnem terram pertingere. Confer quæ de ortu Linguarum expoſui in *Prolegom.* Sect. I. §. 10.

MUTMASSEN. Vide *mut* mens.

MUTSCHIEREN. Vide *muten* mutare.

MUTWILL, animi ſententia, votum, deſiderium: A *mut* mens, & *will* voluntas. Senſus bonus, ſed obſoletus. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XIII. 5. de Chriſto:

Zalt er in tho follon
Then ſinan muatuuillon.
Tunc illis plene enarrabat
Animi ſui voluntatem.

MUTWILL, protervia, ſive ex nimia lætitia, ut petulantia puerilis, ſive ex ira, contumacia, aut ſimili affectu orta, & inde nomen vel a *mut* pravus animi affectus, vel a *will* prava voluntas. Utrumque enim eſt in cenſu eorum quæ medii ſunt ſignificatus, & interdum vituperantur. Senſus deterior, ſed antiquus. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XIX. 11. de impiis hujus ſæculi:

Thie hiar gidatun follon
Then iro muatuuillon.
Qui hic libidines ſuas explebant.

MUTZ, ſcortum, *abgemuzs* languidus, exoletus, quales HESYCHIO vocantur *μίτυλες*, obſervante JUNIO in notis ad Will. pag. 202. Belgis *mot* proſtibulum, *mot-huis* lupanar. Italis *mozza*, *muzza* pudenda fœminina. Hiſpanis *moça*, *muchacha* puella. Hic primus FRISCHIO eſt ſignificatus, a *mutzen* truncare deſumptus, & puellæ nondum adultæ ob ſtaturæ brevitatem adplicatus, poſtea vero vituperatus, forte vitio puellarum, quæ ante puberes annos corpora Veneri proſtituebant. In Bœdikero illuſt. pag. 195. FERRARIO quoque placet truncatio, ſed alio ſenſu. Sic enim ille in Orig. Ling. Ital. pag. 213. *Mozzo pro natura muliebri, quod ea pars veluti trunca ſit, ac mutila.* Lepide magis quam vere. Nihil enim truncatum eſt, niſi fingamus cum Judæorum magiſtris, Adamum ab initio bicipitem, & præputio cum Eva conjunctum, poſtea in duas partes diviſum fuiſſe. Quam fabulam refert BARTOLOCCI in Bibl. Rabbin. Veroſimile eſt, *mutz* idem eſſe quod *metz*, & utrumque bono ſignificatu viguiſſe, antequam reciperet deteriorem.

MUTZ, aliud dicterium fœmininum, ſpurcitiem conceptu ſuo involvens. Hinc ſordida & male compta Lipſienſibus dicitur *klunter-mutz*, ab adhærentibus immunditiis, ſimilitudine (ni fallor) a ſordibus glomeratis in vellere ovium deſumpta. Cambris *mws* eſt fœtidus, putidus, vapidus. Sorabis *mazu* lino, ungo, *mazany* ſordidus, ſpurcus, lutoſus. Cuncta, ut videtur, affinia.

MUTZE, *mütze*, mitra, tegmen capitis. Belgis *muts*, Scandis *myſſa*, *nutur*, Sorabis *mieca*. Latino-Barbaris *almucia*, unde Gallis prioribus *aumuſſe*, etiamſi hodie in brachio portetur. Cuncta a *meiden* tegere. FRISCHIO, quem ſupra laudavi, eſt a *mutzen* truncare, & ſic dicitur quaſi ſegmentum cuculli, hoc interim ſuppoſito, ante cucullum nullas fuiſſe mitras, quod neſcio an cum mitra Phrygia, cujus uſus vetuſtiſſimus, conciliari poſſit. Adde, quod Latino-Barbaris *almucia* non eſt portio cuculli, ſed ipſe cucullus, caput humerosque tegens. Et hinc dicitur *almucia*, quaſi omnia tegens.

MUTZEN, ornare. Senſus videtur a mitris petitus. Antiquitatem verbi oſtendit SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 621. ubi NOTKERUS inter alia: *ſo gemuzzoſt du menniſken bilde*, ſic ornas & renovas hominis imaginem. Belgæ eodem ſenſu dicunt *mutſen*, apud KILIAN. Hodie utimur compoſito *aufmutzen*, quod dicitur primo de mulieribus, quæ frontem & caput procomiis, galericulis & apicibus ornant. Allegorice & in malam partem de iis, qui minimos aliorum defectus, & leviſſima errata, calumniis ſuis exaggerant.

MUTZEN, truncare. Belg. *moetſen*, Ital. *mozzare*. Conſenſum veterum Dialectorum vide in *metzen*, originem in *mæhen*. Ad cognationem ſpectat,

Lat. *mutilus* & *mutilare*.
Helv. *mutſchly brots* fruſtum panis, in Verſione Tigurina Jer. XXXVII. 21.
Gall. *mouton* aries caſtratus. Ridiculas Eruditorum de hac voce Etymologias vide apud MENAGIUM.
Germ. *mutz-ſchwanz* animal cauda mutilum, ſive volucris ſit, ſive quadrupes.

MUTZNARR. Vide *muten* mutare.

N.

N. In quibusdam compoſitis eſt vox apocopata ex *ne* vel *ni*, quæ negandi poteſtatem habent. Exempla vide in *nichts*, *nie*, *niemand*, *niemal*, *nimmer*, *niergend* & ſimilibus.

NABE, modiolus rotæ. Gloſſ. Pez. modioli *napa*. Idem Angloſaxonibus *nafa*, Angl. & Belg. *nave*. Propric eſt cavum vel cavitas. Modiolum inde appellatum, pridem obſervavit ECCARDUS in Cat. Theot. pag. 101. cujus ſententiæ libenter ſubſcribo, cum quia terebra & omne foraculum Angloſaxonibus dicitur *næfe-bor* & *nafe-gar*, quaſi ſcalprum & telum cavatorium, tum quia idem nomen aut ſimile in omnibus fere linguis tam orientalibus quam occidentalibus vel

cavum

cavum ſignificat, vel *rebus cavis* denominandis adhibetur. Hebræis, ut me docuit Cl. CLODIUS, *nabob* dicitur *cavus, concavus, excavatus fuit* & *vacuus*, qualis Hiob XI. 12. vocatur homo turgidus externe, intus vacuus, & Jer. LII. 21. columnæ intus vacuæ & cavæ. Syris *noſ* eſt incurvatio, manifeſta affinitate, quia curva ſolent eſſe cava. Perſis *naf* umbilicus, a cavitate ventris vel ſua. Græcis *ναῦς navis*. Forte utrumque rectius a cavitate, quam a *νάω* vel *νάνω* fluo. Nam primæ naviculæ erant arbores excavatæ. VIRGILIUS Georg. I.

- - - cavat arbore lintres.

Cambris *nef* cœlum, ſupera, apud BOXHORNIUM in Lex. Ant. Brit. Idem Bohemis *nebe*, Polonis *niebo*, Sorabis *nebio*. FRENZELIUS Sclavonicam vocem ducit ab Heb. *nibba* elatus vel editus fuit (cui ſimile Arab. *nafa* eminuit,) quia cœlum eſt ſuper omnia elevatum. Sed nihil obſtat, ut etymon cœli ducatur a cavitate ut cætera. Nam cœlum creditur eſſe cavum. Inde Latinis *cælum* ſic dictum quaſi *κοῖλον*, concavum. Inde *fornices cæli* apud ENNIUM, & *cæli cavernæ*, & *palatum cæli* apud VARRONEM, obſervante ECCARDO. Inde ATTARUS, Poëta Perſicus, *Cælum* fingit, *Deum colere incurvatione, terram depreſſione*, ad figuram cœli concavam, & humilem terræ ſitum alludens. Et hinc quoque deſcendunt voces noſtræ, cavitatem indicantes, cujusmodi ſunt, *nabe* modiolus, *nabel* umbilicus, *napf* catinus, *nepper* terebra. Majorem olim fuiſſe numerum, conſtat ex obſoletis, qualia ſunt,

nauf, ſarcophagus ligneus. Lex Sal. Tit. LVIII. 2. *ſi quis hominem mortuum ſuper alterum in petra aut in* NAUFO *miſerit.* Sic autem dicitur, non ob ſimilitudinem cum *navi*, ſed potius a cavitate, quia ex arbore ſolida excavatus.

nebbe vel *nef*, naſus. Prius Angloſaxonicum, poſterius Islandicum eſt, & ſiſtitur a VERELIO in Indice. Utrumque a bifori, per quam ſpiritus meat remeatque, caverna. Inde Italis *nappa del camino* nares fumarii, quod ex iis fumus, ſicut e naribus animantium ſpiritus exhalet.

NABEL, umbilicus. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. umbilicus *nabalo*. Gloſſ. Pez. umbilicus *napalo*. Idem Angloſax. *nafel, nauel*, Belg. & Angl. *navel*. Quocunque modo conſideretur umbilicus, ſive ut cavum in medio ventris, ſive ut tubulus, per quem fœtus in utero materno nutrimentum attrahit, certe *nabel* eſt diminutivum, ſive a vetuſtiori *nabe* cavitas, ſive a Perſico *naf* umbilicus. Confer antecedentia.

NACARIA, genus tympani. Gallis *nacaire*, Italis *gnaccare*. Doctiſſimi Gallorum, CASANOVA, MENAGIUS, HUETIUS, exiſtimant, fuiſſe genus tubæ, vel alterius inſtrumenti quod inflatur, a *nacre* concha Tritonia ſic dictum. Quod merito rejicit R. P. DANIEL in *Hiſtoria Militiæ Francorum* Lib. VI. pag. 536. 537. Nam auctores a CANGIO excitati, & a DANIELE repetiti, diſerte ſcribunt: *Nacaria baculabant*. Item: *Qui ſciant pulſare Nacarias, Tympana ſeu Tamburla*. Manifeſto ſatis indicio, *Nacarium* vel *Nacariam* fuiſſe inſtrumentum fuſtibus pulſum. Gallos hoc inſtrumentum a Turcis accepiſſe, ſcribit CANGIUS: Contra DANIEL a Germanis. En verba Auctoris: *Les Tymbales nous ſont venuës d' Allemagne. Juſte Lipſe qui eſt mort en 1606. dit dans ſon Traité de la Milice Romaine, que de ſon temps les Allemans s'en ſervoient. On en prit dans le combat aux Allemans en quelques occaſions; & il ne fut permis d' abord à aucun Régiment François de Cavalerie d' en avoir qu'à ceux qui en avoient pris ſur l'Ennemi* &c. Addere poterat, non ſolum rem, ſed etiam nomen rei origine Germanicum eſſe. Quid enim quæſo eſt *Nacaria* niſi tympanum equitatus ſeu tympanum equeſtre? Ergo a *nack* equus. Et cum equus etiam dicatur *gnack*, inde eſt, quod idem inſtrumentum Gallis *nacaire*, Italis *gnaccare* vocatur. Germani hodierni vocant *paucke*, a *pochen* pulſare. Belgæ *ketel-trom* quia lebetem refert.

NACH, tergemino munere fungitur in oratione, *præpoſitionis, adverbii, adjectivi*. Unde Franci hanc particulam, nobis relictam, hauſerint, non liquet. Reliquæ Dialecti dicunt *after*, Belgæ *na* & *achter*.

NACH, poſt, *einer nach dem andern* unus poſt alterum. Gloſſ. Pez. poſt nos *nah uns*.

NACH, ſecundum, *nach der ordnung* ſecundum ordinem, *nach dem befelh* ſecundum imperata, *nach dem vorbild* ſecundum exemplar.

NACH, in compoſitis eſt adverbium, partim ejusdem, partim divetſæ ſignificationis.

NACH, adverb. ordinis, *nachfolger* ſucceſſor, *nachrum* præconium poſt abitum vel obitum, *nachſchuſs* ſupplementum, *nachreüe* pœnitentia ſera &c.

NACH, adverb. ſimilitudinis, *nachthun, nachmachen* imitari, ſimile facere.

NACH, adverb. intenſionis, *nachfragen* percontari, *nachdenken* perpendere, *nachhængen* indulgere doloti vel voluptati, *nachdruk* emphaſis, impreſſio valida, *nachlæſig* valde remiſſus.

NACH, adverb. remiſſionis, *nachſehen* connivere, *nachteil* detrimentum, a *teil* bonum.

NACH, adverb. qualitatis, bonæ vel malæ, *nachricht* inſtructio certa vel incerta, *nachrede* infamia, ſermo obtrectatorius, *nachſtellen* inſidias ſtruere.

NACH, adverb. loci, idem quod *nahe* prope.

NACH, vicinus. Idem quod *nahe*. Inde *nachbauer* colonus vicinus, *nechſter* proximus.

NACHAMEN. v. *amen*.

NACH-BAUER, vicinus, accola, prope habitans. Angloſax. *neah - gebure*, Franc. & Alam. *nahgibur*. Gloſſ. Pez. finitimi *nahgipura*. Idem Belgis *nabuur*, Angl. *neighbour*.

Prior compoſiti pars propinquum, altera colonum vel incolam denotat. Vide plura in *bauer* & *gebauer*.

NACHE, linter, navicula fluminalis. Islandis *noka*. Unde ſit hoc vocabulum, variæ ſunt literatorum opinationes. MARTINIO eſt a νήχω nato: STILERO a *nach* poſt, quia linter ſequitur navem. KEYSLERUS, qui illuſtrandis vocibus Germanicis Mythologiam Islandicam ſæpe utiliter adhibuit, nomen petit a Neptuno, qui Borealibus *neckur*. Sic enim ille in Antiq. Sept. pag. 262. *Non videtur abſimile, a* NECCO (Deo marino) *originem vocis* NACHEN *petendam, qua cymbam vel ſcapham Germani notant, idque eo magis, quod* NOKA *etiam Eddæ nominatur navis.* Mihi *nache* videtur proprie equum fluviatilem ex arbore cavatum denotare, ſenſu a *nack* equus (de quo infra) ad cymbam translato. Solent enim nomina equorum etiam naviculis communicari. Hinc *far* in Indice VERELII exponitur *equus, cymba, navicula, ſcapha*, quoniam utroque ferimur & vehimur tanquam vehiculo, equo in terra, cymba in undis. Similiter & Græcis κέλης equum deſultorium & navigium denotat. Iisdem γαῦλος eſt navigium, & Germanis *gaul* equus. Ob eamque ſimilitudinem, navis PLAUTO in Rudente Act. L5. vocatur *equus ligneus*, & nautæ VARRONI *nautici equiſones*, & Neptunus Græcis ἵππιος equeſtris, quia vehicula domat marina, quæ navigantibus ſunt inſtar equorum. Plura in hanc rem a Poetis dicta ſuppeditabit MARTINIUS in voce *navis*. Confer *ſcheut*.

NACH-SCHLACHTEN, imitari mores parentum. V. ſimplex.

NACH-SETZEN, perſequi. V. *ſetzen* ultimæ ſignificationis.

NACH-TEIL, damnum. V. *teil* bonum.

NACHT, nox naturalis. Cambris & Armor. *nos*, Hibern. *noiche*, Goth. *nahts*, Angloſax. *niht, nihtes, nihtys*, Franc. & Alam. *naht*. Gloſſ. Keron. noctis *nah, naht*, noctium *nahto*, noctu *nahtes*, nocturnis horis *nahtlihhem cût*, nocturnis (pſalmis) *nahtlobum*, vigilias *nahtuuahchon*, ſeptinoctium *ſibunnaht*. Gloſſ. Junian. in Will. pag. 62. & 93. *nahtſcada* noctis umbra, *nahtuurhta* nocturni timores. Ad conſenſum Linguarum ſpectat, quod eadem res Latinis dicitur *nox, noctis*, Græcis νὺξ, νυκτὸς, & poetice νύκτα vel νύχτα, & quod νυχὸς HESYCHIO exponitur σκότος tenebræ, obſervante JUNIO in Gloſſ. Goth. ELAUBERGIUS, qui literas Germanicas lucubrationibus ſuis exornavit, nomen noctis derivat a *neigen* inclinare, ut MARTINIUS νὺξ a νύσσω inclinari, ſic ut nox ſenſu Græco & Germanico ſit dies inclinata, in qua etymologia poſſumus acquieſcere.

NACHT, dies civilis, apud omnes populos Celticos, præcipue Gallos, Britannos, & Germanos, quos ſpatia temporum & rerum civilium intervalla non diebus, ſed noctibus ſupputaſſe, pridem a viris doctis obſervatum eſt. CÆSAR de Gallis: *Spatia omnis temporis non numero dierum, ſed noctium definiunt, & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur.* Lib. VI. de B. G. cap. 18. TACITUS de Germanis: *Nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt, ut nox ducere diem videatur.* Cap. XI. de M. G. Inde eſt, quod veſpera in Evangelio Ulfila-Gothico dicitur *andanahti*, Marc. XI. 19. hoc eſt, *finis noctis*, quia veſpera diem civilem terminabat. In Legibus INÆ Angloſaxonicis *niht* paſſim ponitur pro *die*, obſervante SPELMANNO in voce *Mona*. Et in Legibus *Veterum Germanorum*, Lingua Latino-Barbara conſcriptis, præcipue Salica, Alamannica, Ripuaria, Longobardica, Baiuvaria, *noctes* paſſim ponuntur pro diebus, quod diligentiſſime annotavit CANGIUS in voce *nox*. Eundem computum ſequuntur etiam Leges recentiores. Hinc in Jure Saxonico, quod *Speculum* vocant, XIV. dies vocantur *veirteyn nachs*, Lib. I. Art. 2. Plura huc ſpectantia ſuppeditabunt, CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. pag. 229. ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 74. KEVSLERUS in Antiq. Septentr. pag. 198. Et hujus vetuſtiſſimæ computationis veſtigia extant etiamnum in multis Dialectis. Cambris ſeptimana dicitur *wythnos*, quaſi octinoctium: Anglis *fennight*, quaſi *ſevennight*, ſeptinoctium. Et apud Suevos nihil frequentius eſt, quam diem heſternum appellare *nachten*. Adde compoſitum *weibenacht* omnibus Germanis commune.

NACHT-EULE, noctua. Proprie ulula nocturna, ab *heülen* ululare, ut dixi in ſimplici. Veteres utebantur compoſito *nachtram*, eodem ſenſu, de quo paulo infra.

NACHTIGAL, luſcinia. Prior compoſiti pars noctem indicat, quod noctu cantet hæc avis, dum cæteræ aves ſilent: Poſterior cantorem. Totum compoſitum ab Angloſaxonibus nobis relictum eſt, quibus luſcinia dicitur *nihtegale*, quaſi cantor nocturnus a *galen* cantare. VERELIUS in Ind. *gala* canere, carmen canere. Talis autem eſt luſcinia, diebus ac noctibus continuis XV. ſine intermiſſu canens, tanta vocis ſuavitate & varietate, ut in tam parvulis faucibus videatur conjunctum, quicquid ubique argutiarum eſt in arte muſica. Equidem Angloſaxonibus *galan* & *galian* eſt incantare apud BENSONIUM, quod non convenit Philomelæ. Sed cantandi ſignificatus prior eſt, quamvis apud Lexicographos Linguæ Angloſaxonicæ non obvius, quia homines ante cantabant, quam incantabant. Hujus aviculæ modulamen eleganter deſcripſit PLINIUS Lib. X. Hiſt. nat. Cap. XXIX. Modulatur autem voce tam acuta & vibrante, ut cantus ejus pro clamore haberi poſſet, niſi tibias vinceret dulcedine.

NACHT-MAR, ephialtes, opinione vulgi ſpectrum nocturnum, dormientibus infeſtum, revera impedimentum ſomni, ut oſtendi

oſtendi in ſimplici *mar*. Angli utuntur compoſito *night-mare*, Belgæ *nachtmerrie*, Galli *cauchemar* vel *cochemar*. Cum vero *mære* caballam ſignificet & nympham, dubium eſt, an ſuperſtitio, quæ ex malo nocturno dæmonem ſubrepentem confinxit, hunc ſpiritum appellare voluerit, *nympham nocturnam*, an *caballam nocturnam?* Prius ſe probavit Cl. KEVSLERO, ob veterem *de Deabus Mairabus* perſuaſionem, Antiq. Sept. pag. 497. Poſterius SKINNERO, qui Gallico vocabulo eundem ſenſum tribuit, ut ſit quaſi *cavalle couchante*. Et confirmari poteſt ex nomine *alp*, quod certe ſpiritum equitantem ſignificat.

NACHT-RAM, noctua. Gloſſ. Pez. noctuam *nahtram*, nycticorax *nathram*. Gloſſ. Boxh. *nahtram* bubo. Idem Angloſax. *nihthremm*. Proprie eſt corvus nocturnus, ut Græcis *nycticorax*, Germanis alias *nachtrabe:* non quod noctua ſit corvus, ſed quod ſit avis clamoſa inſtar corvi. Nam *ram* nonſolum corvum, ſed quamvis avem clamoſam, etiam ejulantem, ſignificare poteſt, quia *hræman*, a quo *ram*, Angloſaxonibus nonſolum *clamare*, ſed etiam *ejulare* (quod inprimis convenit noctuis, quorum clamor triſtis & lugubris eſt) denotat. Poſſit etiam *ram* deduci a *ramen* capere, arripere, ſic ut *nachtram* proprie ſit raptor nocturnus. Noctua enim uncos habet ungues, & in aves minores latronis inſtar graſſatur, quas plerumque in medio ſomno opprimit.

NACK, equus. MYLIUS in Archæologo Teutone: *Nago veter. Teuton. equus vilior apud Lazium: nag Belgis & Britannis idem.* Ubi per Britannos haud dubie intelligit Anglos. Illis enim *a nag* eſt aſturco, mannus, *a little nag* mannulus, equus pumilus, *a hunting nag* veredus, *a gelding nag* cantherius, equus caſtratus. Latino-Barbari *naccum* vocant, quod pluribus teſtimoniis probat CANGIUS, ex quibus ſimul patet, notionem vilitatis antiquitus non fuiſſe conjunctam cum hoc nomine, ſed equum in genere denotaſſe. CANGIUS ducit a *naclo* quod ſtragulum equinum interpretatur. ECCARDUS, qui alias circa voces Salicas nihil non auſus eſt, hic, quaſi deſperatis omnibus etymologiæ viis, vocem in medio relinquit. Idemque facit SKINNERUS. Sed ſalva res eſt. Quemadmodum enim Latinis *hinnulus* ab *hinniendo* dicitur, ita noſtris *nag*, *hnako* ab obſoleto *hnægan* hinnire. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *hnægan* hinnire, *hnægend* hinniens, *horſa hnægung* hinnitus equi. Anglis *to neigh* etiamnum eſt hinnire. In Lege Salica occurrit NARE pro hinnulo, Tit. XLI. 10. ſed omnino legendum NAKE. Nam K. & R. a librariis linguæ ignaris facile confunduntur. Idemque accidit HUETIO in explicatione vocis *Cadomum*. Vulgus in Britannia inde formavit *hacnai*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *hacnai* equus gradarius. Hoc imitantur Galli in *haquenée*, quod certe non eſt a Lat. *equus*, ut præſumit MENAGIUS, ſed a Germ. *nake*, *hnake* equus, transpoſitis literis. Hodie utimur diminutivo *nickel*, quod primo equum parvum ſignificat, mox etiam ſcortum vulgare, quia quemvis admittit ſeſſorem. Ob eandem cauſam apud Anglos quoque *hackney* ab equo transfertur ad proſtibulum.

In quibusdam Dialectis verbo Saxonico *hnægan* præfigitur G. quia ſcil. H. & G. ſæpe permutantur. Inde Suecis *gnæggia* hinnire, & Islandis *gnegg* hinnitus, apud VEREL. in Ind. Hinc etiam *gnak* pro equo aliquando invaluit, ut patet ex compoſito *angargnaco*, de quo egi ſeorſim.

NACK, cymba, equus fluviatilis. Locutio metaphorica ab equo ſumpta, ut demonſtravi in *nache* linter. Ab utroque ſignificatu videtur nomen ducere Septentrionalium Deus NECKUR, Neptunus, equorum & navigiorum domitor.

NACKE, cervix, pars colli, qua ſpinæ dorſi jungitur. SOMNER. in Dict. AS. *hnecca* cervix, *necca* collum. Gloſſ. Ælf. cervix vel jugulum *hnecca*. Gloſſæ Franco-Theotiſcæ R. P. Pezii: poſt tergum *nahirro*. Idem Belgis *nek*, Angl. *neck*, Gall. *nugue*, Ital. *nuca*, Latino-Barb. *nucha*, Arab. *nucha*, & transpoſitis literis *angk*, Græcis vero ἀυχὴν, alio metaplaſmo. Cuncta ſignificatu cervicis, imo etiam colli & juguli. Cum cervix tribus modis conſiderari poſſit, vel ut pars colli poſterior, vel ut pars mobilis, vel ut os in quo collum vertitur, ſicut truncus in coxendice: hinc apud patriæ linguæ ſtudioſos triplex etymologia nata, pro diverſo contemplantium intuitu. PRIMA nomen ducit a *nach* poſt, ut cervix nihil aliud ſit quam poſticum colli, alias occipitium. ALTERA a *neigen* inclinare, quia cervix verſus omnia latera flecti & moveri poteſt, dextrorſum ſiniſtrorſum, antrorſum, retrorſum. Hanc probant MARTINIUS & STADENIUS. Sic *cervix* quibusdam derivatur a *curvus*, quia incurvari poteſt. TERTIA eſt JOH. LEONH. FRISCHII, viri doctiſſimi, qui vocem Germanicam ex transmutatione alterius producit, prorſus ut Arabes ex *onk* vel *anik* faciunt *nucha*. "Tria, inquit," oſſa majora quæ in acetabulo alius oſſis" moventur, apud Germanos *anke* vocata" ſunt. Primum in quo collum vertitur," quod adhuc in Dialecto quadam ſuperioris" Germaniæ *anke* dicitur, & transpoſita li-" tera (n) fit *nake* cervix, olim vero ante-" rior pars in pectore ita vocabatur, pro quo" deinde in armis, quæ pectus tegebant, vox" *hængel* in uſu fuit. Secundum erat coxen-" dix, unde adhuc Gallicum *hanche*. Ter-" tium eſt cruris pars infima, qua in pede" ſtat, quod in Dialectis etiam adhuc dicitur" *enkel*, Angl. *ancle*. Voces vero *hanche*" (unde noſtrum *hinken* claudicare) & *hæn-" gel* junctura loricæ in pectore ad collum," ducunt ad verbum Germanicum *hangen*" pendere. Sunt enim hæ anchæ junctu-ræ" in quibus corpus hæret." Hæc ille, in par-

VO

vo ſed eleganti Specimine Obſervationum ad Caroli du Freſne Gloſſarium in voce *Anca*. Quid in hac ſententiarum varietate potisſimum amplectendum ſit, videat Lector. De voce Arabica *nucha* pluribus agit MARTINIUS in Lex. Phil. A *nacke* oritur collectivum *genick* occiput cum ſuis vertebris, *nicken* annuere, ſignum dare nutu capitis, *hartnæckig* contumax, quaſi cervicoſus vel duræ cervicis, cujus obſtinatio inflexibilis, ut PLINIUS loquitur. Itali eodem ſenſu dicunt *gnucco*, quod FERRARIUS male derivat a *nuce*.

NACKEND, item *nacket* & *nackt*, nudus, intectus. Vox antiquitate ſpectabilis, ſed origine obſcura. Gothis *naquaths*, Marc. XIV. 51. 52. Angloſax. *nacod*, ibid. Francis *nakot*, *nachot*, *naccot*, Alamannis *nahhut*. Gloſſ. Ker. nudum *nahhutan*. TATIANUS Cap. CLXXXV. 12. *giuuatit mit ſabane ubar naccot*, amictus ſindone ſuper nuda. Et mox: *naccot floh ſon in*, nudus profugit ab eis. Conſenſum Linguæ Danicæ, Islandicæ, Anglicæ, Belgicæ, vide apud JUNIUM, STIERNHIELMIUM, aliosque. JUNIO videtur deſumptum a Gr. νεκύδαλος vermis grandior per varias mutationes in bombycem tranſiens, quia vulgo dicimus *nackend wie ein wurm* nudus ut vermis. MARTINIO eſt a νάκη pellis, quaſi pelle indutus. Sed quo pacto homo nudus a tegumento nomen habere poſsit, non video. STADENIUS miſſis Græciſſantium nugis nomen ducit a *nagen* rodere, ſic ut nudus proprie ſit arroſus, h. e. talis, cujus veſtes detritæ nuditatem oſtendunt. Verba ejus hæc ſunt: *ich ſehe nicht daſs dies wort anderswo herzuleiten ſey als von* NAGEN, *daſs der nackt iſt, ſey als wære ihm alles, was er euſſerlich anhaben ſolte, abgenaget*. H. E. Non video quomodo hæc vox aliunde derivari poſsit niſi a *nagen* rodere, ſic ut nudus ſit tanquam is, cui omnia, quibus tegi debet, ſunt arroſa. In Voc. Bibl. pag. 448. Verum cum Majores noſtri paucis aut nullis veſtimentis, quæ arrodi poſſent, uterentur, & vel nudi vel ſagulo leves incederent, quod præter TACITUM Cap. VI. & XVII. de M. G. innumeri ſcriptores teſtantur: veroſimile non eſt, illos nomen nuditatis ab attritu veſtium deſumpſiſſe. Adde quod homo inveſtis naſcitur, & quod nuditas natura prior veſtitu, ante veſtimenta inventa nomine carere non potuit. Hinc ſuſpicor, ſenſum a recens natis ad omnes nudos intectosque translatum eſſe. Nam recens natus Angloſaxonibus dicitur *nacenned* & *nacende*, teſtibus SOMNERO & BENSONIO, haud dubie ab adverb. temporis *nah* nuper, & *cennan* naſci, unde *cenned* natus. Hinc vulgo dicimus *muter-nackend* nudus ut infans ab utero matris. Quodſi in eo fallor (puto autem me probabilia ſequi) certiora dare non poſſum.

NADEL, *natel*, acus, ſuendi inſtrumentum. Goth. *nethls*, Angloſax. *nædle*. Conſenſum reliquorum idiomatum, Danici, Islandici, Belgici, Anglici, vide apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 266. Quidam vir Græce doctisſimus retulit ad Gr. νύττειν pungere. Ego malim referre ad *neten* ſuere, quia acus non pungendi, ſed ſuendi cauſa inventa eſt.

NADEL-OHR, *natelöhr*, foramen acus. Utitur Luth. Matth. XIX. 24. & alibi. Proprie eſt *auricula* acus. Saxones malunt appellare *ocellum*. Hinc foramen acus interpreti Angloſax. dicitur *nædle-eage* Matth. XIX. 24. Luc. XVIII. 25. Gothi absque allegoria vocant *thairks nethlos* foramen acus, Marc. X. 25. quamvis vox Gothica etiam fores ſignificare poſsit.

NÆCHTEN, heri. Ita hodie loquuntur Suevi, diem præcedentem appellantes *noctem*, more antiquo, de quo aliquid dixi in *nacht* dies civilis.

NÆCKEN, vexare. Gothis *gabnaigida* eſt contumelia affectus Marc. XII. 4. *jah inſandidedun gabnaigidana*, & dimiſerunt contumelioſe habitum. JUNIUS confundit verbum Gothicum cum altero ejusdem idiomatis *hneiwan* inclinare, quod hodie effertur *neigen*. Mihi *hneiwan* & *hnaigan* uti ſcriptura ita etiam ſignificatu differre videntur. Interim huc ſpectat ex agro Lipſienſi & Wittebergenſi *honæcken* riſu exagitare, ab *ho* (*ha*) ridendi particula, nec non *ſchabernack* vexatio illuſoria.

NÆHE, vicinia. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXIX. 87.

Thaz ſi in thera nahi
Selbo iz al biſahi.
Ut in propinquo
Ipſa reſpiceret omnia.

Subſtantivum ab adverb. vel adject. *nahe* factum. Dicitur antiquitus nonſolum de proximitate loci, ſed etiam ſanguinis, ſaltim apud Angloſaxones, quibus *neahnyſſe* propinquitas, cognatio, quos imitantur hodie Angli in *nighneſſe* & *nearneſſe*.

NÆS, iſthmus, terra anguſta inter duo maria, ut Cherſoneſus Cimbrica. Angloſaxonibus *neſe* eſt promontorium, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Scandis *næs* lingula, peninſula. Inde *nes-nam* præda ex littoribus acta, apud VEREL. in Ind. Senſus a *naſo* ad promontoria & peninſulas translatus, quia peninſulæ ſunt terræ anguſtæ, inſtar naſi in mare procurrentes. Solent enim appellationes terræ ejusque partium a corpore humano deſumi. Sic cacumen montis Latinis vocatur *vertex*, infimum montis *pes*, locus ubi flumen in mare fluit *os*, *oſtium*, litora tortuoſa *ſinus*, terra in mare procurrens *lingula*, quod imitantur Galli in *langue des terres*. Ita promontorium Italis vocatur *capo*, ob ſimilitudinem capitis, & oſtium fluvii Germanis *münde*, ob ſimilitudinem oris aquam evomentis, & flexiones litorum atque maris *buſen*, quia ſinum, & juga montium *rücken*, quia dorſum referunt. Quid obſtat, quo minus & hic appellatio Iſthmi a promi-

prominentia naſi deſumpta ſit? Solent certe Arabes aliique populi eadem uti allegoria. Teſtis mihi CHEVRÆUS in Miſcellaneis pag. 450. *Les Arabes, qui nomment des Promontoires des nez, ont marqué celui de Phenicie, que les Geographes appellent Euproſopon, par celui de Ouf albagiar, c'eſt à dire, nez de pierre, & les Samoydes auſſi bien que les Arabes explicent le mot de Promontoire par Voloch, qui ſignifie nez. Quelques Hebreux les nomment des dents Schannim.* Lege *Onf albagiar.* Sic enim Arabice dicitur promontorium quaſi naſus ſaxeus, ab *onf* naſus, quod eſt a radice *anaf* prominuit, & *bagiar* petra. Quam etymologiam debeo doctiſſimo Arabicarum literarum Lectori M. KEHRIO. Operæ pretium erat hanc vocem, quamvis Germanis non amplius uſitatam, explicare, quoniam hac allegoria deinceps opus habebimus.

NAFZEN, dormitare, dormire velle. Vetus Francicum. NOTKERUS Pſal. CXX. 3. *noh der ne naphze der din huotet*, nec dormitet, qui te cuſtodit. Et mox: *er ne naphezit noh ne ſlaffet*, non dormitabit nec dormiet. Eſt & Angloſaxonibus *hnappian* dormitare, *hnappunge* dormitatio, & inde Anglis *a nap* ſomnulus. Sive a *νύσσω* nictare, ſive ab *ὕπνος* ſomnus per metatheſin. Verbum hodiernum vide in *ſchlummer*.

NAGEL, clavus. Gloſſ. Pez. clavum *nagal*, clavis *nagal*. TATIANUS cap. CCXXXII. 3. *in ſtat thero nagalo*, in locum clavorum. Similiter & Angloſaxonibus *nægl*, *negel* eſt clavus, *hearp-næglas* lyræ verticuli, apud SOMNERUM. Belgis *nagel*, Anglis *naile* idem. STADENIUS, qui in originibus nominum examinandis ſolet Septemtrionales adulari, tanquam Germanorum dicendi magiſtros, vocem formatam fingit a *nehen* ſuere, imitatione Suecorum, quibus clavus, qui ſoleæ equinæ infigitur, nuncupari ſolet *ſöm* a *ſöma* ſuere, in Voc. Bibl. pag. 449. STILERO clavus ſic dicitur a *nagen* arrodere, quia ligno infixus illud quaſi arrodit. Alii alios fontes quærunt, ſed æque lutulentos, & minime probabiles. Mihi perſuaſum eſt, clavum ab ea parte, quâ in cuſpidem deſinit, & ligno infigi poteſt, appellationem ſuam accepiſſe. Et huc me ducit verbum Gr. *νυγέω* pungo. Quod, etiamſi per ſe inuſitatum ſit, cognoſcitur tamen ex derivatis, cujusmodi ſunt apud Lexicographos, *νυγὴς* punctus, *νύγμα* punctum, *νυγμὴ* punctura, ſtimulus, *νυγμὴ* nota pungendo facta. Et hujus quoque parentelæ videtur eſſe *nagel*, etiamſi non pungendi, ſed figendi cauſa cuſpide munitus ſit. Metaphorice dicitur (1) de eo, quod cuti infixum inſtar clavi: inde *nidnagel*, *notnagel* reduvia, clavus pungens in radicibus unguium. (2) de cariophyllo tam aromatico quam hortenſi, quia figuram clavi imitatur. Inde natum diminutiv. *nægelein*, tranſpoſite *nelken*.

NAGEL, unguis. SOMNER. in Dict. AS. *nægl* unguis, *nægl-ſæx* novacula. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. ungula *nagal*. Gloſſ. Pez. ungulis *negilin*. VEREL. in Ind. *nagl* unguis. Idem Belgis *nagel*, Angl. *nail*. Secundum HELVIGIUM eſt a Lat. *ungula*, ungula ab *unx* vel *unguis*, unx a Gr. *ὄνυξ*, & hoc ab inuſitato *νυγῶ* pungere, fodicare. STADENIUS originem quærit in neſcio quo verbo Saxonico *nagen*, quod cognatum eſſe ait cum Heb. *naga* vel *niggea* vehementer tetigit, in Voc. Bibl. pag. 449. MARTINIO unguis ſic dicitur a *nagen* rodere. At rodere proprie eſt mordicare, dentibusque abradere, non unguibus ſcabere aut fodicare. Hinc SKINNERUS ab eodem verbo, ſed alia via, appellationem petit, *quod ſcil. ungues a meditabundis arrodantur, & a munditiei minus ſtudioſis, loco reſectionis, dentibus divellantur & dilacerentur.* Sed nulla cauſa eſt, cur novum etymon anxie quæramus, etiamſi illud, quod primo loco adduxi, valde accommodum ſit. Nam ſenſus a clavis ad ungues transferri potuit ob ſimilitudinem, quoniam partes illæ corneæ, quas ungues nuncupamus, extremitatibus digitorum, tam hominum quam animalium, videntur infixæ tanquam clavi. Hinc alias quoque res, quæ clavi non ſunt, clavos tamen vulgo appellamus eam ſolam ob cauſam, quod cuti inhæreant inſtar clavorum.

NAGEL-MAGE, propinquus ſeptimi & ultimi ordinis. Jus prov. Alam. cap. IV. 11. *diu ſibenden kind ſtant vor an dem nagel dez mitteln vingerz und haizzent* NAGEL-MAUGE: ſeptimi ordinis nepotes ſtant proxime unguem medii digiti, & appellantur nagelmauge. KILIANUS in Etymol. Belg. *naeghelvriend*, *naeghelmaeghe* conſanguineus in ſeptimo gradu. Eandem vocem exhibet codicillus Henrici VI. Imp. apud SCHILTERUM in Inſtit. Juris publici pag. 92. Nomen propinqui *nag* vide in loco. Ratio cur *ultimus* agnatorum ſic dicatur, omnium Jurisconſultorum conſenſu hæc eſt, quia olim gradus cognationis computabant per articulos, incipiendo a capite, & progrediendo per axillas & reliquas in ordine juncturas, usque ad unguem digiti medii & remotiſſimi, qui cum digitum & cognationem ſimul terminet, nomen ſuum ultimo cognato communicavit. Ob eandem cauſam *ſeptimus* dicitur, quia in ordine computandi per articulos ſeptimus eſt. De hoc veterum computo vide plura in *ſipzal*.

NAGELN, affigere clavo. Verbum a ſubſt. formatum auctoribus Francis. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XXV. 23.

Mit ſines ſelbes uuirdin
Irloſta unſih thera burdin.
Er nagelte ſie in thaz cruci,
Inti thulta bi unſih uuizi.
Suo proprio merito
Liberavit nos ab onere.
Affixit illud cruci,
Et ſuſtinuit pro nobis ſupplicium.

Ibid. cap. XXVII. 13.

In thaz kruzi ſie 'nan nagultun,
So ſie iz zithiu giſtotun.
In crucem affixerunt ipſum,
Quam ad hoc aptaverant.

Et mox verſ. 33.

Sie datun, ſo ih zelita,
In thaz kruzi man 'nan nagalta.
Fecerunt ut dixi,
Et affixerunt eum cruci.

NAGEN, rodere. Vitiatum ex antiquiori *knagen*, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. corrodendam *zi ginaganne*. Cambri habent *cnoi*, Angloſaxones *gnægan* & *gnafan*, quod imitantur Belgæ in *knagen* & *knauwen*, Angli in *to gnaw*. Rodere autem eſt dentibus radere. Et κνάω Græcis eſt rado, ſcalpo. Ergo ſenſus ab inſtrumentis, quæ ſunt extra hominem, petitus eſt.

NAHE, adverb. loci, ſignificans *prope*, *in propinquo*, quod in Dialectis diverſimode effertur, Gothis *nehwa*, Angloſaxonibus *neh*, *neah*, imo etiam *ner* & *nyr*, Francis & Alam. *nah*. TATIANUS cap. XXI. 2. *nah Salim*, juxta Salim. cap. CCVI. 1. *nah themo cruce*, juxta crucem. Angli dicunt *nigh*, quod omnium maxime genuinum, & e Gr. ἐγγὺς manifeſto transpoſitum eſt. Ex eodem fonte eſt Cambricum *nes*, quod poſtea producam. Et hinc exiſtunt *nah* & *ner*, quia litera finalis S. has mutationes obire ſolet.

NAHE, adverb. temporis, ſignificans *nuper*. Inde Angloſaxonibus *nacenned* & contracte *nacende* recens natus, nuper genitus, *nihſt* noviſſimus. Hodie in quibusdam Dialectis utuntur ſuperlativo *nechſt*, *nechſtens* pro *nuper*, teſte STILERO in Theſ. L. Germ.

NAHE, vicinus, propinquus. Cambris *nes* propior, propinquior, interprete AOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. Angloſax. *neah*, Franc. & Alam. *nabo*. Gloſſ. Keron. vicino *nahemu*. Inde *nachbaur* vicinus, de quo ſupra. Dicitur autem nonſolum de loco contiguo, ſed etiam de omnibus rebus quæ non ſunt remotæ, ſive præſentia, ut tempus & periculum imminens, ſive ordine, ut ſecundus a principe, ſive intervallo, ut via breviſſima, ſive æſtimatione, ut pretium minimum, ſive jure, ut proximus hæres, ſive cognatione, ut conſanguinei, ſive affectu, ut eſt ſibi quisque proximus, deinde parentes, liberi &c.

NAHEN, appropinquare, prope admoveri. Verbum ab adverb. formatum, quod Cambris effertur *neſſu* vel *neſſau*, teſte JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 269. Gothis *nehwjan*, ut patet ex particip. *nehwjandans* appropinquantes, Luc. XV. 1. Angloſaxonibus *neahlæcan*, *geneablæcan*, Francis *nahen* & *nahlihhon*. TATIANUS cap. XIII. 2. *nahit ſih himilo richi*, appropinquat regnum cœlorum. Cap. CLXXXII. 8. *ſenu nu nahlihhot ther the mih ſelit*, ecce appropinquat qui me traditurus eſt. Belgæ dicunt *naken*, quia H. facile mutatur in K. Sic vulgo ajunt, *de tyd nakt* tempus appropinquat.

NAL, caput. Extat in Lege Salica Tit. XLIV. 10. obſervante ECCARDO, qui ſequentia annotavit: „*Nal* denotabat Vete„ribus caput. Gloſſarium Theotiſc. Floren„tinum MStum: ſinciput *nal*. Hæc ille. Quibus illuſtrandis ſequentia addo. Gloſſæ R. Mauri de partibus humani corporis apud Goldaſtum: vertex *ſcheitila*, *nuilla*. Gloſſ. Ælfr. vertex *hnol*. SOMNERUS & SENSONIUS: *hnol* vertex. Quemadmodum autem Latini *verticem* nonſolum de capite, ſed etiam de monte dixerunt: ita Francis *nol* præter caput etiam collem denotavit, quod pulcre animadvertit PALTHENIUS in notis ad TATIANUM, qui hac voce ſæpiuſcule utitur, nec ille tantum, ſed etiam (eodem obſervante) OTFRIDUS, e. g. Lib. I. cap. XXIII. 45.

Berga ſculun ſuinan,
Ther nol then dal rinan.
Montes debent tabeſcere,
Collis vallem contingere.

Utrumque eſt ſublime & editum quid, caput in ſtatura corporis humani, collis in planitie. Uter ſignificatus antiquior ſit, ignoratur. Probabile tamen eſt, *hnol* ante denotaſſe collem, quam verticem, quia per varias mutationes formari potuit a Gr. κολώνη collis. Poſtea vox a colle ad omnes prominentias tradu&ta videtur. Inde Angloſax. *hnol* vertex, Anglis *jobbernol* capito, qui magno capite eſt, Germ. *knoll* tuber, tuberculum, Suevis *noller* verrucula, papilla, tam vera quam fi&ta, & inde *nollen* ſugere ex verrucula vel papilla. Similem translationem a collibus ad genas vide in *backe*.

NAM, a&us capientis, & res capta, *einnam* reditus, *zunam* incrementum, *abnam* decrementum. Dicitur etiam de re per vim ablata. Inde Francis *nama* præda, apud ISIDORUM, obſervante PALTHENIO, Angloſaxonibus *nyd-næme* rapina, Scandis apud VEREL. in Ind. *nes-nam* præda ex littoribus a&a, Germanis *einnam* expugnatio. In eodem Indice *nam* præter ereptionem, etiam *docilitatem* notat, quia non ſolum manus, ſed etiam intellectus capere dicitur. Denique etiam ſenſum admittit forenſem. Inde Latino-Barbaris *namium* pignus ablatum, & ſimilia apud SPELMANNUM in Gloſſario. Cuncta a *nemen* capere, de cujus ampliſſimo ſenſu a&um infra.

NAME, vox qua res aliqua nuncupatur aut dignoſcitur. Vocabulum antiquiſſimum, & a Scythis (ut videtur) proſeminatum, quod Perſis effertur *nam*, Græc. ὄνομα, Lat. *nomen*, Gothis *namo*, Matth. VI. 9. Angloſax. *nama*, *noma*, *nome*, Francis & Alam. *namo*. Gloſſ. Keron. nomen *namun*, nomini *nemin*, nominum *namano*, appellatione *namahaftii*. Reliquorum idiomatum conſenſum dabit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 263. Synecdochice eſt nomen clarum. Inde Perſis *namwar* celebris. Germanis *nambar* idem ſignificare poteſt. Utrumque a *bæren* ferre, quia

quia nomen fert nominatiſſimum. Verbum a ſubſtantivo oriundum vide in *nennen* appellare. Cætera derivata nullam habent difficultatem. Ideoque miſſis illis, quæ nota nimis omnibus, ad obſcuriora propero.

NAPF, ſcutella, catinus, olim calix & patera in omnibus Dialectis. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *nappe*, *hnæppe*, cyathus, ſcyphus, patera, poculum. Gloſſ. Pez. crater *naph*, craterarum *napho*. VERELIUS in Ind. *nap* poculum argenteum, *nyſa* evacuare, *hnyſa* poculum usque ad fundum ebibere. WILLERAMUS Cant. cap. VII. 2. *din nabelo iſt gedrater naph*, umbilicus tuus crater tornatilis. Similiter & Italis *nappo* eſt vas potorium, & Gallis *hanap* ſimile quid. Proprie ſignificat vas cavum, ſive potui, ſive aliis uſibus inſerviat. Originem & cognationem vide in *nabe* modiolus. A *napf* porro eſt *nipfen* ſorbere ex ſcutella, non funditus exhaurire, ut olim, cum *napf* adhuc poculum denotaret.

NARBE, cicatrix, nota ex coëunte vulnere, & inde nomen ab Angloſaxonico *nearwian* arctare, anguſtare, unde Anglis remanſit *narrow* eodem ſenſu. Nam ubi vulnus coit, ibi cutis conſtringitur. Et hæc conſtrictio eſt illa nota, quæ proprie *narbe* vocatur. W. ſæpe mutatur in B. Theſaurus STILERI *narf* contrahit ex *nahereif*, nullo aut inepto ſenſu. De verbo Angloſax. *nearwian* vide plura in *nerlich* anguſtus.

NARR, ſtultus, *narrheit* ſtultitia. Gloſſ. Boxh. *narrun* vecors, *narraheit* veſania. Gloſſ. Pez. deſipiens *irnarrenter*, obſtupeſcas *irnarres*. Apud Gothos & Saxones nihil reperitur, quod ad conſenſum referri, aut lucem ſcrutinio commodare poſſit. Cambris *nar* eſt nanus, pomilio, puſillus. Arripit hoc LEIBNITIUS in Gloſſario Celtico tanquam ſimile, quaſi hanc animo foviſſet opinionem, appellationem a nanis ad ſtultos perveniſſe. Alias conjecturas propinat JUNIUS his verbis: „*Narr*, ſtultus, fatuus, ſtolidus. Qui„dam noſtratium putant eſſe a *narrando*, „quemadmodum Latinis *fatuus* dictus eſt a „*fando*. At rectius deduxeris a νάρκη tor„por, propter gravem illum animorum ſtu„porem, qui motæ mentis homines tardos „atque omnium rerum neſcios reddit. Aliis „tamen vox abſciſſa videtur ex νάρθηξ feru„la, quod fatui unice gaudeant bacillis in „pupæ ſpeciem ſuperne effictis: unde inva„luit apud nos vetus verbum, *elke ſot heeft „ſyn marot*, trahit ſua quemque voluptas. „Inde quoque Morio, qui ferulam taliter „effigiatam ſtupefactus ac ſuſpenſus intue„tur, noſtratibus *ſtock-narr* nuncupari ſolet. „Obiter interim hic obſerva, quod νάρη HE„SYCHIO exp. ἡ ἄφρων καὶ μωρά, amens & „ſtulta. Huc usque ille in Obſ. ad Will. pag. 204. Malim, ſi Græca origine opus ſit, recta deducere a μωρός, mutato M. in N. quod ſæpe fit & facillime, ut oſtendi in *Proleg.* Sect. III. Præcipuum compoſitum eſt *narrenteidung* ſtultiloquium, quod explicavi in *teidung*.

NASCHEN, ligurire. Proprie eſt mollia & tenera appetere, & ſenſu a tactu ad guſtum translato, ſuavia & delicata. Nam mollis Gothis dicitur *hnaiqua* Matth. XI. 8. Angloſax. *hneſc* ibidem. Plura ejusmodi verba ab objecto appetitus formata vide in *ſchlieren*, *ſchlecken*, *hungern*, *lüſten*, &c.

NASE, nares, inſtrumentum reſpirationis & odoratus, Lat. *naſus*, Angloſax. *naſe*, *næſe*, *noſe*, Francis & Alam. *naſa*. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. nares *naſa*. Gloſſ. Pez. naſum *naſa*. An a Latino *naſus*? Hæreo: quia *næs* in vetuſtiſſimis Dialectis eſt promontorium ſeu peninſula, ſimilitudine a naſo manifeſto ſatis deſumpta. Pone vero, Germanos eam appellationem a Romanis demum accepiſſe, an ideo pars illa vultus ante bella cum Romanis geſta fuit anonyma? Nemo ſanus hoc dixerit. Reſtat ergo, ut, quo nomine fuerit appellata, oſtendam. Naſus Angloſaxonibus dicitur *nebbe*, & inde *neb-gebræc* gravedo. Cui ſimile eſt Scandicum antiquum *nef*, quod ſiſtit VERELIUS in Ind. *nef* naſus, *nef biorg* pars galeæ quæ naſum tegit, *nefgildi* contributio pro cujusque naſo. Utrumque a cavitate, ut dixi in *nabe* modiolus. Conſer *ſchnebbe* naſus.

NASE, dedecus ex illuſione vel deceptione. Senſus a naſo petitus, quia contemtus ſe maxime exſerit per nares, quæ vel torquentur, vel munguntur, vel criſpantur ab iis, qui alios ludibrio afficiunt. VERELIUS in Ind. *næiſa* dedecus, ignominia, *neiſulega* ignominioſe. Atque hinc jam patet, quis ſit verborum ſenſus, quum vulgo dicimus, *eine naſe drehen*, *eine naſe holen*, *eine naſe kriegen*. Trita ore vulgi proverbia, & multis retro Sæculis uſitata, quod ex convicio vetuſtisſimo, quo Thuringi ab HERINGO Regis IRMENFRIDI armigeto quondam decepti, etiamnum *heringsnaſen* vocantur, colligit nob. ECCARDUS, cujus verba & ingenioſam interpretationem vide apud ipſum in not. ad L. Sal. pag. 63. Latinis quoque *naſus* ſæpe pro ludibrio eſt. Hinc *naſo ſuſpendere* eſt ſubſannare, illudere, & *ſtyli naſus* ſatyra apud PLINIUM. Similiter & Græcis a μυκτὴρ naſus fit μυκτηρίζω ſubſanno, & a ῥὶς naris ῥινάω illudo, decipio.

NASEWEIS, ſciolus, carpendi & cavillandi peritus, a *naſe*, quatenus eſt ſymbolum irriſionis. Dicitur etiam *weisnaſe*, præpoſtero compoſitionis ordine.

NASS, humidus. Francis *naz*, Belgis *nat*. Gloſſ. Pez. humidas *nazzo*. Idem Græcis νότιος & νοτερός, a νοτὶς humor, & hoc a νέω, νάω, fluo, judice MARTINIO in Cadmo. Apud nos ſubſtantivum derivatur ab adjectivo, & ab alterutro verbum. Inde

naſſe, humor, humiditas. Francis *nazzi*. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 135. *fubti*, *nazzi*, humor. Gr. νοτὶς.

netzen, rigare, humectare. Gothis *natjan*, & hinc *ganatida* rigavit, Luc. VII. 44. Francis *nezen*. Gloſſ. Pez. tingatur *ginezit uuerde*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. VI. 72. *mit zaharin fih nezen*, lacrymis ſe madefacere. Idem Græcis νοτίζω.

NASTAID, juramentum mulieris per pectus ſuum. Semel tantum occurrit, nempe in Lege Alaman. Tit. LVI. 2. *Tunc liceat illi mulieri jurare per* PECTUS *ſuum, & dicat: Quod maritus meus mihi dedit in poteſtate, & ego poſſidere debeo. Hoc dicunt Alamanni* NASTAID. LINDENBROGIUS in Gloſſario: *Germanis aid juramentum, ſed quid naſt, non liquet.* MARTINIUS *naſt* interpretatur proximum, quaſi ſit juramentum per partem nobis proximam & prope manus ſitam. Alii per proximum intelligunt cor & vitam, quia nihil corde vel vita propius hominem tangit. Editio Heroldina legit *naſthait*, quod SCHILTERUS convertit in *nachſchait*, quod æque obſcurum. Suſpicor *naſt* eſſe primitivum diminutivi *neſtel* ligula, qua pectorale mulieris conſtringitur, & juramentum ejus dici *naſtaid* quaſi *neſtel-eid* metonymice, ligula pro pectore poſita. Hoc & mulieri convenit & legi Ipſum vero *naſt* deduco a *nauwen* conſtringere, per medium derivandi ST. Exempla vide in PROLEGOM. Si fallor, cogitet Lector, quam facile ſit in tenebris errare.

NAT, futura. Gothis *naat* eſt aſſumentum, Luc. V. 36. Utrumque a *neten* ſuere, quod eſt a *neit* filum.

NATEL, acus. Vide *nadel*.

NATER, vel *natter*, vipera, coluber, anguis. Lat. *natrix*, Cambris *neidr*. Extat in omnibus veterum Dialectis. Hinc progenies viperarum, de qua Luc. III. 7. interpreti Gothico dicitur *kuni nadre*, Angloſaxonico *næddrena cynn*, Francico *cunni natrono* & *barn natrono*, in Harm. Evang. Tatiani Cap. XIII. 13. & Cap. LXII. 10. Plerisque eſt ſerpens aquatilis, a *natando* ſic dictus, ſed venenatus. Hinc LUCANO vocatur *natrix violator aquæ*, quia aquam veneno inficere creditur. PLINIUS innumera ſerpentium genera ſtatuit, & omnibus exitiale virus tribuit, Lib. VIII. cap. 23. Idem de hydro Lib. XXIX. cap. 4. *In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua vivit, hydri vocantur, nullis ſerpentium inferiores veneno.* Hunc ſenſum melius exprimit *otter*, vox LUTHERO adhibita Luc. III. 7. Matth. III. 7. ſi derivetur ab *ættran* venenare, quod Angloſaxonicum. Quamvis etiam *nater* virulentum quid denotare poſſet, ſi verbum Belgicum *noſen* nocere, ſatis antiquum eſſet, huic derivationi inſtituendæ.

NATUR, natura. Vocabulum nuperum & a Latinis emendicatum, qui naturam ſic vocare ſolent a naſcendo, ut LACTANTIO obſervatum. Vetus autem Lingua tam vaſta tamque dives erat, ut iſtis ſuppetiis minime indigeret. Qua voce Gothi uſi ſint, non liquet, quia vox Naturæ non occurrit in Evangeliis, & præter Fragmentum Evangelicum Ulfilanum, nullum in toto orbe extat Sermonis Gothici monumentum: Excepto forte ANSILEUBI GLOSSARIO, quod, etiamſi induſtriam perquirentium hactenus fugerit, fortaſſe in aliqua Galliæ Bibliotheca adhuc latet, poſteris reſervatum. Vidit illud PHILIP. JACOB. MAUSSACUS, cujus verba ex Diſſertatione Critica pag. 355. Edit. Pariſ. 1614. hic deſcribam: *Vidi Anſileubi cujusdam Gothorum Epiſcopi Gloſſarium, erutum ex veteri Codice Bibliothecæ Moyſacienſis, in quo multa Gothorum aliorumque populorum Barbara vocabula explicantur.* Utinam non vidiſſet tantum, ſed etiam caviſſet, ne tantus verborum veterum Theſaurus, qui Regi & Regno poterat eſſe glorioſus, & Eruditis omnibus perutilis, aſpectibus humanis ſe ſubduceret. Angloſaxones naturam & eſſentiam cujusque rei vocant *cind*, Alamanni *chonnot*, & contracte *chnuat*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *cind* genus, natura. Gloſſ. Keron. natura *chnuat*, humana natura *manaſ kiu chnuat*, naturaliter *chnuatlicho*. Utrumque a *kennen* gignere, naſci, quia, quicquid oritur, qualecunque ſit, genus habet a nativitate, & ex principio nativo operatur. Ratio, cur hæc & ſimilia vocabula nobis exciderint, eſt inſitum Genti vitium, aliena mirari, ſua deſpicere. Hinc illa ab aliquot Sæculis Vocabulorum innumerabilium oblivio, & in media egeſtate nauſea, quæ hodie tanta eſt, ut ſæpe aut ſilendum nobis ſit cum piſcibus, aut loquendum cum exteris more pſittacorum. Itaque naturam vocamus *natur*, non quod externa meliora ſint, ſed quia aliquid dicendum eſt, dum noſtra vel ignoramus, vel non audemus proferre. Res ſane deploranda, in tantis patrii ſermonis divitiis tam indigna urgeri paupertate, cui explendæ ne CÆSAR quidem ſuffecerit. Cæſar enim civitatem reddere poteſt hominibus, verbis obſoletis non poteſt.

NAUWEN, arctare, premere, conſtringere. Familia hodie eſt penes Belgas, quibus *nauw* arctus, ſtrictus, *benauwt* conſtrictus, *benauwen* arctare, conſtringere, *benauwtheit* anguſtia. Cuncta a Gothico *angwu* arctus, anguſtus. Nam hinc primo fit *gnauw* per metatheſin. Quod, ubi mutatur in *nauw* per aphæreſin, naturaliter producit *nauwen* arctare, conſtringere. Verbum Angloſaxonibus quoque notum fuiſſe, evincunt derivata, qualia ſunt apud Lexicographos, *hneaw*, *hneawa* tenax, *hneawlice* tenaciter, *hneawneſſe* tenacitas, cuſtodia. Nos ex eodem fonte accepimus per varia derivandi media,

genaa, tenax, parcus, qui non facile dimittit pecuniam.

not, anguſtia, quia ſtringit.

naſt, ligamen, unde *neſtel* ligula, dum prius obſoleſcit.

Alia,

Alia, quæ paſſim explicantur, nunc mitto.

NAUWEN, ſuere, aſſuere. Vetus Francicum. TATIANUS Cap. LVI. 7. *nioman blezza niuues duoches nauuit altemo giuuate*, nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veteri veſtimento. Ratio translationis manifeſta, quia ſuere eſt acu vel filamento conſtringere, & qui ſuunt utique arctant, claudunt, & conſtringunt. Hodie dicimus *neben*, quamvis ex alio fonte.

NE, non, particula negandi vetuſtiſſima, a Scythis in Perſia, Græcia, & Septemtrione proſeminata, quæ Perſis effertur *neh*, Græcis νὴ & νὶ in compoſitis, ſicut Latinis *ne* & *ni*, Gothis *ni*, *nih*, *ne*, Angloſax. *na*, *ne*, Francis & Alam. *ni*, Anglis *no*, Suec. *ney*, Sorab. *ne* in compoſitis. Confer dicta in *ni*.

NEBEL, nebula. Olim etiam caligo. Tribuitur autem nebulæ, quia nebula eſt vapor ſeu exhalatio aquæ vel terræ, quæ infimam aeris regionem obſcurat. Cambris *niwl* & *niwlen* eſt nebula & caligo. Idem Armoricis *niful* & *niul*, Hibernis *néull*. Angloſaxonibus *neowolneſſe*, *nywelneſſe* eſt profundum, abyſſus, ob caliginem. Hinc verba MOSIS Gen. I. 2. *tenebræ erant ſuper facie abyſſi*, interpres Angloſaxonicus ſic reddit: *theoſtru wæron ofer thære niwelniſſe bradniſſe*. Locum adducit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 453. Ubi *bradniſſe* ſuperficiem & latitudinem denotat, a *brad* latus. Francis *nibulun* eſt caligare. Gloſſ. Boxh. caligaverunt *nibulton*. Inde *nibulniſſi* caligo, & *dag nibulniſſes* dies caliginis, apud OTFRIDUM Lib. V. Cap. XIX. 53. Radicem cuſtodiunt Græci in νέφω, νεφόω, νεφάω nubo, velo, unde illis νεφέλη nubes, quia aerem obſufcat, & Latini in *nubo*, unde *nubes*, *nubilus*, *nubilis*, *nupta*, i. e. velata, & *nebula*, tam vapor quam velamen, imo etiam *nebulo*, lucifugus, tenebrio. Cuncta a velando dicta. Ipſum vero *nubo* a privatione lucis derivari ſolet. Nam φάος Græcis eſt lux, νὶ vero privandi particula.

NEBEL-KAPPE, geſtamen magicum, cujus ea vis, ut geſtantem aliorum aſpectibus ſubducat. Vox Hiſtoriæ fabuloſæ propria. *Annulus* fuerit an *cuculus*, inquirit GOLDASTUS in not. ad Script. Parænet. pag. 449. ſq. Noſtros Poetas hoc figmento Homerum & Virgilium imitatos, qui Heroes ſuos ſubinde nubibus & nebulis obducunt, ne ab hoſtibus conſpiciantur, idem obſervat. Confer *Orci galeam* apud MARTINIUM in Lex. Philol.

NEBEN, juxta, pone. A Belgico *neffen*, & hoc a *nahe*, *nache*, juxta, mutato CH. in F.

NECHST, proxime. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. in fin.

Thar uuolkono obanentig iſt,
Thar ſahun ſie nan nahiſt.
In regione ſupra nubes
Spectabant illum proxime.

Superlativ. a poſitivo *nahe* prope, antiquo pronunciatu *nache*.

NECHSTER, *næheſter*, proximus loco, natura, affectu &c. Gothis *nehwundja*, Luc. X. 29. Angloſaxon. *nehſta*, ibid. & alibi *next* & *nyxt*, Francis & Alam. *nahiſto*, plur. *nahiſtono*. Gloſſ. Keron. proximo *nahiſtin*. Superlat. a poſitivo *nahe* propinquus. Quot modis dicatur, ibidem notavi.

NECKER, Nicer, fluvius Germaniæ ſup. in Rhenum defluens. Videtur ſic appellari quaſi ſubmerſor vel ſuffocator. Nam ſubmergere, ſuffocare Danis dicitur *noka*, Latino-Barbaris *necare* & *negare*, quod multis veterum teſtimoniis oſtendit CANGIUS in Gloſſario.

NEF, nepos, *neffe* neptis. Utitur Luth. 1. Tim. V. 4. BENSON. *nefa* nepos, *nefene* neptis. Dicitur etiam de filiis ex fratre vel ſorore, patruo vel amita, avunculo vel matertera, & omnibus denique conſanguineis. Gloſſ. Ælfric. pag. 75. nepos *ſuna ſune*, vel *brother ſune*, vel *ſuſter ſune*, *that is nefa: neptis brother dochter*, vel *ſuſter dochter*, *nefene*, *thridde dochter*. Belgæ eodem & amplisſimo ſenſu dicunt *neef*, Galli *neveu*, Angli *nephew*. Vel idem eſt quod *nah*, *nach*, propinquus, mutato CH. in F. vel a Lat. *nepos*. Illud STILERO, hoc SKINNERO ſe probavit. Sed unde *nepos?* Forte ex *nai* & πᾶις. Illud Cambris ex fratre vel ſorore genitum, hoc Græcis puerum ſignificat. Et nepos quid eſt, niſi puer proximus & propinquus? Dicitur etiam honoris cauſa a potentioribus erga inferiores. Sic Imperator Epiſcopos ſolet appellare *nefen*, quaſi conſanguineos, quamvis nulla cognatione ſibi junctos. De hoc titulo vide GUNDLINGIANA XI.

NEHA, nympha cujusdam loci, apud KEYSLERUM, Virum clariſſ. in Antiq. Sept. pag. 269. qui primus nobis hanc Deam tanquam indigenam & Germanis propriam ex Lapidibus oſtendit. Cum vero omnes Lapides, qui hujus Deæ mentionem faciunt, in Germania ſint effoſſi, nomen Nymphæ ab *acha* aqua formatum putat, quamvis litera N. in fronte vocis refragante. In Lapidibus vocatur *Neha* & *Nehæa*. Cum *Nehæa* convenit Νυχαία, nomen Nymphæ apud THEOCRITUM. Eſt & alia Nympha, Septemtrionalibus *Nocca* dicta, & tantum raptu miſerorum nota, quæ vero cum *Neha* lapidum non eſt confundenda, quia peculiarem nominis ſui rationem habet, a maleficio acceptam, cum ex adverſo *Nehæ* lapidum vocentur *Matronæ*, a tutela locorum. In iisdem Lapidibus occurrunt *Hamanehæ*, id eſt, Nymphæ campeſtres. Nec deſunt compoſita, ex quibus colligi poſſit, etiam villas & vicos in *Neharum* clientela fuiſſe. An nomen Germanicum ſit, ignoro. Nec tamen inficiari poſſum omnino. Nam ſicut eædem Nymphæ vocantur MAIRÆ, a provinciali voce *maire*, quaſi Matres & Matronæ; ita nihil obſtare videtur, ut dicantur

NEHÆ, a *nahen* adpropinquare, quod *intervenire rebus hominum* (quæ TACITI de *Matre Hertha* loquendi formula eſt) crederentur; Vel, quod ſint *Nymphæ loci propinqui*, ducta appellatione a loco vicino, qui Germanis vocatur *nah*, *neh*. Omnes ſane per Nymphas intelligunt Deas, vel hujus loci, vel proximi & propinqui. Illud inprimis memorabile, quod ſicut Germani has Nymphas *vicinas* vocant a campo vel ſaltu propinquo, ita Romani *proximas* a loco proximo. Lapis Vaſionenſis apud SPONIUM in Miſcell.

PROXSVMIS
POTITA. C. CODONI.
F. V. S. L. M.

Id eſt: *Proximis Potita Caii Codoni Filia Votum ſolvit lubens merito.* Alius Lapis ibidem: PROXVMIS. SENECA. SECVNDI. FIL. Scire velim, quinam ſint illi *Proximi* vel *Proximæ* abſolute dicti, quibus hic votum ſolvitur, ſi non ſint Dii Deæque proximi loci? De popularitate Dearum localium vide plura in *Herthe* & *Maire*. An hiſce Deabus accenſenda ſit *Nehalennia*, dubito, quia nomen loci clientelaris præcedere debet Matronam, ut ſit in compoſitis *Hamaneha*, *Romaneha*, *Vacallineha*, de quibus erudite diſſerit KEYSLERUS loco citato.

NEHALENNIA, Dea Toxandrorum, & poſtea Romanorum. Toxandros Inſulas Selandicas incoluiſſe Cæſaris ævo, & Romanos poſt Cæſaris ævum in iisdem Inſulis Caſtra ſua poſuiſſe, mihi perſuaſit CLUVERIUS Lib. II. Germ. Ant. Cap. 29. Idemque manifeſto confirmant ruinæ in littore Valachriæ repertæ, in quibus omnia ſunt Romana, Dii, excepta Nehalennia, aræ, ſtatuæ, inſcriptiones, urnæ, nummi, & conſimilia. *Toxandros* circa idem tempus, quo Caſtra poſuere Romani, e ſede inſulari in continentem transportatos eſſe a Romanis, credere fas eſt, quia alia via conciliandis auctoribus antiquis inveniri nequit. Cujus Gentis aut nationis fuerint inſulani illi, non meminit Cæſar, imo ne quidem nominat. *Feros* tamen & *Barbaros* vocat Lib. 4. minime vero *Germanos*. Fuiſſe autem Græcos, vel lingua Græcæ ſimili uſos, ex nomine eorum apparet, quod certe Sagittarios ſignificat, a τόξα arcus, & ἄνδρες viri. Eadem Lingua *Luna* appellari poterat *Nychelene*, hoc eſt, nocturnum lumen, a νύχος, νύκα, νύχιος, nox, noctu, nocturnus & ἐλένη fax, ſplendor. Igitur Romani, cum intelligerent, Deam illam, cujus in tutela Inſulæ Selandicæ eſſent, interpretatione Latina nihil aliud dicere quam *Noctilucam*, hoc eſt, Lunam vel Dianam, pro ſua in Barbaris Deorum nominibus admittendis facilitate, *Nehalenniæ* eundem cultum præſtiterunt, quem antea Toxandri. Aliorum de hac Dea opiniones vide apud KEYSLERUM.

NEHEN, ſuere. Belg. *naaien*. Quidam derivant a *nabe* prope, ſatis inepte. Nam res juxta ſe poſitæ non faciunt ſuturam, & qui ſuit, non hoc ſibi proponit, ut res propius admoveat, ſed ut filo connectat & conſtringat. Et alias verbum, quod vetus eſſe ſupponunt, nec vetus nec genuinum eſt. Nam ſuere Celtice dicitur *neza* & *niddu*. Utrumque ſuperat hodie in Dialectis Britanniæ Armoricæ, & a PEZRONIO exponitur per *coudre*, in Ant. Celt. pag. 356. Utrumque originem refert ad *neit* filum. Unde ſatis manifeſtum, Celticam vocem in ore noſtro ſyncopen paſſam eſſe, & fuiſſe aliquando tempus, cum noſtri dicerent *neten*. Quod ſane rectius & melius dici, cum origo a filo indicat, tum etiam hinc patet, quia in derivatis ſubinde revertimur ad literam T. unde divortium fecimus, cujusmodi ſunt, *naat* ſutura, *natel* acus, ſuendi inſtrumentum, *naterin* netrix, quæ commodius a *neten*, quam a *neben* derivantur. Verbum Francorum vide in *nauwen*. Reliquæ Dialecti imitantur Latinum *ſuo*. Hinc ſuere Gothis dicitur *ſiujan* Marc. II. 21. Angloſax. *ſiwan*, ibid. Angl. *ſowe* vel *ſewe*, Dan. *ſye*, Suec. *ſy*.

NEHREN, ſervare, liberare, eripere e periculo. Angloſaxonibus *neran* eſt eripere, *nerian* eruere, ſolvere, ſervare, *generian* liberare, *genered* liberatus, *nergend*, *neriend* ſervator, liberator, redemptor. Cuncta apud SOMNER. & BENSON. Similia habent Franci. Gloſſ. Lipſ. *neriando* ſalutare, *neriando* liberator. OTFRIDO *ſon tode nerien* eſt liberare a morte, Lib. III. cap. VII. in fine. Et inde *nara* ſalus, liberatio, apud ISIDORUM cap. V. 7. quam vocem intactam reliquit FALTHENIUS. Gothicam verbi formam vide in *neſen* ſervare. Illam, de qua hic agimus, e Gothica ortam eſſe, mutato S. in R. nemo facile negabit, qui noverit, quam frequens ſit hoc mutationis genus in omnibus Dialectis. Exempla vide in *Proleg.* Sect. III. Hodie obſoleſcit, etiamſi ſit fundamentum alterius ſignificatus, qui ſequitur. Litera H. in medio vocis eſt aſſumentum novaturientium, qui ſcripturæ veteris ſimplicitatem ſolent adſpernari.

NEHREN, alere. Senſus ex præcedenti deſumptus auctoribus Francis, quia nutrire nihil aliud eſt quam ſuſtentare & conſervare. Gloſſ. Pez. paſcat *nerie*, ſuſtentate *neriet*. Gloſſ. Boxh. *nerita* aluit, *zanerrenne* alendorum. OTFRIDUS Lib. I. cap. XI. 113.

In krippa man nan legita,
Thar man thaz ſihu nerita.
In præſepe ponebatur,
Ubi pecus alebatur.

Inde *nara* & *lipnara* victus, quo vita quotidie ſuſtentatur. Gloſſ. Pez. ſuſtentationis *naro*, alimenta *lipnara*. Hodie dicimus *nahrung* & *leibs-nahrung*, eodem ſenſu.

NEID, anguſtia, preſſura, Dial. Island. VEREL. in Ind. *neid* anguſtia. Dicitur alias *not*. Utrumque ex eodem fonte, nempe a *nauwen* premere, conſtringere, arctare. Francica

cica vetuſtas inde formavit *neitzen* anguſtare, affligere, quod vide.

NEID, invidia, vitium alienæ gloriæ & felicitati infeſtum. Gothis *neith* eſt invidia, dicturque de Judæis, qui Chriſtum ex odio tradiderunt Pilato, Marc. XV. 10. ubi interpres Saxonicus habet *anda* zelus, rancor, Francicus *abjunſt* malevolentia, in Harm. Tatian. cap. CXCIX. 4. Angloſaxonibus *nith* vel *nyth* latius patet. Significat enim nonſolum invidiam, ſed etiam zelum, nequitiam, & aſtutiam, apud BENSON. Francis *nid* eſt invidia, ſed & æmulatio, malevolentia, & aſtutia. OTFRIDUS Lib. III. cap. XX. 360.

Then nid gideta ouh mera
Thiu filu hoha lera.
Invidiam auxit
Sublimis doctrina.

Apud WILLERAMUM in Cant. VIII. 6. Chriſtus ſynagogam ſic alloquitur: *laz dinen nith varan*, dimitte æmulationem tuam. In Gloſſa vetuſta *nüth* conjungitur cum *apanſt*, & utrumque explicatur per *rancorem*, apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 173. Et apud ISIDORUM ſubdoli vocantur *nidhigun*, a *nid* aſtutia. Nihil horum ab invidiæ natura alienum eſt, ne aſtutia quidem, quæ ſæpe comes invidiæ. Nam invidi aliud agunt clam, aliud in aperto, & quos non audent palam aggredi, clandeſtinis calumniis conficiunt. TACITUS Hiſt. IV. 4. *Invidia in occulto, adulatio in aperto erant.* Confer Sir. XXV. 19. A *neid* poſteritas fecit *neiden* invidere, quod tamen eo ſenſu apud Veteres non reperitur. Sed demus antiquum eſſe, quæſtio recurret, unde ſit *neid?* Reſponderi poteſt a Lat. *invidia*, per aphæreſin & apocopen. Deme caput *i*, & caudam *ia*, & reſtabit *nuid*. Quod variantibus Dialectis effertur *nid* & *neid*. Invidia autem a videndo dicitur, non quod invidi non videant, aut oculos avertant, ſed quod vel ægre & iratis oculis videant, vel nimium intueantur aliorum felicitatem, dum ſe a Fortuna relictos ſentiunt. TACITUS Hiſt. II. 20. *Inſita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis inſpicere* &c. Hinc aſſentiri non poſſum MARTINIO, qui *neiden* derivat a νή & ἰδεῖν. Nam invidere non eſt non videre, ſed nimium intueri. Et tametſi νή poſſit eſſe intenſivum, male tamen inde derivatur *neiden*. Nam *neiden* pro invidere, eſt verbum novum & priſcis ignotum, quod originem ſuam noviſſime accepit a ſubſt. *neid*.

NEID, opprobrium. VEREL. in Herrauds-Saga: *nid* contumelia, *niding* turpis, vilis, ignavus, & omnium contemptu dignus, *nidviſa* carmen in alicujus contumeliam & infamiam conſcriptum. Similia extant in INDICE SCVTHO-SCANDICO ejusdem Auctoris, quæ nolo deſcribere, quia Germanis ſunt obſoleta. Factum haud dubie a Gr. ὄνοδος improperium, per aphæreſin, quod eſt ab ὀνόω inquino, culpo, probrum objicio.

NEID, blaſphemia, dictum injurioſum contra Deum. Hoc ſenſu occurrit *naitei* in Evang. Goth. Luc. V. 21. *hwas iſt ſa ſaei rodeith naiteinins*, quis eſt hic qui loquitur blaſphemias?

NEIDEN, invidere. Novum, ſed legitime factum a ſubſt. *neid* invidia, non vice verſa.

NEIDEN, contumelia afficere. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XVIII. 31.

Joh ouh thaz bimide,
Er man nihein ni nide.
Illud quoque devitet,
Ne quem probro afficiat.

Puta verbis contumelioſis, quale eſt illud *racha* Matth. V. 22. ad quod Poëta digitum intendit. Omnino a *neid* opprobrium.

NEIDHART, invidus. Utitur Luth. Sir. XXV. 19. Proprie eſt invidiæ tenax, ab *hart* tenax.

NEIDHART, nomen proprium, a præcedenti prorſus diverſum. Quis enim credat, voluiſſe majores noſtros liberis ſuis turpe & infauſtum nomen ab invidia vel contumelia imponere? Prior compoſiti pars ſignificat probum, eſtque omnino idem quod Angloſaxonicum *nytte* utilis, Belgis hodie *nut*. Annexum *hart* ſenſum auget, ut ſæpe alias. Hinc NITHARDUS proprie eſt homo valde probus, & ad communem utilitatem natus, qui facit ea quæ expediunt, non ſibi tantum, ſed etiam patriæ, parentibus, amicis, & omnibus univerſe, quos vivendi neceſſitas cum illo conjunxit. Claruit hoc nomine Caroli M. ex Bertha filia nepos, qui de diſſenſionibus filiorum Ludovici Pii Hiſtoriam reliquit.

NEIGEN, inclinare. Gothis *hneiwan* Luc. IX. 12. Angloſax. *hnigan*, *hnigian*, Francis *neigen*, Alam. *hneigen*. Gloſſ. Keron. inclina *kehneigi*, declinetur *ſi kehneigit*, declinantes *kehneickente*. OTFRIDUS Lib. III. cap. XVII. 77. *er ſih thar nidarneigta*, tunc inclinavit ſe in terram. Quemadmodum Græcis κλίνω & Latinis *clinare*, manifeſto derivantur a Celtico *glin* genu, quod hodie ſuperat apud Cambros: ita *hneiwan* poſſit eſſe a *chneow* genu. Verum, quia inclinari dicuntur nonſolum genua, ſed etiam caput, & corpus, imo etiam res aliæ, quæ juncturas non habent: hinc fortaſſe *hneiwan* rectius derivatur a Gr. νέω vergere, inclinare, quod etiam placet JUNIO. Poſteritas dixit *neigen*, quia W. mutari ſolet in G. Metaphorice dicitur de omnibus rebus, quæ cernuis, pronis, aut propendentibus ſimiles ſunt, & moraliter etiam de animo bene affecto. Inde *geneigt* benevolus, propenſus, *ungeneigt* averſus, alienus.

NEIGEN, curvare, pronum & inclinatum reddere. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 109. *kinikan uuerden* incurventur. NOTKERUS Pſal. XXXVII. 9. *kenichet unde genideret pin ih harto*, incurvatus & humiliatus ſum nimis.

NEIGEN

NEIGEN, ſubigere, humiliare. Id eſt, ita deprimere, ut prono & inclinato ſimilis ſit. ISIDORUS Cap. III. 3. *ih hneige imu dheodun*, ſubjiciam ei gentes. Idem Gothis *hnaiwan*, Angloſaxonibus *hnigan*. Cod. Arg Luc. XIV. 1. *hwazuh ſaei hnaiweith ſik ſilban, ushauhjada*, omnis qui humiliat ſe ipſum, exaltabitur. BEDA Lib. IV. Hiſt. Eccl. Cap. 15. *gebnægde tha mægthe mid befigran theowdome*, ſubegit provinciam graviore ſervitio. Locum citat & interpretatur JUNIUS pagina allegata. Gothis & Saxonibus jungere licet Islandos, quibus *neckia*, *hnecka*, *knekia* nonſolum eſt incurvare, ſed etiam humiliare & deprimere, interprete VERELIO in Indice.

NEIN, non. Belg. *neen*. Utrumque a Lat. *non*. Veterum negandi particulas vide in *ne* & *ni*. Præcipuum derivatum eſt *verneinen* negare, inficiari, quod novum.

NEISEN, affligere. Vide *neitzen*.

NEIT, filum. Græcis νῆθον, Armoricis *neut* apud PEZRONIUM in Ant. Celt. pag. 356. Quibus conveniunt quædam Sorabica apud FRENZELIUM, *nitſch* filum, *nitka* filum ſubtile vel minus. Minervam Ægyptiis appellari *Neith*, idem in tranſitu obtervat. Quod, cum e re ſit, & viam nobis ad etymologiam aperiat, pluribus nunc oſtendam. PLATO in Timæo Chalcidio interprete: *Conditrix urbis* (Sais nomine) *Dea Ægyptiaca lingua cenſetur* NEUTH: *Græca dicitur Athena*. MEURSIUS in notis ad translationem Chalcidii: "Scribe *Neith*: nam ita eſt apud Pla„tonem Νηΐθ. ARNOBIUS ita etiam de ſe „Minervam loquentem introducit Lib. 4. „*Quod ſi fidem inquiris facti, Ægyptios & „ego teſtes dabo, quorum* NEITH *lingua dicor*. „HESYCHIUS: Νηΐθ, ἡ ἀθηνᾶ παρ' Αἰγυπτίοις. „Ita ſcribendum. Minus rectè editur vulgo „Νηΐθη." Hæc ille. Sed noſtra nihil refert, quocunque modo ſcribatur. Et alias Scriptura Heſychii non videtur contemnenda, quia ex illa per metaplaſmum fieri poterat *Athena*. Fuit autem *Minerva* apud Gentiles coli, lanificii & textrinæ inventrix, & veroſimiliter ſic dicta, vel a jugo textorio, cui ſtamen circumvolvitur, quod Hebræis *menor* 1. Sam. XVII. 7. vel ἀμάω a *manar* texere, prout ill. MAFFEUS in *Originibus Etruſcis*, ab amico noſtro LOTTERO ex Italico ſermone in Latinum converſis, ſcribit pag. 29. Hinc ſuſpicor, filum, quando vocatur *neit*, nomen de nomine inventricis traxiſſe. Solent enim nomina Deorum inventis eorum adhærere. Ita *Mars* ponitur pro pugna, *Ceres* pro pane, *Liber* pro vino, imo etiam *Minerva* pro ſtamine. Et quamvis ARNOBIO Lib. 5. adverſus Gentes, contumelioſum videatur, res frivolas Deorum nominibus inſignire; negari tamen poteſt, vinum, panem, & ſtamen res frivolas eſſe. Idem auſim dicere de filo, quod certe non eſt res frivola, ſed humano generi utiliſſima, & digna omnino, quæ ad perpetuam rei memoriam nomen inventricis gerat. A ſubſtantivo deinceps nata ſunt verba vario ſignificatu. Inde

Cambris *nyddu* nere, torquere filum, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

Armoricis *niddu*, *neza* ſuere, apud PEZRON. loco citato.

Græcis νήθω, & per ſyncopen νέω, fila de colo duco, lanam vel linum torqueo, quod imitantur Latini in *neo* & *netum*.

Germanis *neten* ſuere, filo connectere, quod per ſe quidem inuſitatum, validum autem in derivatis, quæ vide in ſyncopato *neben* ejusd. ſignificatus.

NEITZEN, affligere. Gloſſ. Keron. adfligantur *ſin kenerzzit*. NOTKERUS Pſal. XLIII. 3. *neiztoſt umbe ſie andere liute*, afflixiſti alios populos propter eos. Gloſſ. Boxh. *neizſeli* afflictio. MYLIUS in Archæol. Teut. *kenerzzo*, *affligo*, *quaſi beneide*, *id eſt*, *invidia perſequor*. Male. Nam *neitzen* proprie eſt in anguſtias conjicere, a *neid* anguſtia, & non a *neid* invidia. Hodie pene obloleſcit. Extant tamen Dialecti, in quibus uſurpatur *nanſen*, *neiſen*, imo etiam *nayſen*, eodem intellectu, ſono tantum mitigato. Hymnus: *Herzlich thut mich verlangen*, verſu octavo:

Was thut ihr ſo verzagen,
Ihr arme wayſelein?
Solt euch Gott hülf verſagen?
Er ſteiſt die raben klein.
Frommer wittwen und wayſen
Iſt er der vater treu;
Trotz dem, der ſie thut nayſen!
Das glaubt ohn allen ſcheu.

NEMEN, ſumere, capere. Omnes Antiqui habent *niman*. Dicitur autem ſenſu latiſſimo de rebus omnibus, quæ vel manu ſumuntur, vel mente capiuntur, vel libenter acceptantur, vel vi aut dolo auferuntur. Et hac latitudine regnat etiam in derivatis *nam* & *nunſt*, quæ ſunt quaſi ejusdem ſtemmatis duo turculi. Originem verbi doctiſſimi viri referunt ad Græcos. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 268. *De verbi origine hoc tantum adjiciam, illud affine videri Græco* ὄνημι, *quod idem eſt cum* λαμβάνω *vel* αἱρέω, *ſumo, capio*. BAXTER in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 173. Νέμω *vetuſtæ Græciæ idem fuiſſe quod Teutonibus namen capere, vel nna vox* κληρονόμος (hæres, hæreditatem capiens) *teſtatum facit: ſicuti etiam Latinum emere in compoſitis adimere, eximere &c. quæ omnia a Græco νέμειν corrupte efficta ſunt*. Alias verba capiendi apud noſtros formantur a manu, ut demonſtravi in *kippen*, *kommen*, *kriegen*, *greiffen*. Manus autem contracta in vetuſtiſſima Islandorum lingua vocatur *nefi*, fortaſſe a *nanwen* conſtringere. Vide ergo annon *nemen* poſſit eſſe a *nefi*, mutatis ſaltim labialibus? Ita *greiffen* eſt a *greip* vola, Græce καρπός. Quicquid ſit, primo capit manus (quod omnibus manifeſtum eſſe reor),

reor), poſtea etiam res aliæ ad ſimilitudinem manus.

NEMEN, manu capere, ſive habendi, ſive tollendi cauſa. Cod. Arg. Matth. XXVII. 48. *jah nam ſwamm fulljands akeitis*, & accepit ſpongiam implens aceto. Verſio Angloſax. Joh. X. 31. *namon ſtanas, that hig woldon byne torfian*, ſuſtulerunt lapides, ut lapidarent eum.

NEMEN, percipere, cognoſcere, intelligere. Id eſt, mente capere. Gothi eodem ſenſu dicunt *ganiman* & *mithuiman*, Franci *firniman* & *vernemen*. De Francis vidimus alibi. De Gothis teſtis eſt Codex Argent. Marc. XIII. 28. *ganimith gajukon*, diſcite parabolam. Matth. IX. 14. *jabai wildedeith mithniman*, ſi velletis comprehendere. Hodie utimur compoſito Francorum *vernemen*, quod vide. Cum ſimplici videtur convenire Gr. νόημι ſentio, intelligo, cogito.

NEMEN, examinare, *die gefangenen vernemen* examinare captivos. Dictio forenſis & metonymica, qua conſequens ponitur pro antecedente, *cognoſcere* pro *examinare*, quia is, qui examinat, aliquid cognoſcere deſiderat. Inde genus ducunt voces quædam inſolitæ, & cum ævo ſuo natæ & denatæ,

biuuft, examen, inquiſitio. Vox FRIDERICI Imp. in Literis ad Senatum Lindav. an. 1321. apud Heiderum in Deductione Lindav. pag. 651. ubi mandatur, ne cum accuſatis aliter procedatur, *wanu mit dem binuffte, den ſy von alter gewonhait her hand behalten*, niſi examine, quod ex veteri conſuetudine retinuerunt.

vornunft, eadem notione.

unvornunft, tortura, quæſtio per ſcalam. *Un* hoc loco ſenſum intendit, & ex examine facit examen rigoroſum per carnificem, quod quæſtione & tortura definitur, & alias vocatur *peinliche frage*. Similia compoſita vide in *Proleg.* Sect. V. Extat in Chronico BOTHONIS ad an. 1286. inter Script. Brunſv. LEIBNITII Tom. III. pag. 371. ubi de Pſeudo-Friderico: *Keyſer Roleff de greyp ön, unde leyt ön fragen mit der unvornunfft, do bekande he, dat he eyn arm mau were*, Imperator Rudolphus cepit eum, & juſſit eum quæſtioni admoveri, tunc faſſus eſt, ſe eſſe hominem pauperem.

unvornuft, ſcala carnificis. Dictio metonymica, qua tortura ponitur pro inſtrumento torturæ. Occurrit eo ſenſu rurſus apud BOTHONEM in Chronico ad an. 1365. ubi de fure ſuſpendendo: *alſe ön de meiſter affſlotte, do ſlotte he mit den voten an de ledderen, dat de meſter mit der unvornuſſt uppe de erde to liggen kam*, cum eum carnifex detruderet, pedes impegit ſcalæ, ita ut carnifex cum ſcala in terram decideret. Contraria metonymia eſt, quando *leiter* (ſcala) hodie ponitur pro tortura, inſtrumentum pro cruciatu, quod ſæpe fit in Dialectis.

NEMEN, acceptare, animo lubenti capere. Hinc verba Domini Luc. IX. 23. *tollat crucem ſuam*, i. e. acceptet, ab interprete Gothico redduntur *nimai galgan ſeinana*, ab Angloſaxonico *nime his cwylminge*, a Luth. *neme ſein creutz auf ſich*. Ab hoc verbo oriuntur adjectiva *genem*, *angenem*, *annemlich*, gratus, acceptus, quale eſt quod probatur & acceptatur. Gothi eodem ſenſu dicunt *andanem* Luc. IV. 19. Belgæ *angenaem*, Sueci *annæm*, Islandi *nemelegt*.

NEMEN, auferre, furripere, vi vel dolo captare. TATIANUS Cap. XXXI. 7. *ther thiu neme thiu thinu ſint, ni eiſco ſiu*, qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Eodem ſenſu *niman* occurrit in Verſione Gothica & Angloſax. Luc. VI. 29. Similia habent Septemtrionales. VEREL. in Ind. *næma* a reo vel debitore propria auctoritate pignus vel aliud ſolutionis loco auferre, *nam* ereptio, ablatio, *nam-fæ* pecus alteri vel ob debitum vel delictum ablatum, *nema nes-nam* prædam in littore agere. Inde Latino-Barbaris *namare* pignus auferre, & *nampta* injuſte capta, apud SPELMANNUM in Gloſſario. Confer *nam* & *nunft*. Confer etiam *benden*, *fangen*, *greiffen*, & patebit, verba capiendi ſæpe in malam partem uſurpari.

NEMETES, unus ex populis Germaniæ, qui antiquitus Rhenum transgreſſi Gallos expulerunt: a quibus poſtea ea pars Galliæ nomen *Germaniæ Cis-Rhenanæ* apud Romanos obtinuit. Hodie ſunt Spirenſes. Quid nomen indicet, *paſtores* an *prædones*, non liquet. Utrumque tamen ſignificare poteſt. Illud, ſi res pecuaria, Græcis νόμια dicta: hoc, ſi latrocinium appellandi anſam dederit, a *nemen* rapere, furripere.

NEMETES, ſeu *Niemetcy*, a Ruſſis & Slavis vocantur *Germani* univerſe: ſumpto vocabulo non a populo Rhenano, ſed a Slavico *nema* mutus, quod Germani, dum Slavice loqui neſciunt, mutis ſimiles ſint, ut exiſtimat CLUVERIUS Lib. II. Germ. Ant. pag. 374. Vel, quod malim, quod Germani ſint poſteri eorum Scytharum, quos antiquitas a vita vaga & paſtoritia Νομάδες appellavit. Conſenſum Linguæ Turcicæ vide apud CLODIUM in Lexico.

NENNEN, vocare, appellare, nuncupare. Vitiatum ex antiquiori *nemmen*, quod eſt a *name* nomen, voce antiquiſſima, & a Scythis per omnes gentes diffuſa. Hinc omnes Veteres & recentiores in medio verbi habent M. Græci ὀνομάζω, Latini *nominare*, Gothi *namnjan* Luc. VI. 13. 14. Angloſaxones *naman*, *nemnan*, *nemnian*, Franci & Alam. *nemman*, Belgæ *noemen*, Angli *name*, Sueci *næmna*, Galli *nommer*, Hiſp. *nombrar*. Gloſſ. Keron. appellare *nemman*, vocent *nemmen*, nominatur *iſt kinemmin* &c. Noſtri ad literam M. reverturntur in compoſitis, *benamen* appellare, *nemlich* & *namentlich* nominatim, *wolbenamt* celebris, *vornem* nominatus, prænominatus, in quo compoſito *nem* eſt verbale a *nemmen*, dum *vor* ſenſum intendit.

NEPPER, *nebber*, *nabinger*, terebra. Angloſax. *næf-bor*, *næſe-gar*, apud SOMNER. & BENSON. Suec. *nafwar*, Bohem. *nebozys*. Proprie eſt cavator, ut dixi in *nabe* modioſus.

NEPTUNUS, Deus maris opinione Gentilium. Celtica Lingua ſignificare poteſt *dominum aquæ*, ſi componatur a *tonn* unda, & *naf* dominus, vocibus apud Cambros reſiduis, teſte BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. SCALIGER nomen deaſtri derivat a νίπτω lavo, quia terram alluit. Quam exile hoc eſt, ſi cum altera interpretatione conferatur? De qua dicere auſim, quod non ſolum præ aliis pulcritudine ſua ſe commendet, ſed etiam ſpeculum nobis præbeat, in quo, qualis fuerit *Lingua Deorum*, contemplari poſſimus. Aliud Neptuni nomen vide in *nack* cymba.

NEREN, ſervare, alere. Vide *nebren*, & ſcribe *neren*, ob reverentiam antiquitatis.

NERLICH, *nærlich*, anguſtus & anguſte, *nerlich auskommen* res anguſta domi. Male refertur ad antecedens, & adhuc pejus ad *næbern* adproximare. Familiam vocis ſiſtit SOMNERUS in Dict. Angloſax. *nearo*, *nearewe* arctus, anguſtus, *nearolice* arcte, ſtricte, anguſte, *nearwian* angere, arctare, coarctare. Idem Anglis *narrow*, *narrowly*, & *to narraw*. Hodie cutis conſtricta dicitur *narbe*, ex eodem fonte.

NERVE, tendo. Græc. νεῦρον, Lat. *nervus*, Armor. *nerven*, Gall. *nerf*. MARTINIUS vocem Græcam ducit a νεύω inclinor, quia nervi ſunt inſtrumenta inclinationis. Nos Celticam derivare poſſumus ab Angloſax. *nearwian* coarctare, quia nervus eſt tendo, qui funiculi inſtar adſtringi & laxari poteſt. Adde, quod opera nervorum nonſolum fit motus, ſed artus ipſi ita complicantur, ut a ſe mutuo recedere non poſſint. Id quod vox *nervi* exprimit, ſi ad eam, quam dixi, cognationem referatur.

NESEN, ſervare, ſalvare, liberare. Gothis *nasjan*, & inde *naſei unſis* ſalva nos Matth. VIII. 25. *naſei mik* ſalva me Joh. XII. 27. *nasjands* ſalvator Luc. II. 11. *naſei* ſalus, Luc. I. 69. 71. Hodie ſuperat apud Belgas, quibus *geneſen* eſt ſanare, & inde *genees-meſter* medicus. Cuncta auctoribus Gothis a Gr. σάω ſervare, transpoſitis literis, vel ſi mavis a σωτήρια ſaluti ſui.

NESEN, *geneſen*, ſervari, ſanari, reconvaleſcere ex morbo. A *naſei* ſalus, quod Gothicum eſſe vidimus.

NESSEL, urtica. Angloſax. *netl*, *nytle*, Francis *nezila*, Anglis *nettle*, Belg. *netel*, Suec. *nætla*, *næsla*, Camb. *danadl*. Gloſſ. Ælf. in nom. herb. urtica *netle*. Gloſſ. Pez. urtica *nezila*. Sic autem dicitur, quia pungit tangentem, ſive immediate a Gr. νάσσω, νίττω ferio, pungo, ſive a *natel* acus, ſenſu ad plantam translato, ob acuum & aculeorum ſubtiliſſimorum, quibus munitur, multitudinem. Prius placet MARTINIO, poſterius STIERNHIELMIO.

NEST, nidus. Armoricis *nyth* apud BOXHORNIUM, *nith* & *neis* apud TOLANDUM, Hibernis *nead*, Angloſaxonibus *neſt*, *nyſt*, Anglis & Belgis *neſt*, Suecis *næſt*. Quibus conſentiunt ſono & ſignificatu Gr. νοσσιὰ & νοττία, & Lat. *nidus*. Cuncta fortaſſe ab inuſitato νίσσω habito. Hinc etiam vulgo nonſolum de domicilio avis, ſed etiam de vili manſione dicitur. A *neſt* deſcendit *niſten* nidificare, nidulari.

NEST, a *nieſſen* veſci, ſignificat (1) nutrimentum, annonam, commeatum. Gloſſ. Pez. cibaria *nueganeſt*, viaticum *nueganeſt*. VEREL. in Ind. *neſti* viaticum, *neſtbaggi* marſupium. Id eſt, pera in qua cibus conditur. (2.) pecuniam quæ loco nutrimenti datur. Inde Angloſax. *neſt*, *nyſt*, ſtipendium, epimenium, apud SOMNER. & BENSON.

NESTEL, faſcia, ligula. Commune Francis & Saxonibus nomen. Gloſſ. Ælf. in nom. vaſorum: faſcia *noſtle*. Gloſſ. Pez. funiculi *neſtilu*, anſulas *neſtilun*, corrigia caligæ *hoſaneſtila*. Diminutivum ab obſoleto *naſt*, quod eſt a *naurwen*, quia ligula arctandi, ſtringendi, & claudendi cauſa utimur. *Naſt* pro faſcia vel ligula veriſimiliter occurrit in compoſito antiquo-Alamannico *naſtaid*, quod vide. Diminutivum Francicum imitantur Latino-Barbari in *naſtila*, apud CANGIUM.

NESTEL-KNUPFEN, *neſtel-knüpffen*, nodos magicos nectere, & ſubſtantive ligatura magica. Quid ſit, explicat ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 48. his verbis: „Nota eſt ſuperſtitio ligaturarum *des neſtelknüpfens*,“ qua nodis quibusdam, ceremoniis prohi-“ bitis, adſtrictis vel ſolutis, putant malefici“ potentiam vel impotentiam conjugibus,“ ventos navigantibus ſecundos, alia aliis“ conferre poſſe. Nodi tales olim etiam“ tanquam phylacteria ad arcendos & depel-“ lendos morbos, aut collo ſuſpendebantur,“ aut circa alias corporis partes alligabantur.“ Videantur LINDENBROGIUS & CANGIUS“ in Gloſſariis. TERTULLIANUS pag. 824.“ *In remediis naturalis plurimum, aliquid ſi*“ *magia circumligat, medicina cum ferro &*“ *poculo occurrit.* Idem de Spectaculis: *ma-*“ *gicis devinctionibus perfici.* Hæc ille loc. cit.

NETEN, ſuere, filo connectere. Verbum Celticum, de cujus origine & derivatis actum in *nehen* ſuere, & *neis* filum.

NETT, cultus & culte. Angl. *neat*, Gall. *net*, Ital. *netto*. Detruncata a Lat. *nitidus*.

NETZ, rete. Gothis *nati* Marc. I. 16. Angloſax. *net* ibid. & alibi *nyt*, Franc. *nezi*, Belgis & Angl. *nett*. Gloſſ. Pez. retiacula *nezzi*. TATIANUS cap. CCXXXVI. 7. *thinſente thaz nezzi ſigo*, trahentes rete piſcium. Saxonicum *nets* eſt a *naſſa*, inquit MARTINIUS. Alii deflectunt a *neten* ſuere, contexere, quia rete eſt opus textum. Malim ab uſu nomen rei arceſſere, ut quemadmodum Latinis *rete* eſt a ῥέω traho: ita Saxonibus *nett* a *nutan* capere. Gothos hoc verbo in piſcatu

piſcatu uſos eſſe, oſtendi in *nutzen* primæ ſignificationis.

NETZEN, madefacere. V. *naſs* humidus.

NEU, *new*, *neuw*, recens ætate. Vox antiquiſſima, multisque gentibus communis, quamvis varie enunciata. Perſis *neu*, Græcis *νέος*, *νῆος*, Lat. *novus*, Cambris *newydd* apud BOXHORNIUM, Armoricis *neu*, *nevés* apud PEZRONIUM, Gothis *niujo*, Angloſaxonibus *neowe*, *niwe*, Francis & Alam. *niuu*, Belg. *niew*, *nieuw*, Angl. *new*, Danis & Suec. *ny*, *nyt*, Hibern. *nua*, *nuath*, Sorab. *nowy*, Gall. *neuf* &c. Gloſſ. Keron. nova *niuuiu*. Gloſſ. Pez. novale *niuuilenti*. Referri poteſt ad adverb. temporis præſentis *nu* nunc. Quid enim eſt novum, niſi nunc factum, vel nuper ortum? A *neu* oritur *neulich* nuper, *neuling* novitius & novator, *erneuren* renovare, & alia per ſe clara.

NEU, allegorice dicitur de nondum exculto. Gloſſ. Boxh. *niuuuiu* rude.

NEUMOND, novilunium. Quam ſanctum verendumque fuerit olim omnibus Germanis novilunium, ſatis conſtat, cum nec vincere liceret ante novam Lunam, ſecundum CÆSAREM, nec ullam rem auſpicato ſuſcipere, ſecundum TACITUM. Vide plura in *mon*.

NEUSTRIA, tractus Armoricanus inter Ligerim & Sequanam. Vox Latino-Barbara, & ex diviſione Regnorum inter filios *Caroli Simplicis* ſatis nota, ſed apud Gloſſographos metu ſacra, qui eam vel non tangunt, vel nullo additamento intelligibilem reddunt. MARTINIUS *Neuſtriam* dici putat quaſi *Weſtriam*, h. e. regnum occidentale, inſigni pronunciantium corruptela. Sed hæc conjectura nodum ſecat, non ſolvit, & populum fruſtra accuſat in voce, quæ integra eſt, nullumque vitium ab ore vulgi contraxit. Primus eam ab obſcuritate liberavit WILLIELMUS BAXTER, vir clariſſimus, in Gloſſario Antiquitatum Britannicarum, ubi ait: *Veteri Belgicæ linguæ neuiz tir eſt terra nova.* De Belgica Lingua ipſe viderit. Mihi certum eſt, Celtica lingua id denotari, quod ipſe voluit. Nam *tir* Cambris hodieque eſt terra, & Armoricis *nevés* novus. Occaſionem appellationi dederunt ſecundum BAXTERUM, Belgicæ Britanniæ reliquiæ, a Francis ſeu Sicambris circa annum a nato Chriſto CCCXI. in Galliam Celticam actæ, prodente ZOSIMO. Veroſimilius eſt, vocem a Britonibus ortam eſſe, qui Belli Saxonici tempeſtate Britannia profugi, littus Armoricanum navibus conſcenderunt, & novas ibi ſedes, ſive ultro ſuſcepti, ſive armis freti, condiderunt. Nam ab illo tempore regio illa maritima plura ſuſcepit nomina, ante inaudita. Et primo quidem dicta eſt, & etiamnum dicitur *Britannia*, a Britonibus advenis. Secundo *Letavia*, Celtice *llydaw*, h. e. terra hoſpita, a novis hoſpitibus, quos *Lætos* appellari vidimus in loco. Tertio *Neuſtria*, Celtice *neves-tir*, h. e. terra nova, ſedes nova, a novis colonis, qui nuper ibi conſederant, & nomen loco impoſuerant, quod ſæculo V. factum eſſe, ex dictis colligitur.

NEUN, ter tria. Vox antiquiſſima & multorum populorum labiis trita. Perſis *nu*, Græcis *ἐννέα*, Latinis *novem*, Cambris *naw*, Armoricis *naou*, Hibernis *naoi*, Gothis, Francis & Alam. *niun*, Præcopenſibus *nyne*, Angloſaxonibus *nigan*, *nigen*, *nigon*, Belgis *negen*, Anglis *nine*, Suecis *nye*. Gloſſ. Keron. novem *niun*. MARTINIUS Græcam vocem componit ex *ἐνός* vetus, & *νέος* novus. Sed quo pacto vetus & novum in novenario ſibi occurſent, non facile concipitur. Idem Latinam vocem ducit a *novus*, ut novenarius ſit numerus noviſſimus, Belgicam a *neigen* inclinare, ut ſit quaſi numerus inclinatus. Quod cæteris veriſimilius. Interim a *neun* ſunt

neunte, nonus, qui Gothis *niundo* Matth. XXVII. 45. Angloſaxonibus *nygothe* ibidem, Francis & Alam. *niunto*. Gloſſ. Keron. nonus *niunto*, nonum *niunta*.

neunzig, nonaginta, quæ Gothis *niuntehund* Luc. XV. 4. Angloſaxonibus *hundnigontig* ibid. Francis & Alam. *niunzogo*. Quid in numeralibus ſit *zig*, expoſui in *zehen*. Reliqua vide in *hund*.

neunzigſte, nonageſimus. Gloſſ. Keron. nonageſimo *niunzegoſto*.

NEUNAUGE, murænula fluviatilis. V. *aug* ſec. ſignif.

NI, non. Ita Gothi, Franci, & Alamanni. Reliquorum conſenſum vide, in *ne* ejusdem poteſtatis. Evang. Goth. *ni quam* non veni Matth. V. 17. *ni man* non puto Luc XVII. 9. Gloſſ. Keron. non *ni*, non poteſt *ni mac*, non velit *ni uuili*. Inde Gallis *nier* negare.

NICHT, non. Goth. *nithau*, *nithauh*, *niththan*, Angloſax. *nicc*, Joh. XVIII. 17. Franc. *niga*, *niut*, Belg. *niet*. Gloſſ. Boxh. *niga* non. OTFRIDUS Lib. III. cap. XX. 297. *niut beizit mir iz muat min*, non dictat mihi animus meus. Cuncta per varias terminationes a ſimplici *ni*. A *nicc*, quod valde antiquum cenſeri debet, fit apud Latinos *nego*, apud Cambro-Britannos *nag*, *nagca* negatio, repulſa, apud Suecos *neka* negare. Similiter a *niet* eſt *neita* negare, Dialecto Islandica.

NICHTS, nihil, nihilum. Genitivus a nom. inuſitato *nicht* ejusdem notionis, qui hodie ſuperat in derivato *nichtig* nullus, vacuus, inanis. Proprie eſt non-aliquid, componiturque a *ni* non, & *icht* aliquid, quod priſcis effertur *wicht*. Hinc totum compoſitum Gothis effertur *niwaiht* Luc. III. 13. Francis *niuuiht* apud OTFRIDUM in locis innumeris, Alamannis *neouuiht*. Gloſſ. Keron. nihil *neouuiht*, nihilum *neouuehti*, nihilominus *neouuihtmin*. Angloſaxones utuntur contracto *naht* Luc. III. 13. XVIII. 34. Belgæ *niet*.

NICHTE, filia ex fratre vel ſorore, & in genere cognata. Belgis *nicht*. Id eſt, *niſt*, mutato F. in CH. quod fieri ſolet ſæpiſſime.

Ejusdem indolis verbum eſt *fellen*, condemnare. Utrumque a ſitu corporis proſtrato deſumptum eſt.

NIDERTRÆCHTIG, abjectus. Vide *nider* infectior, & confer *tracht* deſiderium.

NIE, nunquam. A *ni* non, & *ie* unquam, quæ ob concurſum vocalium contrahuntur. Franci eodem ſenſu dicunt *nio*. Inde formula acerrime negans apud TATIANUM *nio in altere* nunquam per ætatem, Cap. IV. 11.

NIED, ſubſtantive oblectatio, adjective gratus, acceptus, placens. Utrumque a *nieſſen* frui, h. e. cum voluptate uti. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXII. 13. de vita æterna:

In ſilu ſcinantaz lioht
Thes iſt ſie jamer ſilu niot.

Vertit SCHILTERUS:

In multum ſplendente lumine
Hujus eſt iis perpetuo multa oblectatio.

WILLERAMUS Cap. VI. 12. *thes is unſih niud, ſo hiz ie er geuuerthan magh*, hoc nobis eſt gratum, quo citius id fieri poteſt. Cap. III. 17. *thaz himo allerniudeſt iſt an ſinan heyligon*, quod ei gratiſſimum eſt in ſanctis ſuis.

NIEDEN, quatenus derivatur a *nied*, ſignificat quantum poteſt, (1.) placere, gratum eſſe. (2.) oblectare. (3.) concupiſcere, appetere ſub ratione grati. Quæ, quia penitus obſoleta ſunt, & Francis tantum ufitata, nolo diutius proſequi.

NIEDLICH, hodie reſtringitur ad guſtum. Inde *niedliche ſpeiſen* eupediæ, cibus delicatus. Sed vi originis a *nied* gratus, ſignificat omne delectabile, ſive guſtu delicatum, ſive viſu venuſtum, ſive auditu ſuave, ſive tactu tenetum, ſive olfactu ambroſium ſit.

NIEDSAM, gratus, delectabilis, jucundus. Vox WILLERAMO familiaris. Cap. IV. 10. *uuie ſcone ſint dinne ſpunne, uuie niedſam ſint mir thine doctores*, quam pulcræ ſunt tuæ mammæ, & quam grati ſunt mihi doctores tui. Eadem vox bis recurrit Cap. V. 16. apud eundem. Hodie dicimus *niedlich*, quod in nulla re differt a *nuedſam*, niſi terminatione, quæ tamen utrinque ejusdem poteſtatis eſt.

NIEMAL, *niemals*, nunquam. Advetb. temp. novum, ſed legitime factum. Oritur a *ni* non, *ie* ullus, & *mal* tempus, vix, tantumque valet acſi dicas, non ullo tempote, non ulla vice. Gothi pro *niemal* dicunt *ni-aiw* Luc. XV. 29. vel *ni-in-aiwa* Matth. IX. 33. quaſi non-in-ævo: Angloſaxones *nefre* in iisdem Evangeliorum locis: Franci & Alam. *nio-in-altere* nunquam ætatem. Gloſſ. Boxh. *nedinaltre* nequaquam. Gloſſ. Keron. nunquam *neonaldre*.

NIEMAND, nemo. Coaluit ex *ni* non, & *iemand* aliquis, ullus homo. Gothi eodem ſenſu dicunt *nimanna* Matth. VI. 24. Angloſaxones *nanman*, Angli *noman*. Quibus vox Latina conſonat.

NIERE, ren. Belg. *nier*, Suec. *niura*. Non occurrit in Gloſſariis antiquorum de partibus humani corporis, neque apud ÆLFRICUM, neque apud R. MAURUM. Ren Britannice dicitur *aren*, quod miror LEIBNITIUM in Gloſſario Celtico omiſiſſe. Nam hinc in ore Germanico fieri poterat *nera*, per anaſtrophen, figuram in vocibus Celticis ſatis frequentem. HELVIGIUS, qui Græcis originibus delectatur, deduxit a νεφρὸς per ſyncopen.

NIERGEND, *niergends*, nusquam, nullibi. A *ni* non, & *iergend* usquam, altero *i*, ob concurſum alterius eliſo. Idem Belgis *nergens*. In Gloſſ. Lipſ. *nieuuergin* & *niergin* male exponitur *usquequaque*, cum vi compoſitionis ſit *nullibi*.

NIESSEN, *genieſſen*, veſci. OTFRIDUS Lib. II. cap. II. 17.

Niazen ſah er inan thaz,
Thaz imo io giſuas uuas.

Vidit eum Diabolus veſci pomo, quod ei erat tam dulce. MARTINIUS deflexit ab *eſſen* comedere; ſed invita litera N. in fronte vocis, quam ſalvam eſſe malim. Servari autem poteſt, ſi *nieſſen* ducatur a μασᾶσθαι manducare, mutato M. in N. quod genus mutationis valde frequens in omnibus Dialectis. Vide *Proleg.* Sect. III.

NIESSEN, *genieſſen*, frui. Gothis *niutan*, Angloſax. *notian* apud SOMNER. *nyttian* apud BENSON. Francis *nioton*, *niazen*, *niezen*, Suec. *nyttia*. Cod. Arg. Luc. XX. 35. *ith thatei wairthei ſind jainis aiwis niutan*, qui vero digni ſunt ſæculo illo frui. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXII. 10. *niezent liohto ziti*, fruuntur tempore lucis. Et mox v. 23. *niazent feſla fruma*, fruuntur ſtabili bono. Idem Lib. I. cap. XXVIII. 30. *thes himilriches nioton*, frui regno cœlorum. Et rurſus v. 32. *mit ſaludon niazan*, cum beatis frui. Dicitur de fruitione per metaphoram, quia fruitio manducationi ſimilis eſt. Hinc etiam Latinis *veſci* ſæpe ponitur pro *frui*. Notum illud VIRGILII: *Superatne & veſcitur aura?* Id eſt, fruitur. Differt a *nutzen* uti. Quamvis enim *nieſſen* & *nutzen* in perceptione boni conveniant, non tamen de eodem bono dicuntur, ſi accurata oratione utamur. *Nutzen* eſt capere fructum ex re, & dicitur de bonis utilibus & juvantibus tantum. Contra *nieſſen* eſt cum voluptate uti, & dicitur de jucundis, quæ ſenſus animumque delectatione afficiunt. Par diſcrimen eſt inter *uti* & *frui* apud Latinos. Illud eſt utilitatis, hoc delectationis. Uterque tamen ſenſus convenit in derivato *genuſs* perceptio, quod de utili & jucundo pariter uſurpatur.

NIESSEN, ſternutare. Angloſax. *nieſan*, Franc. *niuſen*, *nioſen*, Belg. *niezen*, Suec. *niuſa*, Angl. *neeze*, & præfixo ſibilo *ſneeze*. Gloſſ. Pez. ſternutat *niuſit*, ſternutatio *nioſunga*. Cuncta judice MARTINIO a *naſo*, per quem ſternuimus. Nec obſtat, quod Islandis ſternutare dicitur *nera*. Nam hoc quoque ſumptum eſt a *naribus*.

NIETEN, ferruminare. Non certe a Lat. *nodare*, & multo minus a *nat* ſutura: aliud eſt filo, aliud plumbo vel ſimili metallo conjungere; ſed a verbo ſynonymo *löten*, mutato L. in N. Quam crebra ſit hæc mutatio, collige ex *Proleg.* Sect. III.

NIFT, *niftel*, filia ex fratre vel ſorore. Angloſax. *nift*. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 269. *nift* privigna, *niftele* neptis. Cuncta a maſculino *nef* nepos, vel ἀμέτως a Lat. *neptis*. Belgæ dicunt *nicht*, quod non habet etymologiam, niſi eam, qua F. in CH. mutatur. Aut certe idem eſt quod Cambris & Gothis *nith*, inſerta gutturali. De his vocibus vide plura in *nichte*.

NIMIS, *nemes*, *nemit*, fortaſſe *magnus*, in veteri Lingua Gallica. Dico fortaſſe: quia neſcio, an verus ſit ſignificatus. Puto tamen eum docendi cauſa ſupponi poſſe, donec indicium falſi aliunde fiat. Nam hoc pauliſper ſuppoſito, videor mihi explicare poſſe, quid ſit *nemauſius*, & *nimidus*, & *nimiticus*, & *vernemetis*, quæ vulgo pro Gallicis habentur. Urbs Galliæ Narbonenſis NEMAUSUS, quæ hodie *Nimes*, ſic dicta videtur, velut *magna*. Cui interpretationi favet, quod in Inſcriptionibus Romanis vocatur *Colonia Auguſta*, quo nomine non niſi amplisſimæ Civitates ornari ſolent, ut CELLARIUS in Orbe antiquo notavit. Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum Synodi Liptinenſis art. 6. *de ſacris ſilvarum, quæ* NIMIDAS *vocant*. Id eſt magna. Gloſſæ Iſidori: *nimiticus*, nimius, eximius, immanis. Vulgo legitur *ninuticus*. Sed in Excerptis eſt *nimiticus*, obſervante GRÆVIO in notis. VENANTIUS FORTUNATUS Lib. I. Poem. 9.

Nomine VERNEMETIS *voluit vocitare vetuſtas,*
Quod quaſi FANUM INGENS *Gallica lingua refert.*

Qui de Gallicis Antiquitatibus nuper expoſuit MARTINUS, *ver* interpretatur magnus, & *nemetos* templum, Lib. I. de Rel. Gall. pag. 181. & Lib. V. pag. 369. conjectura, an fide alicujus Dialecti, non indicat. Contra BAXTERUS *vern* dicit eſſe fanum, de Pelasgico ἱερὸν pro ἱερὸν ſacrum. Quod magis probo. Vide eum in vocibus *Durovernum Lindisfarne*, & *Vernometum*.

NIMMER, nunquam. A contrario *immer* ſemper, & *ni* non. Gloſſ. Pez. in æternum *niomer*. Lege *in æternum non*. Nam vi compoſiti æternitatem negat. Et hoc ſenſu dixit OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XV. 114. *in niamer ſin ni bruſti*, nunquam ſe eo carituros.

NIPFEN, ſorbere. vide *nüpfen*.

NISCHEL, caput, vertex. A νίσσω verto, ſicut vertex a facultate ſe vertendi. Anglis *noddle* eſt occiput, quia ibi ſunt vertebræ.

NISSE, lendes, ova pediculi. Angloſax. *hnitu*, Franc. *niz*, Angl. *nit*, *nits*, Dan. *gnid*, Suec. *gneet*, Slav. *gnida*. Gloſſ. Pez. lens *niz*. Si Græcus eſſem, inquit SKINNERUS, deflecterem a νίσσω pungo, fodico, vellico. Sed litera initialis G. in voce Scandica & Slavonica exigit ut ducamus a κόνις vel κόνδι ejusd. ſignif. ſicut optime obſervatum MARTINIO.

NISTELN, nidulari. Frequentativ. a *niſten*. WILLERAMUS Merulæ Cap. II. 14. *thiu duua thie thar niſtelot*, columba quæ nidificat.

NISTEN, nidificare, nidum conſtruere. Angloſax. *niſtian*, Franc. *neſten*, Belg. *neſten*, Gall. *nicher*. NOTKERUS Pſal. XXXVI. 10. *dar er neſtota*, ubi nidificabat, vel ſedem commorandi conſtruebat. A *neſt* nidus.

NOCH, adhuc. Goth. *nauh*, Angloſax. *nu*, Franc. & Alam. *noh*. Gloſſ. Keron. adhuc *nob*. Dicimus etiam compoſite *annoch*, quia *an* eſt particula temporis, quæ rebus annexis durationem communicat.

NOCH, nec. Goth. *nih*, Angloſax. *ne*, Franc. & Alam. *noh*. Gloſſ. Keron. nec *nob*, neque *nob*. Convenit Lat. *nec*.

NOL, collis & caput. vide *nal*.

NOLLEN, *nullen*, ſugere ex verrucula vel papilla. Vide *nal*.

NONNE. Vide *nun* & *nunne*.

NORD, Septemtrio, plaga cœli ſeptemtrionalis, & regio telluris illi ſubjecta. Angloſax. *north*, Franc. *nord*, *nort*, Belg. *noord*, Angl. *north*. Scandis antiquis *nordur*, hodiernis *norr*, Lat. Barb. *northus* apud CANGIUM. NOTKERUS Pſal. XLVII. 3. *Judæi in ſunde unde tiete in norde ſint des mahtigen chuninges purg*, Judæi in meridie & Gentes in Septemtrione ſunt magni Regis civitas. Ibidem occurrit *nordſita* latera aquilonis, quæ aliis vocantur *nordbalba* ab *balb* latus. Gloſſ. Boxh. *nordbalba*, aquilonem, ſeptentrionem. Gl. Lipſ. *northalvon* aquilonis. VEREL. in Ind. *nordurlaund* terra hyperboreorum, *nordurbalfurnar* plaga ſeptentrionalis. Cum latera aquilonis ſint extra vias ſolis & circa cardines Mundi, ubi nox & frigus dominantur, hinc veroſimile eſt, illa a ſitu infimo nomen accepiſſe. Græcis certe νέρθε eſt ſubter, infra, deorſum, νέρτερος inferior, imus, νερθέιον infernus, νέρτατα ultima. Accedit opinio pervetuſta, trans Suiones cingi claudique terrarum orbem, ibique inferorum ſedem eſſe. Hanc cauſam magno ingenio & judicio tuetur RUDBECKIUS in Atlantica, ubi infernum Suioniæ vindicat, & ex pari cauſa Campos Elyſios. Nam idem Sol ob ſemeſtres in anno tenebras infernos, & rurſus ob totidem menſium lucem continuatam Elyſium efficit. Reſtat, ut oſtendam, qua via hæc vox ad Septentrionales pervenerit. Græcos ad Sinum Finnicum quædam loca occupaſſe, quæ hodienum Græcam habent appellationem, ex PLUTARCHO demonſtrat RUDBECKIUS Part. I. Atlant. pag. 332. Et tametſi hoc non eſſet, reportari tamen poterat vox illa, ut plures aliæ, a noſtris, cum ex Græcia in has oras migrarent. Illos enim ſæpe Græce locutos,

tos, probat utriusque eloquii in innumeris vocabulis convenientia. Idemque multum facit ad majeſtatem & antiquitatem linguæ noſtræ demonſtrandam, ſi aliqua ſui parte ex Græcia prodiiſſe putetur.

NORDMAN, homo ſeptemtrionalis, & ſenſu reſtricto Norvegus, Angloſax. *north-man*, Angl. *norman*. Inde Scriptoribus Francis *Normanni* & *Nortmanni* gentes boreales, & præcipue Dani, qui excurſionibus ſuis effecerunt, ut nomen Normannicum antea ignotum, in partem Hiſtoriæ veniret.

NORWEGEN, Norvegia, regnum vel regio Normannorum, PLINIO *Nerigon*, vel ut alii legunt, *Norigon*, Lib. IV. cap. 16. *Sunt qui & alias Inſulas prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos, maximamque omnium* NERIGON, *ex qua in Thulen navigatur.* ÆTHICO *Noricum* in verbis: *Oceani occidentalis famoſæ inſulæ ſunt Orcades, Illyricum,* NORICUM. Quod cum Norico Illyrici non eſt confundendum, etiamſi nomen Illyrici ſatis imperite admixtum ſit. Latino-Barbaris *Norvagia, Norvegia*. Scandis hodiernis *Norege*, & forte etiam antiquis, ut ex voce Pliniana apparet. VERELIUS in Auctuario notar. ad Hervarar-Saga pag. 23. Norvegiam nos *Norege* dicimus, ut ab antiquis temporibus dicta eſt, & indigenas *Nor-baggar*, h. e. Septentrionalis plagæ incolas, a *byggia* habitare. Hactenus ille. A *Norbaggis* igitur deductum eſt primo *Norbagia*, & mox B. in W. mutato *Norvegia*, quod imitantur Germani in *Norwegen*, Angli in *Norway*. Idem etymon affert CLUVERIUS Lib. III. Germ. Antiq. cap. 41. Alias Norwegia Angloſaxonibus dicitur *north-manna-land*, Cambris *Llychlyn*, quod conatur explicare SAXTER in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 157.

NOSEN, nocere. Verbum a Francis in Belgio relictum, ubi etiamnum auditur *onnoozel* innocens, tanquam filia hujus matris. Veſtigium uſus Francorum occurrit apud Lipſium in hac Gloſſa: *noſoda* impedivit. Impedimentum autem eſt ſpecies noxæ, & genus ſæpe ponitur pro ſpecie. In reliquis Dialectis non deprehenditur. Hinc vereor, ne ſit a Lat. *nocere*, auctoribus Francis, qui ejusmodi ſpoliis ſolent linguam ſuam locupletare.

NOSSEL, *nöſſel*, menſura liquidi. Sive ab *etzel* per proſtheſin, ſive ab *ἀντλέω* haurio per metatheſin.

NOT, cujuscunque ſit ſignificatus, oritur a *nauwen* premere, conſtringere, coarctare, & ſignificat (1) *angustiam* & *preſſuram*, (2) *vim* & *neceſſitatem*, quia libertatem agendi naturalem reprimunt & reſtringunt, (3) *calamitatem*, *periculum*, *indigentiam*, & omne malum urgens & ſtringens &c.

NOT, anguſtia, preſſura. VEREL. in Ind. *neid* anguſtia. Verbum Francicum, ab hoc ſubſt. oriundum, vide in *neitzen* affligere.

NOT, vis, violentia. Gothis *naud*, Angloſax. *nyd*, Franc. & Alam. *not*, Isl. *neid*. Gloſſ. Boxh. *not* vis. Gloſſ. Pez. violenti.m *noth*, vis illata *noot kataniu*. VEREL. in Ind. *neid* coactio. Inde compoſita veterum,

naudiband, catena, vinculum, quo quis per vim conſtringitur, in Cod. Arg. Marc. V. 3.

nyd-hæmed, ſtuprum violentum, ab *hæmed* coitus, Dialecto Angloſaxonica.

nidling, exactor, apud Somner. in Dict. AS.

notuuerch, angaria. Gloſſ. Boxh.

notnemin, violenti. Ibid.

notmeior, exactor. Gloſſ. Pez.

nothaft, vinctus, vi captus vel detentus. Tatian. CXCIX. 2.

notnumfti, rapina, violenta ablatio. Lex Friſion. Tit. VIII. *de Notnumfti*. Et ſequitur: *Si quis rem quamlibet vi rapuerit* &c. Refer ad *nemen* auferre.

notnumft, ſtuprum violentum. Occurrit eo ſenſu paſſim in Speculo Suevico & Saxonico. Proprie eſt raptus virginis, & dicitur de ſtupro per metonymiam antecedentis, quia cum raptu ſolet eſſe conjunctum.

Huc ſpectant ex idiomate hodierno, *notſtall* ergaſtulum, locus violentus, *notzucht* ſtuprum violentum &c.

NOT, neceſſitas, ſive a cauſis naturalibus, ſive a civilibus, aut aliunde oriatur. Angloſax. *nead*, *nide*, Franc. *not*, Belg. *noodt*, Island. *neid* & *naudur*, Suec. *nöd*. OTFRIDUS Lib. II. cap. IV. 65.

Nu ſcepſe er imo hiar brot,
Ther hungar diut imo es not.
Nunc faciat ſibi panem,
Dum fames illum neceſſitat.

Inde compoſita,

notſuana, animadverſio, expiatio legi debita, in Gloſſ. Boxh. a *ſunen* expiare.

notwer, defenſio neceſſaria, in Jure prov. Alam. cap. 61. & 225.

noterbe, heres ſuus, proptie neceſſarius, qui ex neceſſitate juris debet inſtitui, ſaltim quoad legitimam, interprete SCHILTERO in not. ad Epinic.

notgericht, judicium criminale, eodem interprete.

notfall, caſus neceſſitatis.

NOT, calamitas, diſcrimen, periculum, indigentia, & omne malum urgens, publicum & privatum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. IX. 51.

Joh thie mit imo in noti
Uuaron uuallenti.
Et qui cum ipſo in anguſtiis
Erant verſati.

Inde compoſita antiqua,

nodfyr, ignis averruncus. Vox Saxonica in Indiculo Synodi Liptinenſ. §. 15. *De igne fricato de ligno, id eſt*, NODFYR. Alibi dicitur *ſacrilegus*. Sacrilegium autem non eſt, ignem de ligno fricare, ſed ſuperſtitioſe uti calamitati cuidam avertendæ. Confer dicta in *Feur*.

notſtallon,

notſtallon, vaſalli, qui tenentur Dominum ſe qui in expeditionem, etiam non requiſiti, a periculo, quod Domino imminet, ſic dicti, judice SCHILTERO in *Epinic.* Confer *Jall* ſtatus, conditio.

Huc ſpectant ex idiomate hodierno, *feursnot* incendium, *waſſersnot* inundatio, *hungersnot* eſuries, *todesnot* agon, & alia ſine numero, in quibus *not* ultimum diſcrimen, quod ex igne, aqua, fame, morte, imminet miſeris, ſignificat.

NOT, impedimentum, moleſtia, & ſimilia quibus urimur & urgemur, quæ nolo diutius proſequi, quia otium mihi fecit SCHILTERUS in Gloſſario, quamvis ignarus cauſarum, quæ tot ſignificationes producunt.

NOT, quod opus eſt, quod neceſſe eſt. Angloſax. *not*, *neod*, Francis ut ſupra. Inde *not ſeyn*, *not thun*, opus eſſe, formula antiqua, qua utitur OTFRIDUS Lib. II. Cap. IV. 83.

Uuaz Chriſtus ſcolti thaz brot,
Ni uuas imo es nihein not?
Quid faciat Chriſtus cum pane,
Cui non opus erat illo?

Rurſus a *nauwen* conſtringere, quia neceſſaria, dum exiguntur a natura vel aliunde, prementibus ſimilia ſunt.

NOTDURFT, neceſitas. BENSON. in Voc. AS. *neod-thearf* neceſitas. Gloſſ. Keron. neceſitas *notduruſt*. Proprie eſt indigentia ejus quod neceſſe eſt, a *not* opus, & *darf*, *durft* indigentia. Inde porro *notdürftig* pauper, indigus, egenus.

NOTDURFT, quod opus eſt, quod neceſſe eſt. Gloſſ. Keron. neceſſaria *notduruſti*, ad neceſſaria naturæ exeant *za notdurfi de cnuati uzkanken*. BENSON. loc. cit. *niedthearf* neceſſarius. Proprie eſt id quod præſenti neceſitati vel rebus exigentibus opus eſt, & componitur a *not* neceſitas, & *darf*, *durft* opus. Inde porro *notdürftig* neceſſarius, quantum ſatis eſt, quantum neceſſitas exigit, *notdürftiger unterhalt* ſuſtentatio neceſſaria.

NOTEN, *nöten*, cogere. Gothis *nauthjan*, Angloſax. *nydan*, Francis *noten*, *notten*, Island. *neida*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXIV. 1.

Erda bibinota,
Thiu Gotes kraft ſies notta.
Terra contremuit
Virtute Dei coacta.

VEREL. in Ind. pag. 180. *han neidde mik at blota*, coegit me Idolis ſacrificare. Proprie eſt vim facere, vi compellere, neceſitare, vel neceſitatem agendi aut patiendi imponere, a *not* vis & neceſitas, non vice verſa. Hodie utimur frequentativo *nötigen*.

NOTEN, *nöten*, dicitur per ſynecdochen generis de omnibus cogendi modis, *exactione*, *angaria* &c. Gloſſ. Pez. exigitis *uergont* vel *nottent*, angariaverant *ginotun*. Cod. Arg. Matth. V. 41. *jabai hwas thuk ananauthjai*, ſi quis te angariaverit. Gloſſ. Boxh. *notuuerch* angaria.

NOTEN, *nöten*, invitare, urgere precando, vocando, ſuadendo. Occurrit hoc ſenſu in Evangel. Goth. & Angloſax. Luc. XIV. 23. nec non apud OTFRIDUM Lib. V. cap. X. 7.

Tho nottun ſie nan ginuagi,
Thaz er mit inan giangi.
Tunc rogabant eum inſtanter,
Ut cum illis pergeret.

Quamvis homines nec vi nec armis ad convivia aut conſortia adigantur, recte tamen ſenſus a coactione ad ſeriam & iteratam invitationem transfertur, quoniam qui ſerio & inſtanter invitant, cogentibus ſimiles ſunt. Belgæ eodem ſenſu dicunt *nooden*, Germani *nötigen* frequentative. Eamque ob cauſam nullum eſt in verbis Chriſti PERSECUTORIBUS præſidium, qui, ut parabola docet, manifeſto loquitur de coactione invitativa, non vera, ſed veræ ſimili, qualis etiamnum a conſuetudine coactio vocatur, etiamſi ſit humaniſſima.

NOTWENDIG, neceſſarius. Vide *wenden* ſtare.

NOTWER. Vide *wer* defenſio.

NOTZUCHT, ſtuprum violentum. Speculo Sax. *not-tocht* Lib. III. art. 1. Proprie eſt raptus, a *not* vis, & *zochen*, *zogen*, capere, rapere, & dicitur de ſtupro violento per metonymiam antecedentis, quia raptum mox ſequitur ſtupratio raptæ. Simile compoſitum eſt *notnumſt*, de quo ſupra.

NOTZUCHTIGEN, *notzüchtigen*, per vim ſtuprare. Frequentativum a ſimpliciori & antiquiori *notzogen*. Gloſſ. Pez. de virginavit *ginotzogota*. Spec. Suev. cap. 306. 1. *Swuer magt oder wip notzoget*, qui virginem aut fœminam vi ſtupraverit. Proprie eſt rapere ſeu vi capere, & metonymice vi ſtuprare, ob cauſas modo dictas.

NU, vel *nun*, nunc. Omnes antiqui habent *nu*, Gothi, Saxones, Franci, Alamanni. Quibus conſentit Perſ. *nub*, Sorab. *na*, *no*, Græc. νῦν, Lat. *nunc*. Gloſſ. Ker. modo *nu*, nunc *nu*.

NUCHTERN, *nüchtern*, jejunus, ſobrius. Belg. *nuchter*, *nuchteren*. Vox in Monaſteriis nata, ſed alio ſenſu uſurpata. Ab initio videtur denotaſſe *nocturnum*, cum noctes adhuc vigilando & cantando tranſigerentur: poſtea *matutinum*, cum horæ antelucanæ noctibus vigilatis ſuccederent. De qua re vide pluribus diſſerentem cel. ECCARDUM in Cat. Theot. pag. 40. ſeq. Hinc *nohturna* exponitur per *antelucana* apud NOTKERUM Pſal. LXXV. 5. obſervante SCHILTERO in Gloſſario, quia ſcil. jam tum nocturna ſacra mutata erant in matutina, manente vocabulo. Ob eandem cauſam *nohtu*, quod proprie nomen vigiliæ, tribui cœpit matutinæ. Hinc *antfang dero nohtun* eſt ſuſceptio matutinæ, apud eundem NOTKERUM Pſal. XXI. 1. interprete SCHILTERO in notis

notia ad hunc locum; unde Belgis remanſit *nnchte, nuchten, nuchtens*, pro matutino tempore. Poſtea ſenſus a matutinis translatus eſt ad *jejunos*, & a jejunis ad *ſobrios*, quia ſicut illi abſtinentia a cibo matutinis, ita hi parciſſimo cibi uſu jejunantibus ſimiles ſunt.

NUDEL, *bnodel*, notum cibi genus apud Suevos & Francones. Videtur vitiatum e Gr. *κόνδυλος* tuberculum, quia coctum intumeſcit.

NUN, nunc. vide *nu*.

NUN, filius in protectione, patrocinio, & tutela alterius conſtitutus. Angloſaxonibus certe *nun* eſt pupillus, teſte SOMNERO in Dict. Angloſax. Proprie quidem filium denotat, acceptumque referri debet Hebræis, quibus *nin* filius, a *nun* generare. Tribuitur autem pupillo, quia tutor illi loco parentis, & ipſe tutori loco filii. Hinc pupillus Germanis etiamnum dicitur *pfleg-ſon*, quaſi filius tutelæ, alio vocabulo, ſed eodem ſenſu.

NUN, monachus. SPELMAN. in Gloſſ. *nonnus* monachus. Teſtimonia producit CANGIUS ex CÆSARIO aliisque, in quibus *nonnus* ſimplicem monachum denotat, & ſæpe eum, qui ſervitium coquinæ facit. Proprie autem eſt filius, ab Heb. *nin*, quemadmodum *Abbas* (præfectus monachorum) eſt pater, rurſus ab Heb. *ab*. Solent enim res ejus gentis ſortiri nomina, ubi primum efloruerunt. Conſtat autem, monachismum inter Judæos ortum eſſe, & a Therapeutis circa Alexandriam (quos *viros Hebræos* fuiſſe, PHILO, SUIDAS, & alii teſtantur) ad Chriſtianos veniſſe. Quod notandum contra eos, qui vocem *nonnus* Ægyptiam eſſe, & Therapeutas *cives Alexandrinos* fuiſſe, non Judæos, ſed Chriſtianos, a S. Marco converſos, perperam aſſeruerunt. Dicitur autem filius, quia ſub Abbatis tanquam patris cura & tutela eſt. Poſtea (ut fata ſunt vocabulorum) *nonnus* crevit honore, & priores tantum atque ſanctiores denotare cœpit.

NUNFT, quot modis dicatur in compoſitis, vide in *vernunft*.

NUNNE, monialis, ſive vidua ſit, ſive virgo, ſaltim apud veteres. Gloſſ. Ælf. pag. 70. Nonna *arwnrthe wurdewe* (lege *wudewe*) ſive *nnnne*. Proprie venerabilis vidua vel monialis. BENSON. in Voc. Angloſax. *nnn* pupillus, monialis, *nun-mynſter* monaſterium virginum, *nnnne* nonna. Appendix ad Capitularia R. Francorum apud BALUZIUM cap. 4. *Ancilla Deo ſacrata, quæ a Francis* NONNA *dicitur*. Proprie ſignificat filiam, prætereaque nihil, eſtque fœminino ab Heb. *nin*, vel a *nun* monachus formatum, ut *filia* a *filius*, & *monacha* a *monachus*. Sic autem dicitur, ſive quia ſub cura & cuſtodia *Abbatiſſæ* tanquam matris tutelaris eſt, & matri convenit habere filiam, ſive quia Patri cœleſti velata. Tales certe erant Therapeutrides in Monaſteriis Judæorum circa Alexandriam: *virgines non coactæ caſtitatis, ſicut apud Græcos quædam ſacrificulæ, ſed ſponte continentes, præ amore ſapientiæ, cujus ſtudio per totam vitam contempſerunt voluptatem corporis, nimirum divinæ, non mortalis prolis cupidæ, quam ſolæ Deo charæ animæ ex ſe pariunt, excipientes pro ſemine intelligibiles Patris radios.* Ita diſerte PHILO in lib. de vita contemplativa. SALMASIO ſic dicitur quaſi *mona* a *μόνος* ſolus; Aliis quaſi *nona*, a numero novenario, quia novem maxime ingrediuntur collegium. Et rurſus aliis quaſi *quena* mulier. Quæ ſuis auctoribus relinquimus.

NUNNE, ſus caſtrata. Belgis *nonne*. Qui ſacræ virginis nomen inde deducunt, quaſi ob regnum cœlorum caſtratæ, nimis frivole id faciunt. Nam hæc ſuis appellatio non eſt antiqua, ſed nuper a plebe ruſtica parum reverenter inventa, & a monialibus ad ſues fœminas translata, plane ut *münchen* caſtrare a monachis ad equos.

NUPFEN, *nüpfen, nippen*, libare, ſorbere, a *napf* ſcutella. A *nippen* rurſus fit *nypele* proboſcis, papilla, Dialecto Angloſaxonica, quod imitantur Angli in *nipple*.

NÜPFEN, *nüpfen*, evacuare, a *napf* poculum. WORMIUS in Mon. Dan. pag. 390. *han hniſde af hornum* cornu evacuavit. VERELIUS in Ind. *nyſa* evacuare, *hnyſa* poculum usque ad fundum ebibere.

NUR, tantum, tantummodo. Adverb. defectus, a Gr. *παρὰ* parvus, puſillus.

NUSS, vel *nüſs*, ſubfixum. Vide PROLEGOM.

NUSS, nux. Angloſax. *hnut*, Belg. *noot, neut*, Angl. *nut*, Gall. *noix*, Ital. *noce*, Hiſp. *nueza*. Gloſſ. Ælf. in nom. arb. nux vel nucarius *hnut-beam*, abellanæ *hæſel* vel *hæſel - nutu*. Mirum VARRONIS etymon Lib. 4. de Ling. Lat. *Nux, quod, ut nox aerem, ita hujus ſuccus facit corpus atrum.* Rectius, ni fallor, derivatur a *nieſſen* veſci, vel, quod malim, a *nauwen* arctare, conſtringere, claudere, per medium derivandi T. quia nux eſt fructus gemino cortice clauſus, primum calicis, mox lignei putaminis, peculiari naturæ honore, quæ tam arcte nucleum ejus munivit. PLINIUS Lib. XV. cap. 22. de nuce: *Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit.* Aliis eſt vox a Latinis mutuata, etiamſi res minime Latina ſit. Nam nuces ubique & ſponte naſcuntur in Germania, exceptis iis, quæ ipſo nomine exoticam originem teſtantur, qualis eſt *welſche nuſs* juglans, glans Jovis, proprie nux peregrina.

NUTZ, quatenus eſt verbale a *nutzen* uti, ſignificat quantum poteſt, *uſum, utilem, utilitatem*.

NUTZ, uſus, utendi actus. Gloſſ. Keron. uſu *nuzi*. Idem Angloſax. *not, note, notu*.

NUTZ, utilis. Angloſax. *nytte*, Belg. *nut*, Græc. *ἐντὸς*, miro conſenſu.

NUTZ, utilitas, quæſtus & lucrum ex quacunque re. VEREL. in Ind. *nyt* utilitas. OTFRIDUS Lib. I. cap. I. 137.

Zi nuzze grebit man ouh thar
Er inti knphar.

Themo alten det er ſuazi,
Thaz er thaz obaz azi.
Diabolus blandiebatur Adamo,
Ut pomum comederet.

WILLERAMO *ovez* in plurimis locis apud JUNIUM in Obſerv. pag. 64. LIPSIO in Gloſſis *ovit*. Belgis *oft*. HELVIGIUS vocem hodiernam deflectit a Græc. ὄψον, vel Lat. *obſonium*, quod iis maxime dapibus, quos horti & pomaria ſuppeditabant, obſonarentur veteſti orbis noſtri incolæ. Verum quí veteſta vocabula conſideraverit, dubitare non poteſt, quin *obs* ſit contractum ex *obaz*, ſicut *oft* ex *ofæt*. JUNIUS videtur ſibi in antiqua fructuum denominatione deprehendere qualecunque veſtigium Græcæ vocis ὀπώρη, autumnus. Cui conjecturæ ſi addatur alia, quod cibus Angloſaxonibus dicitur *æt*, Francis & Alam. *az*, finis cum principio vocis conveniet, & totum compoſitum denotabit *cibum autumnalem*, hoc tamen ſuppoſito, quod primigenia vox fuerit *oferæt* vel *operaz*, hybrida quidem, & ex dictione Græca & Germanica conflata, ſed poſtea in *ofæt* & *obaz* contracta. Quicquid ſit, hoc certum eſt, veteres Germanos non habuiſſe nomen, domi natum, autumno aut donis autumni ſignificandis. Id enim aperte ſatis teſtatur TACITUS: *Hyems & Ver & Æſtas intellectum & vocabula habent: Autumni perinde nomen ac bona ignorantur*. Cap. XXVI. de M. G.

OCHS, bos. Cambris *ych* bos, *crou an ouhen* ſtabulum boum. Armoricis *egen* vacca. Gothis *juka auhsne* juga boum, Luc. XIV. 19. Angloſax. *oxa* bos, *oxan-hyrd* bubulcus, *oxene-den* vallis boaria. Et conſentit uſus Francorum. In Lege Salica *ohſeno* denotat bovem, Tit. III. 11. & in Gloſſis Boxh. *bos* exponitur *ohſo inti chua*. Idem animal Belgis dicitur *oſſe*. JUNIO derivatur a Græc. αὐξω vel αὐξάνω augeo, quod proavi noſtri, quorum opes in gregibus potiſſimum atque armentis conſiſtebant, rem ſuam familiarem ex frequentiore bubuli pecoris fœtura ingens incrementum capere judicarent. Eodem judice *kuh* eſt mater armenti, a κύω pario. Quo, ut par eſt, conceſſo, *ochs* erit pater armenti, & ſic dicetur ab *auchen* augere, multiplicare, verbo (ut in loco oſtendi) omnibus antiquis uſitato, quaſi auctor & locupletator gregis.

OCKER, terra flava, Græc. ὤχρα, Lat. *ochra*, Anglis & Belgis *oker*, a luteo colore, qui Græcis ὠχρὸς. Gloſſ. Pez. ſinopide *ogre*. Dicitur *ſinopis* ab urbe Sinope in Ponto, ubi primum inventa, teſte PLINIO Lib. XXXV. Cap. 6.

OD, terminatio. Vide *Proleg.* Sect. VI.

OD, *ot*, aliud eſt privativum, aliud poſitivum. Utrumque a primitivo *a*. per medium derivandi D Cauſa, cur diſcors & contrarius ſenſus derivato adhæreat, eſt a radicula *a*. quæ in veteſtiſſimis Dialectis duplici pollet ſignificatu, privativo & poſitivo, ut oſtendi in *Proleg.* Sect. V. Hinc privativum *od* nihil ponit in re, ſed eſt ipſum vacuum ſeu inane. De hoc ſignificatu vide plura in *öde*.

OD, *ot*, quatenus eſt a poſitivo *a*. ſemper aliquid ponit in re, quod vel potentia vel actu exiſtit, & dicitur (1) de *poſſibili*, quia exiſtit in cauſis. (2) de *facili*, quia absque labore fieri poteſt, aut facere ut fiat. (3) de *ſubſtantia*, quia eſt ens maxime reale & actu exiſtens. Hic ſenſus a ſubſtantia transfertur ad *opes* & *facultates*, more Græcorum & Latinorum, quibus οὐσία & *ſubſtantia*, non ſolum ens ſubſiſtens, ſed etiam bona & poſſeſſiones ſignificat, quia faciunt ſubſiſtere. (4) de *præſtanti*, quia cum ſingulari agendi virtute exiſtit. Hæc una vocula, ſi nullæ aliæ eſſent ejusdem indolis (ſunt autem innumeræ,) ſatis oſtenderet, neminem, niſi Philoſophia initiatum, Linguæ noſtræ ſecreta recludere poſſe.

OD, poſſibilis. Francis *odi*. TATIANUS cap. CLXXXI. 2. *Fater, oh iz odi iſt, fater, fater, allo ſint thir odu, min fater, oh iz odi ſi, erfuri theſan kelih fon mir*, Pater, ſi poſſibile eſt, abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, mi pater, ſi poſſibile eſt, transfer calicem hunc a me.

OD, facilis factu. Gothis *aze*, & hinc *azetizo* facilius Marc. II. 9. X. 25. Angloſaxon. *eath*, & hinc *ethre*, *eathere* facilius ibidem. Francis *odi*, & hinc *odiro* facilius, & *unodi* difficile. TATIANUS cap. LIV. 16. *uuedar iſt odiro, zi quadanne, ſint thir furlazzano ſunta, odo zi quedanne, arſtant inti gang:* utrum facilius eſt dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, ſurge & ambula? OTFRIDUS Lib. V. cap. XIV. 5.

Unodi iſt iz harto,
Sus frenkúgero uuorto
Thia kleni al zi ſagenne,
Ioh zi irrekenne.
Difficile valde eſt,
Verbis Francicis
Omnes ſubtilitates myſticas effari
Et exponere.

Cum Gothico *aze* convenit Anglicum *eaſy*, & Gall. *aiſé*. Quod pridem obſervavit JUNIUS. Islandi habent *aud*, ſed non utuntur niſi in compoſitis. *Particula* AUD, inquit VERELIUS in Indice, *multis compoſitis jungitur, & facilitatem quandam denotat*. Id quod ibidem pluribus exemplis declarat, cujusmodi ſunt, *aud-fynt* inventu facilis, *aud-kendur* qui facile agnoſci poteſt, *audnæmſt* captu facillimum, *aud-ſynt* quod agnoſci & diſcerni facile poteſt.

OD, facilis faciendi voluntate. Hinc mitis Angloſaxonibus vocatur *edmod*, & humilitas Francis *odmuati* apud TATIAN. IV. 5. & humilis Belgis *ootmoedig*. Unde, niſi quis mites & humiles ſunt faciles ad obſequendum? Hodie dicimus *jedlich* per proſtheſin, quod eſt quaſi facili ſimilis. Sed ab *od*

componimus *unode* ægre, difficulter, cum reluctantia.

OD, præſtans. Senſus vocis Celticus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *od* excellens, præſtans, egregius. Atque hinc jam patet, unde ſit nomen OTHONIBUS tam Romanorum quam Germanorum, nempe a præſtantia. Ab Othonibus noſtris nomina ducunt *Ottweiler* villa Ottonis, *Ottobeuren* fons vel villa Ottonis &c.

OD, ſubſtantia, bona, opes, poſſeſſiones, res & divitiæ. Græcis *ὠνία*, conſono vocabulo, & ſenſu latisſime patente, Islandis *aud* & *audur*. VEREL. in Ind. *audur* bona mobilia & immobilia, opes, divitiæ, pecuniæ, *upſala audur* fundi regii, prædia regum ſuſtentationi deſtinata, quæ & bona publica, & bona coronæ vocantur. Inde noſtris in hunc usque diem *kleinod* ſubſtantia parva & pretioſa: Latino-Barbaris *beriotum* apparatus caſtrenſis, equus, gladius, galea, & ſimilia ad ſupellectilem militarem ſpectantia, cujus vocis etymon hactenus male ceſſit Gloſſographis: Islandis *audmadur* qui latifundia poſſidet, *audgiæſi* liberalis opum diſpenſator, *audkyſingur* qui litigat de opibus, apud VEREL. in Ind. Et huc etiam ſpectant nomina quædam propria, tam locorum quam perſonarum, cujusmodi ſunt:

AUDAFLEDA, bonis vel opibus ſplendida. Claruit hoc nomine Regina Italiæ, Theodorici R. conjux, Chlodovei magni ſoror, apud GREGORIUM Turon. & JORNANDEM. EDDA Islandorum citante Verelio in Indice: FLIOD *beita thær konur er fata met dramb oc skart*, h. e. *Fliod* illæ vocantur mulieres quæ ſuperbe & eleganter ornantur & comuntur. Alia Chlodovei ſoror, & eodem die cum illo baptizata, dicta eſt ALBOFLEDA, rurſus a *fliod*, quaſi *albin ſplendida*, nomine ab ornatu ſacri fontis deſumpto. Nam *alba* eſt ſtola candida, quam recens baptizati induebant, ut puritatem animi ipſo veſtitu teſtarentur. Hæc Virgo poſt mortem dicta eſt *Regina Blanca*, h. e. Regina alba, quia diem ſupremum obiit, cum adhuc *Albam* portaret, quod ex *Hiſtoria Critica Monarchiæ Francicæ* viri literatiſſimi DUBOS didici. De cognatione Islandicæ vocis *fliod*, vide plura in *flitter* coruſcus.

OTLINGA SAXONICA, pagellus in littore Galliæ Saxonico, proprie *poſſeſſiuncula Saxonum*, prout optime interpretatur ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 34. etiamſi *ot* & *alt* ibidem confundat. Occurrit in Capitulo Caroli Calvi an. 853. ubi SIRMONDUS in notis: *Habitaſſe aliquando Saxones in ea ora Galliæ quæ oſtiis Sequanæ alluitur, argumento eſt nomen littoris Saxonici, quod in Notitiæ utriuſque Imperii legitur ſub diſpoſitione Ducis Armoricani & Nervicani. Propius etiam locum indicat Gregorius Turonenſis, cum Saxones Bajocaſſinos nominat Lib. V. Hiſt. cap. 27.* Dicitur etiam AUTLINGUA, obſervante BALUZIO in notis ad Capitulum Calvi.

Ab *od* ſubſtantia, nomen accepit dives, qui in vetuſtiſſimis Dialectis vocatur *odhaſt*, *odig*, & *odiger*, h. e. bonis præditus. Nam utriusque terminationis eadem vis eſt, ut in *Prolegomenis* oſtendi. Gothis ſane *audahaſt* eſt dives. Patet ex ſalutatione Angelica Luc. I. 28. *fagino anſtai-audahaſta*, ave gratia plena. De verbo, *gaude gratia dives*. Quod *fagino* idem ſit ac gaude, certum eſt, & facile agnovit JUNIUS ex verbo *faginon* gaudere, addens: *Hæc ſalutandi formula ad vivum exprimit Græcorum χαῖρε, ſicuti & eorundem χαίρειν καὶ εὖ πράττειν expreſſit Horatius libro I. epiſtola 8. Celſo gaudere, & bene rem gerere Albinovano.* Sed alteram ſalutationis partem (*anſtaiaudahaſta*,) in qua ſumma difficultas verſatur, intactam reliquit. Componitur autem manifeſto ab *anſt* gratia, & *audahaſta* dives, locuples. Hinc totum compoſitum nihil aliud quam bonis gratiæ refertam ſignificat, etiamſi hic ſignificatus a ſummis in Literatura Gothica viris non ſit obſervatus. Similia compoſita vide in *haſt* inter *Proleg.* Sect. V.

Francis & Alamannis *otago* & *otager* eſt dives, rurſus ab *ot* ſubſtantia: & hinc porro *otagan*, *giotagan* ditare, *giotagoter* ditatus. TATIANUS Cap. IV. 7. *otage forliez itale*, divites dimiſit inanes. Gloſſ. Keron. divitum *otakeru*. Gloſſ. Boxh. *gahotagoter* locupletatus, *kiotakota* prædiți. Similia habent Septemtrionales. VEREL. in Ind. *audigur* dives, *audigaſtur* opulentiſſimus, *audga* ditare. Ubi obſervandum, quod terminationes *ago*, *ager*, *aker*, *igur*, & ſimiles quæ paſſim occurrunt in Dialectis, nec origine nec poteſtate differant a terminatione *ig* & *iger*, qua hodie utimur. Quod, etiamſi in PROLEGOMENIS jam ſemel monuerim, refricandum tamen putavi, quia his niſi probe cognitis & perſpectis, de nominibus Veterum propriis nihil intelligi poteſt.

Omnibus conſentit vox Angloſax. *eadig* dives, quam ex Legibus Canuti R. producit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 73.

OD, a bonis transfertur ad felicitatem, quia beati poſſidentes. Inde Angloſax. *ead* felicitas, *eadig* felix, felicitate præditus. SOMNER. in Dict. AS. *ead*, Paraphraſis Saxonica ſæpiſſime pro felicitate, proſperitate, rebus ſecundis, *eadig*, *eadigre*, *eadigeſt* ſelix, ſelicior, ſelicisſimus, item fauſtus & beatus. BENSON. in Voc. AS. *ead* fœlicitas, *eadig* fœlix, *eadigan* beatificare. Gothi cuſtodiunt *aud* eodem ſenſu, & inde derivant *audags* beatus Matth. XI. 6. *audaga* beata Luc. I. 45. Quæ certe non ſunt formata ab *aukan* augere, & multo minus ab *ἀΐδιος* perennis, quaſi nulla felicitas absque æternitate concipi poſſit, etiamſi illud STIERNHIELMIO, hoc JUNIO ſe probaverit: Sed omnino ab *ead* vel *aud* felicitas, per terminationes *ig* & *ag*, quæ participem ejus, cui annectun-

ctuntur, ſignificant, ut in aliis multis & innumeris compoſitis. His præmiſſis & explicatis, ſecure pergo ad *Nomina propria*, quibus Germania Antiqua boni ominis cauſa liberos ſuos inſignivit. Celebriora ſimul & obſcuriora ſunt,

ATECH, Dux Francorum imperante apud Romanos *Maximiano Herculeo*, in cujus Panegyrico hoc nomen expreſſum; Quod certe nihil aliud ſignificat quam *felicem* vel *fortunatum*. Simile eſt Alamannicum OTICH in Indice Goldaſti.

ÆDICO, pater Odoacri apud *Anonymum* VALESII in Marcellino. Id eſt, felix, fortunatus, ut antecedens, & Alamannis effertur OTICHO in Indice Goldaſti.

ODOACER, Dux Herulorum & Rugiorum. *Felix*, ut reliqua. Quamvis etiam opulentum ſignificare poſſit. Nam in Gloſſis Keronis *otaker* eſt dives.

ATAULPHUS, Rex Viſigothorum, Alarici R. affinis & ſucceſſor. Dubium eſt, an ſit *pater juvans*, an *proſperitatis adjutor*. Utrumque enim denotare poteſt. Illud, ſi caput vocis ſit *atta* pater: hoc, ſi *ead* felicitas. Plura ejus generis compoſita vide in *hülf* auxiliator.

EDWARD, R. Britan. Defenſor felicitatis, alias EDUARDUS.

EDMUND, R. Britan. Tutor felicitatis.

EDRED, R. Brit. Conſultor vel rector felicitatis. *Red* eſt verbale a *rædan*, quod Angloſaxonibus conſulere & regere ſignificat.

EDWIG, R. Britan. Propugnator felicitatis. A *wig* miles, bellator.

EDGAR, R. Britan. Auctor felicitatis. *Gar* eſt verbale a *garen* parare, & in Gloſſis antiquis ſignificat auctorem, ut ibidem oſtendi. Simile eſt OTGAR, nomen Cancellarii in aula Ludovici I. R. Germ.

OTFRID, protector felicitatis. Non divitiarum ſecuritas. *Frid* hoc loco eſt verbale a *frieden* tueri. Claruit hoc nomine Monachus ille Weiſſenburgenſis, cujus Evangelia rhythmica toties citamus.

OTMAR, proſperis clarus. TACITUS Hiſt. I. 10. de Licinio Mucianiano: *vir fecundis adverſisque juxta famoſus*. Nomen exhibet Goldaſt. in Ind. Aliam interpretationem vide in *mer* auctor.

OTBERTUS, *Otbrechtus*, & corrupte OBRECHT. Idem quod *Otmar*. Nam *mar* & *brecht* ſunt nomina idem ſignificantia, nempe celebrem, clarum, famoſum. Occurrit apud Eundem. Plura addet poſteritas, mihi occupato non licet.

Et huc etiam ſpectat ex nominibus locorum EDENBURG, Scotiæ Metropolis, Saxonice *Eades-byrig*, i. e. felix arx, burgus auſpicato conditus, interprete SOMNERO. Quamvis etiam Urbem opulentam denotare poſſit.

ODAL, poſſeſſiuncula. Diminutiv. ab *od* bonum, ut mihi quidem videtur. Hic primus vocis ſignificatus, cui deinceps idea ſubſtantiæ hæreditariæ acceſſit, quod illa demum cenſerentur vere bona, & hoc nomine digna, quæ propria, & a parentibus ad filios tranſirent. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *odal*, *odul*, *ödel*, priſcis proprietatem vel propriam & hæreditariam poſſeſſionem ſignificabat. VEREL. in Ind. *odal*, *odol* bona avita, fundi, allodium, *odalborin* bona avita & hæreditaria poſſidens, *odals-madur* fundi aviti poſſeſſor, *odalby* villa antiqua & principalis, *odaljord* fundus hæreditarius & avitus, *odalrikr* ſundorum dives, *odalkongur* rex hæreditarius.

ODE, *öde*, adjective vacuus, deſolatus, ſubſtantive eremus, ſolitudo, vaſtitas. Quædam Dialecti agnoſcunt adjectivum, quædam ſubſtantivum tantum, aliæ utrumque. Gothis *authid* eſt deſertum, *in authidai* in deſerto, Marc. I. 4. *ana authidom* in deſertis, Luc. I. 80. ISIDORO *odhin* vaſtitas cap. V. 6. Danis & prioribus Belgis *ode* ſunt teſqua & quævis loca inculta. Islandis *eidemörk* deſertum, in Verſione Biblica, *audur* vacuus, *eidibus* domus deſolata, apud VEREL. in Indice. Finnis *authia* vacuum. Quibus affinia videntur Græca οἶος ſolus, οἰόω ſolum, οἰόω deſolo, οἰωθεὶς deſolatus, obſervante JUNIO in Gloſſ. Goth. Horum omnium originem ſolide & ſubtiliter arceſſit Cel. STIERNHIELMIUS a particula privativa *a*. Quemadmodum enim a poſitivo *a*. apud æquos arbitros naſcitur *ot* vel *ode* ſubſtantia, quidditas, & quicquid vel eſt vel eſſe aut fieri poteſt: ita a privativo *a*. generatur ſenſus contrarius, id eſt, nullitas & vacuitas. Ab *öde* Gallis formatur *vuide* vacuus, & *vuider* evacuare: Germanis *öden*, *veröden* deſolare.

ODEM, idem quod *atem*.

ODEN. Vide *Othinus*.

ODER, conj. disjunctiva, quæ Græcis breviſime effertur ἤ, Latinis *aut*, Gothis *aiththau*, Angloſaxonibus *othtbe*, Francis & Alamannis *edo*, *odo*, Islandis *eda*, Anglis *either*. Gloſſ. Keron. aut *edo*. TATIANUS XXX. 6. *thu ni maht ein har thes fahſes uuizaz gituon odo ſuarz*, non potes unum capillum album facere aut nigrum.

ODER, Viadrus, amnis in mare Balticum exiens. PTOLEMÆO *Viadus*, prono librariorum vitio, vel etiam nullo, quia idem ſignificare poteſt. Significat autem undam fluentem, eſtque ipſum Phrygium ὕδωρ aqua, de quo PLATO agit in Cratylo, unde Saxones formarunt *yth*, reliqui *ydr* vel *odr*. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *yth* unda, *ythian* fluere. Hinc *Viadus* vel *Viadrus* idem omnino deſignant, nempe fluentum. *Eyder* & *Oder* ſunt nomina prorſus idem ſignificantia, etiamſi locorum diſtantia differant. Confer *dur* aqua.

ODINUS. Vide *Othinus*.

OFEN, fornax. Hujus mentionem facit Dominus apud Matthæum cap. VI. 30. ubi Gothus vertit *auhn*, Angloſaxo *ofen*, Tatianus Francus *ovan*, cap. XXXVIII. 5. Quæ voces, cum nullam habeant cum reliquis

idiomatis ſui cognationem, ab exteris derivari libere poſſunt. JUNIUS itaque vocem Saxonicam *ofn* confidenter deduxit ab *ἰπνὸς* furnus. Quid de Gothica ſenſerit, non explicat. STIERNHIELMIUS videtur eam derivare ab *αἴω* incendo. Verum cum F. & CH. antiquitus fuerint permutata, veriſimilius eſt, vulgus Gothorum ex *ofn* feciſſe *auchn*: prorſus ut poſtea Sueci ex *auchn* fecerunt *ugn* mutato CH in G.

OFFEN, apertus, manifeſtus. Angloſaxon. Belg. & Angl. *open*, Franc. & Alam. *ofan*, *offan*. Dicitur proprie de rebus patentibus, ab adverb. aperiendi *auf*, quod in Dialectis Saxonicis effertur *of*, *op*, *up*. Allegorice de rebus manifeſtis & publicis. Inde Angloſaxonibus *yppe* apertus, manifeſtus, *open-morth* homicidium manifeſtum, *open-thyfth* furtum manifeſtum, apud Lexicographos. Francis & Alamannis *offantuan* patefacere, apud KERONEM in Gloſſis, & alia, quæ nunc ceſſant. Præcipua ab antiquis relicta, ſunt

offenbar, manifeſtus. Gloſſ. Pez. evidentibus *offanparen*. Evidens autem ſic dicitur, non a *bar* apertus, nam hoc pleonaſmum ſaperet; ſed a *bar* par, æqualis, & proprie eſt *par manifeſto*. De hac particula vide PROLEG. Sect. VI. Poſteritas inde formavit *offenbaren* ſecreta aperire, ſive clanculum communicando, ſive palam divulgando, & *offenbarung* revelatio.

offentlich, publicus & publice. Gloſſ. Keron. publice *offanlibbo*, publica *offanlibbera*. Similiter & Angloſaxonibus *openlice* eſt palam Marc. I. 45. pro quo interpres Gothicus habet *andaugjo*, quia palam dicitur de eo quod ſe omnium oculis oſtendit.

öffnen, aperire, olim etiam publicare, & prodere. Gloſſ. Keron. publieare *offanon*. TATIANUS cap. CLXXXVIII. 2. *thin ſprahha offanot thih*, lingua tua te prodit. Angloſaxonibus *openian* eſt aperire & patere, *yppan* indicare & prodere. Gallicum *epanouir* perperam ducitur a fictitio *expanutire*, cum manifeſto ſit ab Angloſax. *openian* aperire.

OFT, iterum, adverb. numeri. Gothis *aftra*, Angloſaxonibus *eft*, & inde *eft-acenned* regenitus, Joh. III. 4. & *eft-cuman* reverti, quod imitantur Scandi in *aptur-koma* redire, apud VEREL. in Ind. Quibus convenit Græc. *ἄυτε*, ſi pronuncietur ut *ἄφτε*. Hodie obſoleſcit.

OFT, frequenter, vicibus ſæpe iteratis. Gothis *ufta*, Angloſax. *oft*, Franc. & Alam. *ofto*. Gloſſ. Keron. interdum *ofto*, ſæpe, ſæpius *ofto*, quotiens *ſo ofto ſo*. TATIANUS cap. LVI. 5. *zihiu faſtent ofto*, quare jejunant frequenter?

OGE, inſula. Vide *eye*.

OGMIUS, cognomen Herculis Gallici apud LUCIANUM. Puta Herculis eloquentiæ præſidis, qui in pictura antiqua homines auribus devinctos lingua ſua attrahit. Sic autem dicitur quaſi *literarius*, ut Linguæ Celticæ periti ex reliquiis ejus apud Hibernos judicant. Nam vox *ogum*, unde Herculi Ogmio nomen quæſitum, quæ priſcis Hibernis ſecreta literarum & arcanam ſcribendi rationem, Ægyptiæ & Senenſi ſimilem, denotavit, in hodierna Hiberniæ lingua, quamvis mutatis literis, etiamnum literarum elementa ſignificat. Teſtes ſunt TOLANDUS in tractatu de Druidibus, & KEYSLERUS in Antiq. Septentrion. pag. 39. & auctores ab illis allegati. MARTINUS, qui Gallicas Antiquitates prolixa eruditione illuſtravit, exiſtimat, Lucianum falli, & eam, quam deſcribit effigiem, non Herculis, ſed *Mercurii* fuiſſe, Lib. II. de Rel. Gall. cap. 11. Neſcio, cui magis adſentiar. Quid Herculi cum literis? Quid Mercurio cum attributis Herculis? An clava magis convenit Mercurio, quam eloquentia Herculi? Viderint alii, quid hic ſtatuendum ſit. Hoc tantum video, *Ogmium* illum, ſive Hercules fuerit, ſive Mercurius, ſive Deus ex utroque mixtus, nomen a literis accepiſſe, quæ Hibernis vocantur *ogum*, ab *ὄγμος* ſulcus, quia ſeries literarum ſimilis eſt ſulco vel ſtrigæ aratri in agro. Confer *reige*.

OHM, vel *oheim*, avunculus, frater matris. Gloſſ. Boxhornii: *oheim* avunculus. Gloſſæ Ælfrici: avunculus meus *min eam*, avunculus meus magnus *mines eames fæder*, proavunculus meus *mines eames yldre fæder*, abavunculus meus *mines eames thridde fæder*. Ducitur a Græc. *ὁμαιμος* conſanguineus, auctore HELVIGIO. At MARTINIO *am* vox pure Arabica eſt, ſignificans patruum. Ab *eam* Franci fecerunt *oheim* per epentheſin. Nec aliud ſecretum in voce latet. Alii tamen ſic dictum volunt quaſi *naheim* ex domo vicina vel familia cognata, quos refellit R. DIECMANNUS in Specimine Gloſſarii pag. 32. Ipſe ſubſtituit *ohen*, quamvis nullo ſenſu, quod vetus Alamannicum vocat, cum cæteris inferius & deterius ſit. Ab *am* Latinis venit *amita* ſoror patris, unde Normannis *ante*, & Anglis *aunt*, quam vocem illos a Normannis victoribus didiciſſe, recte judicat SKINNERUS.

OHR, organon auditus, Græcis οὖς, Lat. *auris* & *auſis*, Gothis *auſo*, Angloſax. & Angl. *ear*, Francis & Alam. *or*, *ora*, Belg. *oor*, Island. *eyra*. Gloſſ. Keron. auris *oora*, aures *oorun*, auribus *oorum*. OTFRIDUS Lib. III. cap. XVII. ult.

Thera fronigun lera
Ni giang in uuiht in ora.
De ſancta doctrina
Non meabat illis quicquam in aurem.

Cum S. & R. ſint literæ convertibiles, veroſimile eſt, omnia eſſe cognata, non in aliquo audiendi verbo, quale eſt Gr. *ἀΐω*, Lat. *audio*, Germ. *hören* (nam verba ſenſuum derivari ſolent ab inſtrumentis, non vice verſa,) ſed in alia quadam notione. HELVIGIO aures ſunt haurientes, ab *ἀφύω* haurio, quia ſonum hauriunt. Videamus, an domi aliquid

ſit,

ſit, unde vox naſci potuerit? Scandis *ora, horra, yra, hyrra* eſt vertere, convertere, volvere & volvi &c. interprete STIERNHIELMIO in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 94. Arripit hoc STADENIUS tanquam primitivum, quia ſtructura auris extrinſecus eſt rotunda, intrinſecus concava & cavernoſa. Hinc illi auris eſt quaſi fornix, qui per varios anfractus ſonum admittit, in Voc. Bibl. pag. 847. Hæc etymologia eſt valde concinna, modo quid ſit *yra* vel *hyra* inter Boreales conveniret. VERELIO in Ind. *hyra* eſt vertigine agi. LUNDIO in Annotationibus ad Indicem Verelii *yra* eſt vibrare. Soli STIERNHIELMIO *yra* ſignificat quantum optat. Ergo donec aliunde conſtet, quæ notio verbo ſubſit, aut quæ ſcala ſignificationum, aures ducam ab *eren* capere, quia ſonum capiunt, vel a Scandico *öfa* haurire, quia ſonum hauriunt.

OHR-RING, inauris. Gloſſ. Pez. inaurem *orinch*, inaures *oringa*. Gloſſ. Flor. inaures *orringa*.

OL, *öl*, pingue expreſſum ex quocunque vegetabili, præcipue ex olivis. Græcis ἔλαιον ab ἐλαῖα arbor oliva, Lat. *oleum*, Cambris & Armoricis *eli*, Gothis *alew*, Angloſaxon. *ele*. Reliquorum idiomatum conſenſum exhibet JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 49. STIERNHIELMIUS cunctorum originem ducit ab *alen* nutrire. In quibusdam Dialectis *öl* eſt nomen cereviſiæ, ex eodem fonte, judice STADENIO. Illa vero olea, quæ flammis tantum alendis inſerviunt, rectius denominantur ab Angloſax. *ælan* accendere.

OLF, auxilium & auxiliator. Vide *Hülf*.

OLM, ſtellio, ſalamandra, Dial. Sicambrica. Ducitur auctore JUNIO ab ὄλλυμι perdo, in Obſ. ad Will. pag. 200. Cui etymo favet PLINIUS Lib. XXIX. Cap. 4. ab illo excitatus: *Inter omnia venenata Salamandræ ſcelus maximum eſt. Cætera etiam ſingulos feriunt, nec plures pariter interimunt. Salamandra populos pariter necare improvidos poteſt.* Aliam nominis rationem vide in *molch*.

OM, menſura vinaria, Latino-Barbaris *ama* apud CANGIUM. Proprie eſt cadus, vel ſimile quid. Græcis ἄμη & σκάφη interdum ſignificat vas hauſtorium, unde Latinis *hama* eodem ſenſu. PLUTARCHUS utrumque conjungit de Solertia animalium. Aliis videtur abſciſſum ab *eimer* amphora.

ONDERN, prandere. Vide *Undern*.

ONE, Præpoſit. negativa vel excluſiva, quæ Gothis effertur *inuh*, Francis & Alam. *ana, ano*. Gloſſ. Keron. ſine *ano*, ſine dubio *ano zuuifal*, ſine intermiſſione *ano unstarlaz*, abſque labore *ano einikeru arbeiti*. Gloſſ. Lipſ. *ana* extra vel præter. Idem Græcis ἄνευ. In compoſitis effertur *an* & *un*. Exempla, vide in PROLEG. Sect. V.

OPFER, munus ſacrum, ſacrificium. Gothis *aibrs*, quaſi ἐπιφορὰ oblatio, ISIDORO *offerunc-gbelſtar*, quaſi exhibitio muneris, a *gelten* dare, pag. 264. TATIANO *obphar* ab offerendo, cap. VII. 3. Cambris *aberth* quaſi offertum. Sed meminiſſe debemus, quod φέρειν, *ferre* & *bæren*, tam ſono quam ſenſu conveniant, & quod noſtri vocabulis inde derivatis potuerint uti tanquam ſuis. Idem de particulis ἐπὶ, *ob* & *of* ſentiendum. Debemus hæc & alia vocabula orienti Chriſtianiſmo. Nam ante Chriſtiana tempora noſtri in re ſacra ſuis utebantur vocabulis, quæ partim abrogata ſunt a primis Evangelii prædicatoribus, partim relicta aut correcta. Ad relicta ſpectat, quod ſacrificium Gothis dicitur *hunsl*, & altare *hunslaſtad*: ad correcta, quod iisdem cultu divino vacare dicitur *blotan*, & cultor Dei *guthbloſtreis*. Nam ante Evangelium *blotan* erat immolare, ſacrificare, ut ex idiomate Angloſaxonico cognoſcimus, haud dubie a *blod* ſanguis, quod ſacrificia veterum eſſent cruenta. Similiter vox *husl* Angloſaxonibus relicta, & a victimis cruentis ad cultum Dei incruentum tranſlata eſt, quod Præconibus Evangelii (qui haud dubie verborum Barbarorum ſignificationes & origines diligenter examinarunt) nihil aliud videretur denotare quam munus. Nam hoc ſignificatu viget adhuc apud Cambros, quibus ſtrena *bonfel* teſte BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. Vocem ex duabus aliis compoſitam eſſe, demonſtravi infra in *Sal* traditio. Hinc S. Euchariſtia vocari cœpit *husl*, quaſi munus, quod Deo pro vivis & mortuis (ſecundum Theologiam iſtorum temporum) offertur, & S. Euchariſtiæ perceptio *hufelgang*, & dare vel percipere Sacramentum *hudian*. Franci & Alamanni de priſtino cultu retinuerunt *bloſtar* & *gelſtar*, pro ſacrificio, quorum ſenſus ex antecedentibus manifeſtus. Utitur his vocabulis ISIDORUS de ſacrificiis & libaminibus Judæorum, pag. 258. Edit. Palth. Olim vero denotabant victimas dæmonibus immolatas. Gloſſ. Pez. in idolio *in pluoſtarhuſe*.

ORBAND, lamina ferrea in extremitate vaginæ. Vitiatum ex *ortband*. Vulgo ſcribunt *ohrband*, tanquam eſſet ab *ohr* auricula, ridiculo errore, cum verum ejus rei nomen deſumptum ſit ab *ort* cuſpis.

ORBEDE, ſpecies tributi. Idem quod *urbede*. Cauſas appellationis vide in ſimplici.

ORDALIUM, ſignificatus ſuos accipit ab *urteilen* judicare. Quamvis etiam *magnum judicium* denotare poſſit, ſi *ur* vel *or* ſit adverbium intendendi.

ORDALIUM, divinatio ex igne, aqua, ſorte &c. Gloſſ. Boxh. *urteili* divinatio. Cur divinatio? Quia divinare eſt conjicere, & ex ſignis quibusdam de eventu vel aliis rebus judicare.

ORDALIUM, judicium Dei, alias *Gottes urteil*. Leges CANUTI parte 2. cap. 32. *oth that he ga to Godes ordale*, donec eat ad judicium Dei. Cur ad judicium Dei? Quia priſcis perſuaſum erat, Deum non ſolum divinationibus, ſed etiam examini reatus per ignem, aquam, & conſimilia præeſſe, & falſo accuſatum inſontem declarare,

rare, edito in gratiam ejus miraculo. Hinc igne uſtum criminis damnabant, illæſum abſolvebant, tanquam ex ſententia Dei. Quoties *Ordalium* uſurpatur pro *examine*, vel *purgatione criminis*, quod ſæpe fit apud Scriptores, tunc eſt dictio metonymica, qua conſequens ponitur pro antecedenti, vel antecedens pro conſequenti. Horum *Ordaliorum* alia ſunt a *Paganiſmo*, alia a *Chriſtianiſmo*, ut divinatio per *crucem*, *euchariſtiam*, & ſimilia. De his multi multa ſcripſerunt, ſed neglectis plerumque nominibus, quibus antiquitus in vernacula fuere inſignita. Horum aliqua nunc colligam, cæteris, quæ memoriam meam fugient, aliorum diligentiæ relictis.

NOMINA Antiquo - Germanica quorundam ORDALIORUM.

TAN vel *tan - blot*, ſors viminalis, ſortilegium per virgulas. Modus divinandi antiquiſſimus, & tam publice quam privatim adhibitus, quem pulcre deſcribit TACITUS Cap. X. de M. G. Exemplum uſus publici præbet BEDA in Hiſt. Eccl. Lib. V. cap. II. in Duce belli apud Saxones eligendo: Ubi Verſio Angloſaxonica e regione exhibet vocem *tan*, obſervante SOMNERO. De hac virgula divinatoria vide plura inferius in *Tuen*. Simile divinationis genus apud Scythas obtinuiſſe, teſtis HERODOTUS Lib. IV. pag. 278. a quibus morem iſtum ad Germanos fluxiſſe, haud abs re judicat DITHMARUS, vir clariſſimus, in notis ad *Tacitum*.

WEHADINC, judicium pugnæ, divinatio per duellum. Vox antiquo - Boioarica, quam ſupra produxi & explicavi in voce *Ding* judicium. Antiquiſſimis temporibus in publicis tantum controverſiis invaluit. TACITUS cap. X. de M. G. *Eſt & alia obſervatio auſpiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis committunt. Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipiur.* Poſtea in cauſis quoque privatorum adhiberi cœpit. Primus inſtituti auctor fuit GUNDOBALOUS, Rex Burgund. qui, dum innocentiam in foro a perjurio vindicare ſtudet, eam nova & inſolita ratione, ferro inquam & victoria oppreſſit. Vide Decretum ejus ſub Conſulatu Abieni, h. e. circa annum 501. Lugduni datum, in Legibus Burgund. Tit. XLV. Quod miror SPELMANNUM & CANGIUM non annotaſſe. A Burgundis mos iſte pervenit ad Francos, a Francis ad Longobardos, Boioarios, aliosque, tandemque ad univerſos. Atque ut populus ſolet conſuetudinum ſuarum eſſe tenax, ita mali hujus inveterati tam ſacrum tamque diuturnum fuit vulgi ſtudium, ut nec Edictis Principum, nec clamoribus Clericorum abrogari poſſet. R. ROTHARIS de Longobardis ſuis in L. Long. Lib. I. Tit. IX. 23. *Quia incerti ſumus de Judicio Dei: & multos audivimus per pugnam ſine juſta cauſa ſuam cauſam perdere. Sed propter conſuetudinem Gentis noſtræ, Longobardorum legem impiam vetare non poſſumus.* Viguit adhuc FRIDERICO II. imperante in Germania; Quod ex Cæſare Heiſterbacenſe obſervat SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 497.

SKIRSLA, purgatio per ignem. Vide *ſcheuren* purgare.

IARNVED nomen Scandianis quondam receptiſſimum. VERELIUS in Indice: *iarnbyrd* purgatio per ferrum ignitum. Proprie ſignificat geſtationem ferri, puta candentis, eratque ſpecies divinationis per ignem, qua homines criminis alicujus inſimulati innocentiam ſuam adſererent. Rem ipſam tangit Lex Ripuaria Tit. XXX. 1. *Quodſi ſervus in ignem manum miſerit, & læſam tulerit, dominus ejus, ſicut lex continet, furto ſervi culpabilis judicetur.* Quam Legem ante cultum Chriſti latam eſſe, ſequens articulus declarat: *Quodſi, poſtquam eum ad ignem adplicuerit, fuga lapſus fuerit, ad placitum veniens cum tribus teſtibus in* HARAHO *conjuret, quod ſervus ille, quem ad ignem repræſentare debuerat, extra ejus voluntatem fuga lapſus ſit.* Nam *Harahum* eſt vox idololatrica, quæ in omnibus veterum Dialectis, præcipue Francica, Angloſaxonica, & Scandica, *lucum* & *fanum* ſignificat, ut oſtendi in voce *borg*. Clariſſ. DITHMARUS hoc genus Ordaliorum ante Chriſtiana tempora Germanis ignotum fuiſſe perhibet, ejusque inventum *Cleri fraudibus* unice tribuit, in notis ad Tacit. cap. VII. Sed Leges de his Ordaliis latæ Clerum a ſuſpicione abſolvunt. Et monumenta Græcorum hunc innocentiam probandi morem, Chriſtiana Rel. longe antiquiorem eſſe, oſtendunt. En verba SOPHOCLIS in Antigona verſ. 270.

Ἡμεῖς δ' ἕτοιμοι καὶ μίσχους ἄρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν.
Eramus autem parati ignitum ferrum manibus prendere,
Et ire per ignem, & Deos jurare.

CANGIUS, cui hunc locum debeo, merito inde concludit, judicium ignis apud Majores noſtros fuiſſe *reliquias veteris ſuperſtitionis*. Et hæc ſuperſtitio haud dubie orta eſt ex cultu Ignis. Nam qui ignem credit eſſe Deum, facile perſuadebitur, hunc Deum, rite invocatum, innocenti parcere, nocentem lædere, etiamſi naturale ſit, igne uri. Quid mirum, Majores noſtros, cum adhuc ignis cultores eſſent, ita ſenſiſſe? Cum etiam primitivi Chriſtiani, a primo Sæculo ad finem usque tertii, *Igni noviſſimo* vim ordalicam, juſtos ab injuſtis ſecernendi, tribuerint. Qui negant, adeant Tractatum inſignem & lectu digniſſimum THOMÆ BURNETI *de ſtatu mortuorum & reſurgentium* Cap. VII. Omitto illæſorum exempla, quæ magno numero afferri poſſent. Rectius igitur & modeſtius ſentit SPELMANNUS, & ex mente Spelmanni VERELIUS: *Res profecto miraculo non caret, ferrum candens nudum corpus*

pus non usſiſſe, nec læſiſſe aquam ferventem. Etiamſi neuter cogitationi exitum invenerit, aut quo Numine innocentibus proviſum ſit, determinare auſus ſit. Si Dei, inquiunt, innocentiæ faventis auxilio factum, cur res abolita? Sin Dæmonis ope, cur in Eccleſia & Rep. tam diu tolerata? Neque ad hæc facilis & parabilis eſt reſponſio, ideoque illam rem ad pulpita Theologorum remittimus. Plura vocabula, Septemtrionalibus in hoc quondam negotio uſitata, exhibet OL. WORMIUS in Monum. Dan. Lib. I. cap. XI. *de Ordalio:* unde ſequentia cum ipſius interpretatione decerpo :

ierntegn, ſignum ferri candentis.
trygsjern, judicium ferri in crimine furti.
ſkudsjern, jactus ferri candentis e manibus poſt ſuperatos novem paſſus.
ſkursjern, hanc vocem non explicat Wormius, videtur autem *ferrum purgationis* denotare, a *ſkura* purgare. CANGIUS in Gloſſario habet *ſfursjern*, quaſi eſſet a *fyr* ignis: Sed in Codice Wormiano Legum Scanicarum Runicis literis in membrana exarato legitur *ſkurfiarn*. Quod omnino melius. Nam *fyr* pro igne Septemtrionalibus illis prorſus ignotum. Quid illis ſit *jarn* vel *jern*, jam dictum ſupra in *Eiſen*.

KETELFANG, divinatio per ahenum, ſive aquam bullientem. Vox Friſica, quam ſiſtit SIBRANDUS SICAMA in notis ad Leges antiquas Friſionum pag. 111. *Pendebat extra vallum vel circulum Templi cacabus vel olla profunda plena aqua ferventi, in eam purgandus dextrum brachium nudum ad cubitum usque immittebat. Tertio die Templum intrabat cum teſtibus prænominatis, brachiumque viſitandum offerebat. Quodſi ſanum & illæſum eſſet repertum, is, qui alterum calumniatus erat, perjurium Wergildo, & Comiti ſive Judici duas libras ſolvebat: Quodſi læſum & ambuſtum adpareret, delictum, cujus accuſatus erat, Comiti Duabus libris, Decano ſynodatico componebat. Plura vide in Speculo Saxonico. Majores noſtri hoc examinis vel purgationis judicium* KETELFANG, *ab olla vel cacabo, in quo aqua efferveſcebat, adpellabant.* Rem ipſam commemorat Lex Salica Tit. LXXVI. 1. *Si ad ipſum placitum venire deſpexerit, aut manum ſuam in Æneum mittere noluerit.* In qua Lege, cum multa ſint paganismi patrii veſtigia, hic quoque ritus eo referendus videtur. Varius autem erat, ſicut divinationis per ignem, ita etiam per ahenum uſus, non forenſis aut purgatorius tantum. Patet ex hiſtoria famoſiſſimi LEBETIS CIMBRICI, ex quo divinationem de eventu belli captabant fœminæ Cimbrorum, qui, cum bello Cimbrico multorum Romanorum ſanguine fuerit famoſus, poſtea amicitiæ & veniæ impetrandæ cauſa Auguſto miſſus eſt, cum facerrimus eſſet apud Cimbros, teſte STRABONE Lib. VII. Geogr. Hos divinandi modos, ſive ignem ſpectes, ſive aquam bullientem, in Germania diutiſſime obtinuiſſe, probant SPECULA JURIDICA, tam Suevicum cap. 374. 2. quam Saxonicum Lib. I. art. 39. utriusque purgationis tanquam receptæ conſuetudinis diſertam mentionem facientia, quibus Sæculum XIII. natale fuit omnium Eruditorum conſenſu. Unde de duratione judicium ferri poteſt.

Vix ullum providentiæ divinæ a Majoribus noſtris agnitæ illuſtrius documentum aſſerri poteſt eo, quod ex *Ordaliorum Religione* deſumitur: Quum manifeſtum ſit, hæc & talia ſuſcipi non poſſe niſi ab iis, qui fiducia numinis cujusdam ſupremi affecti, Deum & res humanas curare, & innocentibus adeſſe, & futura etiam prædicere, firmiter ſibi perſuadent. Vocem generalem & omnibus *Ordaliis* communem, vide in *laden* crimen eluere.

ORDEN, ſeries rerum. Lat. *ordo*, Cambris *urdd*, apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 287. Francis *ordo* apud OTFRIDUM Lib. III. cap. I. 13.

Ni ſcribu ih nu in ala uuar,
So ſih ther ordo dregit thar,
Suntar ſo thie dati
Mir quement in githahti.
Non equidem ſcribam nunc,
Prout fert ordo,
Sed prout facta
Mihi venient in mentem.

Hodie dicimus *ordnung*. Utrumque ab *ordnen* diſponere.

ORDEN, inſtitutum, item ſocietas multorum ex uno inſtituto viventium. Gloſſ. Pez. ordinibus *ortun*. Ex eodem fonte. Inde *ritter-orden* ordo equeſtris, & alia ſine numero.

ORDNEN, *ordenen*, diſponere. Armoricis *ordreui*, apud PEZRONIUM in Celticis pag. 404. Francis *ordinon*. TATIANUS ab initio: *zilotun ordinon*, conati ſunt ordinare. Quibus conſentiunt Græc. ὀρθόω, Lat. *ordino*. Hoc verbum multi conantur nobis eripere, dum originem ejus ad Lat. *ordo* referunt. Sed præter neceſſitatem. Nam *ordenen* fit ab *ort*, quod in Lingua Antiquo-Germanica principium, finem, & locum intermedium ſignificat. Hæc etymologia plus habet elegantiæ & veritatis, quam Latina. Nam *ordo* ſi originem ſpectes (oritur autem judice SCALIGERO ab ὄρον δῶ, eſtque terminus mere militaris) loci tantum ultimi rationem habet, non ejus qui præcedit, & multo minus principii. Atqui ordinare non eſt tantum limitare, ſed antecedentia & conſequentia a principio ad finem usque diſponere. Id quod Germanica radice exprimitur.

ORGEL, machina muſica ex fiſtulis. Ab ὄργανον, quod Græcis Scriptoribus ſæpe eſt inſtrumentum muſicum ſpiritu inflatum. Ridiculi ſunt, qui ab *obr-gellen*, quod in auribus ſonet, derivant.

ORLOG, lex primitiva. *Or, ar, ur*, in omni-

bus veterum Dialectis, & hodiernis quoque idiotismis, ſignificationem habet inchoativam, quæ ortum & initium rei, cui præfigitur, tribuit. *Laga* vero eſt lex. Hinc *orlog* ſignificat id quod diximus. Hoc ſenſu homines nondum creati, in Voluſpa Islandica Stroph. 17. vocantur *orlog-lauſa*, id eſt legibus naturalibus nondum obnoxii. Confer *ur* in *Proleg.* Sect. V. & *lage* lex.

ORLOG, fatum. Gloſſ. Boxh. *urlac* fatum. VEREL. in Ind. *aurlog* fata, fatorum decreta, *orlog* fata. Cum Fatum nihil aliud ſit quam effatum æternum ipſius ſummi & omnia ratione jubentis & vetantis Dei, cui nihil obrogari nec derogari poteſt, hinc illud recte vocari *orlog*, h. e. legem primitivam conſideranti manifeſtum eſt. Sic fatum, quatenus eſt lex Parcarum, dicitur *orlog*, in eadem Voluſpa Stroph. 21.

ORLOG, bellum. Vox Belgis & Islandis hodie unice uſitata, olim vero omnibus Germaniæ magnæ populis communis. In Manuſcriptis quibusdam Theotiſcis Regiæ Bibliothecæ Berolinenſis reperitur *urluge*, obſervante VORSTIO de L. Vernac. cap. 9. In Saxonicis *orleg*, teſte cel. HICKESIO in Gram. Angloſax. pag. 115. In Bibliis Islandicis *orlog*, Pſal. LXVIII. 31. *fundurdreifi thu folked, ſem giarnan vill haſa orlog*, diſſipa gentes quæ bellum libenter habere cupiunt. De origine hujus vocis ingens eſt inter literatos diſſidium. SCHOTTELIUS de L. Germ. pag. 254. *orlog* interpretatur *urlager*, id eſt, *heerlager, feldlager, haubtlager*, Latine caſtra. MVLIUS in Teutone Archæologo (voce *ur*) Kilianum ſecutus, deducit ab *or* valde, & *liegben* diſſentire, quod in bello maxima ſit diſſenſio. Poterat majori ſpecie deducere a *lagen* inſidiari. Nam *liegen* Belgis non eſt diſſentire, ſed mentiri. VORSTIO idem videtur quod *niderlage* cædes hoſtium, ab *erlegen* trucidare, quod in bello fieri ſolet. Nos arbitramur (ſalvo tamen melius ſentientium judicio) *legem* non eſſe a conſtitutione vocis excludendam. Nam (1) omnes naſcimur in regno Dei, & legibus Creatoris obnoxii. Quarum prima & præcipua eſt, unde reliquæ omnes in ſerie & ordine deducuntur, ut in lucem editus ſe ſuumque ſtatum, & ea, quæ conſervantia ſunt ſtatus ſui, diligat, alienetur autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum afferre videntur. Hanc legem fortem & omnibus a natura inſitam Stoici appellant τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, id eſt, *prima naturæ*, apud GELLIUM Lib. XII. Noct. Attic. cap. 5. Hinc conſervatio ſtatus ſui, cum ſit lex omnibus animalibus, præcipue vero homini ab ipſo ortu commendata, optime & decenter vocatur *orlog*, hoc eſt, lex primitiva. Et hinc etiam Bellum, quatenus eſt jus, quod cuivis competit Civitati, conſervandi ſtatum ſuum, & defendendi atque profligandi bellum, eodem nomine recte afficitur. (2) Bellum dici poteſt *orlog*, quaſi ſtatus Reip. ex-lex, in quo leges ſilent. Nam *or* in compoſitis ſæpe eſt ſignum privationis, ut demonſtravi in PROLEGOM. Silent autem leges inter arma, ut CICERO ait pro Milone.

ORT, initium & principium cujuscunque rei. Angloſax. *ord*, Franc. *ort*. Gloſſ. Pez. initiis *ortun*. Hinc in Monumentis Angloſaxonicis Adamus vocatur *ord-mon* quaſi princeps vel origo humani generis, & Cainus *ord-bana* quaſi homicida primitivus, & auctor cujuscunque rei *ord-fruma* quaſi principium principii, quod imitantur Alamanni in *ortfroma*, apud KERON. in Gloſſis. Hodie ſuperat in re monetaria, ubi principium majoris monetæ vocatur *ort*, & diminutive *örtlein*. Inde *ortsgulden, ortsthaler*, quadrans floreni, thaleri. Cuncta a ſimpliciori *ar, or, ur* principium. Ab *ord* videntur Latini habere *ordiri, primordium, exordium.*

ORT, finis & extremitas cujuscunque rei. Utitur Luth. Ezech. XV. 4. Francis *ort*. Gloſſ. Pez. in marginibus *in ortun*, ora *orte*, ad oram *zi demo orte*. Eſt & Græcis ἔρος terminus, meta, limes, Latinis *ora* margo, Cambris *or* ora. Quæ videntur convenire in particula vetuſtiſſima *er*, quatenus ultimum terminum rei ſignificat. Nos ab *ort* habemus verbum *erörtern* definire, determinare, quod in omnium ore eſt, & a Lexicographis male refertur ad *ort* locus.

ORT, cuſpis, angulus, & omnis extremitas in acumen definens. Senſus Misnicis hodie familiaris, & ab extremo quocunque ad acuminatum translatus. Angloſax. *ord*, Franc. *ort*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ord* acies, acumen, cuſpis, mucro. Gloſſ. Ælf. in nom. armor. mucro *ælces wæpnes ord*. Gl. Pez. angulos *orth*. Inde compoſita,

ortſtein, lapis angularis, quo utitur NOTKERUS Pſal. XCIV. 4 obſervante SCHILTERO in Gloſſario.

ort-brett, aſſer terminalis, qui cum alio junctus angulum efficit. Utitur Luth. Exod. XXVI. 24.

ort-thielen, idem.

ort-band, lamina ferrea in fine vaginæ. A *band* vinculum. Pro quo nunc dicimus *orband* per ſyncopen.

ort-ſchbeef, cujus cuſpis obliqua, ut pungere nequeat. STADEN. in Voc. Bibl. pag. 463.

ort-kind, puer degener, quaſi in cuſpide vel præcipitio conſtitutus. HUNDIUS in Gloſſ.

Hinc quoque interpretationem accipit terminatio *ort*, in quarundam urbium & arcium nominibus conſpicua, præſertim earum, quæ in locis, ubi terra in angulum deſinit, vel fluvius in fluvium labitur, conſtructæ ſunt, ut LEERORT, DAGGERORT, obſervante FRISCHIO in notis ad Bödikerum pag. 237.

ORT, locus, medium expanſum inter initium & finem. Formatur ab antiquiori

wart

wart locus, per aphæreſin. Apud priſcos invenire hactenus non licuit.

ORT, in compoſitis Francorum, non eſt ab *ort* locus, ut SCHILTERUS in Gloſſario videtur ſtatuere, ſed a *warth*, *weard* verſus, per aphæreſin, quo Gothi & Saxones utuntur, ut oſtendi in *werts*. Hujusmodi ſunt, *uuidorort* retrorſum, retroverſum, quo paſſim utitur OTFRIDUS, Lib. I. Cap. XXII. 58. Lib. II. Cap. VI. 55. 58. &c. & *heimortes* domum verſus, Lib. I. cap. XIII. 41.

Fuarun ſar thes ſindes
Thie hirta heimortes.
Ibant illico viam ſuam
Paſtores domum verſus.

Priorem vocem habet quoque interpres TATIANI cap. CLXXXIV. 3. *ſo her in quad, ih bin iz, giengun uuidarortes, inti fielun tho in erda*, ut dixit eis, ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Quod OTFRIDUS pedeſtri ſermone ſic exprimit Lib. IV. cap. XVI. 83.

Uuidorort ſie fuarun,
Joh alle nidarfialun.

Hodie cum antiquioribus Dialectis dicimus *heimwerts*, *hinderwerts*, *rückwerts*, melius & fidelius, quia W. cum ſit radicale, non debet expelli. Vide plura in *Werts*.

OS, in nominibus propriis Alamannorum videtur idem denotare quod Cambris *od*, h. e. excellens, præſtans egregius. Inde

OSMUND, vir præſtans.
OSWALD, tutor egregius.

OSE, *öſe*, uncinula. Utuntur Serveſtani, & alii trans Albim populi. Sic autem dicitur quaſi auricula propter ſimilitudinem, ab *auſo* auris, quod extat in Cod. Arg. Joh. XVIII. 10. *jah afmaimait imma auſo taihswo*, & abſcidit ei auriculam dexteram.

OST, *oſten*, oriens, plaga mundi orientalis. Angloſax. *eaſt*, Franc. *oſt*, Belg. *ooſt*, Angl. *eaſt*, Gallis *eſt*, Suecis *öſter*, Island. *auſtr*. MARTINIUS deduxit ab *ortus* vel *æſtus*. Malim, ſi peregrina origine opus ſit, ab ἠὼς aurora, diluculum. Sed & hoc carere poſſumus. Nam *oſten* eſt verbale ab *uſtan* ſurgere, egredi, & dicitur de plaga mundi orientali, quia Sol ibi ſurgere & egredi videtur. Veſtigia verbi antiquiſſimi haud obſcura deprehendi in idiomate Gothico. Primum eſt, *uſtoth* ſurrexit, quod eo ſenſu ter occurrit in Codice Argenteo. Marc. VI. 1. *uſtoth jainthro* egreſſus eſt inde. Luc. IV. 16. *uſtoth figgwan*, ſurrexit legere. Joh. XI. 31. *uſtoth ſprauto*, ſurrexit cito. Alterum *uſtaſs* reſurrectio, Joh. XI. 31. Quæ certe formam verbi *uſtan* manifeſto ſupponunt. Ab *oſt* derivantur & componuntur Angloſaxonica,

eaſtan, ab oriente.
eaſt-dæl, pars vel plaga orientalis, quod extat in Evang. Angloſax. Luc. XIII. 29. *and þig cumaþ fram eaſt-dæle and weſt-dæle and north-dæle*, & venient ab oriente & occidente & ſeptentrione.
eaſt-folc, populus orientalis.
eaſt-angel, Angli orientales.
eaſt-ſeaxe, Saxones orientales.
eaſt-ric, imperium orientis.

Quibus ſimilia ſunt compoſita Francorum & Septemtrionalium,

oſtana, ab oriente, quo utitur TATIANUS cap. VIII. 1. *tho quamun Magi oſtana*, tunc venerunt Magi ab oriente.
Oſtarlant, terra orientalis. TATIAN. ibid. *uuir giſahumes ſinan ſterron in Oſtarlante*, vidimus ſtellam ejus in Oriente.
Oſtarriche, regnum orientale. OTFRIDUS Præf. ad R. Lud. verſ. 3.

Er oſtarrichi ribtit al,
So Franckono kuning ſcal.
Regnum orientale ſic moderatur,
Ut Regem Francorum decet.

eiſtra-ſalt, mare orientale, in Lex. Run. OLWORMII.
auſtr-vegur, mare balticum vel orientale, apud VEREL. in Ind. Vide *Wage* mare.
auſtmen, Suiones orientales, ſic dicti a Norvegis, apud eundem, ſicut Norvegi viciſſim ab Anglis vocantur *Oſtmanni* homines orientales, apud CANGIUM in voce.

Huc etiam ſpectant,

ÆSTII, ad mare balticum, TACITO memorati cap. XLV. de M. G. Id eſt, orientales.
OSTRO-GOTHI, Gothi orientales.
AUSTRO-GOTHI, iidem.
OSTFALI, Saxones orientales. Confer *Weſtfalen*.
OSTERLIUDI, eadem notione.
OSTERLANDI, Franci orientales.
OSTERLINGI, Saxones orientales.
AUSTRIA, pars Franciæ verſus orientem.
AUSTRASIA, eadem notione.
AUSTRIA, pars Pannoniæ.
ESTONIA, pars Pruſſiæ orientalis.

OSTEN-DIENST, ſervitium bellicum, quod vaſallus Domino præſtare tenetur, Latino-Barbaris *hoſtenditium* & *hoſtenduciæ*, ab *hoſtis* exercitus, & *dienſt* ſervitium. Poſtea ſenſus translatus eſt ad *ſcutagium* ſive tributum, quod vaſallus ductori ſuo Romam cum Rege pergenti, ſi ipſe una proficiſci non poſſet, pro redimendo ſervitio in adjutorium ſolvebat.

OSTERN, paſcha. Angloſax. *eaſter*, Franc. & Alam. *oſtrun*. Gloſſ. Keron. paſcha *ooſtrun*, paſchæ *oſtrum*. TATIAN. cap. CXCVIII. 3. *uuas tho garotag fora oſtrun*, tunc erat dies præparationis ante paſcha. BEDA nomen Paſchatis & Menſis paſchalis ab EOSTRA Saxonum Dea deſumit, in Libro de ratione temporum Cap. 13. Quod an fide dignum ſit, dubito. Nam (1) ante Chriſtiana tempora omnes menſes fuerunt anonymi, & numerabantur tantum, ut oſtendi in *weinmonat*. (2) nomina Deorum menſibus inſcri-

bere, Saxonibus plane insolens est. (3) de hac frivola Dea silet tota retro antiquitas. (4) verosimile non est, primos Saxonum Christicolas voluisse tam sacræ Solemnitati nomen creare ab idolo, aut primos Evangelii præcones id voluisse permittere, homines utique pios, & in examinandis ponderandisque prioris ævi vocabulis valde scrupulosos. Et quamvis hæc ratio non valde stringat, quia primi in Gente Saxonica Theologi nescio qua indulgentia diebus Septimanæ nomina pagana permiserunt: negari tamen potest, eos simili indulgentia in hoc Festo denominando usos esse, donec ignotum illud numen, & nemini nisi Bedæ memoratum, aliunde probetur. Quidam igitur maluerunt *ostern* formare ex *urstend* resurrectio, transpositis literis. Verisimilius tamen est, transpositionem factam esse ex voce omnibus Dialectis communi, qualis est, quando a *reisen* surgere, resurrectio Gothis vocatur *urrist* Matth. XVII. 53. Anglosax. *æryste* ibidem, Francis *urreisti*, in Harm. Evang. Tat. Cap. CCIX. 4. Quam prolive sit vulgus ad transpositiones literarum, præsertim in vocibus sæpe proferendis, & litera R. affectis, norunt periti. Vide *Proleg.* Sect. IV. in *Metathesi.*

OT. Vide *Od.*

OTHINUS, qui & *Odinus* & *Othanus*, dux & Deus Saxonum, non indigena, sed peregrinus. Plerique Phrygem fuisse existimant, & a Pompejo pulsum bello Mithridatico: sed Scytham fuisse, conatur demonstrare ULRICUS von LINGEN in observatione quadam Germanice scripta *de origine Poeseos in Germania & Septentrione.* Sedes Odini, unde in Europam profectus dicitur, ab EDDA Islandorum vocatur *Asgard*, quod vulgo *Trojam* interpretantur. Sed cum Troja pridem destructa esset, situm *Asgardii* vir doctissimus in Scythia quærendum esse docet, non procul ab ostio, ubi Tanais in paludem Mæotidem defertur. Quam sententiam, paucis mutatam, supra adoptavi in voce *Gard* munitio. Eundem Odinum Literas & Poëticam Septemtrioni intulisse, & Pompejo ducentis annis superiorem esse, idem auctor suscepit demonstrandum.

Fuit autem vir nonsolum eloquentia, sed etiam fortitudine, & vaticinandi peritia inclytus. Qui, cum ex Asia cum copiis suis, novas sedes quærendi causa, in Germaniam Transalbianam veniisset, multos ibi populos domuit, & inprimis eos, qui postea sub nomine *Saxonum* clarucrunt. E Germania colonias duxit in Sueoniam, pulsis in interiora Lapponibus, qui littora Germaniæ infestabant. Post obitum, prisco Coloniarum more, ductores suos consecrantium, inter Deos relatus est, primo quidem a suis, quos beneficiis devinxerat, mox ab universa Saxonia, ubi miraculo literarum, & nescio quibus præstigiis, majorem humana opinionem de se excitaverat. De conjuge *Friga*, & filio *Thurone*, disserui alibi. *Hengistum* & *Horsum*, clarissimos belli duces, e stirpe ejus prodiisse, narrat BEDA Lib. I. Hist. Eccles. cap. 15. Et hinc quoque omne fere regium Genus Germanorum lineam trahere, scribit Monachus Malmesburiensis Lib. I. de Gest. R. Angl. cap. 1. Plura de Odino haud vulgaria vide apud THORMODUM TORFÆUM in Serie Regum Daniæ Lib. II. cap. 4. & seq. & apud SPELMANNUM in vita Ælfredi M. Lib. I. pag. L in notis. Multa tamen adhuc male cohærent, & nocte premuntur obscura, quæ magnum ingenium exspectant, a quo in ordinem redigantur.

Nomen varie proditum est. Nam præter *Odinum*, alii *Vodenum* & *Wodanum* memorant. *Vodenum* habet BEDA, *Wodanum* P. DIACONUS Lib. I. de Gestis Longobardorum cap. 9. WODAN, *quem adjecta litera* GODAN *dixerunt, ipse est, qui apud Romanos Mercurius dicitur, & ab universis Germaniæ Gentibus, ut Deus adoratur, qui non circa hæc tempora, sed longe anterius, nec in Germania, sed in Græcia fuisse perhibetur.* In Catechesi Theotisca ECCARDI extat vetus *Abrenunciatio Diaboli & Professio Fidei Franco-Saxonica*, quæ videtur *Wodanum* & *Odinum* tanquam diversa Idola distinguere. Verba *Abrenunciationis* ita sonant: *End ec forsacho allum dioboles wercum end wordum, thuna erende,* WODEN *end* SAXN-OTE: Et ego renuncio omnibus Diaboli operibus & verbis, lucorum cultoribus, WODANO & ODINO SAXONICO. Verum uti plures fuisse *Odmos* aut *Wodanos* facile largior, ita plures uno in numerum Deorum relatos esse, non constat. Discrimen quod inter utrumque est, nominale tantum esse videtur, non personale, etiamsi Septemtrionales *Wodanum* Upsaliæ cultum ab *Odino Saxonico* distinguant, quod illos ideo facere, *ut majorem fidem concilient iis, quæ jam diu de Suecia, vagina gentium antiquissima, jactare solent*, suspicatur KEISLERUS in Antiq. Septentrional. pag. 201. Nam primo W. initiale in aliis quoque vocibus jam servatur, jam repudiatur, salvo & integro sensu. Id quod peritis non potest esse ignotum. Secundo, monumenta Saxonica utrumque nomen exhibent. SOMNERUS in Dict. Anglosax. *Eowthen* Wodenus, *Woden* Mercurius, *wodnes-dæg* dies Mercurii. Dicitur autem *Mercurius*, non quod fuerit ipse Romanorum Mercurius, sed quod literis Runicis inventis Mercurio Romanorum æquipararí inter gentes artium rudes meruerit. Utrum antiquius sit, *Oden* an *Woden*, nescio. Sed & hoc ignorare me fateor, propriumne viri sit, an post consecrationem demum inditum? Multum autem refert hæc sciri ab eo, qui nominum rationes investigare conatur. Dicam igitur, non quid significet (quod forte nunquam obtinebo) sed quid significare possit. Atque ut ordine procedam, utrumque nomen ad simplicissima initia OT & WOD reducam, & tan-

& tanquam diverſa conſiderabo, etiamſi revera eadem ſint.

Inter vocabula, quibus OT ſono accedit, præcipua ſunt, *as* Deus, *atta* pater, *otto* excellens, *udd* dominus, quod Cambro-Britannicum. Nec deſunt verba, a quibus nomen peti poſſit. Nam ut alia nunc mittam, *Ot* formari potuit ab Islandico *æda* furere, ob rationes poſtea dicendas: Vel ab *eiten* urere, ut *Otinus* proprie ſit *combuſtor mortuorum*, quia ante eum terra condi ſolebant, quem morem ille abrogavit. Sic enim ſcribit WORMIUS Lib. I. Mon. Dan. pag. 52. *Hiſtoria Norvagica mox in principio, Othino ritum cadavera cremandi aſcribit, refert namque Othinum legem condidiſſe, ut omnes mortui, una cum bonis & ornamentis potioribus igne comburerentur, addens Superis eo gratiores futuros, quo plura ſecum in flammas traxiſſent.*

WOD ſono convenit cum Saxonico *God* Deus. Et homo conſecratus ſolet vocari Deus. Gothica Lingua *wod* eſt *dæmoniacus*, & in caſu obliquo habet *wodan*, ut patet ex Marc. V. 16. 18. Angloſaxonica vero *wod*, nonſolum dæmoniacum, ſed etiam *ferum* & *furentem* ſignificat, teſte SOMNERO in Dictionario, & JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 408. Et *wüten* etiamnum eſt furere. Utrumque nomen convenit Wodano. *Ferus* dici poterat, quod humanas victimas appeteret, quam appellationis rationem reddit GROTIUS in Indice. *Furens* autem variis de cauſis: ſive a furore bellico, quem militantibus credebatur immittere, tanquam Mars Septentrionalis, ſecundum traditionem ADAMI Bremenſis in Deſcriptione Templi Upſalenſis cap. 233. Sive quod ipſe, dum viveret, incantationibus furioſum ageret, & furore correptus futura multa prædiceret. Nam & *Magum* fuiſſe ferunt, & *Vatem*. At vaticinia non absque furore effundi ab oraculorum nunciis, & vaticinandi artem non ſine cauſa *μανικὴν*, hoc eſt, furioſam appellari a Philoſophis, ſcribit PLATO in Phædro, quem vide.

Sed nunc miſſo *Wodano*, ad nomen *Odini* revertor. Quod certe Græcum eſſe poteſt, ab *αἰδωνεὺς*, quo Græci inferorum præſidem deſignant. Idque tanto magis convenire videtur *Odino*, quod vulgo creditum ſit (ſicut celeb. KEVSLERUS in *Antiquitatibus Septentrionalibus* paſſim demonſtrat) *Odinum* in *Valhalla*, h. e. in aula mortuorum habitare, & bello cæſos hoſpitio excipere. Hanc etymologiam debemus Viro Græce doctiſſimo GU. OTHONI REIZIO in *Belga Græciſſante*.

Utrumque nomen hodienum cuſtoditur in Dialectis. Dani utuntur imprecandi formulis, *Oden eige dig* Odinus te poſſideat, *far du til Odens* vade ad Odinum, i. e. ad Diabolum. Angli diem Mercurii vocant *wednesday*, Belgæ vero *woens-dag*, per ſyncopen.

OTTER, lutra. Gloſſ. Pez. lutra *ottar*. BENSON. in Voc. Angloſax. *oter, otyr* lutra, fullus. Conſentiunt in voce Angli & Belgæ. Ducitur ab *ὕδωρ* aqua, ut ſit quaſi *ἐνυδρὶς* fera in aquis vivens, auctore MARTINIO. Aliis eſt ipſa vox Latina *lutra*, capite truncata.

OTTER, vipera. Angloſax. *ættor*. Utitur Luth. in comp. *otter-gezücht* proles viperina Matth. III. 7. Vel idem eſt quod *hydra*: Vel, quod malim, originem refert ad *eiten* urere. Nam hinc primo fit *eiter* venenum, quia venena ſunt calidæ urentisque naturæ. Poſtea ab *eiter* fit *ættran* venenare. Denique ab *ættran* ipſum animal venenatum appellatur *ætter* & *otter*. SOMNER. in Dict. AS. *ættran* venenare, *ættrod* venenatus, *ætter*, *ættor* anguis, coluber. Confer *Nater*.

OX-HAUBT, *ox-hooft*, menſura vinaria apud Hamburgenſes. Proprie eſt menſura *Burdegalenſis*, a *Bourdeaux*, unde vulgus per aphæreſin formavit *ox*. Reliqua vide in *haubt* menſura.

OZEL, *özel*. Vide *etzel*.

P.

PABST, pontifex romanus. Anteriores Germani, & præcipue Alamanni, ubique habent *babeſt*. Sic autem dicitur a *pape* ſacerdos, nomine omnibus olim Epiſcopis communi. Hinc veterum Epiſtolæ Epiſcopis inſcriptæ hanc fere formulam præ ſe ferunt, *Domino Papæ ſalutem*. Poſtea Romano Pontifici tanquam proprium ceſſit, ex decreto ſcilicet Gregorii VII. (utor verbis CANGII) qui in Synodo Romana ſtatuit, *ut* PAPÆ *nomen unius eſſet in orbe chriſtiano*. Ex illo tempore Germani videntur nomini papali addidiſſe notam ſuperlativi *ſt*. & Pontificem appellaſſe *babeſt*, quaſi *papiſſimum*, ſive ſummum ſacrificum. Et hunc vocis ſenſum tribuit Germanis SKINNERUS. In reliquis Dial. Pontifex more antiquo cum Sacerdote confunditur. Nam Pontifex & Sacerdos Angloſaxonibus nullo diſcrimine vocatur *papa*, Cambris & Moſchis *pop*, Anglis *pope*. Quod Germanis prorſus inſolens, quibus *pfaf* & *pabſt* differunt ut flamen & princeps Sacerdotum, quamvis in fonte appellationis conveniant. Tandem *babeſt* corrumpi cœpit in *baws* vel *paws*, quo hodie utuntur Belgæ, & Speculum Saxonicum ab initio.

PACHT, conductio, *pæchter* conductor, *pachten* conducere. Cuncta a Lat. *pactum*.

PACK, pera. Græco-Barbaris *πήγγη* & *πηγγίον* eſt ſacculus, burſa, crumena ex corio, apud MEURSIUM in Gloſſ. Latino-Barbaris *punga*, *puncha*, *pochia* pera, apud CANGIUM in Gloſſ. Gallis *poche* ſaccus in veſte, olim pera. Idem Anglis *bagg*, *pocke*, *pouch*. Cuncta e fonte Saxonico. SOMNER. in Dict. Angloſaxon. *pocca*, *pochcha*, *poha* pera, *pung* caſſidele, i. e. pera, marſupium, ſaccu-

lus. VERELIUS in Ind. *bagge* ſacculus, *neſt-baggi* marſupium. Vox Saxonica videtur nos ducere ad verbum Græcum πηγνύω vel Doricum πήγω ſtringo, unde Latinis *compingo*, & proprie denotare loculum qui ligulis conſtringi poteſt. A *pack* poſteritas fecit *ficke*, ſenſu a marſupio ad ſaccum in veſte translato.

PACK, faſcis, *paecklein* faſciculus. Gallis *paquet*, Græcis φάκελος. Ex eodem fonte, quia compingitur.

PACK, ſarcina. Islandis *bagge* apud VERELIUM, Belgis & Anglis *pack*, Gallis *bagage*. Ejusdem originis. Inde *packen* in faſcem & ſarcinam compingere, *gepackt* conſtrictus, Græc. πηκτὸς, Lat. *compactus*.

PACKEN, vadere, ſubducere ſe, *packe dich* vade, apage, *anpacken* invadere. Cuncta a Græc. ὑπάγω, per aphæreſin.

PADDE, bufo, *ſchild-padde* teſtudo. Angloſaxonibus *pad* apud SOMNERUM, *pada* apud BENSONIUM in Vocibus Poëticis. Proprie eſt animal, quod lutum, quo unice delectatur, gravi inceſſu calcat, & toto corpore premit, a *pedden* calcare, de quo infra, & hinc idem nomen communicatur etiam teſtudini. Ita ſentiunt STILERUS, STADENIUS, ECCARDUS.

PAGE, puer nobilis e famulitio viri principis. Gall. *page*, Ital. *paggio*. STEPHANUS derivat a παῖς puer: ERICUS ab *Hippagius*, quem juvenem fuiſſe ſcribit, qui Imp. Conſtantinopolitano equum ad inſiliendum adducebat: BOXHORNIUS a *Bagoas* pediſſequa regis apud Perſas & Macedones: RELANDUS noviſſime a Turcico *peik* ejusdem ſignificatus. *Crediderim*, inquit, τὸ *Page a Turcico & Perſico peik, quod prorſus idem notat, quod page Gallis*. In Diſſert. de veteri L. Perſica in v. *Bagoas*. Veroſimile eſt, vocem a Gothis in Gallia & Italia proſeminatam eſſe. Nam tota hodie Suecia puerum vocat *poike*, & hinc Italicum *paggio* pridem deduxit VERELIUS in Indice.

PALAFREDUS, genus equi, Cambris *palfrai*, Gall. *palefroy*. Ital. *palafreno*. Cuncta vitiata ex *paraveredus*, quod habent Capitularia, & alia monumenta Francorum apud CANGIUM. Fuiſſe equum, non gradarium, nec dextrarium, nec cenſualem, ſed angarium, curſibus aut vehiculationibus publicis a ſubditis exhibendum, colligitur ex Lege Boiorum Tit. I. Cap. XIV. art. 4. *Parafredos donent aut ipſi vadant, ubi eis injunctum fuerit, angarias cum curru faciant usque L. leugas*. Dicitur alias *angargnaco* iisdem Boiis. Vulgus Francorum videtur eundem appellaſſe *faraferid*, h. e. equum itinerarium, a *faren* proficiſci. Nam hoc ſuppoſito, ſtatim apparet, unde Latino-Barbaris ſit *parafredus*.

PALAST, palatium. Francis *palaz*, *paliz palinz*, *falanz*. Uſu Francorum ſignificat primo *regiom*, ſecundo *prætorium*, tertio *templum*, quarto *monaſterium* aut *partem monaſterii*. De primo & ſecundo ſignificatu actum infra in *pfalz*. Reliquos in lucem collocavit SCHILTERUS in Gloſſ. NOTKERUS Pſal. XXVIII. 2. *petont in ſinemo falanzo*, adorate Dominum in atrio ſancto. OTFRIDUS Lib. I. Cap. V. 17. de ingreſſu Angeli in ædes Mariæ: *giang er in thia palinza*, ibat in monaſterium. Hoc eſt, in clauſtrum B. Virginis, quam paulo ante vocaverat *itiu frono* illuſtrem ſolitariam, quia opinione veterum erat monialis e genere Eſſæorum. Et hic ſignificatus lucem accipit ab iis, quæ de appellatione monaſteriorum notavit CANGIUS in voce *palatium*. Vox hodierna non eſt a Lat. *palatium*, ſed a Franc. *palaz*. Nam Z. hoc eſt TS. ſæpe mutatur in ST. Exempla vide in *Proleg.* Sect. III.

PALAST, *ballaſch*, gladius oblongus & ab utraque parte acutus, alias *ſchlacht-ſchwerdt*. Sic dictus, quaſi παλαιστὴς luctator, verbi παλαίω luctor. Similia derivata ſunt, *bauer*, *ſtecher*, *ſchrepper* & *rapier*, in quibus inſtrumento idem tribuitur quod cauſæ principali.

PALLISADEN, vallum e ſudibus, vel potius *valli ſudes*, unde imitatio fecit *palliſaden*, litera V. in P. mutata.

PALM-BAUM, a Lat. *palma*, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. palmas *palmpouma*.

PANIER, vexillum. Vide *banner*.

PANTOFFEL, genus calceamenti, quod ſandalia & crepidas vocant. Angl. *pantofle*, Gall. *pantouffle*, Ital. *pantofola*. Vixulla vox eſt, quæ plures & magis diſcrepantes ingenii partus produxerit, dum alii eam ad fontem Græcum, alii ad Latinum, alii ad Germanicum revocare conantur. Græcis φελλὸς eſt ſuber, hinc (inquiunt) παντόφελλος eſt totus ſubereus, vel ſuber calcatus, ſi παντὸς ſit a πατεῖν calcare. Ita BUDÆUS aliique, quibus ſubſcribunt SKINNERUS & FERRARIUS. Contra TURNEBO videntur eſſe *pedum infulæ*, ut muffulæ *manuum infulæ*. Qui Germanicas origines ſectantur, *toffeln* interpretantur *tabulas*, ſed in priori compoſiti parte non conveniunt, quæ SCHILTERO videtur eſſe *bein* pes, DIEC MANNO *band* vinculum. Hinc *pantoffeln* illi ſunt tabulæ pedum, huic tabulæ ligneæ plantis pedum alligatæ. Miror, neminem adhuc cogitaſſe de theca. Theca enim Celtica Lingua & hodie Armorica dicitur *gwain*, teſte BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. In reliquis Dialectis *want* eſt chirotheca. VERELIUS in Ind. *vantar* chirotheca. Belgæ & Sueci etiamnum dicunt *want*. Quod imitantur Latino-Barbari in *wantus*, Galli in *gant*, Itali in *ganti* vel *guanto*. Vocem Latino-Barbaram vide apud CANGIUM in Gloſſario. Sed hæc vox præter thecam nihil ſignificat, cum quia nihil in illa eſt, cur manibus propria cenſeri debeat, tum quia manifeſto deſumpta eſt a Celtica *gwain* theca. His præmiſſis de crepidis & crepidatis aliquid dicendum eſt. Primis temporibus crepidæ non erant theceæ, ut hodie, ſed ſoleæ tantum; Et hæc ſolea dicebatur *toffel*, qua voce, ut infra monui in loco, Suevi & Sueci etiamnum

num utuntur. Poſtquam vero ſoleæ operimento muniri, & in formam thecæ aptari cœperunt, priſtino nomini acceſſit augmentum *wan* vel *want*, quod poſtea uſus mutavit in *pan* vel *pant*, quia W. & P. ſunt literæ convertibiles. Atque hinc jam patet, quid ſit *pan-toffel* vel *pant-toffel* vi compoſitionis, nempe theca tabulata, ſive tabula cum theca. Dixi, crepidas ab initio non fuiſſe thecas, ſed ſoleas tantum. Teſtis mihi GELLIUS Lib. XIII. cap. 20. *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis juncta ſunt, ſoleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas.*

PANTOFFEL-HOLZ, cortex ſuberis. Ab uſu in crepidis. Dicitur autem lignum per metonymiam contenti pro continente.

PANZ, *pants*, *bantſch*, venter, & inteſtina ventris. Belg. *pens*, Gall. *pance*, Ital. *panza*, *pancia*, Hiſp. *pança*. Cuncta a Lat. *pantex* venter impletus, auctore SCALIGERO in Catalect. Dicitur & *wanſt* & *banſt*, quia *Z.* ſive *TS.* ſæpe convertitur in *ST.* ſicut *P.* in *B.* vel *W.* ejusdem inſtrumenti literas.

PANZER, thorax ſquameus. Belg. *pantzer*, Ital. *panciera*, Latin. Barb. *pancerea* & *pancerium*. SPELMANNO judice *panz* ventrem ſonat, & *yſer* ferrum. Ita *panzyſer* & contracte *panzer* erit ventrale ferreum. HELVIGIUS, cui nihil mirificum videtur, niſi ſit externum, de voce Germanica ita philoſophatur: *Panzer, quaſi πάνσηρον, quod ex catenulis omnino conſtet & cohæreat. Nam σειρὰ* (*dicitur & ζειρὰ*) *catenam ſignificat. Uti & Lorica vocata Latinis, quod loris in ſe contineretur. Vel quaſi πανσίδηρον vel πανσιδηρῶν, plane ferreum.*

PAPA, pater. Heb. *ab*, Chald. & Syr. *abba*, Græc. *ἄππα*, *πάππας*, Gallis & Ital. *papa*, Hottentottis *bo*, Americanis in Inſulis Antillis *baba*. Vox a pueris inventa, qui primos loquendi conatus a literis labialibus accipiunt, ut dixi in Præf. ad Germ. §. 6. Et ab hac blanda patrum appellatione videntur eſſe *pater* & *vater*. Nam *ter* THOMASINO judice mera terminatio eſt, a parentibus adjecta: *pa* vero primitivum puerile. RELANDUS in Diſſert. de Americanis pag. 150. *In pleriſque linguis pater, ab, abba, pa, papa, mater, ma, amma, & ſimilibus modis effertur, quod is fere primus infantium ſonus ſit.* Ex eadem lingua, puerili inquam & naturali, videtur profectum, quod Scythæ Jovem PAPÆUM vocant, apud HERODOTUM.

PAPE, ſacrificus, ſacerdos. Cambris *pop*, & inde *dewin pop* ariolus, Angloſax. *papa*, Belg. *pape*, Germ. ſup. *pfaf*, inf. *pape*, populis Slavonicis *pop*, Script. Eccl. *papa*. Cuncta honoris cauſa a patre ad ſacerdotem translata, quia præſes ſacrorum patris inſtar colendus, & nomine paterno nihil ſanctius aut venerabilius, nec magis congruum ſacerdoti, qui gregis ſuæ pater ſpiritualis eſt.

PAPP, puls, cibus infantium. Latin. *papa*, Armor. Angl. Belg. *pap*, Ital. *pappa*. Cuncta a pueris inventa, qui, dum prima ſermonis auxilia a labialibus deſumunt, pulticulam, quam appetunt, vocant *papp*. VARRO de pueris: *Cum cibum & potionem buas ac papas dicunt, & matrem mammam, patrem tatam.* Quibus ſimile, quod Malæi eundem parvulorum cibum appellant *bæbor*, quod non aliunde quam a voce puerili originem trahere, judicat RELANDUS in Diſſ. de Americanis pag. 150. Poſtea ſenſus ad gluten farreum translatus eſt, quia pulti ſimile eſt, & inde *pappen* glutinare.

PAPPEL-BAUM, a Lat. *populus*. Vox Germanica eſt *eſpe*, quam vide.

PAPYR, papyrus, *πάπυρος*. Proprie eſt arbuſcula ſeu frutex, in Ægypti naſcens paluſtribus; unde quondam chartæ ſeu pagellæ ſcriptoriæ conficiebantur. HELVIG. in Orig. De inventione & præparatione hujus chartæ multa ſingularia tradit PLINIUS Lib. XIII. Cap. 11. 12.

PAR, duo æqualia. Franc. *bar*, Camb. *par*, Angl. *pair*, Suec. *paar*. Gloſſ. Pez. jugis boum *bar giuuet*. Omnia a Lat. *par*, judice SKINNERO. Inde *paren* ſociare, conjugare, par pari jungere. HELVIGIUS cuncta revocat ad Heb. *chabbar* conſociatus eſt.

PARADIS, paradiſus, *παράδεισος*. Vox a Francis adoptata. OTFRIDUS Lib. II. cap. VI. 75.

Deta unſih uruuiſe
Fon themo Paradyſe.

Vertit Cl. SCHERZIUS:

Fecit nos extorres
E paradiſo.

Proprie eſt hortus, ab Heb. *pardes*. Arabibus hortum etiamnum appellari *firdeus*, ſcribit RELANDUS in Diſſ. de vet. L. Perſ. Verba quoque veterum, quoties ſuo ore loquuntur, hortum voluptatis & campum Elyſium indicant. SOMNER. in Dict. Angloſax. *neorxna-wang* paradiſus, campus Elyſius. Gloſſ. Boxh. *uuunnigarto* paradiſus. OTFRIDUS loco cit. verſ. 22. *thes uuunniſamen feldes*, campi paradiſiaci.

PARK, locus ſeptus. Vide *Pferch*.

PARTIEREN, proprie eſt negotiari, nempe merces emere & vendere per *partes*, interprete MARTINIO. Inde Latino-Barbaris *particus* & *particarius* mercator tabernarius, qui minoris emta a magnariis, carius per partes vendit. Gloſſ. Iſid. *particus, negotiator, qui (per) partes vendit, qui inſtitor & agomanus dicitur, eo quod in diverſa manus agat.* Cujusmodi Græcis dicitur *τιμαχιστὴς*, a *τίμαχος* fructum, obſervante GRÆVIO in notis. Poſtea verbum vituperari cœpit ob fraudes & impoſturas arillatorum & inſtitorum, fato multis vocibus communi, in quibus ex optimo ſenſu culpa hominum ſæpe natus eſt peſſimus. Inde *partieren* fraudes agere, *partiten-macher* machinator fraudum.

Quæ

Quæ certe non ſunt a Lat. *partiri*, quia dividere non eſt decipere.

PARTISAN, haſta lato ferro. Gall. *pertuiſanne*, Ital. *partigiana*, Suec. *bartiſan*. A *pertundo* derivat MENAGIUS, quod non placet FERRARIO, qui mavult inter ignota referre. Sed neutro opus eſt refugio. Nam *barte* eſt ſecuris, a *barte* fit *bardike* ſecuricula, a *bardike barducium*, vox Cedreni apud MARTINIUM, a *barducium partuiſanne*, auctoribus Gallis.

PASS, propoſitum, *dat komt zu paß* hoc venit ad propoſitum. Idem Belgis *pas*. Utrumque a Gall. *propos* per aphæreſin, & hoc a Lat. *propoſitum* per apocopen. A *paß* vulgus formavit *paſſen* quadrare ad propoſitum, & hinc Anglis *pat* appoſitus, idoneus, accommodus, & non a Lat. *aptus*, nec a Græc. ἁπαντᾶν occurrere, etiamſi oppoſita ſint apta, & ſæpe fortuito oblata.

PASS, paſſus. Belg. *pas*, Angl. *pace*, Gall. *pas*, Ital. *paſſo*. Cuncta ad modulum Latinæ vocis.

PASS, gradus, mollis inceſſus equi. Ital. *paſſo*. Dictio ſynecdochica, qua paſſus ponitur pro molli paſſu. Inde *paßgænger* equus gradarius, qui leni paſſu incedit, nec ſuccutit, ſed crura molliter explicat, ex deſcriptione FERRARII. In quo compoſito *gænger* eſt ambulator, ab obſoleto, ſed omnibus veterum Dialectis uſitato verbo *gangen* ire, incedere. Similis nomenclatura eſt, quando idem equus Hiſpanis vocatur *ambulador*, Gallis *ambler*, ab ambulando. Vox Perſica *paſach*, quamvis ſono ſimilis Germanicæ, revera diſſimilis eſt. Notat enim celeripedem, non gradarium. Hinc equus Cyri vocatur *paſaces* apud PLUTARCHUM in Artaxerxe, i. e. pedibus agilis, interprete RELANDO in Diſſert. de vet. L. Perſ.

PASS, quatenus eſt verbale a *paſſen* tranſire, ſignificat quantum poteſt, *tranſitum*, *trajectum*, *aditum* & *locum anguſtum per quem tranſitur vel tranſeundum eſt*. Galli & Angli dicunt *paſſage*, Itali *paſſagio*, Latino-Barbari *paſſagium*.

PASS, litteræ commeatus. Apocopatum e *paßport*.

PASSAU, Urbs ad Æni confluentem, a cohorte *Batavorum*, quæ Romanis militabat, & ſua ibi caſtra habebat, ſic dicta, & non a *paß* trajectus. Vide CLUVERIUM in Vindelicia cap. 4.

PASSEN, obſervare. Proprie intueri, reſpicere, a Gr. ὄψ oculus, transpoſitis literis. Inde *aufpaſſen* cum cura obſervare, diligenter attendere, *paß-auf* obſerva, attende.

PASSEN, in inſidiis eſſe, obſervare invadendi vel capiendi cauſa. Idem verbum, ſed in malam partem acceptum. Inde *aufpaſſen* inſidiari, inſidias ſtruere tranſeunti. Utimur etiam de inſidiis, quæ feris ſtruuntur. VEREL. in Ind. *baſa* inſidias feris tendere. Simile verbum ab oculo formatum vide in *ſpæhen* ſpeculari, oculis inſidiari.

PASSEN, quadrare. Vide *Paß* propoſitum.

PASSEN, tranſire. Angl. *to paß*, Gall. *paſſer*, Italis & Latino-Barbaris *paſſare*. Omnibus placet origo a *paß* paſſus. Quod etiamſi ægre admitti poſſit, quia tranſire plus eſt quam paſſus facere, dici tamen de tranſeuntibus potuit per ſynecdochen generis, quia expanſis cruribus greſſum promovent. Hodie dicimus *paſſeren*, Italos imitando, ſed a ſimpliciori *paſſen* habemus *paß* tranſitus, trajectus, & reliqua.

PASSEN, in ludo chartarum vel idem eſt quod tranſire ludum metu damni, vel idem quod *pauſen* ceſſare, quieſcere.

PASS-PORT, libellus commeatus. Angl. *paßport*, Gall. *paſſeport*, Ital. *paſſaporto*. Vulgo ducitur a *portus* vel *porta*, quaſi eſſet tranſitus per portum vel portam, quod literis minime convenit. Potius eſt *auxilium tranſitus*, a *paß* tranſitus, & Cambro-Britannico *porth* auxilium, ſubſidium, & dicitur de literis commeatus, quia liberum tranſitum juvant teſtimonio. Nam hoc auxilio deſtituti tranſire non poſſunt.

PASTINAK, paſtinaca. Civitate donatum a Francis. Gloſſæ Pezii: paſtinacum *peſtinahc*.

PATE, pater luſtricus, *paten-geſchenk* munus luſtricum. An a *patina* baptismali? Ita tradit LOCCENIUS in Antiq. Sueo-Goth. Lib. I. cap. 3. Mallem a *pater* vel *patrinus*, ut *dotte* vel *tottle* a *tatta* parens.

PATSCHEN, percutere. Græc. πατάσσω. Utrumque in forma frequentativi ab antiquiori *batten* percutere, ferire, de quo ſupra. Inde *patſchhand* manus complola, *fliegen-patſcher* muſcarium, *peitſche* flagellum, *karbatſche* ſcutica.

PATSCHEN, lutum quatere incedendo. Vel idem eſt quod antecedens, vel frequentativ. a *pedden* pedibus calcare. Quamvis etiam a ſono fictum eſſe poſſit.

PAUCKE, tympanum. Cum ſimplex eo ſenſu non occurrat apud veteres, Lectorem ad compoſitum *herpaucke* remitto.

PAUSE, quies, intermiſſio motus, *pauſieren* quieſcere, ceſſare. Lat. Barb. *pauſa* & *pauſare*. Græcis παῦσις a πάυεσθαι definere, finire. Inde Gallis *repoſer* quieſcere.

PAUSTEN, ſufflare, *ihr pauſtet wort die mich verzagt machen ſollen*, ſpiratis verba deſperationis, Hiob. VI. 26. Originationem vide in *bauſen* & *buſten*. A *pauſten* fit *pauſt* turgidus, *pauſt-back* bucca inflata. A *pauſt* rurſus fit *pauſten* inflare buccas.

PECH, reſina ex pinu vel abiete decocta. Græcis πίσσα & πίττα, Lat. *pix*, Cambria *pyg*, Armor. *pec* apud PEZRONIUM, Anglo-ſax. *pic*, Francis *beh*, Belg. *pek*, *pik*, Angl. *pitch*, Lancaſtrenſibus *picke* apud SOMNER. Gall. *poix*, Hiſp. *pez*, Ital. *pegola*, Sclavon. *pekal*. Quamvis omnia ſint Græcæ originis, ut pridem Eruditis obſervatum, alia tamen rectius ducuntur a πίσσα, alia a πίττα, quia T. etiamſi repugnare videatur, in omnes gutturales mutabile eſt. OTFRIDUS in Epilo-

go

go ad monachos S. Galli verſ. 47. de pœnis damnatorum in inferno:

Thar thultent beh ſilu heiz,
So ih iz alles uuio ni ueiz.
Ubi torrentur pice ferventiſſima,
Incomprehenſibilibus modis.

Differunt autem *beh* & *bech* ſtylo Francorum, quamvis ſono conveniant. Illud *picem*, hoc *tenebras* ſignificat. Poſteriorem ſignificatum ſupra produxi in loco, & tanquam obſcurum absque nota dimiſi, quia tunc non occurſabat animo, quod Græcis πηγὸς ſit niger. Si SCHILTERUM & alios ſequamur, ſilva prope Francofurtum, quæ hodie SPESSART, a pice nomen trahit, & ſic dicitur, quaſi *ſpeches-hart* ſilva picis. Sed vereor, ne cum illis decipiamur. Nam *hart* pro ſilva gratis aſſumitur.

PEDAL, pars organi muſici, quæ pedibus calcatur, a *pedden* calcare. Cambris *pedol* eſt ſolea ferrea, ſolea equina, ex eodem fonte.

PEDDEN, ire, meare, incedere. Obſoletum, ſed a vetuſtiſſimis Linguis uſurpatum. Hebræis *paſa* eſt incesſit, *peſa* paſſus, greſſus. Græcis φοιτᾶν, πατεῖν, βατεῖν, ire, ambulare, vadere. Armoricis *bet* ivit. Latinis *vadere* ire, *Romam petere* Romam ire. Iisdem ſive pure ſive barbare loquentibus *repedare* eſt remeare, & inde *peda* veſtigium humani pedis apud FESTUM. Cuncta a Celtico *pedd* pes. Quod cum eodem pene ſono in vetuſtiſſimis linguis reperiatur, forte haud immerito ad reliquias Linguæ primigeniæ retuli in voce *fuß*.

PEDDEN, pedibus calcare. Ex eodem fonte. Verbum ſiſtit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 471. imo etiam STILERUS in Theſ. L. Germ. pag. 1417. Indicium vetuſtatis præbet Lex Salica Tit. XXVIII. 4. *Si quis fœminam ingenuam gravidam trabattit.* Ubi *trabattire* ECCARDO eſt ire ſuper aliquem, pedibus conculcare. Præfixum *tra* reſpondet particulæ inferioris Saxoniæ *ter*, & hoc loco ſenſum intendit. Ad familiam verbi ſpectat *boden* ſolum, pavimentum, quia calcatur, & multorum judicio etiam *padde* bufo. Omnibus cognatum videtur Hebræum *bos* pedibus conculcavit.

PEDELL, apparitor academicus. Latin. Barb. *bedellus*, Gall. *bedeau*, Ital. *bidello*. Non a *pedo* ſeu baculo, quem geſtat, nec a *pedibus*, quod Rectoris ſit pediſſequa, & multo minus a *büttel* lictor; ſed ab Angloſax. *bedel*, *bydel*, quatenus *nuncium* ſignificat. De voce Angloſaxonica, ejusque uſu & ortu vide plura in *büttel* apparitor.

PEIN, ſupplicium, ultio, vindicta. Græc. ποινὴ, Lat. *pœna*, Camb. & Armor. *pœn*, Angloſax. *pin*. Hinc porro pœnas ſumere Græcis dicitur ποινᾶν, Lat. *punire*, Angloſax. *pinian*, Francis *pinon*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XIX. 48. *So uuoltun ſie nan pinon*, volebant eum punire. Id eſt, ſupplicio afficere lapidando. Hodie dicimus *pön*, ſed a *pein* derivamus *peiniger* carnifex, vindictæ publicæ miniſter.

PEIN, dolor, cruciatus. A Græc. πόνος, quod primo laborem, poſtea omnem moleſtiam denotavit, familiari omnium linguarum inſtituto, quo verba laboris ad quascunque perpeſſiones traducuntur. Cambri eodem ſenſu dicunt *pœn*, Franci *pina*, Galli *peine*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XV. 89. ſeq.

Joh uuuntont ſela thina
Bitturu pina.
Et vulnerabit animam tuam
Acerbus dolor.

A *pein* porro eſt *peinen* torquere, cruciare, quod hodie effertur *peinigen*, frequentative.

PEISE, ſpecies lini optimi & candidiſſimi. DIECMANNUS in Spec. Gloſſ. pag. 56. „In Bibl. Germ. ant. *byſſus* eſt *peiſe*, Prov. XXXI. 22. Luc. XVI. 19. *peiſeim gewand* byſſina ſtola, Gen. XLI. 42. Quæ vox ex *byſſus* detorta videtur.“ Hæc ille, & recte. Extat & *byſſau* pro linteo pretioſo in Cod. Arg. Luc. XVI. 19. In reliquis Dialectis ſignificat purpuram. SOMNER. in Dict. Angloſax. *baſu* purpura, *baſuian* purpura veſtiri.

PEITSHE, flagrum, flagellum. Verbale a *patſchen* cædere, percutere. A *peitſche* rurſus fit *peitſchen* flagellare, flagris cædere.

PEKELHERING, halec ſalita. A muria vel ſale, quod Græce dicitur πηγὸς, Belgice *pekel*.

PELZ, pellis, *pelzen* pelliceus. BENSONIUS: *pylce* toga pellicea, *pylece* pelliceæ. Gloſſ. Pez. melotem *pelliz*, *robe*. Melota autem eſt pellis ovina, a μῆλον ovis. Anglis *a pilch*, Gallis *peliſſe* & *peliſſon*. Veteres inter *pelz* & *fell* nullam videntur collocaſſe differentiam. Nam zona pellicea Johannis Baptiſtæ Marc. I. 6. Gothis dicitur *gairda ſkleina*, Angloſax. *fellen gyrdel*, TATIANO *fellina bruoh* cap. XIII. 11. Et revera utrumque ad eandem radicem referri poteſt. Vide ergo dicta in *fell* pellis.

PERL, unio. Gall. *perle*, Lat. Barb. *perla*. Gloſſ. Pez. unio *perala*. Vocabularium Noëlianum: *perl* enola. Ubi SOMNERUS pro enola legit *gemmula*, *lunula*, *muræna*. Olim deduxi a Latin. *ſphærula*. Sed nunc magis aſſentior MARTINIO, cui *perle* eſt ipſum diminutiv. *beerle* baccula. Favet huic origini, quod unio Latinis paſſim vocatur *bacca*. HORATIUS Lib. II. Sat. 3.

Filius Æſopi detractam ab aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidum exſorberet, aceto
Diluit inſignem BACCAM.

OVIDIUS Met. Lib. X.

- - - *Ornat quoque veſtibus artus,*
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo,
Aure leves BACCÆ, *redimicula pectore pendent.*

AUSONIUS in Moſella:

Concharum germina BACCAS.

Unde Latinis ſit unio, eleganter explicat PLINIUS Lib. IX. cap. 35. *Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti: Unde nomen* UNIONUM *Romanæ ſcil. impoſuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, ne apud Barbaros quidem inventores ejus aliud quam* MARGARITÆ. Ubi notandum, quod nomen MARGARITÆ ad voces Barbaras referatur a PLINIO. Et recte omnino. Nam Barbari noſtri unionem vocant *meregrot* in Evang. Angloſax. Math. XIII. 45. & *merigroz*, in Harm. Evang. Tatiani XXXIX. 8. Unde? niſi a *mer* mare, & *grut* lapillus, de quo ſignificatu actum in *Gries*. Ut adeo *margarita* interpretatione Barbarica ſit *lapillus marinus*. Marinus autem dicitur a mari rubro. MARTIALIS Lib. IX. Epig. 3.

Splendet Erythræis pellucida mœcha lapillis.

SILIUS ITAL. Lib. XII.

Lucet in aure lapis rubris advectus ab oris.

Latini etiam *inaures* vocant, quia ab auribus pendent. Nam ad hoc excogitata ſunt aurium vulnera, ut ait TERTULLIANUS, imo PLINIUS ante eum.

PERRUKE, *perrüke*, coma aſcititia, capillamentum ſutile. STILERUS ſcribit *barüke*, & interpretatur velum capitis. „Eſt enim, „inquit, *bar* caput, & *hüke* peplum. In LL. „Longobard. appellatur *walabautz*, eodem „etymo. *Wala* enim caput ſignificat, & „*bautz* ornatum ſive peplum. Hinc *anpu-„tzen* ornare ſe. Vulgus a Gallis deceptus „ſcribit *perrüke*, dicunt enim Galli *perruque*. „Sic noſtra ſpernimus, aliena ſtulte amplexamur.“ Hæc ille, quamvis præter rem vulgo iratus. Nam *bar* nusquam ſignificat caput, nec *hüke* peplum. Quamvis enim SOMNERUS ex vocabulario D. hoc eſt, *Deuueſiano*, hanc Gloſſam afferat: *bicæ* paruca. Addit tamen, *non liquet*. Fortaſſe, inquit, *perruqua*, i. *galericulus*. Dicit præterea, Anglis *huke* calyptram denotare. Sed in meo Lexico *huke* eſt palla, toga. Hactenus igitur & *bicæ* & *paruca* eſt *vox incertæ notionis*, prout optime judicat CANGIUS. De voce Longobardica alibi videbimus. Illa, de qua nunc agitur, omnino exotica eſt, & ex Gr. πυῤῥιχος fulvus formata, quod prima capillamenta aſcititia eſſent flavi coloris, & ex capillis Germaniæ conſuta & contexta. Nihil enim magis in admiratione erat apud Romanos, quam flammeum caput Germanorum. TACITUS cap. IV. de M. G. *Habitus corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus, truces & cærulei oculi, rutilæ comæ.* Has comas captivis detondebant Romani, detonſasque Romam mittebant ad illuſtriores fœminas vel amicas, quæ inde galericulos ſuos concinnabant. OVIDIUS ad puellam:

Jam tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphatæ munere gentis eris.

Confer Capita Auguſtarum in Nummis, & locum TERTULLIANI cap. 7. de Cultu fœminarum. Nonſolum autem mulieres, ſed ſæpe etiam viri hoc capitis geſtamine delectabantur. Diſerte HERODIANUS de Caracalla Lib. IV. cap. 7. *Flavam capiti cæſariem impoſuit ad modum tonſuræ Germanicæ.* Hujus autem modi inventores erant non ipſi Germani, ut neceſſe ſit nomen ab illis repetere, ſed potius Romani, naturam in Germanis arte imitati, cum vellent parere auricomi. Quid ergo mirum, rem exteram externo nomine appellari?

PERSON, perſona. Hæc quoque vox exotica eſt, & non niſi per multas & operoſas nugas Germanis vindicari poteſt. Sumpta autem eſt e ſcena, & inde in forum & vitam communem deducta, de qua multi multa prodidere. Germanis ſero venit in uſum. Nam priſcis illis perſona dicitur *heit*, ut demonſtravi in PROL. Sect. VI.

PETERSILGEN, petroſelinum. A Francis civitate donatum, ut alia multa. Gloſſ. Pez. petroſelinum *pedarſil*. Saxones eandem herbam apium ſaxatile vocant, plane ut Græci πέτροσέλινον, quia in locis petroſis ſponte naſcitur. Gloſſ. Ælf. pag. 63. petroſilion *ſtan-merce*.

PETSCHAFT. Vide *Pitſchaft*.

PETZE, ſcortum. Cambris *puttain*, Gall. *putain*, Hiſpanis & antiquis Septemtrionalibus *puta*. VEREL. in Ind. *puta* ſcortum, meretrix, *putaborinn* ſpurius, *putnahus* fornix, meretricum cellæ, *putnamadur* mœchus, ſcortator. Cuncta, mutatis labialibus, a Lat. *futuo*.

PFAD, ſemita, via trita. Angloſax. *paad*, *path*, *pæth*, Franc. & Alam. *pad*, *fad*, Belgis *pad*, Græc. πάτος. Gloſſ. Boxh. trames *fadh*. OTFRIDUS: *pades ſuazi* viæ dulcedo, Lib. I. cap. XVIII. 93. *ander pad* altera via, ibid. 110. Refer ad *pedden* pedibus calcare, cujus antiquitatem ſupra oſtendi.

PFAFF, ſacerdos, & quivis e Clero. Gloſſ. Pez. in cleris *in phapho*. Factum a ſimpliciori *pape* ſacerdos, & hoc a *papa* pater. Hodie apud Proteſtantes vileſcit, olim vero in ſummo honore fuit. Nec ullo magis vocabulo ſuam erga res ſacras venerationem teſtari poterant majores noſtri, quam ut eos, qui Sacris præſunt, appellarent *Patres*. Vide plura in *Pape*.

PFAFFHEIT, ordo Clericorum. Jus prov. Alam. cap. 371. 6. *ditz geriht ſol uor der pfaffhait geſchehen*, hujus rei cognitio debet in Judicio Eccleſiaſtico inſtitui.

PFAL, ſtipes, ſudes. Angloſax. *pal*, Franc. *phal*, Belg. *paal*, Suec. *pæla*. Gloſſ. Pez. palum

lum *phale*. A Lat. *palus*. Aliam vocem habes in *ſtapel*.

PFAL, ligo, inſtrumentum foſſorium, Latinis conſono vocabulo *pala*, Cambris *pal*, Gall. *pelle*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *pal* pala, ligo, *palu* paſtinare, fodere. PLINIUS Lib. XVIII. cap. 6. *Juncoſus ager verti pala debet*. Verba Plinii me ducunt ad πολεῖν vertere terram, unde Græcis δίπολος & τρίπολος ager bis aut ter aratus.

PFALBURGER, *pfalbürger*, cives quidam ab Imperatoribus Friderico II. Ludovico IV. Carolo IV. civitatibus proſcripti. Vox male habuit interpretes, de qua dicere licet, quod S. AUGUSTINUS de ſomniis in Dialectica Cap. 6. *Ut ſomniorum interpretatio, ita verborum origo pro cujuſque ingenio prædicatur*. Quidam ignorantiam ultro fatentur. Aliis ſunt falſi cives, ut *balmond* falſus tutor. In qua ſententia verſatur FREHERUS. Certum eſt, non fuiſſe cives veros, & intra mœnia habitantes, ſed tamen civium inſtar in fidem & patrocinium Civitatis receptos, in fraudem & præjudicium legitimi Domini. Et hactenus etymologia Freheri non caret veriſimilitudine. SCHILTERUS in Gloſſario Teutonico videtur exiſtimaſſe, id genus civium, qui novam civitatem priori ſuperinduxerant, ortum eſſe ex hominibus propriis & colonis rebellibus, & ideo variis nominibus appellatos eſſe, *usbürger* extraneos, quod in villis habitarent, quamvis in numero civium recepti, *ſchauſelbürger* ab inſtrumento foſſorio, *pflugbürger* ab aratro, *pfalbürger* a pala. Operæ pretium eſt, imaginem iſtorum hominum ex *Aurea Bulla* Caroli IV. hic ſiſtere, ut ex ipſa deſcriptione, ſi fieri poſſit, ad cunabula vocis paretur aditus. En verba IMPERATORIS: *Ceterum, quia non nulli cives & ſubditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, ſicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum originariæ ſubjectionis querentes abicere, ymo auſu temerario contempnenter in aliarum civitatum cives recipi ſe procurant, & frequentius in præterito procurarunt, & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude preſumpſerunt vel preſumunt deſerere, terris, civitatibus, opidis & villis corporaliter reſidentes, Civitatum, ad quas hoc modo ſe transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defenſari contendunt, qui in partibus* ALAMANIE PFALBURGER *conſueverunt volgariter appellari; quoniam igitur patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatorie poteſtatis plenitudine, omnium Principum Electorum Eccleſiaſticorum & ſecularium ſano accedente conſilio, ex certa ſcientia ſtatuimus, & in præſenti lege perpetuo valitura ſancimus, quod predicti Cives & ſubditi, eis, quibus ſubſunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis, & provinciis ſacri Imperii a preſenti die impoſterum, Civitatum, in quarum cives tali fraude recipi ſe procurant, vel hactenus procurarunt, juribus & libertatibus in nullo penitus potiantur, niſi ad hujusmodi Civitates corporaliter & realiter tranſeuntes, ibique larem ſoventes, continue & vere ac non ficte reſidentiam facientes, debita onera & municipalia ſubeant munera in iisdem*. Ex his Sanctionis Carolinæ verbis videtur elucere, eos, qui in partibus Alamanniæ *pfalburger* vocantur, nomen a patrocinio civitatum potius, quam aliunde adeptos eſſe. Cauſam dictionis optime aſſecutus eſt vir quidam doctus, qui in Actis Erudit. Lipſ. Cal. Sept. 1734. pag. 412. hæc verba poſuit: *Quidſi in poſterum dicamus, vocem deſcendere ab antiquo pfehlen, hodie befehlen ſive empfehlen, quod eſt in clientelam & fidem ſe commendare? Certe hoc naturæ rei propinquum eſt maximeque conſentaneum*. Huic conjecturæ qua meliorem hactenus non vidi, libens ſubſcribo, & Lectorem ad verbum Alamannicum *befelben*, & ad *Weſtfalos* remitto. Si quis tamen ex monumentis idoneis ſæculi XIV. aut XV. oſtendere valeat, eosdem cives & *ſchauſelbürger* & *pflugbürger* appellatos eſſe, etymon a ligone petitum propter analogiam cæteris præferendum erit.

PFALZ, locus editus, turris, ſpecula, caſtrum. Latinis *fala*, *phala*. Papias apud CANGIUM in voce: *Phalæ dicunt ligneas turres*. Guibertus eodem citante: *Duo jubentur inſtitui lignea caſtra, quæ nos ſumus ſoliti vocare Phalæ*. MARTINIUS in Lex. Philol. *falæ turres ligneæ*. SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 654. *phala* caſtellum ligneum. Quod ibidem male ponitur ſub voce *pfal* palus vel pala, tanquam a palis & ſudibus ſit derivandum. Nam *Falæ ab altitudine dictæ* FESTUS auctor eſt. Et res ipſa cogit. Nam turres & caſtella non ſunt pali, ſed ſtructuræ aſſurgentes. Et Islandis *fiall* eſt mons, Latinis *palatium* locus editus, domus & mons, Hetruſcis *falantum* cœlum. Cuncta, uti patet a celſitudinis notione. Et hujus affinitatis eſt quoque *pfalz* turris, quo ſenſu etiamnum perennat in Palatinatu, ubi turris quædam vel arx in medio Rheno extructa vocatur *pfalz*. Senſum a conſpicuis petitum, & ad edita translatum eſſe, probabiliter oſtendi in *alp* mons.

PFALZ, aula, palatium, domus principis. Gloſſ. Boxh. *hof*, *falanza* aula. Dicitur etiam *palinza* & *palice*. Teſtimonia vide apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 655. Vulgo duci ſolet a Lat. *palatium*, quaſi Franci hoc nomen civitate donaſſent, ut regiæ Francorum ſplendorem conciliarent. Sed veroſimilius eſt, primos Francorum reges in ejusmodi caſtellis ligneis, paulo ante memoratis, habitaſſe, & poſtea ſcena mutata priſtinum nomen Palatio Regis adhæſiſſe. Et huc etiam nos ducit aliud ejusdem Palatii nomen, a ſtructura lignea deſumptum, quod vide in *ſtapel*. Tale caſtellum videtur fuiſſe *Caſtrum Dispargum*, ſedes Regis Clodionis, apud GREGORIUM Turon. Lib. II. cap. 9. Nomen a Francis cum ipſo imperii jugo ad Saxones veniſſe videtur. Hinc illis *palant*, *palent* palatium, *palentlic* palatinus, apud SOMNER. & BENSON.

PFALZ, curia, prætorium, locus judicii. A domo principis appellationem deinceps ad omnes *curias regales*, quæ vel Misſis regiis excipiendis, vel Judiciis publice tenendis, per omnem regni Francorum amplitudinem extructæ fuerant (quarum amplisſimum Catalogum exhibet CANGIUS in voce *Palatia*) perveniſſe, res ipſa docet, & colligitur ex OTFRIDO Lib. IV. Cap. XX. 5. 6. ubi prætorium vocatur *palinzhus*.

Giang er ſelbo ingegin uz
Thar zi themo palinz hus.
Vertit SCHILTERUS:
Ibat hic ipſe obviam foras
Ibi ad prætorium.

Inde eſt, quod etiamnum hodie in multis illuſtribus locis, præcipue Auguſtæ Vindel. & Argentorati, Curia vocatur *pfalz*.

PFALZ, palatinatus. Vide *pfalz-graf*.

PFALZ-GRAF, comes Palatii. Haud dubie ſic dictus, quod intra Palatium regium officio ſuo fungeretur, dum reliqui Comites, vel in provinciis, vel in finibus imperii, munia ſua obirent. Quantæ fuerit dignationis in Aula Francorum, vel hinc patet, quia cauſas forenſes, quæ Regis deciſionem exigebant, vel expediebat ipſe, vel ad Regem deferebat. Officium ejus deſcribit HINCMARUS in Opuſc. de Ordine & Offic. Palatii cap. 21. *Comitis Palatii inter cætera pene innumerabilia, in hoc maxime ſollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium Palatium aggrediebantur, juſte ac rationabiliter determinaret, ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret &c.* Horum ſeriem ab ipſis Francorum Regum incunabulis diligentiſſime contexuit CANGIUS in Gloſſ. Hodie eſt nomen & titulus Electoris Palatini ad Rhenum, a quo ipſa regio *Palatinatus* dicitur, vulgo *die Pfalz*.

PFALZ-GRAF, comes palatinus, non ipſius palatii, ut antecedens, ſed curiæ regalis alicujus provinciæ, ubi nomine Regis jus dicebat. Differt a Comite Palatii, officio & dignitate. *Comes Palatii* unus tantum erat, & ſummis viris æqualis: plures autem *palatini*, nec ſemper ex ordine Principum lecti. Spec. Saxon. Lib. III. art. 53. *Jewelk Düdeſch lant hevet ſynen Palantzgreven, Saſſen, Beyeren, Francken, vnn Schwaven, die waren alle Konigrike:* Quælibet terra Germaniæ habet ſuum Comitem Palatinum, Saxonia, Bavaria, Franconia, & Suevia, quæ totidem erant Regna. Spec. Suev. cap. 129. *Ein ieglich Margrafe und Pfaltzgrafe* (inſcriptio capitis habet *Pfallentzgrafe*,) *haunt ſi auch nit fürſten amptez* &c. Quilibet Marchio & Comes Palatinus, etiamſi non ſint inveſtiti de officio Principis. Ex Verſione Cl. SCHERZII.

PFAND, pignus. Vox a Francis & Alam. relicta. Gloſſ. Boxh *pfantun* pignora, *fant* arrabon, pignus. Gloſſ. Pez. veſtimentis pignoratis *in giuuattun zi phanta ginomann.* BECANUS deduxit a *band*, quia pignus eſt vinculum fidei: MARTINIUS a *pendo*, quia penditur ut obliget. Neſcio, an his etymologiis opus ſit. Nam primo fuit *wad* & *wette*, quæ vide: poſtea *fant* & *pfant* per epenthelin.

PFÆNDEN, pignori capere. Quod fit, quando res alterius capiuntur ſecuritatis gratia, ſive ut ſtatim oppignorentur, ſive ut iſtis tanquam pignoribus alter ad præſtationem compellatur. Jus prov. Alaman. cap. LXIII. 4. *Suuer gewette oder buzz ze rehten ziten nit git, der fronbot ſol in pfenden, und ſol daz phant ze hant verſetzen oder verkauffen:* Si quis mulctam aut emendam non ſolvat juſto tempore, tum apparitor res ejus aliquas pignori capiat, captasque ſine mora oppignoret aut vendat. Hodie *pfænden* non ſolum *pignori capere*, ſed etiam *pignori dare* ſignificat, præcipue in compoſito *verpfenden*. Uterque ſignificatus fluit a ſubſtant. *pfand*.

PFANNE, vas culinarium. Gloſſ. Pez. patella *pbanna*, ſartaginem *phannun*, arula *gluotphanna*. Gloſſ. Boxh. *cluatfanna* arula. Gloſſ. Ælfrici: arula vel batilla *fyr panne*. Videtur quamvis capedunculam denotare, & derivari ab Angloſax. *fon* capere. Similiter a *faſſen* capere, omnis capedo, cujuscunque uſus ſit, appellatur *faß*, ut dixi in voce.

PFARR, diſtrictus Sacerdotalis. Gloſſ. Keron. dioceſin *farru*. Vocabulum a *parochia* per apocopen formatum.

PFAU, pavo. Angloſax. *pawa*. ERICUS vocem Latinam, unde Germanica orta, deducit a Gr. ἐπάων, ſectator, quia hæc ales eſt comes Junonis, & a Poetis *Junonia avis* vocatur.

PFEBE, cucumis Indicus. A Lat. *pepo* vel Græc. πέπων. Utitur Luth. Num. XI. 5.

PFEFFER, piper, πέπερι. Res & nomen exoticum.

PFEHLEN, tradere, commendare. Vide *Befelhen*.

PFEIFFE, fiſtula, arundo canora. Camb. *pib*, Angloſax. & Angl. *pipe*, Belg. & Suec. *pyp*, Gall. *fifre*, Ital. *piva*. MENAGIUS & FERRARIUS vocum ſuarum originem referunt ad Germ. *pfeiffe*. Nos noſtram referre poſſumus ad verbum *puffen* (*pfuffen*,) quod primo ſignificat flare, inflare, ventum facere, mox etiam ſonum edere, ut demonſtravi in loco. Utrumque convenit fiſtulæ, cum quia inflatur, & inflata ſonum edit, tum quia buccas vicisſim inflat, & ideo a Minera fingitur rejecta. Poſtea, ut fieri ſolet, vox aliis quoque rebus, quæ fiſtulæ non ſunt, fiſtulas tamen longitudine & cavitate referunt, aptari cœpit. Inde Cambris *pib* tubus, canalis, Belgis *pyp* tubus, canalis, tibia pedis & brachii, dolium vini Hiſpanicum, Hiſpanis *pipa* dolium oblongum, Gallis & Anglis *pipe* tubus & dolium, Germanis *pfeiffe* tubulus fictilis, *rücken-pfeiffe* ſacra fiſtula &c. Latino-Barbaris *pipa* vaſculum, cadus, item fiſtula, qua ſanguis dominicus hauriebatur, inter-

interprete CANGIO. De *Clerico pipæ* vide SPELMANNUM in *pipa*.

PFEIFFEN, tibia canere. Belg. & Sax. inf. *pypen*, Angl. *to pipe*, Suec. *pypa*, Lat. Barb. *pipare* apud CANGIUM. Verbum a ſubſt. factum. Allegorice eſt allicere. Inde Gallis *piper* allicere, decipere, ſenſu ab aucupio deſumpto. Nam fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

PFEIFFER, tibicen. Angloſaxon. *pipere*, Francis *pfifaro*, Sax. inf. *pyper*, Italis *fifaro*. Gloſſ. Theotiſc. apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 325. *ſuuegelara*, *pfifara* tibicines.

PFEIL, jaculum, telum miſſile. Vox generalis & omnibus miſſilibus communis, a *bolen* jacere, jaculari, facta. Dicitur in Dialectis (1) de ſpiculis. Inde Cambris *bilan* haſta, lancea, interprete BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. Islandis *flein* haſta bifida, apud VEREL. in Ind. Et huc etiam ſpectat *pilum* haſta romana, ad cujus jactum exercebantur milites. (2) de telis hamatis & alatis. Inde ſagitta Græcis βέλος, Angloſaxonibus *fla*, Belgis & Suecis *pyl*. JUNIUS vocem Angloſaxonicam ducit a φλάω contundo. Sed nihil in origine mutandum, quia *fla* & *flein* ex eodem, quo cætera, fonte prodire potuerunt. Primus ferro alas addidit *Apollo Hyperboreus*, & fortaſſe etiam primus nomen invento dedit, a notione jaculandi. Uſum hujus teli antiquiſſimum teſtatur *nomen Scythicum*, quod a ſagittandi peritia deſumptum. Sed de uſu Germanico dubitatur, cum ob CÆSARIS, TACITI, aliorumque ſilentium, tum quia PROCOPIUS & AGATHIAS de Francis inter Rhenum Albimque incolentibus diſerte ſcribunt, quod arcus & fundas non habeant, nec utantur. Unde Germaniam hoc genere teli caruiſſe, colligit CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. cap. 44. Quem ſequitur Cl. DITHMARUS in not. ad Tacit. pag. 34. Mirum autem fuerit, Gentem origine Scythicam, ſagittam & arcum ignoraſſe, præſertim cum ejus teli plura habeamus vocabula antiquiſſima, eaque domi nata, cujusmodi ſunt *arf*, *ſchaft*, *fluſch*, *eibe*, *ſtrol*, *bogen* &c. Hinc ſuſpicor, Germanos quidem arcum & ſagittas habuiſſe, ſed ea paucitate, ut *gladios*, *loricas*, *caſſides*, de quibus videndus TACITUS cap. 6. de M. G. poſtea vero omnium fuiſſe, quod ab initio erat paucorum. Hinc in Legibus Antiquis paſſim memorantur ſagittæ, tanquam tela militaria. Lex Sal. Tit. XX. 2. *Si quis alterum de ſagitta toxicata percutere voluerit.* Tit. XXXII. 4. *Si quis ſecundum digitum, quo ſagittatur, excuſſerit.* Lex Baiuvar. Tit. III. 13. 2. *Si quis liberum hoſtili manu cinxerit, quod Herireita dicunt, id eſt, cum 42. clypeis, & ſagittam in curtem projecerit* &c. Uſum ſagittarum in obſidionibus apud vetuſtiſſimos Francorum ex fragmento Sulpicii Alexandri apud Gregorium Turonenſ. Lib. II. cap. 9. obſervavit R. P. DANIEL in Hiſt. Milit. Gall. Lib. I. pag. 7.

PFEILER, columna, fulcrum ædificii. Gr. πύλη, Lat. *pila* & *falere*, Camb. *piler*, Gall. *pilier*, Hiſp. *pilar*, Lat. Barb. *pilare* & *pilarium*. Gloſſ. Pez. tres ordines *pilarna*. Vox ad modulum alicujus externæ, Græcæ, Latinæ vel Britannicæ facta, & e Germania prima vel ſecunda in noſtras regiones, ubi architectura ſerius effloruit, cum ipſa arte transmiſſa.

PFELL, *pfeller*, pannus pretioſus. VEREL. in Ind. *pell* textum pretioſum, alii byſſum interpretantur, *dyr pell* ejus generis texta pretioſiſſima, *pells klædi* veſtes ex tela ejusmodi, pretio & materia maximi æſtimata. Gloſſ. Pez. pallium *phellol*, pallii *phelloles*. Rhythmus de S. Annone Stropha XXVIII.

Her gébite ſinin holdin
Mit pellin ioch mit golte.

OPITIUS & SCHILTERUS legunt *perlin*, & vertunt *gemmas*, *margaritas*. Sed nihil in Lectione mutandum eſſe, ex Indice Vereliano optime oſtendit Cel. SCHERZIUS. Ipſe igitur ſic vertit: *Donabat amicos ſuos purpura & auro.* Quod tolerari poteſt, quia propius abeſt a veritate, etiamſi non ſit accuratum. Nam *pell*, & reliqua, proprie pannum ſericum ſignificant, non purpuram. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *pali* ſericum, ſyndon molliſſima. Inde Latino-Barbaris *pallium* pro panno ſerico ſæpiſſime apud CANGIUM, & ſupra in Gloſſa Peziana. Et huc etiam ſpectat *baldachin* tectum ſericum.

PFENNIG, *pfenning*, nummus. Angloſax. *penig*, *pening*, Franc. *phennig*, *pfenning*, Island. *peningur*, Angl. *penny*. Verſio Angloſax. Matth. X. 29. *hu ne becipath hi twegen ſpearwan to peninge*, nonne duo paſſeres aſſe væneunt? Gloſſ. Pez. ſtatere *phennige*, ſtateres *phennigo*. TATIANUS Cap. CXCIII. L de Juda proditore: *uuidarbrahta thie drizzug pfenningo*, retulit triginta argenteos. SKINNERUS derivationem inſtituit a Lat. *pecunia*, unde per metatheſin fit *penuc*, ſatis ingenioſe, an etiam vere, dubito. Mihi, qui Celticas origines ſector, videtur nummum capite ſignatum denotare, quales erant nummi Romanorum, vel ipſo Evangelio teſte Marc. XII. 15. 16. Nam *pen* lingua Cambrica & Armorica eſt caput, vertex, *pennog*, capitatus, *daupennog* biceps, a *dau* duo. Vide Lexicon BOXHORNII Antiquo-Britannicum, & patebit. Amicus meus mallet derivare a *pfanne* patella, ob cavitatem. Sed hæc figura non convenit niſi nummis bracteatis, qui cum ſint ætate inferiores cæteris, ſolidis inquam & denariis, ad declarationem vocis antiquæ nihil conferre poſſunt. LUNDIUS, qui Indicem VARELII notis & animadverſionibus auxit, vocem deducit a *pæna* cudere, ſignare. Sed non conſtat, qua lingua *pæna* id ſignificet quod voluit. Lego quidem in Indice VERELII, *pæntri*, *pænat*, cuſum, ſignatum, ab *pæna*, *uthslæ*, *uthslæggia med hammar*, *ortug pæntri* moneta ſignata, cuſa, *pentarar* qui varia metalla in bracteas cudunt, ut fabri æra-

rii, monetarii &c. Verum ſicut *pentarat* manifeſto eſt a *monetarius*, mutatis tantum labialibus: ita *pænat* a *moneta*, & non a verbo fictitio *pæna*, quod hactenus ex nullo auctore oſtendi potuit.

PFERCH, locus ſeptus. Vox Celtica. Armoricis *parc* idem quod *enclos*, teſte PEZRONIO in Ant. Celt. pag. 435. cum quo ſignificatu convenit idioma Angloſaxonicum, ſecundum quod *pearroc* eſt ſeptum, circus, clathrum, interprete SOMNERO & BENSONIO. SALMASIUS in Hiſt. Aug. pag. 483. *Parcum περίσολον, hoc eſt ſeptum nominamus.* Hæc prima vocis notio, & omnibus idonea ſenſibus, quibus nunc & olim affecta, nec aliunde niſi a *bergen* (quod Alamannis effertur *pergan*) arcere, munire, oriunda. De quo ampliſſimo verbi ſignificatu actum ſupra in loco. Dicitur antiquitus primo de granariis, ubi frumenta adſervantur. Lex Boiorum Tit. IX. cap. II. 2. *De illo granario, quod* PARCH *appellant, tribus ſolidis componat.* Deinde de ſepto, quo animalia domeſtica includuntur. Lex Angliorum & Werinorum Tit. VII. 1. *Qui gregem equarum in* PARCO *furatus fuerit, in triplum componat.* Denique etiam de vivario, in quo feræ, & præcipue cervi, damæ, Principum venationi deſtinatæ, nutriuntur & cohercentur. Lex Augliorum ibidem: *Hoc de* CERVO, *bove, vacca, ove, porco, judicatum eſt.* Scilicet ut triplum componat, qui cervum ex *parco* furatus fuerit. SOMNER. in Dict. Angloſax. *pearroc* ſaltus. VEREL. in Ind. *park* certæ ſylvæ circa villas regias, arces, aut civitates, venationibus Regis deputatæ, aliis prohibitæ. Primus ſenſus obſoleſcit. Altero utuntur Germani, quibus locus in agro vel ſilva ſeptus, ubi oves ſtabulantur, etiamnum dicitur *pferch*, teſte STILERO. Tertius viget extra Germaniam. Ita vivarium ferarum Belgis vocatur *perk*, Anglis *park*, Gallis *parc*, Italis *parco*. FERRARIUS vocem noſtram deducit ab inuſitato Latino *parco*, i. e. coerceo. Idem vocem Italicam petit a *palis*, hoc eſt, a ſudibus, quibus vivaria muniri ſolent, unde judicio ejus exiſtit *palicus, palcus, parcus*. Sed veroſimile non eſt, eam vocem habere peculiarem & a reliquis, quibuscum ſono & ſignificatu convenit, diſtinctam originationem, quicquid dicat Gloſſator Italicus, vir alias excellenter doctus, ſed Linguæ Germanicæ ignarus, qui dum peregrina omnia Latinæ, tanquam matri vindicare ſtudet, ſæpe in tricas delabitur. Veram radicem primus animadvertit ECCARDUS in not. ad Legem Ripuar. Tit. LXXXII. 2. niſi forte HUNGERUS, quem citat, jam præoccupaverit. A *parch* Latino-Barbari habent *parcus, imparcare, imparcamentum, parchetum, parcarius*, & ſimilia, quæ vide apud CANGIUM.

PFERD, equus. Varie effertur in Dialectis. Perſæ & Arabes dicunt *paras*, Cambri *farch*, & inde *cadfarch* equus bellicus, Belgæ *paard, paerd*, alii *ferd*. Quamvis hoc nomen in idiomate Saxonico & Francico non reperiatur, vetuſtiſſimum tamen eſt, & forte in Oriente a Scythis, in Occidente a Celtis proſeminatum. Nam ab his Dialectis optimum recipit ſenſum, & denotare poteſt *vehiculum* aut *vectorem*, ſive a *baren* portare, ſive a *faren* vehere derivetur. Utrumque convenit equo. Quid enim eſt equus, niſi feretrum vel vehiculum animatum, quod domitorem ſuum dorſo receptum vehit, aut res domitoris clitellis impoſitas? Utramque radicem agnoſcunt etiam Linguæ Orientales, & præcipue Perſica, in qua *borden* eſt ferre, & *ber* ferens. Utramque etymologiam firmat, quod idem nomen navibus & equis commune ſit in quibusdam Dialectis, quoniam utroque ferimur & vehimur tanquam vehiculo. Gloſſ. Pez. navigium *ferid*. VERELIUS in Ind. *far* equus, cymba, navicula, ſcapha. Denique etiam Latinis equus vectarius dicitur *veredus*, quaſi *veheredus*, quod rhedam vehat, auctore FESTO. Cum igitur res ipſa equo optime conveniat, & radices hunc ſenſum generantes ſint antiquiſſimæ, & forte ex primitiva hominum lingua ad nos usque derivatæ, nihil omnino obſtat, ut equo a ferendo vel vehendo nomen ſtatuatur. Græci inferiores ab Arabibus & Saracenis videntur accepiſſe *Φάρας*, quod illis equum Arabicum & generoſum ſignificat. Teſtimonia Achmetis, Nicetæ, & Leonis Imperatoris vide apud CANGIUM. Græcos imitati ſunt Latino-Barbari. Hinc in Latinitate medii ævi celebrantur *equi Farii*, & *Ferrandi*, & *caballi Al-faraces*, hoc eſt, ut CANGIUS interpretatur, & ipſum nomen declarat, equi Arabici & generoſi, & *Fariſea* equa celerrima & fortiſſima.

PFERSICH, malum *perſicum*. Fructus e Perſide advectus, & inde nomen.

PFETZEN, pungere, vellicare, incidere. Italis *pizzicare*. Utrumque a Francico *pizen, pizzen*, quod vide in *beiſſen*.

PFIFFERLING, fungus, ſpecies plantæ viliſſimæ, a natura ſufflatæ magis quam factæ, & inde nomen a *puffen* flare, ſufflare, ſive quia tota ventoſa & tuberoſa eſt, & veſcentes quoque inflat, ſive quia ſponte naſcitur e terra tanquam puſtula ex cute, unde Latinis quoque *tuber* a tumendo dicitur. Hinc ſcilicet Germanis *popferling*, & variante Dialecto *pfifferling* fungus, planta ventoſa, quaſi ſoboles flatus. Nam *ling* ſæpe eſt proles ejus rei cui affigitur, ut demonſtravi in PROLEG. STILERUS nomen fungi deducit a *pfeiffen*, quaſi tactus aut fractus ſonum edat inſtar fiſtulæ, quod experientiæ adverſum. Saxones fungos videntur dividere in eſculentos & ancipites. Colligo ex Gloſſario ÆLFRICI, ubi pag. 64. fungus vel tuber exponitur *mette-swam*, quod eſt a *mete* cibus.

PFIN, *pfinnen*, morbus ſuum. Vide *Finnen*.

PFIN, *pfinne*, clavus, clavulus, *ſchuhpfinnen* clavi crepidarum, *ſtulpfinnen* clavi ſellarum, apud STILERUM, in Theſ. L. G. A ſimpliciori *pin*, quod Belgis & Anglis clavulum paxil-

paxillum, & aciculum denotat. Sueci utuntur compoſitis, *pinnagla* clavulus, *pinswyn* hiſtrix, porcus aculeatus. Cuncta a Lat. *ſpina*, detracto ſibilo. Galli a *ſpinula* habent *eſpingle*, nos a Gallis *ſpingler* acicularius. Sed unde *ſpina?* Puto a *pennu* acutus, a quo etiam *penna*, *pennare*, & *pennatus*. ISIDORUS Lib. XIX. Orig. cap. 19. *Pennum antiqui acutum dicebant.*

PFIN, *pinn*, altus, eminens, excelſus. Celtica lingua *bann* & *fann*. Altus autem eſt in edito conſtitutus, & hinc eadem vox ſubſtantive *locum & perſonam ſuperiorem* ſignificat, ut mox patebit. Hunc ſignificatum, & verum & antiquiſſimum eſſe, pluribus oſtendi in *bann*, quod vide. Suſpicor eum oriri a Græc. φαίνω conſpicuum eſſe, vel ἀπὸ τοῦ a φανὸς clarus, quia alta ſunt maxime conſpicua. Translatio a lucido ad eminens Græcis quoque familiaris eſt, ut patet ex adj. φαλὸς, utrumque ſignificante.

PFIN, *pinn*, ſummitas. CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. pag. 188. *Excelſarum rerum ſummitates dicimus pinnen, & ſingulari numero pin.* Qua Dialecto, non addit. Nam alias ejusmodi ſummitates vocamus *zinnen*. Certum tamen eſt, hunc vocis ſignificatum veriſimum eſſe, & ab antiquis Britannis late proſeminatum. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *bann*, *fann* altus, procerus, excelſus, *pen* caput, cacumen, vertex, finis, extremum. Patet hinc, cur ſummitates murorum, templorum, aliorumque ædificiorum Latinis *pinnæ* & *pinnacula* dicantur, nempe, non ob aliquam ſimilitudinem, quod *pennis avium* in galeis militum ſimiles eſſent, ut MARTINIUS credidit: Sed quod Celtica lingua *bann*, *penn*, *pinn* adjective excelſum, ſubſtantive ſummitatem ſignificet. Latinos ab eodem primitivo formaſſe *peninus*, *penninus* & *apenninus*, ex dictis manifeſtum. Inde *Alpes penninæ* & *apenninæ* montes prærelti, faſtigiati, & in altiſſima culmina exeuntes, *Deus penninus* & *apenninus* Deus verticalis & *in ſummo Alpium ſacratus vertice*, ut diſerte LIVIUS Lib. 31. CLUVERIUS exiſtimat, hunc Deum fuiſſe Jovem Celticum, quem Germani *Pinn* vocant. Et pro hac ſententia ſtat, quod mons ille (hodie S. *Bernhardi*) Gallis & Italis etiamnum *Mont-Jou* & *Monte-Jove*, h. e. mons Jovis, perantiqua appellatione dicitur. MARTINUS vero fide MACROBII (Saturnal. Lib. I. cap. 21.) aliam divinitatem inde exſculpit, & ex Deo *Deam* facit *apenninam*, id eſt, taurinam, ab *Api* Ægyptiorum ſic dictam, Lib. II. de Rel. Gall. cap. 29. Sed qualiscunque fuerit hic Deus (credibile autem eſt Jovem fuiſſe,) nomen monti non dedit, ſed ab illo accepit, fuitque Deus mere localis a ſummo Alpium vertice ſic dictus. Nam nomina barbara, quoties tranſeunt in cognomina Deorum, ſolent a Latinis cuſtodiri, & Latina tantum terminatione veſtiri. Ita Sol in Lapidibus vocatur *Apollo grannus* a *grain* ſol, & *Apollo ſiannus*, a *ſonne* ſol. Et juxta hunc modulum Latinus Deum Jovem Celtica voce appellaturus diceret *Deus Pennus*, non *Penninus*. Idemque Deam taurinam vocaret *Apinam*, non *Apenninam*. Contra a *penn* vertex, faſtigium, ſummitas, recte & grammatice formatur *penninus*, & cum augmento initiali *apenninus*, i. e. verticalis & in ſummo cacumine conſtitutus.

PFIN, *pinn*, dominus. Gothis *fan*, Sarmatis *pany*, Cambro-Britannis *pen*. BOXHORN. loc. cit *pen* caput, dux, princeps. Dominum ab eminenti conditione ſupra alios ſic appellari, ex antecedentibus liquet. De hoc ſignificatu vide plura in *bann*.

PFIN, *pinn*, Jupiter, *pfins-tag*, dies Jovis. CLUVERIUS loc. cit. PEN, *ſive* PIN *fuiſſe Jovis apud priſcos Germanos nomen, juxta ego cum viris doctiſſimis arbitror.* Qua in re eum haud decipi, poſtea oſtendam in compoſito. Sic autem dictus eſt Jupiter, quaſi *dominus* per excellentiam, quod ſtulta opinio inter gentiles invaluiſſet, Jovem Saturni filium eſſe omnium, non mortalium tantum, ſed etiam Deorum regem & dominum.

PFINGSTEN, pentecoſte. Gloſſ. Keron. pentecoſten *fimfchuſtim*. An ſicut *oſtarn* ab *Eoſtra* Dea, ita *pfingſten* a *Pinno* Deo denominationem ſuam accepit? Non audet hoc affirmare quisquam. Et quis auſit, cum id nulla Grammatica ratione fieri poſſit? Adde, quod inter dies profanos & ſacros maxima ſit differentia. Illi, cum ſtante adhuc Deorum cultu pridem eſſent nuncupati, non poterant uſui vulgari ſubito eripi: hi vero cum ante eſſent ignoti, & noviſſime nominandi, non poterant nec debebant appellationes ſuas a Diis profligatis & ejeratis recipere. Sueci tamen Pentecoſten fidenter vocant *Pinges-dag*. Quod, quid aliud eſt, niſi dies Jovis? Contra vox Alamannica *fimfchuſtim*, unde hodierna haud dubie per aliquas mutationes formam ſuam accepit, ita concepta eſt, ut pateat, eam eſſe a *fimf*, *finf* quinque, & conſequenter contractam ex *finfzugoſto* quinquageſimus. Cur ab hoc numero Feſtum appelletur, nemini ignotum eſſe poteſt, qui noverit, Pentecoſten poſt quinque decades Paſchæ celebrari.

PFINS-TAG, dies Jovis. CLUVERIUS loc. cit. *Ab hoc itaque* PENNO, *ſive* PINNO, *id eſt, a Jove, quartus* (imo quintus) *ſeptimanæ dies dictus eſt primum Pensdag & Pinsdag, & ſuperiorum Germanorum aſperiore Dialecto Pfinſtag.* In notis Cl. SCHERZII ad Jus prov. Alam. cap. CCXLVII. 2. idem dies nuncupatur *pfingstag*, *phinztach*, *phinstag*, quia ſcil. N. facile attrahit G. & S. facile mutatur in Z. Ætas LUTHERI eundem diem adhuc appellavit *pfingſtag*. Exempla vide apud STADEN. in Explic. Voc. Bibl. pag. 473. Omnino a *Pfin* Jupiter, ut docet CLUVERIUS, & non a πέντε quinque, ut ſuſpicatur STADENIUS, etiamſi dies Jovis ſit quintus Septimanæ. Nam πέντε eſt numerus cardinalis, non ordinalis, & in conjunctione cum die denotare quidem poteſt ſpatium quinque dierum, nequaquam vero *diem quintum*,

quintum, ſicut in etymologia ſupponitur. Et tametſi quis dicere poſſet, *pinſtag* contractum eſſe e Gr. πεντάδικος quintus: nihil tamen proficeret. Nam dum *diem* & *Jovem* ſimul tollit, rationem reddere debet, cur cum dies omnes Septimanæ, & *dies* vocentur, & Dies a *Diis*, *Sonntag* a Sole, *Montag* a Luna, *Dienſtag* a Marte, *Wonsdag* a Wodano, *Donnerſtag* a Jove, *Freytag* a Friga, *Saterdag* a Saturno, cur inquam neceſſe ſit, ab his exemplis recedere, & diem Jovis ſibi fingere, qui nec *dies* ſit, nec *Jovis* eſſe poſſit? Olim duplex fuit ejusdem nominis dies, profanus & ſacer, civilis & eccleſiaſticus. Illum vocabant *pfinztag* abſolute, & erat quinta feria Septimanæ: hunc *den heiligen weichen pfinztag*, & erat ipſe dies viridium, qui hodie *der grüne donnerſtag*, prout Cl. SCHEAZIUS loc. cit. docet. Uterque differt ab illo ſolemni & anniverſario die, quem hodie *pfingſtag* appellamus, a *pfingſten*.

PFLANZE, planta. Gloſſ. Pez. novellæ *phlanzun*. Vox pluribus Linguis communis, & a Latinis acceptа, niſi forte tam illi, quam reliqui, ex vetuſtiore latice eam hauſerint.

PFLANZEN, plantare, cultura procreare. NOTKERUS Pſal. LXXIX. 10. *ſtanzotoſt ſine uuurzella*, plantaſti radices ejus. Idem Angloſax. *plantan* Luc. XX. 9. conſentientibus Belgis, Anglis, & omnibus in Europa populis, ſive verbum illud a Romanis, ſive una cum illis ex vetuſtiore lingua acceperint. Allegorice dicitur de ſobolis procreatione. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *planta* liberos creare, generare, *plant* liberi, filii, *plantos* parvuli. Eadem allegoria utimur in compoſito *ehepflanzen* liberi e legitimo thoro ſuſcepti.

PFLASTER, emplaſtrum, ἔμπλαστρον. Ab alterutro per aphæreſin.

PFLASTER, *plaſter*, gypſus, lutum, argilla, & omnis materia mollis ex qua aliquid fingitur. A πλάσσω fingo, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. luto *phlaſtre*. Belgæ dicunt *plaaſter* & *pleiſter*, Galli *platre*. Germanis obſoleſcit.

PFLASTER, ſtratum. Mutilatum e Gr. λιθόστρωτος lapidibus ſtratus, præpoſito digamma Æolico, quod abundat. Inde *pflaſtern* viam lapidibus munire.

PFLAUM, fructus pruni, Saxonica Dialecto *plum*. Gloſſ. Æliſ. in nom. arb. prunus *plumtreow*. A Lat. *prunum*, mutata canina in blæſam, judice HELVIGIO. R. & L. ſæpe permutantur, præſertim in vocibus ex una lingua in aliam migrantibus. Sic Latinis ex μύρτος fit *mille*, ex παῦρον *paulum*, ex λείριον *lilium* &c. obſervante JUNIO in notis ad Will. pag. 222.

PFLAUM, *pflaum-federn*, pennæ leviores & molliores. Cambris *plu*, *pluen*, *pluyn* apud BOXHORNIUM, Angloſaxonibus *plumfether* apud SOMNERUM & BENSONIUM. Cuncta a Lat. *pluma*.

PFLEGE, cura rerum & perſonarum. Contractum e Græc. φυλακὴ cuſtodia. Inde *pfleg-vater* tutor, pater legibus conſtitutus, qui curam gerit pueri alieni tanquam ſui.

PFLEGEN, curare, curam gerere ſive ſui ſive alterius. Rhythmus de S. Annone Stroph. 7. *daz her einir ſo herin ſtedi plegi*. Vertit SCHILTERUS: Quod uni tam præcellentium urbium præeſſet. Jus Prov. Alam. cap. 208. *wie ain hirte vihez pflegen ſol*, quomodo paſtor debeat curare pecudem. Syncopatum ex Græc. φυλαγὴν τῦ φυλάττειν, curam agere, cuſtodire, ſervare, recte judicante HELVIGIO. Auctores verbi civitate donati ſunt Franci & Alamanni.

PFLEGEN, ſolere, more ſolito agere. Rhythmus de S. Annone Stroph. 41.

Du her uff ſinem wagen lag,
Unt her ſines gebeddes plag.
Cum in curru ſuo cubaret,
Et more ſolito oraret.

Senſus a cura ad conſuetudinem traductus, quia homines ea ſolent facere, quæ illis maxime curæ ſunt. Inde Belgis *plegt* mos, *plegtig* ſolemnis, *pletiglyk* ſolemniter.

PFLEGEN, fidem obſtringere. Factum ab *obligare* per aphæreſin. Hodie quidem ceſſat, ſed priſtinus uſus colligitur, cum ex derivato *pflicht* ſponſio, obligatio, quod non aliunde rectius deducitur, tum ex vocibus Latino-Barbaris *plegius* fidejuſſor, *plegiare* fidejubere, & aliis ex eodem fonte oriundis apud CANGIUM, unde Gallis remanſit *plege* & *pleger* cautio & cautionem præſtare.

PFLEGER, curator cujuscunque rei, præfectus, præpoſitus, a *pflegen* curare. Gloſſ. Keron. præpoſito *flegero*. Inde compoſita, *land-pfleger* præſes provinciæ, quo utitur Luth. Luc. III. 1. *ſtadt-pfleger* prætor urbanus, *armen-pfleger* curator pauperum.

PFLEGER, curator pupilli, prodigi, furioſi, aut mente capti. Hoc ſenſu paſſim occurrit in Jure provinciali Alamannico Cap. 46. 338. 339. &c.

PFLICHT, fides, ſponſio, ſacramentum, religio, *in eid und pflicht nemen* in fidem & ſponſionem recipere. Refer ad *pflegen* fidem obſtringere.

PFLICHT, obligatio. Dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, ſponſio pro obligatione, quæ ex ſponſione oritur. Duplex autem eſt obligatio, alia *dandi*, alia *faciendi* vel curandi ut fiat. Illa vocatur *debitum*, & ambitu ſuo complectitur omnia debita civilia, etiam ea, quæ imperantibus debentur. Inde Belgis *plegt* hypotheca, chirographum, Germanis *pflichten* cenſus, tributa, vectigalia, & alia a ſubditis præſtanda, non hodie tantum, ſed ab antiquo, ut patet ex compoſito Francorum *flihtland* apud NOTKERUM Pſal. XLIX. 8. quod SCHILTERUS recte interpretatur *provincia tributaria*. Altera vocatur *officium*, & dicitur nonſolum de muneribus & functionibus publicis, ſed etiam de officio hominis, civis, chriſtiani &c. Belgæ hoc ſenſu dicunt *pligt*, Germani *pflicht*

in

in compoſitis innumeris, quorum explicatio cum ſit infra inſtitutum meum, a Lexicographis vulgaribus petenda eſt.

PFLICHTEN, quatenus derivatur a *pflicht*, ſignificat quantum poteſt. Angloſaxonibus *plihtan* eſt ſpondere, oppignorare, apud SOMNERUM in Dict. Germanis *verpflichten* obligare, devincire, debitorem reddere, *verpflicht* obligatus, in fidem & obſequium receptus, *beipflichten* aſſentiri, proprie aſſenſum ſpondere.

PFLOCK, paxillus. Refer ad *placken* figere, infigere. Quamvis etiam clavus e ligno fiſſus eſſe poſſit, a *flicken* findere, ſecare. A *pflock* rurſus fit *pflöcken* fiſtucare, paxillos infigere, aut paxillis firmare.

PFLOCK, pars avulſa, velleris, lanæ, nivis &c. Vide *flock*, quod ſimplicius & antiquius, & refer ad notationem verbi ſequentis.

PFLUCKEN, *pflücken*, carpere, vellere. Angloſax. *pluccian* Matth. XII. 1. Belg. *plucken*, Angl. *to pluck*, Suec. *plæcka*. HELVIGIUS deducit a Lat. *velliçare*, alii a *defloccare*, alii a *pili*, alii ab Hebr. *phalak* evulſit, vellicavit. Neſcio an alienis originibus opus ſit, cum domi naſci potuerit ab inuſitato *belucken*, quod eſt a *lucken* avellere, abſtrahere, cujus antiquitatem ſupra oſtendi. Ita duce ECCARDO ſentit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 61. Galli a *plücken* habent *eplucher*, quod viri docti male derivant a Lat. *explicare* vel *expellicare*. Verbum Gothicum & Francicum vide in *ropfen*.

PFLUG, aratrum. Francis *phluoch* & *phluog*, Belg. *ploeg*, Angl. *plough*, Scandis *plog*. Gl. Pez. aratrum *phluoch*. TATIANUS Cap. LI. 4. *ſententi ſine hant in phluog*, mittens manum ſuam ad aratrum. Refer ad verbum.

PFLUGEN, *pflügen*, arare, vertere terram. Belg. *ploegen*, Suec. *ploya*, Island. *flya*. VEREL. in Ind. *flya land* vertere ſolum. CASAUBONUS ducit a Græc. πολῶν vertere, ſcindere, arare. Aptiſſime. Nam a πολῶν fit primo Suecicum *ploya*, & poſtea reliqua ab illo, mutato Y. in G. Verbum Gothicum, Angloſaxonicum, & Francicum vide in *eren* arare.

PFLUGRAD, rotula aratri. Vox Germanica, ſed inventum Gallicum, & a primis inventoribus alia voce deſignatum. PLINIUS Lib. XVIII. Cap. 18. *Galliæ duas addiderunt rotulas, quod genus vocant planarati*. Vocabulum integrum & incorruptum eſt *pflugradi*, quod alii in *plumarat*, alii in *planarat* detorſerunt. Ita GLAREANUS in Comment. Cæſ. ſed nimis audacter. Nam *planarati* eſt vox proba & minime corrupta, quæ Celtica lingua ſignificat prærurſores, & tribuitur rotulis, quia vomerem prærurrunt. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *blaen* cuſpis, extremitas, pars anterior, *blaenrhed* prærurſor, prodromus. Vox Longobardica *ploum* videtur e Celtica *blaen* viriata, nec aliud denotare quam partem anteriorem aratri. Extat in Leg. Long. Lib. I. Tit. XIX. 6. Quo ipſo ſimul patet, quid de voce monſtroſa *plaſtrarati*, quam HARDUINUS ex ingenio ſuo ſubſtituere conatur, ſtatuendum ſit.

PFLUGSCHAR, vomer, pars aratri ferrea, quæ terram proſcindit. Veteres delectantur ſimplici. Gloſſ. Ælf. de inſtrum. agricol. vomer vel vomis *ſcear*. Gloſſ. Florent. ex citatione aliorum: vomer *ſcaro*. Unde, niſi a *ſcheren* ſcindere, ſecare? Et in hac notione omnia vomerum genera conveniunt apud PLINIUM loco citato: *Vomerum plura genera: Culter vocatur, prædenſam, priusquam proſcindatur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus eſt vulgare, roſtrati vectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectum dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro. Latior hæc quarto generi, ſed exactior in mucronem faſtigiata, eodemque gladio ſcindens ſolum, & acie laterum radices herbarum ſecans: id non pridem inventum in Rhætia.* Inde tot nomina a ſecando quæſita, ut vomer Anglis dicatur *culter of a plough* culter aratri, Suecis *ploghbill* ſecuris aratri, Gallis *ſoc de charrüe* gladius aratri, a Germ. *ſege* ejusdem ſignificatus.

PFLUGSTERZ, ſtiva, Suec. *ploghſtiert*. An quod ſtet erecta inſtar caudæ? Dubito etiamſi *ſterz* & *ſtert* caudam ſignificent. Videtur potius gubernaculum aratri denotare, a *ſteuren*, regere, dirigere.

PFORTE, a Lat. *porta*.

PFOSTE, a Lat. *poſtis*.

PFOTE, pes animalis. Belg. *poot*, Gall. *pate*. A Celtico *pedd* pes. Græcis etiam ποδὸς de pedibus animalium uſurpatur.

PFOTTEN, inſerere ſurculos. Vide *Potten*.

PFRIEMEN, pungere, icere, ictu trajicere, figere. Verbum ſiſtit STILERUS in Theſ. L. Germ. cui conſentit *priemen* eodem ſenſu apud KILIANUM in Etymologico Belgico. MARTINIUS verbum Belgicum deducit a Græc. πέραμα trajectio, & hoc a πιρᾶν trajicere, transfigere. A *priemen* derivantur, *pfriem* ſubula, inſtrumentum ſutorium vel ſartorium, corio aut panno perforando factum, *erd-pfriem* geniſta, & alia plura ejusdem proſapiæ, quorum indiculum dedi in *bremen* pungere. Et huc etiam ſpectat *framea* medii ævi, non *framea* veterum Germanorum.

PFROPF, ſurculus, non omnis, ſed qui inſeritur. Factum per apocopen a Lat. *propago*. Inde porro *pfropfen* ſurculos inſerere. Ratio, cur verba noſtra hortenſia, & nova & aliena ſint, in promptu eſt, quia ſcilicet cultura arborum a majoribus noſtris fuit neglecta. TACITUS Cap. 26. de M. G. *Arva per annos mutant, & ſupereſt ager. Nec enim cum ubertate & amplitudine ſoli labore contendunt, ut pomaria conſerant, & prata ſeparent, & hortos rigent. Sola terræ feges imperatur. Unde annum quoque ipſum non in totidem digerunt ſpecies. Hiems & Ver & Æſtas intellectum & vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur.* In

eo tamen erroneus eſt TACITUS, quod terram Germaniæ *frugiferarum arborum impatientem* feribit Cap. 5. Contrarium docet experientia.

PFROPFEN, ſtipare, farcire, implere, *geproſt voll* ſpiſſe plenus. Belgæ eodem ſenſu dicunt *proppen*, Sueci *proppa*. Inde porro *pfropf*, *prop* obturaculum, fruſtum ſuberis vel ligni, quo orificia vaforum obſtruuntur, *pfropfdarm*, *propdarm* colon, inteſtinum eraſſum & repletum. Cuncta fortaſſe ab inuſitato προβύω obſtruo, obturo.

PFRUNDE, *pfründe*, beneficium ſuſtentationis ad vitam. STILERO venit a *fron* ſacer, quod ejusmodi beneficia ſint ſacra, & ob laborem ſacrum data. Alius fortaſſe duceret a Lat. *præbenda*, per ſyncopen.

PFUI, averſandi particula, facta e ſimpliciori *fi*, quam vide.

PFUL, *pfül*, cervical. Angloſax. *pyle*, Franc. *phul*, Belg. *peluw*, *peulew*, *hoofdpeulewe*, Angl. *pillow*. Gloſſ. Pez. pulvillos *phulu*, cervicalia *halsphulu*. Cuncta abſcillà a Lat. *pulvinus*. Dicitur etiam *pfulb*, mutato V. in B.

PFUL, ſtagnum. Vox pluribus Linguis communis. Latinis *palus* eſt aqua ſtagnans, Cambris & Armor. *pwl*, *poul* foſſa, ablutium, Angloſaxonibus *pul* ſtagnum, *bweorf-pole* charybdis, Belgis *poel* ſtagnum & abyſſus, Hibernis *poll* lacuna. Quænam ex his Dialectis vocem ſibi vindicare poſit, non liquet. Germanicæ linguæ accommodari non poteſt, niſi quis forte derivare ſuſtineat a *faulen* putreſcere, quia ſtagnum eſt aqua putris.

PFULB, pulvinar. A Latino, ut *pfül*, a quo magnitudine tantum differt. Gemma Gemmarum: *pulvinar eſt longus cuſſus, ein pfulb, pulvinus eſt parvus cuſſinus, ein clein kuſſen.*

PFUND, a Lat. *pondo*.

PFUSCHER, dicterium in opificem extra tribum, & artis fuæ male peritum; ſed obſcurum, ut ſolent eſſe recentiora, & a plebejis ingeniis conficta. Olim tamen deduxi a Lat. Barb. *boſiare*, *bauſiare*, male facere, quod videtur eſſe a *bös* malus.

PFUTZE, *pfütze*, lacuna, parva aquæ collectio. Olim latius patuit, quantum ex veteriſtisſimis linguis cognoſcere licet. Nam Hebræis *bors* & *batſah* eſt palus, apud HELVIGIUM in Orig. Germ. & Græcis βυθὸς profunditas, gurges, βυθίζω in profundum demergere.

PICKELHAUBE, munimentum capitis, ferreum aut coriacum. Judice SCHILTERO eſt munimentum contra jaculum Celticum, quod Cambro-Britannis vocatur *piccel*. Aliis eſt tegumentum galeæ, ſed ratione nominis nondum expedita. Cambris *bicre* eſt pugna, conflictus, Anglis *to picker* velitari. Hinc ſuſpicor, quod *pickelhaube* proprie ſit tegmen capitis militare contra ictus.

PICKEL-HERING, morio inter ſcenicos. A *pickeln* ludere. *Hering* ſignificat gregarium, & hinc *pickel hering* proprie eſt unus e grege comicorum qui morionem agit.

PICKELN, ludere, ſudionem agere. Frequentativum a Francico *pichen*, quod videtur detortum a Græc. παίζω ludere. Gloſſ. Pez. ventoſus homo *pigman*, *uuintuuara*. EKKEHARDUS de Caſibus Monaſterii S. Galli Cap. 5. pag. 31. *ludicrum*, *quod Teutones pichin vocant*. Ad cognationem ſpectare videtur, quod talus luſorius Belgis dicitur *bickel*, noſtris *bickelſtein*.

PICKEN, *bicken*, pungere, punctim ferire, acutum figere in aliquid. Cambris & Armor. *pigo*, Francis *picken*, Gall. *piquer*, Sueeis *picka* apud STIERNHIELM. in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 130. Belg. *bicken*. Gloſſarium FREHERI: *picken* ſcabere, pungere. Primitivum Celticum, de quo nulla ratio reddi poteſt, niſi quod ſit antiquiſſimum, multisque derivatis in omnibus Occidentis Linguis fœcundum. Inde

Cambris *pig* ſtimulus, cuſpis, roſtrum, *bagan* cuſpis, tummitas, *piccel* jaculum, telum, pilum.

Græcis πικὲω & πικρὸν amarum, quia pungit, πικτὸς punctus, & fortaſſe etiam πήγνυω figo.

Latinis *pungere* per epenthefin, *figere* per literam convertibilem, *ſpica* per proſthefin, & hinc porro *ſpicare*, *ſpiculum*, *ſpiculator* & *ſpeculator*.

Gothis *ſpaikulatur* ſpiculator, miles decollandi artifex Marc. VI. 27. manifeſta latinæ vocis imitatione. SUETONIUS *ſpeculatores cum lanceis* inducit in vita Claudii Cap. 35. Et *Cohortis Spiculatorum* memoria extat in nummo vetuſtiſſimo apud MEDIOBARBUM. Ergo *ſpeculatores* a *ſpiculo*, quod eſt genus teli fodicantis. Figuram ſpiculi antiqui exhibet GRUTERUS pag. 517. n. 7.

Angloſaxonibus *becca* marra, rutrum, ligo, *picung* ſtigmata, notæ pungendo factæ.

Sueeis *ſpyk* clavus, *pigg* aculeus, ſtimulus, Italis *piccare* clavis affigere, crucifigere, hodie ſuſpendere, poſtquam furca cruci ſucceſſit.

Germanis *picke* haſta, lancea, quia punctim ferit, *ſpitze* cuſpis, *pickel* cælum, graphium, ſcalprum, & quodvis inſtrumentum ferreum ad fodiendum aut fodicandum factum, *pickel-axt* aſcia in cuſpidem deſinens, *picker*, *pickler* lapicida, *pickel-ſtein* ſcrupus, mica petræ, fragmentum quod inter ſcalpendum decidit.

PICKEN, *bicken*, roſtro petere. Gallis *becquer*, Ital. *beccare*. Roſtrum Cambrica lingua dicitur *pig*, Armoriea, Anglica, Belgica *bec*, *beak*, *beck*, Gallica antiqua *becco* teſte SUETONIO in Vitellio cap. ult. hodierna *bec*, Italica *becco*, Hiſpanica *pico*. A *picken* pungere. A *bec* rurſus fit *bicken* roſtro petere, roſtro ferire. Inde Germanis genera avium *nuſt-picker*, *ſtein-picker* &c. In aliis Dialectis tam ſubſtantivum quam verbum a ſubſtantivo

ſtantivo ortum jucundiſſime refertur ad os. Inde Gallis *coup de bec* alapa, *becqueter* alapam infligere, Belgis *beck* os, *bicken* manducare, *daar iſt niet veel te bicken* nihil ibi manducandum.

PILAR, idem quod *Pfeiler*.

PILGER, *pilgram*, *pilgrim*, advena. Utitur Luth. Pſal. XXXIX. 13. Matth. XXVII. 7. Vitiatum e Lat. *peregrinus* auctoribus Monachis inter Francos & Alamannos. Gloſſ. Keron. peregrinus *piligrim*. Hodie viatorem religionis cauſa ſignificat.

PILLEN, globuli vel paſtilli medicorum. A Lat. *pilula*, & hoc a *ball* globus, ſphæra. Quid enim eſt pilula, niſi parvus globus? Hinc pilula Anglis promiſcue dicitur *pill* & *a little ball*, niſi me fallant Lexicographi. Et Cambris *pellen* eſt glomus & pilula, quia conveniunt in rotunditate. Confer *bolen* vertere. Tropice dicitur de verborum injuriis, quas devorare cogimur.

PILZEN, genus fungi. Vide *bilzen*.

PINSEL, a Lat. *penicillum*, quatenus inſtrumentum pictorium ſignificat.

PINSTAG, feria quinta ſeptimanæ. Vide *Pfins-tag*.

PIPE, tibia, tubus, canalis. Vide *Pfeiffe*.

PIPEN, pipire, πιπίζω. A ſono, quem pulli avium edunt.

PIPS, pituita avium. Contractum ex *pipis*, quod eſt a Lat. *pipita*. MARTINIUS in Lexic. Philolog. *pipita*, κόρυζα, gravedo, pituita, *pipitare*, κορυζᾶν, gravedine laborare.

PIRSCHEN, venari. Vide *Birſen*.

PISEL, culina, conclave. Vide *Püſel*.

PISSE, urina. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *piſion*, Belgis, Anglis & Suecis *piß*. FRISCHIUS in Voc. Bibl. effingit a ſono cadentis lotii. LEIBNITIUS in Gloſſ. Celt. refert ad cognationem mentulæ, quæ Cambrice vocatur *pidyn*, quaſi pudendum. MARTINIUS in voce *mejo* videtur derivare a πίσσα, quod in Cadmo exponit irrigare, unde Græcis πίσος locus humidus, & πίσεα loca humida. Secundum hanc etymologiam *piſſe* nihil aliud denotabit quam humidum. Alius fortaſſe derivaret a *fuſione*.

PISSEN, mingere, urinam reddere. Camb. *piſo*, Belgis *piſſen*, Suec. *piſſa*, Gall. *piſſer*, Ital. *piſciare*.

PISTOL, ſclopetum equeſtre, & nummus aureus. MENAGIUS & auctores ab illo allegati, priorem notationem deſumunt ab urbe Hetruriæ *Piſtoria*, poſteriorem ab ipſo ſclopeto, quod, cum ſit minoris moduli bombarda, aureo quoque in minorem formam redacto nomen ſuum communicaverit. FERRARIUS in illa urbe non ſclopeta, ſed pugiones laterales inventos eſſe, & his in loco & nomine ſucceſſiſſe ſclopeta, contendit. Melius rem expedit SKINNERUS telum ducens a Lat. *fiſtula*, quia ſclopetum eſt fiſtula ferrea glandifera: aureum ab Urbe *Piſtoria*, ut vulgo florenum a Florentia.

PITSCHAFT, ſigillum, ſignaculum, *pitſchaft-ring* annulus ſignatorius, Hag. II. 24. De origine multa tradita ſunt a literatis, quæ nunc ordine exponam, judicio legentibus relicto. Plerique nomen cenſent peregrinum aut ex peregrino formatum. MICRÆLIUS deducit a Latino - Barbaro *pictation*, quamvis repugnante ſignificatu, quia *pictation* potius libellum quam ſigillum denotat. FRISCHIUS, quem ſæpe laudavi, refert ad voces Slavonicas, quæ inde a CAROLI IV. ævo in Germania diſſeminari cœperunt, quia *petſchati* Slavonis eſt imprimere, quod apprime convenit ſigillis. Alii vocem ad fontes Germanicos revocant. STADENIUS ſigillum ſic dictum exiſtimat a *pfetzen* incidere, ob figuras & literas ſigillo inciſas. Nova & ingenioſa THIEBERI conjectura eſt, nomen ſigilli hodiernum factum eſſe ex veteri Francico *geuuitſcopi* teſtimonium, quod extat in Gloſſis Lipſii. Addere poterat, quod Angloſaxonibus quoque *witſcipe* teſtimonium & teſtificationem ſignificet. Miror, neminem adhuc cogitaſſe de *typo*. Sorabis ſane *tipu* eſt ſcalpo, ſculpo, quod ex Arabica Lingua perperam derivat FRENZELIUS pag. 229. cum manifeſto ſit a Gr. τυπόω inſculpo. Hinc *pitſchaft* videtur per anaſtrophen ſic dici velut *tipſchaft*, h. e. typus, inſculptus & expreſſus.

PITSCHIER, eadem notione, *pitſchieren* ſigillo munire. Ejusdem originis ut antecedens.

PIZ, mamilla. Gallis *pis* ſunt rumæ animalium. Græcis πιπίζω ſugo.

PLACKEN, figere, infigere, affigere, Dialect. Belg. Inde *pflock* paxillus, quia infigitur, *plakat* mandatum, quia affigitur, *plaker* (*wandleuchter*) candelabrum parieti affixum, in quo cereus figitur, quamvis etiam coruſcator eſſe poſſit, a *blicken* fulgere. Originem verbi Belgis inveſtigandam relinquo.

PLACKEN, vexare, exagitare. Frequentativ. a *plagen* ejusdem ſignif. Inde *geltplacker* pecuniæ extortor, *baurenplacker* ruſticorum exactor, apud STILERUM in Theſ. L. Germ. Et huc etiam ſpectat *blackmal* tributum pro redimenda vexa. A *mal* tributum. De hoc genere tributi, quod tempore latrocinii potenti cuidam limitaneo a plebe ruſtica ſolvebatur, vide SPELMANNUM & CANGIUM, qui tamen videntur ignoraſſe, quid ſit *black* in illo compoſito. Atque hinc jam patet, quem habeat ſignificatum, quando dicimus *ſich placken*, *plackerei*, & ſimilia.

PLADERN, humida & ſordida tractare, *plader* ſordes, *pladerig* ſordidus, lutulentus. A Græc. πλάδος humiditas, vel πλαδαρὸς humidus, uliginoſus.

PLÆTZEN, genus placentæ. Vide *Fladen*.

PLAGEN, vexare, affligere, cruciare. Suecis *plæga*. Gothice effertur *balwjan* Matth. VIII. 29. *quam ber faur mel balwjan unſis*, veniſti huc ante tempus torquere nos. Quod eſt a *bal* malum, per medium derivandi W. Poſtea unius literæ transpoſitione & alterius in G. converſione, eum, quem nunc habet,

ſonum obtinuit. Hinc porro *plage* calamitas, tam publica, quam privata, antiquis dicitur *baluwe*. TATIANUS cap. XXXVIII. 8. *ginuogi iſt themo tage in ſinemo baluuue*, ſufficit diei malitia ſua. Ubi Luth. habet *plage* Matth VI. 34.

PLAGEN, cædere, percutere, plagas inferre. Græc. πλήγω, Lat. *figere*, Camb. *plau*, Lat. Barb. *plagare* in Lege Salica, Alamannica, Ripuaria &c. manifeſto uſus antiqui in patria lingua indicio, etiamſi documenta nos deſtituant. Adſunt tamen derivata, parenti quam ſimillima, *plak* ferula apud Belgas, *plaker* ictus ferulæ vel baculi apud Germanos, vox orbiliis & pueris nota, *augenblick* ictus oculi. Et huc etiam ſpectat *flegel* tribula. A πλήγω Græcis fit πληγή, Latinis *plaga*, ictus, Confer verbum ſororium *bleuwen* cædere, verberare. W. & G. literæ permutabiles.

PLAKAT, affixum. Vide *placken* figere.

PLAKER, candelabrum murale. Vide *placken* figere.

PLAKER, ictus ferulæ. Vide *plagen* cædere.

PLAN, planus & planities, *planieren* lævigare, planum facere. Apud antiquos non occurrit. Refer ad Lat. *planus*. Vox domi nata eſt *eben*.

PLANET, planeta, πλανήτης, ſtella erratica, a πλάνεσθαι, errare, vagari.

PLANK, aſſer, tabula fectilis. Græc. πλαξ, πλανὸς, Latinis *planca* apud FESTUM, Cambris *plange* apud BOXHORN. Gall. *planche*, Belg. & Angl. *plank*. Nota in Belgio loquendi formula, *een huis van vier planken* loculus, ſarcophagus.

PLAPPERN, *blappern*, pulſare, ſonare. HENISCH. in Theſ. L. Germ. *blappern* pulſare, ſtrepere, *blappard*, *drey kreutzer*, ſic dictus, a *plapf* & *bart*, a duritie in ſonando, cum cadit *blappardus*. Fides ſit penes auctorem. Hodie *plappern* eſt garrire, & *geplapper* garritus: ſenſu a ſono in genere ad ſtrepitum linguæ translato, ut fieri ſolet in aliis verbis, cujusmodi ſunt *klappen*, *klappern*, *klatſchen*. Græcis βλαβυρια eſt vaniloquium, neſcio an aliqua affinitate.

PLARREN, *blærren*, barrire, mugire, rugire. Proprie eſt animalium, & poſtea omnium, qui ſonum moleſtum & nihil ſignificantem edunt. Inde *geplerr* mugitus, barritus, Amos V. 23. Non videtur differre a *brüllen*, niſi ſitu literarum.

PLAT, proprie eſt quod alto caret, & dicitur de *lato*, *plano* & *humili* ſeu *depreſſo*. Hæ notiones ſibi mutuo implicantur. Nam ex depreſſo fit latum & planum. Latum vero & planum adeo ſunt conjuncta, ut ſæpe neſcias, qua ratione diſtinguas. Hinc in Indice VERELIANO *flatur* exponitur *planus & latus*. In quibusdam omnia tanquam collata ſtipe conveniunt. Sic quando campeſtria vocamus *plat-land*, tunc dicimus (1) campos late patentes & ſpatioſos, (2) planiciem & æquora campi, (3) agros humiles & depreſſos. Similiter quando ſimus Sueciis vocatur *flaat-næſet*, tunc mente concipimus eum, qui naſum habet latum, planum, & depreſſum.

PLAT, latus, extenſus. Græc. πλατὺς, Belg. *plat*, Suec. *flaat*, Island. *fla*, *flatur*. Inde Latinis *plautus* latum pedem habens. Suecis *flaat-foot* latipes, palmipes. Islandis *flatkiol* carina lata, apud VEREL. in Ind. Alias latus nobis & antiquis dicitur *breit*, quod certe in nulla re differt a *plat*, niſi literarum R. & S. permutatione, quæ in ore vulgi ſatis frequens. Interim a *plat* derivatur Germanis *plats* area, locus latus, Latinis *platea* via lata, Græcis πλατύνω dilatare, πλάτος latitudo, πλατῆα palma, manus explicata & dilatata, quod imitantur Franci in *flazza*. Gl. Boxh. *flazza* palma.

PLAT, planus, æqualis, *pletten* lævigare, polire, planum reddere, *pletner* lævigator, bracteator. Dicitur alias *flach*, quod rurſus in nulla re differt a *plat*, niſi literarum convertibilium vicisſitudine. Et etiamſi indoctis auribus aliter videatur, revera tamen *flach* virtute continetur in *plat*. Utrumque habet ſubſtantiva in vetuſtiſſimis linguis, *flach* in Græca, ut demonſtravi in loco, *plat* in reliquis Dialectis. Inde Angloſaxonibus *platung* lamina, bracteola, Islandis *plata* thorax ferreus, *platari* fabri qui ejusmodi thoraces conficiunt, *flatkiol* mons planus, apud VEREL. in Ind. Germanis *platte* multa ſignificat, (1) patinam, (2) laminam, (3) tabulam, in comp. *tiſch-plat*, *tafel-plat* &c. Cuncta a notione plani vel planæ latitudinis.

PLAT, humilis, depreſſus, *plat teutſch* lingua inferioris Germaniæ. Affine eſt Græcum πλαξ profunditas apud Pindarum.

PLAT, recipit translationes in omnibus ſignificatibus. Sic a *plat* latus Græcis fit πλατὺς patens, apertus, quia loca ſpatioſa ſolent eſſe patula. Nos inde habemus *plat* aperte, *plat abſchlagen* aperte recuſare. A *plat* planus fit *plat* glaber, calvus, & hinc *platte* vertex raſus. Denique a *plat* humilis, depreſſus, fit *plat* vulgaris. Inde Gallis *diſcours plat* oratio trivialis & humi repens, a defectu ſublimitatis.

PLATEIS, paſſer marinus, piſcis latus & planus. Verum nomen eſt *plate*, Selandis uſitatum, teſte REIZIO, viro doctiſſimo, in Belga Græciſſante pag. 265. COLUMELLA *ſoleam* vocat, quod planus ſit inſtar ſoleæ: AUSONIUS *plateſſam*, Latino-Barbari *plateſiam*, ob eandem cauſam. Puta a *plat* planus & latus. Illud imitantur Belgæ in *ſcholle*, hoc Germani in *plateis*. Auctor utriusque etymologiæ eſt MARTINIUS in voce *paſſer* & *ſolea*. Gloſſæ ÆLFRICI in nominibus piſcium *plateſiam* interpretantur *facg*. Quod repetit BENSONIUS in Voc. Angioſax. Sed pace ejus legerim *flacg*, ut idem ſit quod *flach* latus, planus, & nomenclatura reliquis conſentiat. Nam in his Gloſſis multa ſunt afflicta, quæ emendatione opus habent. Dicitur alias *halb-fiſch*, quia illi aliquid deeſt, nempe craſities.

PLAT-

PLATTE. Vide *plat* planus, & *plat* ultimi ſignificatus.

PLATZ, *plats*, locus, area, minor vel major pro neceſsitate. Lat. Barb. *placea* apud CANGIUM, Gall. *place*, Ital. *piazza*. ECCARDI arbitrio venit a *Placitum*, ut *plan* a *planities*, & proprie dicitur de loco ad rem aliquam ibi peragendam ex beneplacito conſtituto. Alii ad priſcas voces referunt, & contrario naſcendi ordine *Placitum* deducunt a *platz*, quod conventus veterum publici, in campis, ſub arboribus, in plateis, ante portas caſtrorum, ante Eccleſias, aliisque locis publicis & apertis tenerentur. Sed de *Placito* res adhuc dubia eſt, ſenſu conveniat, an ſono tantum? Nam CASANOVA haud immerito ſuſpicatur, *Placita* nomen accepiſſe a *beneplacitis*, quod in Conventibus illis Leges & Decreta promulgarentur hac formula: PLACUIT *atque convenit inter Francos, eorumque Proceres*. Quæ extat in Prologo Legis Salicæ apud PITHOEUM. Si publicam æſtimationem conſulamus, *platz* eſt omne ſpatium ſtandi, ſedendi, adeundi, ambulandi, ponendi, ædificandi &c. & dicitur univerſe de loco magis vel minus lato, adeoque a *plat* latus, per medium derivandi S. Unde ſimul patet, quibus literis oporteat exarari.

PLATZEN, cujuscunque ſit notationis, eſt verbum a ſono fictum. Significat autem (1) crepare, fragorem edere, (2) cum ſtrepitu & impetu rumpi, (3) cum ſtrepitu & impetu cadere. MARTINIUS in voce *imber*: „Imber, denſa pluvia, quam nos Germani „vocamus *platzregen*, quaſi pluviam ſono„ram ex lapſu: *platzen* eſt ex incuſſione aut „præcipiti lapſu reſonare, vox a ſono fa„cta.“

PLATZEN, quid ſignificet in compoſito *zuplatzen*, vide in *plotz*.

PLAUDERN, nugari & mentiri, *plauderei* mixta nugis mendacia. HELVIGIO eſt a φλυαρῶν nugari, MARTINIO a *blaterare*. Pro varietate Dialectorum varie effertur, *pluderen*, *pladderen*, *pletteren*.

PLAUTE, *plautſe*, enſis lato ferro. An a *plat* latus? Dubito. Potius eſt a πλήττειν cædere, ferire, vulnerare.

PLEUWEN, verberare. Vide *Bleuwen*.

PLOTZ, *plutz*, celer, ſubitus, feſtinus. Vox a Celtis relicta. BOXHORN. in Lex. Ant. Britann. *blawdd* agilis, celer, gnavus, expeditus, impiger, properus. Latinis *velox* eſt celer, & *veles* miles expeditus. Quæ cæteris videntur parilia.

PLOTZ, *plutz*, ſubſtantive dicitur de ſubito deſiderio & inordinato. BOXHORN. loc. cit. *blys* deſiderium, appetitus inordinatus, qualis eſt orexis & citta. PEISKERUS male confundit cum *platz* locus, & formulam *auf den plutz was thun* perperam interpretatur *conſilium capere ex arena*, cum proprie ſignificet *ad ſubitum deſiderium aliquid facere*. Vulgus inde formavit verbum *zuplatzen* ferri in rem cum ſubito & vehementi deſiderio.

PLOTZLICH, *plötzlich*, ſubitus & ſubito, repentinus & repente. Vi terminationis *lich* eſt celeri ſimilis. Suecis *plötzlig* eſt ſchedicus, id eſt, ſubito & ex tempore factus, omnino ex eodem fonte. A *plötzlich* componimus *urplötzlich* valde ſubito. *Ur* ſenſum intendit.

PLUCKEN, *plücken*, idem quod *pflücken*.

PLUMP, *plumpiſch*, agreſtis. Id eſt, *plumbeus*. Inde *verplümperen* rem bene cœptam incivilibus agendi modi peſſundare.

PLUNDERN, *plündern*, rapere, diripere, ſpoliare. Suec. *plundra*, Angl. *to plunder*, Belg. *plonderen*. An a Lat. *pilare*, quo utitur MARCELLINUS Libro ultimo de Hunnis: *nec caſtra inimica pilantes*. Et rurſus: *pilando villas & incendendo*. Dubito. Potius eſt a Longobardico *blutare* ſpoliare, per epentheſin. Lex Long. Lib. I. Tit. XVIII. 1. *Si caſam cujuscunque blutaverit, aut res eorum tuleris*. Ubi Gloſſæ antiquæ apud LINDENBROGIUM: *blutare* expoliare, *blutaverit* evacuaverit. Verbum origine Germanicum eſſe, & e Francico *biloſen* contractum, vix dubitari poteſt. Gloſſ. Pez. ſpoliari *biloſit uuerdan*. Activum duo ſignificare poteſt, vel *evacuare*, ſi radix ſit *los* vacuus, inanis, vel *bonis exuere*, ſi radix ſit *los* ſors. Præfixum *bi*, *be*, ad utrumque ſenſum paratum eſt & in compoſitis duplici pollet virtute, *intenſiva* & *privativa*, ut in *Prolegom.* Sect. V. oſtendi. A *plündern* porro eſt *plunder* res bello capta, mox ſarcinæ & impedimenta exercitus, denique quælibet vilis ſupellex.

PLUNZ, *plunſe*, apexabo, genus farciminis, ex ſanguine & arvina mixtum, & hinc fortaſſe appellatio ab Angloſaxonico *blendan* miſcere, quod hodie ſuperat apud Anglos in *to blend*. Eſt & Græcis πολύνω miſceo.

PLUTZ. Vide *Plotz*.

POBEL, *pöbel*, *pöfel*, plebs, multitudo hominum. Vox Celtica, quæ Cambris & Armor. effertur *pobl*, Hibern. *pobul*, Latin. *populus*. Manifeſta origine a Britannico *pob* omnis, quia populus eſt quædam hominum univerſitas. Inde eſt, quod vulgus ſæpe per jocum vocatur *herr omnis*. SCALIGER Latinam vocem ducit a πολὺς multus; ſed hoc non poteſt efficere, niſi prima reduplicata.

POCAL, vas potorium. Lat. *poculum*, Lat. Barb. *baucalis*, Græc. infer. βαυκάλιον, Ital. *boccale*. Diminutiva a ſimpliciori *bauca* vas ventroſum, & hoc a *bauch* venter.

POCHEN, *bochen*, tundere, pulſare, verberare, *pochwerk* machina qua metalla tunduntur. HENISCH. in Theſ. L. Germ. *bochen*, *klopffen*, tundere, pulſare, batuere, *den flachs bochen* demulcere linum malleo, contundere linum, *es bochet iemands an der thür* aliquis oſtium pulſat. Utitur quoque Luth. Tit. I. 7. ubi μὴ πλήκτην εἶναι, non percuſſorem eſſe, vertit, *ein biſchoff ſoll nicht pochen*. Belgis *beuken* idem ſignificat. Inde *ſtokviſch beuken* tundere aſellum, *beukhamer* malleus.

Dicunt etiam Galli *buquer à la porte* pulſare fores, quod Germanis acceptum refert MENAGIUS. Cuncta cognata cum verbo vetuſtiſſimo *batten* cædere, pulſare, percutere. Quod vel hinc conjicere licet, quia T. in omnibus Linguis verti ſolet in quascunque gutturales. Et tametſi *pochen* videatur recentius, revera tamen eſt valde antiquum, & antiquiſſima habet derivata. Teſtis *baculus* verberandi inſtrumentum, *bock* animal cornu ſeriens, & alia plura per epentheſin facta, quæ vide in *bengel* fuſtis. Metaphorice dicitur de minacibus & ſeroculis, quia verbis ſtrepitum edunt inſtar pulſantium. Inde *pochen* minari, *abpochen* minis extorquere.

POCK, puſtula, *pocken* puſtulæ, papulæ, morbilli. Angloſax. *pocca, poc-adl*, Belg. *pocken, pockjes, pockziekte*, Angl. *pock, pocks*, Camb. *buccl.* Incertum, quo ſenſu. An velut *expulſiones naturæ* in ſumma cute, a verbo præcedenti *pochen* pulſare? Quo ſenſu Suevi eas vocant *durchſchlæchten.* An quia cutem maculis variant, a Græc. ποικίλος varius? Ut *variolæ* Latinis, unde Gallis *veroles.* An quod monticulis in cute ſimiles ſint, a *backe* collis? Nihil hotum a natura ipſius rei alienum eſt.

POCKEL, bulla. Utitur Luth. 1. Reg. VII. 31. Originem collige ex dictis in *buckel.*

POET, *poët*, poëta, ποιητὴς. Celtica lingua *bardd*, Angloſaxonica *ſcop*, Francica *leodarſezzo*, Scandica Antiqua *ſcalld, ſcalldr*, Germanica hodierna *dichter.* De ſingulis actum vel ex inſtituto vel ex occaſione.

V. *Bardi* cantores.
V. *Schaffen* fingere.
V. *Lied* carmen.
V. *Galder* cantator.
V. *Dichten* fingere.

POLEN, Poloni, gens Sarmatiæ Europæ nobiliſſima, & e Colchide, ut videtur, oriunda. Nam πόλαι Colchica lingua vocantur exules, quod ex Lycophrone & Callimacho probat STRABO in Geographia Lib. 5. pag. 217. & ex Strabone primus animadvertit HORNIUS in Præfatione *Originibus Gallicis* BOXHORNII præfixa. Ita autem Colchi hi, quod ſede migraſſent, lingua ſua dicti ſunt. Hæc etymologia cæteris a *polo* vel planitie deſumptis, & HARTKNOCHIO Lib. I. de Rep. Pol. Cap. 2. memoratis, etiamſi CAROLUM M. habeant auctorem, anteferenda eſt, quia nonſolum nominis, ſed etiam gentis originem pandit. Nec deſunt exempla vetuſtiſſimorum populotum, quibus migratio ſimile nomen conciliavit. Sic *Celtæ* vi nominis ſunt extorres, *Parthi* exules, *Batavi* pulſi, *Alamanni* peregrini.

POLFERN, *pölfern*, contendere maledictis. Vide *Belfern.*

POLSTER, *bolſter*, pulvinar. Vox multorum idiomatum uſu recepta, inprimis Angloſaxonum, Francorum, Alamannorum, Anglorum. Proprie eſt *cervical* ſeu *capitale*, ut Scriptores medii ævi vocant, quia capiti ſubſternitur, cujus ſynonymum eſt *küſſen.* Et quemadmodum *küſſen* ſic dicitur a κοτίλη caput, ita *polſter* eſt a *bol* caput, vertex, cranium, per medium derivandi *ſter*, in multis compoſitis obvium. Gloſſ. Keron. capitale *polſtar.* SOMNER. in Dict. Angloſax. *bolſter, bolſtre* cervical, *bolla, beafod-bolla* cranium. Verſio Angloſaxonica Marc. IV. 38. *ſlapende ofer bolſter*, dormiens ſuper cervical. BAXTER. in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 33. „*Bal*,“ *bala* veteribus Britannis, imo etiam Phry-“ gibus, & *capitis* & cujuslibet rei *rotundæ*“ *comprehenſio* eſt: quod & Græcis eſt Φα-“ λὸς, βαλὸς, & Pelasgice *Falòs*, unde & κέφα-“ λὴ de κάρη & φαλὴ eſt &c. Idem pag. 35.“ Quicquid erat *rotundum*, præcipue vero“ *caput*, Veteribus vel *bal* erat, vel *bel*, vel“ etiam *bol* & *bül.* Etiam hodiernis Perſis“ *pola* pro *cranio* eſt, ut & Franco-Belgiis *bol-*“ *le* pro *capite.* Græcorum πῶλος *vertex* eſt,“ & πωλῶν vertere, βῶλος etiam *rotunda gle-*“ *ba* eſt, Anglisque *ball* pila eſt, quod Britan-“ nis *bel* dicitur. Scotobrigantibus etiam“ *bhel caput* eſt; quo ſpectat & Anglotum *bill*“ pro *avis roſtro.*“ Eodem doctiſſimo Viro judice BAAL, BEL, BELUS, BELINUS, proprie ſignificant *Caput*, & figurate *dominum* vel *regem.* Belgis & nobis *bol* pro capite, obſolevit. Extat tamen eo ſignificatu in Dictionario HALMÆ, & Theſauro HENISCHII. Cætetum a *polſter* Itali priores fecerunt *poltro* lectus, per ſynecdochen partis pro toto, & hinc porro *poltrone* ignavus, quod optime obſervatum MENAGIO in voce *poltron.*

POLSTER, caput columnæ. Gloſſ. Pez. capitibus *polſtrun*, epiſtilia *polſtarli.* Ex eodem fonte. Hodie obſolevit.

POLTERN, ſtrepitum edere, tumultuari, *gepolter* ſtrepitus, fragor, tumultus, *poltergeiſt* lemur, ſpectrum, apparitio nocturna ſtrepitum excitans. Noviſſime facta a Lat. *pultare*, quo utitur TERENTIUS pro *pulſare.* Sueci dicunt *bullra*, expulſo T. ut ſæpe alias.

POMERANI, gens Venedica ad mare Balticum, Slavonice *Pomorzi*, id eſt, maritimi, a *po* apud, & *mor* mare. Ita Linguæ iſtius periti nomen explicant, nec quicquam impedit ut ſequamur, cum nominis *Armorici* par ratio ſit. *Vandalos* antiquiſſimis temporibus has oras habitaſſe, & *Venedos* demum illis in ſolo vacuo ſucceſſiſſe, pro certo haberi debet, etiamſi *Vandali* & *Venedi* a multis eruditis confundantur. Ipſum *Pomerania* nomen novum eſt, ab advenis e Sarmatia confictum, & ante ſæculum undecimum vix auditum.

POMP, pompa, πομπὴ. A πέμπω mittere, quia totus ille oſtentationum adparatus, quem pompam vocamus, a miſſionibus vel legationibus ortum duxit.

POMPE, *pumpe*, machina hauſtoria, *pumpen* haurire, exantlare. Utrumque apud Belgas, Anglos, Gallos, Italos, Hiſpanos, uſu receptum. An quia aquam ſurſum mittit, adeoque a πέμπω ut antecedens? Ita judicat MENAGIUS in Originibus Gallicis. SKINNE-

RO

RO tamen eſt vox a ſono aſſurgentis aquæ ficta. Sed prius videtur præferendum.

PON, *pön*, pœna, *bei pön* ſub pœna. Vide plura in *Pein*.

POPANZ, terriculamentum puerorum. Cambris *bw* & *bwbach* eſt terror & terriculamentum. Græcis *Φοβῶ* terrorem incutere.

POPEL, *pöpel*. Vide *Puppe*.

POR, altus, editus, ſublimis. A *bæren* levare, attollere. Viget in compoſitis, cujusmodi ſunt *porkirch* locus Templi editior, *empor* ſurſum, in locum ſuperiorem, & inde *empören* inſurgere contra magiſtratum, *empörung* ſeditio. Cuncta recentioris fabricæ. De particula *em* vide PROLEG. Sect. V.

PORT, ſtatio navium, multarum gentium conſenſu, Angloſaxonum, Cambrorum, Hibernorum, Gallorum &c. a Lat. *portus*.

PORTER, civis, Dial. Belgica. Vide *Bruder*.

PORTZELN, *purtzeln*, corpus ſupra caput rotare. A Lat. *vertere*, *verſitare*, *vorſitare*, mutatis labialibus. Differt a *burtzeln* in latus cadere, de quo ſupra.

POSAUN, lituus. Belg. *bazuin*. Utrumque a Lat. *buccina*, judice FRISCHIO in Voc. Bibl.

POSSEN, jocus. Gloſſ. Pez. iberas nenias *ſpaniſciu gipoſi*, nugas *gipoſi*. A Gr. *παίζειν*, ludere, jocari, auctoribus Francis.

POST, curſus publicus. Vox in toto Occidente notiſſima, quæ proprie *poſitionem*, h. e. ſtationem curſoriam mutandis equis per intervalla diſpoſitam, ſignificat. Ita ſentiunt FERRARIUS, MENAGIUS, SKINNERUS.

POT, olla. Conſentientibus Belgis, Suecis, Gallis &c. A *top* per anaſtrophen. Anglis *pot* eſt vas ad bibendum, quod judice JUNIO eſt abſciſſum a Gr. *ποτήριον*, ut *kanne* a *κάνθαρος*.

POTASCHE. Vide *Bodaſche*.

POTTEN, inſerere ſurculos. Belgis *pooten*. Utrumque vitiatum ex *impotten*, quod cuſtodiunt Vaſcones in *empeotar*. Radix eſt *imp* ſurculus. Inde primo fit *impen* inſerere ſurculos, & ab illo participium Angloſaxon. *impod* inſertus, inplantatus. A participio rurſus fit infinitivus *impotten*, quem plebs ruſtica mutavit in *potten*, per aphæreſin.

POTZ, interjectio admirantis, ſimilis interrogativo Græcorum *πόσος* quantus, quam multus. Hinc vulgo jungi ſolet cum numeralibus, *potz hundert*, *potz tauſend*. STILERUS neſcio quam blaſphemiam ex hac vocula præter neceſſitatem extundit. Ego malim plebem ineptiarum, quam injuriarum in Deum poſtulare.

PRACHER. Vide *Bracher*.

PRACHT, claritas, ſplendor, præcipue cœli & ſolis, a *brechen* fulgere. Antiquitas Saxonica dixit *beorhtnes* Luc. II. 9. Francica & Alamannica *berahtniſſe*, longiore quidem vocabulo, ſed legitime facto a *brecht* clarus, quod eſt ejusdem originis cum ſubſtantivo. ISIDORUS Cap. II. 3. *Chriſtus auur ſus quham ſona ſater zuuuare, ſo ſelp ſo dhiu berahtniſſi ſona ſunun, ſo uuort ſona munde, ſo uuüsduom ſona herzin*, Chriſtus autem ita venit a Patre revera, ut ſplendor a ſole, verbum ab ore, ſapientia a corde. Cum ſimplici *bracht* convenit Angloſaxonicum *byrhto* claritas. Metaphorice dicitur de ſplendore Principum in veſtimentis, ædificiis, ornamentis, & reliquo cultu, ſenſu a ſplendore & jubare ſolis petito. Litera dura in fronte vocis ab Alamannis nobis relicta eſt, ut poſtea patebit ex Gloſſa Keroniana in voce *præchtig*.

PRACHT, faſtus. Significare poteſt *oſtentationem* & *ſuperbiam*; illud a *baren* oſtendere, quomodo etiam Latinis ab oſtendendo fit oſtentatio; hoc ab Angloſaxonico *prutian* ſuperbire, de cujus familia actum in *breit* ſuperbus. CH. ſæpe eſt inſititium, & neminem debet morari.

PRÆCHTIG, clarus, ſplendidus. Gloſſ. Keron. præclara *foraperahtida*. Refer ad *pracht* ſplendor.

PRÆGEN, nummos cudere, *geprægе* typus monetalis. Forte a *perico*, ut *cudo* a *cædo*. Nam ante machinas noſtras inventas omnis retro antiquitas nummos ſuos malleo percullit. Quod JOH. CAROLUS SCHOTTUS, Conſiliarius, Antiquarius & Bibliothecarius Regius, amicus noſter, dum viveret, conjunctiſſimus, in Diſſertatione *de Nummo Phidonis argenteo*, pluribus oſtendit. A ſimplici componimus *einpregen* inculcare, ducta metaphora a crebris ictibus, quibus aurum & argentum ſignatur.

PRÆT, caro conciſa, Dialect. Suevica. Ab Angloſax. *brytan* frangere, diſſecare, quod extat apud BENSONIUM. Affinitatem vide in *bros* fragilis, & *brot* fruſtum.

PRALEN, jactare ambitioſius, gloriari, *praler* thraſo. Forte a Græc. *προλαλος* vel *προαλὴς ἐν τῷ λέγειν* impudens & præceps in dicendo; niſi malitioſe factum ſit (novum enim eſt, & ante pauca ſæcula additum) e Gall. *parler*, ſenſu a loquela ad vaniloquentiam detorto. Idem ſane Gallis accidere potuit, quod Græcis, quorum verba, ob inſitam Genti nugacitatem, ſemper in malam partem accipimus. Exempla vide in *faizen*. DIODORUS de Gallis antiquis: *tum multa hyperbolice ad ſuæ laudis amplificationem aliorumque contemtum jactant*.

PRALLEN, vibrari, *zurück prallen* retro vibrari. Paſſivum ab activo *prellen*.

PRAM, ponto. Vide *Bram*.

PRANGEN, ſuperbire, ornatum arroganter oſtendere, *geprænge* oſtentatio, pompa. Belgis *pronken*, *pronking*, & *pronkwerk*. Fruſtra derivatur a *brechen* ſplendere. Aliud enim eſt ſplendere, aliud ſuperbum & faſtuoſum agere, cultu ſplendido ad invidiam oſtenſo. Meminiſſe debemus, quod *baren* ſit oſtendere. Hoc in malam partem acceptum ſignificat *oſtentare*. Ab illo naturaliter producitur *baring* oſtentatio. Hoc Belga contraxit in *pronk* oſtentatio, ornatus, & omnis ſupellex ad oſtentationem

tionem facta, & hinc porro formavit *pronken* eo quo dixi ſenſu, quem noſtri imitantur in *prangen*, quod certe origine Belgicum.

PRANGEN, cogere, premere, coarctare, Dialect. Belgica. Opinor a Lat. *parangariare*, quod eſt ab *angario* cogo, coarcto, conſtringo. Hinc cippus infamis vulgo vocatur *pranger*, a numella, qua collum rei, ludibrio expoſiti, conſtrictum tenetur, & non ab ulla oſtentatione, ut Belgicæ linguæ ignari ineptiunt.

PRASSEN, decoquere. Utitur Luth. Luc. XV. 13. Dicitur compoſite *verpraſſen*, & uſurpatur de iis, qui bona ſua nepotando conſumunt. Sed a ſimplici habemus *praſs* luxus, luxuria. Cuncta a *braſſen* coquere.

PRASSELN, crepitare. Vide *braſſeln*.

PRATEN, aſſare. Vide *braten*.

PRATEN, loqui, Dial. Belg. A φράζω. Conſer *Fratzen*.

PREDIGEN, verbum Dei publice annunciare, *predig* talis oratio vel annunciatio. ISIDORUS cap. IX. 4. *eisar predigon* venena prædicare. Gloſſ. Pez. dux verbi *vuriſto dero pridigo*. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *predician* & *predicunge*. Omnium judicio a Lat. *prædicare*, excepto STILERO, qui modum excedit, & exteris ſe ridendum præbet.

PREGELN, frixum facere. Frequentativ. a Lat. *frigere*, vel Gr. φρύγειν torrere.

PREGEN, cudere monetam. Vide *Prægen*.

PREIS, valor rei. Vox pluribus linguis communis, & a Lat. *pretium* facta. Inde *preiſen* æſtimare, pretium rei extollere, *wie hoch preiſeſt du das* quanti æſtimas?

PREIS, gloria, *preiswürdig* glorioſus, *preiſen* laudare, *mispreiſen* conremnere, parvi pendere, Cambris *priſio* & *diſpriſio*, Gallis *priſer* & *meſpriſer*. Factum apparet, inquit HELVIGIUS, ab Heb. *pharaſch* expoſuit. Qua quæſo apparentia? Certe nulla apud conſiderantes. Nam gloria, ſi recte expendas, eſt vox non ficta de virtute digne judicantium, adeoque in *pretio* & æſtimatione conſiſtit. Unde mirum non eſt, nomen *pretii* ad gloriam translatum eſſe ab iis, quibus gloria nihil antiquius aut pretioſius viſum. Quales fuiſſe veteres Germanos, patet ex aliis gloriæ nominibus a pretioſitate deſumptis, quæ vide in *teur* glorioſus. Latino-Barbaris *depretiare* nonſolum eſt de pretio auferre, ſed etiam contemnere, & laudem minuere.

PREIS, præmium. Senſus ex pretio & gloria, hoc eſt, ex mercede & laude virtutis compoſitus, quem alii fruſtra derivant a Lat. *præda*.

PREIS, pectus. MARTINIUS in voce Lat. tribuit Bohemis *prſy* eodem ſenſu. Forte utrumque eſt Germanicæ originis ab Angloſax. *brytan* frangere, diſſecare, quia coſtæ in pectore, acſi fractæ eſſent, coëunt. Nam ob eandem cauſam pectus vocatur *bruſt* a *brechen* rumpi. De verbo AS. vide plura in *bros*. Hodie Suevis *preis* & *preisle* eſt pectorale, & inde componunt *preiskette* & *preisneſtel*, catena & ligula qua pectorale conſtringitur.

PRELLEN, vibrare, *fuchſe prellen* vulpes in aerem vibrare. Per metaplaſmum a Lat. *librare*. Librari autem Latinis dicuntur nonſolum pondera, ſed etiam pila, tela, ictus, & quicquid vi excutitur. L. & R. ſunt literæ inſtabiles in labio Germanico, & ſubinde ſedem mutant. Exempla vide in *Prolegom.* Sect. IV.

PRESSEN, premere. A Lat. *preſſare*, auctoribus Francis. NOTKERUS Pſ. LXXXIII. 3. *kebreſſotez pere* uva preſſa. Inde *preſſe* prelum, quia premit, & turba conferta, quia premitur. Metaphorice eſt cogere. Inde *volk preſſen* milites cogere, *erpreſſen* minis aut vi extorquere &c.

PREZEL. Vide *brezel*.

PRIESTER, ſacerdos. Angloſax. *preoſt*, Franc. & Belg. *prieſter*, Angl. *prieſt*, Suec. *præſt*, Island. *preſtur*. Gloſſ. Pez. plebejani presbyteri *gouuiprieſtira*. Vox cum oriente Chriſtianiſmo inter Germanicas gentes nata, vel a πρεσβύτερος ſenior, vel a *præſtes* antiſtes. Priori modo accepta, erit nomen dignitatis, ut *elterman*, & alia ibi commemorata, quæ ſummis viris tribuuntur apud omnes genres: Poſteriori, nomen officii, & ſignificabit eum, qui ſacris præeſt. Perſæ habent vocem Germanicæ conſonam, ſed aliud ſignificantem. Nam *preſter* illis eſt ſervus, non ſacerdos, & *preſter chan* princeps ſervorum, unde ridiculo errore ab imperitis Hiſtoricis formatus eſt *Prieſter Johann*, obſervante Cl. CLODIO, L. Arabicæ apud Lipſienſes Profeſſore digniſſimo Stante Deorum cultu noſtri aliis nominibus utebantur ad deſignandum ſacerdotem, quæ vel *divinum* denotabant, ut Gothicum *gudja*, vel *ſeniorem*, ut Burgundicum *ſeniſtus*, vel *magum*, ut Saxonicum *aryman*, vel *myſtam*, ut Scandicum *allruna*, vel *cuſtodem legis*, ut Francicum *ewart*. Nomen Celticum vide in *Druiden*.

PRITSCHE, xylagogium, geſtamen morionum. Proprie eſt ferula ex aſſulis, ab Angloſaxon. *brytan* ſcindere, ſecare, diſſecare, quod habet BENSON. Græcis πρίζω idem ſignificat. Inde porro *pritſchmeiſter* verſificaror aulicus, a geſtamine ſic dictus.

PRITSCHE, ſponda, lectus ex tabulis ſectilibus, & omnis ſuggeſtus ex aſſeribus. Ex eodem fonte. Plura cognata vide in *barten* ſecare.

PROBE. Vide *Prüfen*.

PROBST, præſes collegii ſacri. A Latin. *præpoſitus* auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. præpoſitus *probeſt*. Belgæ dicunt *proſt*, quod magis conciſum, & a Græc. προεστὼς, vel Lat. *præſtes* factum.

PROFOS, latrunculator. Angl. *provoſt*, Gall. *prevoſt*. Omnium judicio nihil aliud eſt quam *præpoſitus*.

PRO-

PROPHET, propheta, προφητης, a προφημι prædico. HELVIG.

PRUFEN, *prüfen*, examinare an probum ſit, *probe* examen, vel ſpecimen examinis cauſa datum. A Lat. *probus* vel *probare*.

PRUGEL, *prügel*. Vide *Brügel*.

PRUTZ, diviſio. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *brutz* diviſio, *byabrut* pagi diſtributio, *bryta* dividere, *bryta æker* dividere agrum, dividere fundum. VEREL. in Ind. *brut oc tomptamal* dimenſio & diſtributio, *bryta aker*, *bryta tompt* agrum per funes & perticam menſoriam dividere. Francis *bruttan* eſt rumpere, frangere, Angloſaxonibus *brytan* frangere & diſſecare apud BENSON. Gr. πρίζω ſcindere, findere, ſecare. Hic antiquiſſimus verbi ſenſus, qui poſtea ad generalem dividendi notionem perductus eſt, quod dividentes ſimiles ſint eorum, qui aliquid in partes rumpunt aut ſecant. Inde Angloſaxonibus *brytnere* diſtriburor, apud SOMNER. & BENSON. Atque hinc jam patet, cur *brut* vel *brutz* Septemtrionalibus ſit diſtributio, & *bryta* dividere. Operæ pretium erat, hoc fuſius proſequi, quia *apriſiones*, in Tabulis Caroli M. Ludovici Pii, & Caroli Calvi memoratæ, nihil aliud denotare videntur, quam *diſtributiones agrorum*, eo fine ex eremis factas, ut quilibet portionem ſuam, a Principe conceſſam, ad cultum traduceret. Rem ipſam vidit CANGIUS, ſed ignarus cauſarum, quæ hunc præciſe ſenſum exigunt.

PSALM, pſalmus, ψαλμὸς, a ψάλλειν canere.

PSALTER, pſalterium, ψαλτήριον.

PUCKEL. Vide *Buckel*.

PUFFEN, flare, inflare, ſufflare. Verbum naturale magis quam inſtirurum, & ab ipſo ſpiritu, dum efflatur, productum. Belgis *poffen* & *puffen* eſt ſufflare, *in t'vier poffen* ſufflare ignem, *boffe* bucca, quia inflata, *poffer* thraſo, homo ventoſus, tumidus externe, intus inanis. Gallis *bouffer* eſt inflare, ſufflare, *bouffi* inflatus. Italis *buffa* ſpiraculum caſſidis, imo etiam ventus & aura apud DANTEM, & hinc *buffettare* ſufflare. Hiſpanis *bofes* pulmones, quia ſpiritum reciprocant, aut reſpirationi inſerviunt. Quanta ſit hujus verbi antiquitas, ex omnium etiam veteriſſimarum linguarum derivatis colligitur, quæ certe non aliorſum melius quam ad hunc fontem reducuntur. Græcis βοᾶω eſt inflatum quid, ut inguen, & tumor inguinum, Latinis *bubo* puſtula, *bufo* rana inflata, turgentibus buccis, *faccibuces* qui buccas naturaliter tumidas & inflatas habent, vox ARNOBIO prodita, & SALMASIO explicata in Pallio Tertulliani. Huc etiam ſpectant *Buffones* medii ævi, veteribus ita vocati, quaſi ſufflones, quod buccas inflarent in convivio, alapis excipiendis, ut validius ſonarent, interprete SALMASIO. Inde Gallis remanſit *bouffon*, Italis *buffone* pro ſcurra, quia ſcurræ turgentibus genis aliorum alapas excipiebant, quod ex Juvenale, Martiale, Tertulliano, Arnobio, Procopio, aliis, fuſe demonſtrat FERRARIUS in Orig. Ling. Ital. pag. 72. 73. Quamvis iidem ab alapis quoque ita denominari poſſint, ut poſtea oſtendam. FERRARIUS cunctorum originem ducit a Latino *bufare*, h. e. ſufflare. Sed cum hoc verbi apud Scriptores Latinos nusquam occurrat, fruſtra in honorem Latinæ Linguæ fingitur radix, quæ antiquiori idiomati propria eſt. Nobis inde efflorvit *pfeiffe* tibia, quia inflatur, *pfifferling* fungus, boletus, ob rationes ſupra dictas in loco.

PUFFEN, follicare, inflare nares, & metonymice iraſci. Conſenſum Italicæ Linguæ & cauſam translarionis optime exponit FERRARIUS his verbis: „*Sbuffare* iraſci, iræ ardore atque æſtu proflare, *fare un rebuffo* irate aliquem objurgare. Quia iratis bacæ tument & inflantur. HORATIUS Sat. Lib. I.“

Quid cauſæ eſt merito quin illis Jupiter ambas
Iratus buccas inflet.“ - - -

Hæc ille loco allegato. Hodie non utimur ſimplici, ſed compoſito tantum. Sic in quibusdam Dialectis dicunt, *es wird ſich mit der zeit verpuffen* tempus iram mitigabit. In quo compoſito *ver* ultimum terminum iræ ſignificat.

PUFFEN, ſonare, crepare, id eſt, flare cum ſono, *es pufft* ſonat, crepat. Inde *puff* ſonus ex ictu, ſive pugnæ, ſive fuſtis, ſive bombardæ, aut alterius inſtrumenti, *popping* crepitus ventris, *puffer* ſclopetum minimi moduli tenuem edens ſonum.

PUFFEN, pulſare, ferire, facere ut ſonet, *das hertze puffet* cor pulſat, quod dicitur, quando a crebris ictibus palpitat. Olim vero erat verbum omnibus ictibus, etiam iis, quæ per arma fiunt, proprium, & Celtis quoque uſurpatum. Sane Cambris *pwyo* (quod forte pronunciatur ur *pufyo*) eſt ferire, verberare, & *paf-aù* ſcutum, quia ictus excipit, ab *aes* ſcutum, clypeus, parma. Quæ vide apud SCHORNIUM in Lex. Ant. Brit. Eſt & *pavio* Latinis tundo, in *depuvio* & *oppuvio*. Inde Latino-Barbaris *buffa* alapa, & hinc judice CANGIO *buffones* ſcurræ, mimi, qui alapis ſe mutuo excipientes riſum ſpectantibus movebant, quos alii ab inflatis buccis malunt denominare, ut ſupra. A *buffa* Hiſpani habent *bofeton* & *bofetada* pro alapa, & *bofetear* alapare. Hodie utimur derivatis *puff* tax, ictus, *püffe* verbera, *puffmüle* machina qua æramenta tunduntur, *abpuffen* probe tundere, verberibus abruere.

PULT, a *pluteus* vel *pulpitum*.

PULVER, omne contritum. A Lat. *pulvis*, *pulver*.

PULVER, pulvis pyrius. Germani hoc inventum tribuunt *Bertholdo Schwartzio* Monacho, Angli *Rogero Bacono*, qui obiit an. 1290. Chinenſes ſibi. HYDE in Hiſtoria Schachiludii pag. 177. conatur demonſtrare ex PHILOSTRATO, *Indos* bellicorum tormentorum & nitrati pulveris primos inven-

tores fuiſſe, Chinenſes ab his terribile inventum accepiſſe cum ſchachiludio, in quo milites apparent ſclopetis inſtructi, reliquos ſuopte ingenio, quamvis ſerius, in id incidiſſe.

PUPPE, icuncula, ad ſimilitudinem hominis, pueri vel puellæ compoſita, adeoque a *pupus* vel *pupa*, id eſt, puellus vel puella. A *pupe* porro eſt *pöpel* apparatus puparum, & inde *pöpeln* pupas veſtire, & *pöpelman* pupa virilis affabre ornata.

PURPUR, color & pannus purpureus, Græc. πορφύρεα, Lat. *purpura*, Armor. *porfor*, Hibern. *purfur*. In Evangelio jungitur cum byſſo, Luc. XVI. 19. ubi Gothus habet *paurpaur*, Angloſaxo *purpur*. Similiter & Francis *purpur* eſt veſtis purpurea, & *gepurpurot* purpuratus, apud SCHILTERUM in Gl. pag. 665. Quo ſenſu, non liquet. MARTINIO eſt vox Tyria in Cadmo Græco-Phœnice, PEZRONIO Celtica in Antiq. Celt. pag. 406. Germanica certe non eſt, etiamſi in omnibus veterum & recentiorum Dialectis reperiatur.

PUSE, pudendum muliebre. Camb. *puttain*, Island. *puſ* apud VEREL. in Ind. idemque Græcis βύτος. Vox Græca recurrit in *föden* parere.

PUSEL, *püſel*, culina, Dial. Friſica, apud CANGIUM in voce *Gynæceum*. Longobardi vel ſaltim Latino-Barbari videntur eodem ſenſu dixiſſe *piſtle* & *piſale*. Si verus eſt ſignificatus, deduci poteſt a Græc. πίτνω, πάσσω coquo, pinſo, panem conficio. Gallos inde habere *poisle* hypocauſtum, haud abs re judicat MABILLONIUS.

PUSEL, *püſel*, conclave. Hoc ſenſu *piſilia* videntur occurrere in Breviario Caroli M. apud ECCARDUM in *Collectaneis Leibnitianis* parte ſecunda pag. 325. Credo a *beiten* manere, ut proprie ſit locus commorandi. Si eadem vox etiam conclave mulierum ſeu *gynæceum* denotat, id erit a ſynecdoche generis, & non a Lat. *penſum*, ut CANGIUS exiſtimare videtur.

PUTTE, *pütte*, locus defoſſus, ex quo aqua hauritur, Lat. *puteus*, Angloſax. *pit*, *pyt*, Francis *buzz*, *buzza*, *puzzi*. OTFRIDUS Lib. II. cap. XIV. 15.

Bi einemo brunnen,
Thaz uuir ouh puzzi nennen.

Et rurſus verſ. 58.

Ther buzz iſt filu diuſer.
Puteus eſt valde profundus.

Idem Belgis *put*, Anglis *pit*, Gall. *puit*. JUNIO videtur abſciſſum ex πότιζω potum præbeo, quæ prima fuit effodiendi puteos occaſio. Contra HELVIGIUS detruncat ex βύθιος profundus. Nam tales, inquit, debent eſſe putei. Haud male. Nam *pyt* proprie eſt locus e terra effoſſus, & per ſynecdochen generis nonſolum *puteus* ſed etiam *fovea*. Et hoc ſenſu occurrit in Verſione AS. Luc. VI. 39. *Segſt thu mæg ſe blinda thæne blindan lædan, hu ne feallath hig begen on thæne pyt*, nunquid poteſt cœcus cœcum ducere? nonne ambo in foveam cadent? Refer ergo ad radicem Celticam *bod* profundus.

PUTZ, ornatus. Vide *butz*.

PUTZEN, mundare, ornare, præcidere. Vide *butzen*.

PUTZEN, ſordes, rejectamenta. Vide *butzen*.

PUTZMAN, morio, ſcurra. A παίζω ludere, jocari, illudere, ut *faizman* a *jatzen* nugari, ineptire. Aliud eſt *butzman* homo larvatus, quod vide in *butzen* ſubornare.

Q.

QUACKSALBER, agyrta, circulator, medicus circumſoraneus. Proprie unguentarius incondite & moleſte vociferans, a *quæken* clamare inſtar ranarum, anatum &c. quod a ſono fictum ut κοάξ & *coaxare* apud Græcos & Latinos. Gloſſ. Pez. pigmentarius *ſalbari*. VEREL. in Ind. *kuak* garritus avium, *kuakſamur* garrulus, obſtreperus, importunus, odioſus.

QUAD, malus Dial. Belgica, pejor Dialect. Cambrica. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwaeth* pejor, deterior, *gwaethwaeth* pejor pejorque. Originem vide in *at* malum. Alii derivant a κοτὸν iraſci, cui affine videtur Cambricum *cawdd* & *gwyth* ira, indignatio. Sed hoc nimis anguſtum eſt, & vocem late patentem præter neceſſitatem ad iram reſtringit. An huc ſpectent QUADI, non auſim affirmare pertinacius. Dabo tamen verba Grotii ex Indice: GOTHI, *id eſt boni, id nomen a vicinis accepere ob hoſpitalitatem, ut a contrariis moribus ſuum* QUADI.

QUACKER, *quæker*, tremulus, qui dum ſacra tractat, ecſtaſin patitur vel ſimulat, ab Angloſax. *cwacian* tremere, trepidare, unde Anglis remanſit *to quake* eodem ſenſu. Tremere autem eſt *quati*, id eſt concuti, & T. in K. ſæpe mutatur.

QUAL, cruciatus, *quælen* torquere, cruciare. VEREL. in Ind. *kualalos* quietus, vel cui nulla controverſia vel moleſtia eſt intentata, *kuælræde* infortunium Pſal. 40. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXIII. 37.

Sie 'nan ouh tho qualtun,
Mit ezzichu drangtun.
Tunc illum vexabant
Aceto potantes.

Forte ab Arabico *wail* væ, malum, calamitas. Belgæ dicunt *quellen*, Græci præpoſito ſibilo σκύλλειν. Marc. V. 35. τί σκύλλεις τὸν διδάσκαλον, quid ultra vexas magiſtrum?

QUALM, vapor aquæ æſtuantis. Proprie eſt ipſe æſtus vel fervor, a *wallen* æſtuare, & dicitur de vapore per metonymiam cauſæ. Gloſſ. Keron. fervor *uualm*, fervore *uualme*.

Nec

Nec aliud Angloſaxonibus *wylme* quam æſtum & fervorem denotat. Belgis *walmgat* eſt æſtuarium camini.

QUALSTER, ſputum, pituita craſſior. Angloſaxonibus *geolſter* eſt virus, ſanies, tabum, *gilleſtre* pituita. Gothis *ſpaiskuldra* ſputum Joh. IX. 6. Cuncta ſortaſſe a καλλᾶσθαι coaleſcere, adhæreſcere, quia dicitur de ſordibus tenacibus tantum, quæ glutinis inſtar cohærent.

QUAPPE, piſcis magno & rotundo capite. Græc. καβιός, Lat. *gobio*, Angl. *quab*, Belg. *quabaal*, quia eſt ſpecies anguillæ. A *kop*, κυβή, caput, quaſi capito.

QUARG, caſeus putris. Vox Sarmatica, contracta e Polonica *twarog* lac coagulatum, judice FRENZELIO in Orig. Sorab. pag. 809.

QUARK, res nullius pretii. Transpoſitum ex antiquiori *wrak* ejectamentum, quod eſt a *recken* ejicere. Vide plura in fonte.

QUARR, *gequarr*, murmur. Refer ad *kirren* murmurare. A *quarr* rurſus fit *quarren* murmurare. VEREL. in Ind. *kuarra* in gutture voces ſupprimere.

QUARR, nuptiæ. Vitiatum e Slavonico *kwaß* ejusdem ſignificatus apud Sorabos, Polon. Bohem. FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 981. *kwaß* nuptiæ, *kwaßny* nuptialis, *kwaßiju* nuptias celebro. S. mutari in R. innumeris conſtat exemplis. Hodie ſuperat in proverbio:

Vorerſt die pfarr,
Hernach die quarr.

QUAS, convivium, *quaſen* convivari, *verquaſen* heluando prodigere. Rurſus a *kwaß*, quod Gentibus Slavonicis nonſolum *nuptiæ*, ſed etiam *convivium*, *comeſſationem*, & *compotationem* ſignificat, teſte FRENZELIO loc. cit.

QUAST, nodus. Forte a verbo Bohemico *wazati* vincio, ligo, necto, quod ſiſtit FRENZELIUS in Orig. Sorab. pag. 929. Belgis dicitur de nodis in ligno, Germanis de nodis ex veſte vel aliunde pendulis, Suecis de ſcopis & verriculis.

QUAST, præcinctorium. A Lat. *caſtula*.

QUAXEN, *quacken*, *quæken*, coaxare. Græcis κοάξ eſt vox ranarum. Qua in re imitantur naturam, ut reliqui.

QUECK, adjective *vivus*, ſubſtantive *animal*. Forte a *wecken* excitare, quia vivere in Philoſophia Antiquo-Barbarica eſt evigilare, & e ſomno in vitam reverti; Vel a Celtico & Cambris hodie uſitato *chwythu* flare, ſpirare, anhelare. Nam T. ſæpe tranſit in K. & hoc in illud.

QUECK, vivus, vivens. Angloſax. *cuce*, *cwic*, *cwicu*, Francis *quecb*, *quick* &c. Belgis & Angl. *quick*. Gloſſ. Pez. caro viva *quechaz fleiſch*. Gloſſ. Lipſ. *quiccaſa* animalia. Id eſt, vivæ pecudes. Symbolum Apoſtol. vetus apud ECCARDUM in Catecheſi Theotiſca: *thanan quemendi ci ardeilenne quecchen endi dooden*, venturus judicare vivos & mortuos. VEREL. in Ind. *kuikr* vivens, vividus, *quik i jord grafas* vivens terra condi. Hodie utimur compoſito *queckſilber* argentum vivum; ſed extra compoſitionem obſoleſcit. A *quick* rurſus fit *quicken*, vario apud veteres ſignificatu. Inde

Angloſaxonibus *cucian*, *cwiccan* vivificare, apud SOMNER. & BENSON. Reliqui utuntur compoſito *erquicken*, quod vide.

Francis *quekken* vivere, vitales actiones edere. WILLERAMUS Cap. IV. 12. *an dir quekkent allerſlahto tugede*, in te pullulant omnis generis virtutes.

Islandis *kuikna* viveſcere, vel vitam accipere, apud VEREL. in Ind.

QUECK, vegetus, robuſtus. Suecis *quick*. Senſus a vivo ad vividum translatus, quo maxime delectantur Saxones inferiores, conſentientibus Græcis, quibus κάικυς robur, ἄκικυς infirmus, κικύω valeo. Et ab hoc ſenſu habemus *erquicken* reficere vires. Omnibus conſentire videtur Heb. *koach* fortitudo, potentia, robur, niſi nos ſonus decipiat.

QUECK, audax, viribus ſuis fidens. Hodie dicimus *keck*, quod a familia haud alienum eſſe, rationibus ſat luculentis demonſtravi in loco.

QUECK, animal. Statuta Bremenſia an. 1433. Stat. 39. Ordel. 93. *So wor een* QUICK *lopet leddig up der ſtraten, ydt ſy pert, idt ſi oſſe, idt ſi ſchwin, und dem idt welcken ſchaden, den ſchal idt beteren.* Plura teſtimonia optanti ſuppeditabit cel. HASÆUS in Bibl. Brem. Claſſ. VI. pag. 174. unde etiam hunc locum decerpſimus.

QUECKSILBER, hydrargyrus. Angloſax. *cwicſeolfer*, Francis *quecſelver* in Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 134. Proprie eſt *argentum vivum*, & ſic dicitur, quod argento ſplendore, viventi tremore ſimile ſit.

QUEDEN, primi generis.

QUEDEN, cantare. VEREL. in Ind. *kueda* carmen canere, *han quad viſu* carmen cecinit, *queda af tungu fram* carmen ex tempore condere. Suecis in hunc diem *quæda* eſt cantare, niſi me fallat STIERNHIELM. in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 121. Idem Græcis ἄδω, ἀείδω, ᾄδω, quæ certe ſunt affinia, vel potius primitiva, a quibus cætera oriuntur, ſive per proſtheſin, ſive per mutationem ſpiritus aſperi in gutturalem. Hic princeps & vetuſtiſſimus verbi ſignificatus, a quo ſequens dependet, & reliqui ab illo.

QUEDEN, dicere. Gothis *quithan* Joh. XVI. 12. Angloſax. *cwethan*, Francis & Alamann. *quedan*. Lex. Run. *kueda*. SOMNER. in Dict. AS. *cwethan* dicere, *thæt is wundor to cwethanne* quod mirum dictu eſt, *cwide* dictum, ſententia, ſermo, *cwyde-leas* mutus, *fore-cwide* prædictio. Gloſſ. Keron. dicere *quedan*, dicit *qhuuidit*, dixit *qhuad*, dicat *qhuede*, dicens *qhedanti*, dictum eſt *keqhuetan iſt*, benedicunt *uuelaqhuedant*, prædicta *forakqhuuetaniu*, ſententia *kaqhuit*. Anglis *quoth* in tertia imperfecti etiamnum uſurpatur, & ni fallor etiam Belgis. Translatum eſt a cantantibus ad loquentes, ſive quod loquentes cantantibus ſimiles ſint, dum vocem per intervalla remittunt & intendunt, ſive

quod vetuſtiſſimi mortalium revera ſermonem ſuum cum aliqua modulatione proferrent. Inde eſt, quod in antiquiſſimis Linguis *canendi, dicendi*; & *legendi* actus, ſæpe eodem verbo exprimuntur. Græcis ſane φράζειν ſignificat *canere* & *dicere*, teſte STRABONE libro primo. Gothis vero *ſingen* eſt legere, quod reliquis Germanis canere.

QUEDEN, per ſyncedochen generis ſignificat (1) *narrare*, in ſerie & ordine dicere. (2) *vocare*, nomen dicere. (3) *ſalutare*, ſalutem dicere. (4) *clamare*, alta voce dicere.

QUEDEN, narrare. Angloſaxones hoc ſenſu dicunt *cythan*. Sed a *queden* Cambri habent *chwedl* fabula, rumor, fama, narratio, colloquium, & *llawenchwedl* evangelium, lætum nuncium.

QUEDEN, vocare. NOTKERUS Balbulus apud ECCARDUM in Catecheſi Theotiſca pag. 80. *daz Græci chedent Symbolum, Latini collationem, daz cheden nuir geuuerf*, quod Græci vocant Symbolum, Latini collationem, hoc nos vocamus conjectionem.

QUEDEN, ſalutare. Gloſſ. Keron. ſalutatis *chuuettan*. VEREL. in Ind. *kuedia* ſalutatio vel ſalutis dictio, *quediur godar* ſalutatio amica, *aſtar quedia* ſalutatio cum amoris conteſtatione. Hiſce congruunt Sorabica, *witam* ſaluto, *witay* ſalve, *witany* ſalutatio, apud FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 836.

QUEDEN, clamare. Gloſſ. Keron. clamans *qhuuedenti*.

QUEDEN, interdum vituperatur, & tunc duo valde diverſa ſignificat, (1) *garrire*, *nugari*, crebro & inepte dicere. De hoc ſignificatu vide plura in frequentativo *quederen*. (2) *calumniari*, *maledicere*. Inde Angloſax. *cwidol* maledicus, apud SOMNER. & BENSON.

QUEDEN, ſecundi generis.

QUEDEN, teſtari. Proprie eſt certificare, verificare, ab adject. omnibus antiquis uſitato *wiſe* certus, verus. Ita a *war* verus fit *bewæren* verificare. Dani & Sueci dicunt *vidne*, *vitna*, absque gutturali in fronte, rectius & antiquius. Vide quæ de origine hujus verbi pluribus diſſerui in *weiß* certus. Dicitur (1) de teſtimonio in genere. TATIANUS Cap. CLXXXVII. 5. *ob th ubilo ſprah, ſage thanne quitti ſin ubile*, ſi male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Lex. Run. *kvidur* promulgatum teſtimonium. (2) de teſtimonio debiti liberati. Hoc genus teſtificationis hodie appellamus *quittung*. (3) de teſtamento. SOMNER. in Dict. Angloſax. *cwide* teſtamentum, *cwyde-leas* inteſtatus.

QUEDEN, tertii generis.

QUEDEN, lamentari. Angloſax. *cwithan*, Scandis *qwyda*. Verſio Angloſax. Matth. XI 17. *we cwithdun, and ge ne weopun*, lamentavimus, & non planxiſtis. VEREL. in Ind. *kuida* queri, lamentari, *kuidafullr*, querulus. Suecis *qwyda* etiamnum eſt queri, quiritare. Dicitur alias *keren* in iisdem Dialectis, a Lat. *queri*. Hinc auguror, *cwithan* eſſe a Lat. *quiritare*, per ſyncopen.

QUEDEREN, garrire. Frequentativum a *queden* dicere, quod Belgis effertur *quetteren*, Suecis *qwittra*, & in noſtris Dialectis *köderen*, *kütteren*. Vulgus inde formavit *kauderwelſch*, quod eſt quaſi *queder welſch*, hoc eſt, nugæ peregrinæ, & per contemptum ſermo a domeſtico alienus. Cambri a ſimplici *queden* videntur habere *chwydawraeth* nugatio.

QUELE, manutergium. Vide *Zwele*.

QUELL, fons, ſcatebra, ſcaturigo. Angloſax. *weal*, *wæl*, *welle*, *wæli-geſpring*, Belg. & Angl. *well*, Suec. *kælla*, *ſpring-kælla*, *adrekælla*. Vi originis ſignificare poteſt, vel aquam ſalientem, ſi derivetur a *wallen*, ſcaturire, erumpere; Vel aquarum verticem, ſi ducatur ab Islandico *kull* caput, quod habet VEREL. in Ind. A *quell* rurſus fit *quellen*, *quillen* ſcatere, erumpere, quod male derivatur a *quemen* venire.

QUEMEN, venire. Vide *Kommen*. Belgæ etiamnum utuntur tertia imperfecti *hy quam* veniebat.

QUEMEN, in metaphorico dicendi genere ſignificat (1) *quadrare*, *congruere*, quia congrua ſunt ſimilia eorum, quæ appoſite in rem veniunt. Franci hoc ſenſu dicunt *bequemen*, quod vide. (2) *placere*, *morem gerere*, quia morem gerentes hoc agunt ut conveniant. Saxones hoc ſenſu dicunt *cweman* & *gecweman*. Verſio AS Marc. XV. 15. *Pilatus wolde thom folce gecweman*, Pilatus voluit ſatisfacere (morem gerere) populo. Ita Latinis a πελάζω accedo formatur *placeo*, non propter acceſſum ad locum, quod iis quæ placent jungi ſoleamus, aut ſeparari ab iis quæ diſplicent (ſicut MARTINIUS, qui hujus etymologiæ auctor eſt, exiſtimare videtur,) ſed propter acceſſum tropicum, qui convenientia naturæ, indolis, voluntatis & morum definitur. Hodie utimur reciproco *ſich bequemen*, quod eſt a *bequemen* accommodare, convenientem reddere.

QUEN, uxor, & quælibet de ſexu. Græc. γυνὴ, Goth. *quino*, Angloſax. *cwen*, Franc. *quena*, *chena*, Island. *kona*, *kuenna*, Suec. *qwinna*, Pruſſis & Lithuan. *genna*. Gloſſ. Lipſ. *quena* uxor. Gloſſ. Pez. mulieribus *quenun*. TATIANUS Cap. II. 1. *quena ſona Aarones tohterun*, uxor de filiabus Aaron. NOTKERUS Pſ. CVIII. 9. *ſiniu chint uuerden uueiſen, ſin chena uuiteuua*, fiant filii ejus orfani, & uxor ejus vidua. VEREL. in Ind. *kona* uxor legitima, in Legibus ubique, *kuenna*, *kuinna* fœmina, uxor, paſſim, *kungadur*, *kuengadur* uxoratus, *kuanfang*, *quenfang* ductio vel acceptio uxoris, *kuennafar* coitus cum muliere. Cuncta a *kennen* parere, gignere, quaſi prolifica & fœturæ apta. CLAUDIANUS:

Naſcitur ad fructum mulier prolemque futuram.

Quemadmodum autem *Mater* per excellentiam dicitur de *Deabus* & *Reginis*: ita etiam *quen* antiquitus non ſolum matremfamilias, ſed etiam Deam & Dominam denotavit. Inde Cambris

Cambris *gwener* Venus, Angloſaxonibus *cwen* regina, *ſuth-dæles cwen* regina Auſtri Luc. XI. 31. Apud Anglos *queen* etiamnum in ſummo honore eſt, & ſoli Reginæ proprium. Quoties vero vel ab Antiquis vel a recentioribus vituperatur, tunc vox capite truncatur. Ergo cum meretrix Angloſaxonibus vocatur *cwen*, Anglis *queen*, Suecis *kona*, id per aphæreſin fieri ex *hor-cwena* exiſtimo. Conſenſum Slavonicæ vocis vide in *Amazones*.

QUER, oblique. Vide *Zwerch*.

QUERL, bacillus, quo luteum ovi diſſolvitur. Referri poteſt ad *wirren* in gyrum movere.

QUERN, mola. Goth. *quairn* Marc. IX. 42. Angloſaxon. *cweorn*, *cwyrn*, Franc. *quirn*, *chuira*, Angl. *quern*, Suec. *quarn*, Island. *kuern*. Gloſſ. Pez. molam *quirn*, mola aſinaria *eſilih chuiraſtein*. VERELIUS in Ind. *kuern* mola. SOMNER. in Dict. AS. *cweorn*, *cwyrn* mola, moletrina, *cweorn-ſtan* lapis molaris, *cwyrnburne* torrens molaris. Oritur vel a motu gyrali ut antecedens, vel a verbo Angloſax. *cwyſan* terere, conterere, comminuere, quod extat Luc. XX. 18. *ælc the fylth ofer thæne ſtan, byth forbryt, ofer thæne the he fylth, he tocwyſt*, omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur; ſuper quem autem ceciderit, comminuet illum. S. mutari in R. innumeris conſtat exemplis.

QUETSCHEN, collidere, contundere. Francis *quezzon*, Belg. *quetſen*, Angl. *ſqueeze*. Gloſſ. Lipſ. *quezzodus* alliſiſti. Frequentativum a ſimpliciori *cwyſan*, quod Angloſaxonibus nonſolum *terere*, ſed etiam *contundere* ſignificat, teſte SOMNERO & BENSONIO. Cum illo convenit Lat. *quatere*, *quaſſare*.

QUETSCHEN, fauciare. Belgis ut ſupra. Dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, colliſio pro vulnere ex contuſione facta. Cum hoc ſenſu convenit Gr. *κεντέω*, Lat. *cutio*, & Sorabicum *kwoczczu* ferio.

QUETSCHEN, pruna. V. *zwetſchen*.

QUINEN, queri, lugere. Verbum Celticum, quod Cambris effertur *cwyno*, Gothis *quainon* Matth. IX. 15. Belg. *quynen*, Isl. *kuema*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *cwyno* queri, gemere, *cwyn* querela, querimonia, lamentario. VEREL. in Ind. *kueina* queri. Differt a *weinen* plorare, quamvis cum illo ſit cognatum.

QUINEN, languere, ægrotare. Belgis ut ſupra. Dictio metonymica, qua ſignum ponitur pro ſignato, gemitus pro ægritudine.

QUISTEN, perdere, facere ut pereat. Cod. Arg. Luc. IX. 56. *ni quam ſarwalom quiſtjan*, non venit animas perdere. Hodie utimur compoſito *verquiſten* dilapidare bona. Cum ſimplici convenit Græc. *αἰσόω* deſtruo, perdo. Confer *wüſten* deſtruere.

QUITT, liber, ſolutus, immunis. Belg. *quyt*, Angl. *quit*, Gall. *quite*. A Lat. *viduus*, & non a *cautus* vel *quietus*. Inde *quittieren* miſſum facere, ſolvere a nexu, Gall. *quiter*.

QUITTE, malum cotoneum, *μῆλον κυδώνιον*. Res & nomen peregrinum.

QUITTUNG, teſtimonium debiti liberati. Gall. *quitance*, Latino-Barb. *quittantia*. Non a Lat. *cautio*, nec a Lat. *quietare*, etiamſi illud HALVIGIO, hoc VOSSIO ſe probaverit; ſed a *queden* teſtari, unde Francis fit *quitti* teſtimonium, & noſtris *quittung* teſtificatio de pecunia ſoluta. Vide plura in fonte. A *quitti* rurſus fit *quittieren* teſtimonium ſolutionis dare.

R.

RABATTE, terra raſtro congeſta. Terminus hortenſis, origine Slavonicus. Nam raſtrum Bohemis dicitur *hrabe*, Sorabis *rabi*. Et hinc porro terram raſtro corradere Bohemis vocatur *hrabati*, teſte FRENZELIO in Orig. Sorab.

RABE, corvus. Angloſax. *ræfn*, *ræfen*, Angl. *raven*, Belg. *rave*. An quod ex rapacitate vivat, a *rauben* rapere? Ita de voce Saxonica ſentiunt SPELMANNUS & SOMNERUS: ille in voce *reffo*, hic in voce *reafian*. Et ingenium quidem rapax hujus avis ſatis tuetur hanc etymologiam. Olim tamen cum Cel. ECCARDO exiſtimavi, vocem hodiernam ex vetuſtiori quadam *rabfogel*, vel ſimili compoſito, apocopatam eſſe, & proprie avem cadaveris appetentem ſignificare, a *rabe* cadaver. Nec aliunde Latinis appellari videtur *corvus*, Suecis *korp*, quam quod cadaver appetat, quod lingua veteri Britannica dicitur *corf*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Gr. *κόραξ* multorum judicio eſt a *κόρος* niger. Si quis tamen hæc omnia, vel a voce naturali ficta, vel tanquam cognata ad linguam aliquam antiquiorem per varias literarum mutationes referenda eſſe cenſeat, per me licebit. Extant & alia nomina a clamore deſumpta, quæ vide in *ram* corvus.

RABE, cadaver. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *corf*, Angloſax. *hræw*, *hreaw*, Francis *hreo*, *hrao*, *chreo*, Island. *hræ*, Sax. inf. *reef*. Gloſſ. Pez. funeri *hreo*. Gloſſ. R. Mauri MS. cadaver *hrao*. VEREL. in Ind. *hræ* cadaver, *hyl hræ min* ſepeli cadaver meum, *hræfuglar* aves rapaces, *hræſvelgur* cadaverum devorator. In Lege Salica Titulus LXXIV. inſcribitur *de chreodiba*, & agit de combuſtione cadaverum. Quod ex obſervatione ECCARDI ſcribo. Hodie *rabe* ſuperat eo ſenſu in comp. *rabenſtein* locus ſupplicii, locus cadaverum projectorum.

RACHE, res. Vetus Alamannicum. Gloſſ. Keron. res *racha*, rerum *rachono*, rem *rahcha*, rebus *rahhochom*, ex rebus *er rachom*,

revera *rachu uuareru*, de hac re *fona deſera rachu*, alicujus rei *edezlichera racha*. Credo, quod ab initio fuerit *raka*, a ῥέζω facio, mutato Z. in K. Nam ens actu exiſtens dicitur id, quod vel ſe ſolo, vel conjunctum cum alio aliquid operatur. Et hinc quoque derivari poteſt vox Lat. *res*. Ita etiam *ding* eſt a *thun*, & *ſache* ab *ago*. PALTHENIUS lectionem GOLDASTI in dubium vocat, & legendum cenſet *ſacha*, qua voce hodie *res* deſignatur. Sed nihil in Lectione mutandum. Vide quæ pro fide Goldaſti Animadverſionibus Palthenianis ſubjecit doctiſſ. FRICKIUS in notis cancellatis ad Gloſſ. Schilt. pag. 670.

RACHE, cauſa, ratio. Angloſax. *race*, Franc. & Alam. *racha*. Gloſſ. Keron. cauſa *rahcha*, cauſæ *rahchu*, cauſam *rahhan*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XXV. 3. *thuruh theſa racha*, propter hanc cauſam. Hinc porro excuſare, cauſam obtendere KERONI dicitur *entrahhon*, & excuſatio *antrahcha*. Quibus conſentiunt Angloſaxonica *andracan* & *andrace*, apud SOMNERUM in Dict. Cuncta rurſus a ῥέζω facere. Nam cauſa producit effectum, & ratio cognitionem. Et hinc etiam eſt vetus particula cauſalis *rac*, quæ Armoricis & Hibernis, teſte TOLANDO, *nam*, *enim* ſignificat. Galli dicunt *car* pet anaſtrophen, Græci γάρ. Nos a *rache* habemus *rechnen* computare, *rechenſchaft* expoſitio cauſæ, *rechenſchaft geben* reddere dictorum aut factorum rationem.

RACHE, expoſitio rei per cauſas, narratio, & ſimilia. SOMNER. in Dict. Angloſax. *race* hiſtoria, expoſitio, narratio, lectio, ratio, allegatio, argumentum, tractatus, *reccan* narrare, declarare, enumerate, ſupputare, *ſwefn reccan* ſomnia interpretati, *bereccan* contrarium ratione probare. Similia habent Alamanni apud KERONEM, cujusmodi ſunt, referamus *rahhomes*, enarras *errahhos*, expoſitiones *kirechida*. Hinc hiſtoria, quæ rerum geſtarum ſeriem enarrat, Francis dicitur *katatrahha*, & hiſtoricus *katatrahhari*, a *tat*, *katat* res geſta, in Gloſſis Pezianis.

RACHE, ſenſu forenſi eſt cauſa litigioſa. Et hoc ſenſu videtur occurrere in nomine *Rachimburgiorum*. Erant autem *Rachimburgii* judices apud Salios & Ripuarios, ut ex Legibus eorum liquet, & Comitum in judiciis aſſeſſores, quorum officium erat cauſas perpendere, in jus inquirere, & ſecundum leges definire, & conſequentes innocentes tueri, & ab oppreſſione defendere, & inde nomen a *rache* cauſa, & *bergen* tueri, quaſi cauſarum patroni. Dicuntur & *Racimburgii*, a Saxonico *race*, & *Regenburgii*, quia C. facile tranſit in G. & majori licentia *Rathimburgii*, tandemque per ſyncopen *Raimburgii*. Qui in his vocibus, quaſi diſtinctis, myſteria quærunt, videntur mihi umbras ſectari. Interim BIGNONIO adſentior, qui *Rachimburgios* & *Scabinos* in eandem claſſem refert. Erant enim Judices, quamvis diverſis diverſimode appellati, Ripuariis *Rachimburgii*, teliquis Francis *Scabini*. Plura de *Rachimburgiis* ſuppeditabunt SPELMANNUS & CANGIUS in voce, WENDELINUS in Gloſſ. Sal. ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 96. BRUMMERUS in tractatu de Scabinis cap. 5. Quamvis autem *rache* pro cauſa litigioſa dudum deſierit, ſobolem tamen ſibi ſimilem reliquit, quæ magnum in foro ſtrepitum edit, nempe *rügen* accuſare.

RACHE, vindicta. Gothis *wraka*, *wrakja* Matc. IV. 17. Angloſax. *wrace*, *wracu*, *wræc*, *wræce*, *wrec*, apud BENSON. Franc. *riche*, *geriche*, apud SCHILTER. in Gloſſ. Alaman. *rihti*, *kerihti*, apud KERON. in Gloſſ. Refer ad *ræchen* ulciſci.

RACHEN, fauces, palatum. Angloſax. *braca*, Franc. *bracho*, Belg. *raak*. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. *pumen* proximum *gurgulioni*, quo cibus & potio devoratur, *ſublinguium* eſt, id eſt, *bracho*. Oritur non a Lat. *rictus*, ſed potius ab Heb. *rakia* cœlum, vel convexa cœli, quod figuram cœli, quæ cava & rotunda eſſe creditur, quodammodo imitetur, unde etiam Belgis cavitas illa oris, fornicis inſtar concamerata, vocatur *gehemelte van den mond*, ab *hemel* cœlum. *Cœlum* autem ſic dicitur a κοίλον, quod concavum ſit & convexum: & alio nomine *Covum* quaſi *cavum*, quia tale ſe nobis videndum offert. Similitudinem, quæ eſt inter Cœlum & palatum, a multis populis agnitam eſſe, teſtantur nomina communia in variis linguis. Græcis οὐρανὸς eſt cœlum & palatum. Latinis *palatum* de cœlo & ore dicitur. CICERO Lib. II. de nat. Deor. cap. 18. *Sed Epicurus, dum palato quid ſit optimum, judicat, cœli palatum* (*ut ait* ENNIUS) *non ſuſpexit*. Similiter & gentibus Slavonicis *nabe* cœlum & palatum ſignificat, obſervante ECCARDO in Cat. Theot. pag. 101. Et rationem communis appellationis ex VARRONE hanc reddit S. AUGUSTINUS, *quod hiatus noſter, cum os aperimus, mundo ſimilis eſſe videatur*. Lib. VII. de Civ. Dei cap. 8. Quibus nunc addo, quod vox Hebræa & Germanica conveniant in radice *recken* expandere, & quod hæc notio tam cœlo quam palato reſpondeat.

RACKER, homo vilis & abjectus, ut ſunt cloacarii, excoriatores, & ſimilia ejectamenta plebis. Suec. *rackare*. Omnino a *recken* ejicere.

RAD, cito, celeriter. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *rath*, *rathe* cito, confeſtim, ocyus, *ræthe* protinus, *hrædeſt* breviſſime. Gloſſ. Boxh. *ſo rado* quantocyus. Hoc adverbium, omnibus olim Germanis commune, nunc ſolis Trans-albianis proprium uſitatumque, cum univerſa cognatione aptiſſime referri poteſt ad *raden* properare, cum impetu & celeritate ferri, cujus antiquitatem infra oſtendo.

RAD, celer, alacer. Angloſax. *hræde*, *hræd*, Franc. *rado*, Belg. *rad*, *ras*, Græc. ῥαδινός. Gloſſ. Boxh. *rader* citatus. VEREL. in Ind. *ras-vidur* lignum volans, id eſt, ſagitta.

Hodie

Hodie non amplius dicimus *rad*, ſed *raſch* & *riſch*, quæ vide.

RAD, ſubſtantive *curſum* & *curſorem* denotat, & dicitur antiquitus de rota, de curru, de fluvio, de impetu fluvii, & de omni impetu in agendo, quamvis literis aliquantulum mutatis.

RAD, rota. Vox Celtica, & utiliſſimo inventō, propter quod Auriga in cœlo conſpicitur, pene coæva, quæ Cambris effertur *rhod*, Armoricis *rat*, Hibernis *rit*, *rhotha*, Francis *rad*, Belgis *rad*, Gallis *rouë* per ſyncop. Gloſſ. Boxh. *radeſtacho* ſudes. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 26.

Galilea, thaz ih quad,
Theiſt in Frenkúgon rad.
Galilæa, quam dixi,
Eſt in Francico (ſermone) rota.

Sic autem dicitur, quaſi curſor, vel pes currens, a celeritate. Nam rotæ (ut bene MARTINIUS) ſunt ceu pedes, per quos currus ῥοθῶ, id eſt, currit, movetur. STADENIUS *rad* deducit ab Island. *rota* circumagere, huc illuc vertere, commodo quidem ſenſu, ſed a reliqua cognatione avulſo, & ideo minus probabili. Salva autem erit affinitas, ſi verbum ducatur a ſubſtantivo, prout fit in aliis Dialectis. Sic Latinis a *rota* fit *rotare*, & Angloſaxonibus R *hweol* rota, *walwian* volvere. *Rota* Latinis communicari potuit ab Oſcis, vel aliis Celtice loquentibus populis Italiæ antiquis, ut poſtea *petoritum* a Gallis. FESTUS: *Petoritum & Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum exiſtimant a numero quatuor rotarum.* Cambris & Armoricis, veteris Linguæ Gallicæ & Britannicæ cuſtodibus, *quatuor* in hunc usque diem dicitur *pedwar* vel *petoar*.

RAD, currus. Vox antiquo-Gallica, quæ Latinis effertur *rheda*, Francis *reit*, Islandis *reid*, Græcis inferioribus ῥέδαι & ῥαιδαι. Gloſſ. Pez. bigæ *reiti*, quadrigæ *reiti*, currilium equorum *reitroſſo*, auriga *reituueko*. VEREL. in Ind. *reid* carpentum. De *rheda* & *rhedario* ne dubium quidem eſt, quin apud Gallos nata ſint. Diſerte QUINTILIANUS Lib. II. cap. 5. *Plurima Gallica valuerunt, ut rheda, ac petoritum quoque.*

RAD, fluvius impetuoſe currens. Gloſſ. Lipſ. *ritha* torrens. VERELIUS in Ind. pag. 202. *vats-raſer* torrentes. Atque hinc jam patet, unde & qua Lingua RHODANUS, celebris Galliæ fluvius, nomen invenerit. Cum enim rapidiſſime feratur, non lente ſicut *Arar*, qui hodie *Saone*, hinc illum a celeri curſu ſic dictum eſſe, res ipſa oſtendit, & obſervat PEZRONIUS in Antiq. Celt. pag. 411.

RAD, curſus fluvii, & omnis in agendo præcipitantia. SOMNER. loc. cit. *ræſe* curſus, impetus fluvii. VERELIUS in Indice *ras* curſus, item præcipitantia in verbis, conſiliis, factis.

RADEN, currere, properare, celeriter & cum impetu ferri. SOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *rhedeg* currere, *rhedaf* curro, *rhedfa* curſorium, curſus, *rhedegfain* curſitare, *blaenrhed* præcurſor, a *blaen* pars anterior. Similiter & Armoricis *rhedec* & *rheden* eſt currere, apud PEZRON. loc. cit. Græcis ῥοθῶ cum impetu ferri, Angloſaxonibus *hradian* properare, apud BENSON. Hebræis *ruz* currere, Gallis *roder* hinc inde curſitare. Hodie utimur compoſito *geraten* incurrere.

RADEN, exſtirpare. Verbum inf. Saxoniæ. BROCKS *Irdiſches Vergnügen in Gott* Part. 2. pag. 474. *man radet unkraut aus*, zizania exſtirpantur. Germani ſuperiores dicunt *roſten*, quod vide.

RÆCHEN, ulciſci, vindictam ſumere de eo, qui malum fecit, aut feciſſe putatur. Goth. *wrikan*, Angloſax. *wrecan*, *wrecceam*, Francis & Alam. *rieben*, *rechen*, Belg. *wreken*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XX. 67. *zurnen oda rechen*, iraſci aut ulciſci. Gloſſ. Boxh. *unkirochan* inpunitus. Videtur idem quod *recken* perſequi; & primis temporibus de propinquis tantum occiſi dictum, quibus fas erat, interfectorem, ſi ſolvendo non eſſet, bonis omnibus exutum domo pellere, aut fugientem perſequi & occidere. Sane Gothica Dialecto *wrikan* eſt perſequi. Joh. XV. 20. *jabai mik wrekun, jah izwa wrikand*, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Poſtea ſenſus ad omnes vindictæ ſpecies, quibus malum pro malo redditur, videtur translatus. Germani, Francos & Alamannos ſecuti, literam W. ab initio vocis elidunt.

RÆCHEN, vindicare eum, qui malum paſſus eſt, defendendo, liberando, & injuriam propulſando. Evang. Goth. Luc. XVIII. 8. *gawrikith ins ſprauto*, faciet vindictam illorum cito. Ubi Luth. *er wird ſie retten in einer kürtze*, liberabit eos brevi. NOTKARUS Pſal. XVII. 48. *du biſt Got, du mih ribeſt*, tu es Deus, tu me vindicas. Id eſt, liberas. Hic ſenſus totus metonymicus eſt, ab antecedenti ad conſequens, hoc eſt, a malo quod nocenti infligitur, ad malum quod ab innocente propellitur, translatus, quoniam dum ille ad pœnam trahitur, hic eo ipſo liberatur. Latinis quoque *vindicare* & *ulciſci* utroque ſenſu dicitur.

RÆDELS-FURER, *rædels-fürer*, auctores & anteſignani ſeditionis, ſic dicti, ſive ab Angloſax. *rade* conſilium, ſive a Belgico *ratel* crotalum, ſive a Cambrico *rhodl* remus. Singula enim conveniunt iſtis turbonibus, ſive rebellionem a ſe excitatam conſilio regant, ſive ducant exemplo.

RÆNKE, fraudes. Vide *renken*.

RÆTZEL, ænigma. Angloſax. *rædels*, *brædelſe*, Francis *ratiſſa*. Gloſſ. Boxh. *ratiſſa* problema, *ratiſſo* ænigmata. Gloſſ. Pez. problema *ratuſſa*. TATIANUS, *in ratiſſum* in parabolis, LXX. 2. LXXIV. 5. *andera ratiſſa* aliam parabolam, LXXII. 1. LXXIII. 1. LXXIV. 1. *horet ratiſſa* audite parabolam, LXXV. 1. Proprie eſt oratio figurata ad ſolvendum propoſita, ſive a *raten* divinare, ſive

cacabi fuligo. Forte a *cremo*, ut *fuligo* a φλέγω, quia ex rebus crematis exiſtit.

RAM, pars extrema rei. Dicitur alias *rain*, *rand*, *ranſt*, a *reinen* tangere, quia res per extremitates ſe mutuo tangunt. N. in ore vulgi facile mutatur in M. Hinc, quod ab initio fuit *ran*, poſtea uſu volente evaſit *ram*. Dicitur ſynecdochice de *margine* & *termino*, quia uterque eſt pars extrema rei.

RAM, margo. SOMNER. in Dict. Angloſax. *rima* ora, margo, labrum, *ſæ-rima* ora maritima. Anglis *rim* eodem & latiſſimo ſenſu. Hodie utimur tantum de margine artificiali, cujusmodi eſt, margo feneſtræ, ſeptum picturæ, regula texturæ &c. Similiter & Belgis *raam* ad eundem ſenſum reſtringitur. Nos inde formamus *beramen* margine includere, circumferentia munire, latera compagine jungere.

RAM, terminus, *beramen* definire, determinare, *maſſe beramen* menſuram determinare, limites agendi præſcribere. Allegorice dicitur de ſcopo, quia ſcopus eſt terminus intentionalis agentis, quem vulgo vocant *terminum ad quem*. Inde *ramen* collimare.

RAMEN, *beramen*, definire, determinare. Proprie terminum figere, a *ram* terminus. Dicitur autem nonſolum de menſura, ſed etiam de tempore. Inde Belgis formulæ, *eenen dag raamen iets te doen* figere diem negotio, *een tydt beraamen* præſtituere tempus. Occurrit & *verramen* eodem ſenſu. Hinc in Actis Comitial. Norimb. 1470. obſervante SCHILTERO in Gloſſario, dies Turcarum cauſa definitus dicitur *verramet*. Imo etiam *anramen* & *anberamen* non carent auctoritate. Longobardos inde formaſſe verbum forenſe *adbramire* condicere diem, jam ſupra in loco monſtravimus. Nihil hic facit Latinorum *ramus*, neque ab illo pendet verbi Longobardici cognitio, etiamſi id operoſe contendat ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 73. Nam *rami* in condictione diei nullus erat uſus apud veteres.

RAMEN, collimare, intendere. A *ram* terminus, quatenus eſt ſcopus & meta agentis. Gloſſ. Pez. intendere *raman*. NOTKERUS Pſal. LXXVI. 2. de voce clamantis ad Deum: *ze anderiu ne rameta*, ad alios non collimavit. Dicitur etiam de iis, qui ictum intendunt. Sic de Petro, qui ictum in caput Malchi intendebat, OTFRIDUS ait: *er thes houbites ramta*. Quod Cel. SCHERZIUS optime vertit: *collimabat ad caput*. Eodem ſenſu occurrit in Jure prov. Alam. Cap. 176. 1. *ramet ain man ainez vogelz - - - und triffet ainen menſchen*, ſi quis collimet ad feriendam avem, & feriat hominem. Inde Belgis *raam* & *raaming*, attentio agentis, & intentio jaculantis.

RAMEN, capere, arripere, prenſare. VEREL. in Ind. *rama* arripere, *brama* unguibus corripere, *brammur* ungues leonis, urſi, lyncis. Hodie ſuperat apud Suecos, quibus *rama* idem quod *taga till ſig*, *fatta*, *gripa*, hoc eſt, arripere. Inde *rambunt* canis accipiter in Leg. R. Canuti. Et hinc etiam exiſtit verbum Salicum *adrhamire*, quod cum Longobardico ejusdem ſoni non debet confundi. Vide utrumque in loco.

RAMEN, ſuſpendere. Verbum a Græcis per Gothos ductum, ut paulo ante oſtenſum in *ram* crux.

RAMME, machina magnæ molis, architectis nota. Sic dicta quaſi *cremaſter*, a *ramen*, κρεμᾶν, ſuſpendere. Nam & cruci ſimilis eſt, & ſuſpenſam tenet fiſtucam, quæ funibus attracta & rurſus remiſſa arbores & truncos in terram adigit. Inde *rammen* trabes & palos ſuſpenſo pondere in terram pangere. Poſtea ſenſus ad minores paviculas, quæ manibus ſuſpenduntur, translatus eſt. Inde Anglis *to ramm* fiſtucare, & inde *rammer* fiſtuca. Noſtri utuntur diminutivo *rammel*.

RAMMELN, catulire. Frequentativum a *rammen* clamare, ejulare. Dicitur primario de felibus tantum, quæ, cum naturaliter horreant veneream maris conſuetudinem, nec niſi ejulando morem gerant, caſtiſſime dicuntur *ejulare* pro *catulire*. Poſtea ſenſus a felibus ad omnes animalium coitus translatus eſt. Gloſſ. Boxh. *rammalond* coitus. Inde Belgis *rammelen* in venerem ruere, & *rammelaar* maſculus inter cuniculos. Denique etiam ad vagas hominum libidines aptari cœpit. Inde Anglis *to ramble* laſcivire, vagas veneres de domo in domum ſectari inſtar felium, & Belgis *rammelaarſter* ſcortum.

RAMMEN, *ramen*, clamorem edere quocunque modo. SOMNER. in Dict. Angloſax. *bryman*, *bræman*, clamare, ejulare, plorare, *bream* clamor, ejulatus, ploratus. Verſio Angloſax. Matth. IX. 27. *twegen blinde brymende and cwethende*, duo cœci clamantes & dicentes. Convenit Græc. ὠρύομαι lamentor, intenſe clamo.

RAMMEN, impedire, *den weg verrammen* viam aut aditum trabibus, truncis, aut ſimilibus impedimentis obſtruere. SOMNER. loc. cit. *bremman* impedire, *bremming* impedimentum, *remming* obſtaculum. Conſentire videntur *mora*, *remora*, *morari*.

RAMMEN, arietare, muros ariete pulſare. Hoc Belgis proprium. A *ram* aries, & machina arietaria.

RAMP. Vide *rumplen* ſtrepitare.

RAN, rapina, ſpolium. Ita R. CANUTUS in Legibus Angloſaxonicis apud SPELMANNUM. Antiquiſſimis Francorum *reno* idem denotaſſe, colligitur ex voce Malebergica *chereno*, quæ in Lege Salica Tit. XXXIV. 3. & paſſim, ponitur pro rapina, quod optime obſervatum ECCARDO in notis pag. 46. Franci delectantur præfixis, quæ apud Septemtrionales ſunt in horrore. Hinc rapina in Monumentis Danicis & Suionicis ſimpliciter dicitur *ran*. VEAELIUS in Ind. *ran* in Legibus ubique rapina, raptum vi, a *ræna* violenter auferre, rapere, *rans-fe* vi raptum, rapina, *rans-bot* rapinæ mulcta,

rit in *raſe* cæſpes. Confer ſignificatum ſequentem, qui a præſenti dependet.

RASEN, per ſynecdochen generis eſt *tondere*, & Latinis dicitur *radere*, Gallis *raſer*. Germani hodierni dicunt *raſieren*, imitatione Gallorum; ſed tamen a *raſen* videntur habere *raſch* pannus raſus, qui opponitur pexo & villoſo.

RASEN, inſanire. Novum, ſed e ſemine vetuſto ortum, ſive a Gr. ῥοθῶ cum impetu ferri, ſive ab Islandico *ras* præcipitantia in verbis, conſiliis, factis, quod habet VERELIUS in Ind. Tales enim ſunt omnes quos veſanos dicimus, rapti, præcipites, impetuoſi, & currui Phaethonteo ſimiles, de quo OVIDIUS:

Nec audit currus habenas.

Aliam etymologiam propinat PALTHENIUS ex Harm. Evang. TATIANI Cap. XLI. 1. *inuuertes ſint ſie raze uuolua*, intrinſecus ſunt lupi rapaces. Ubi *raze*, inquit, proprie eſt rabioſus, furioſus, unde Germanis *raſen* furere, *raſerey* furor. An ſatis exacte, dubito. Nam *raze* interpreti Tatiani non ſunt furioſi, ſed rapaces: Et hoc ſenſu etiamnum ſuperat in *ratze* glis, ſorex, mus major domeſticus, a rapacitate ſic dictus. Quemadmodum autem Latinis *inſanire* duobus modis dicitur, de levi inſania, ab ira vel alio impotentis animi affectu vehementiore orta, & de morbo ſeu intemperie furiali: Ita Germanis *raſen* ſignificat (1) leviter inſanire. Sic vulgo dicunt, *er hat noch nicht ausgeraſet* nondum deferbuit, nondum juveniles ardores depoſuit. (2) graviter inſanire. Inde *raſerei* rabies & furor mente captorum.

RASPE, lima, *raſpel* radula, lima lignaria. Utrumque a *raſpen* radere.

RASPELN, radere, *zuſamen raſpeln* corradere. A *raſpel* radula.

RASPEN, radere. Angli dicunt *to raſp*, Galli *raſper*, Hiſp. *raſpar*, Itali *raſpare*. Quæ vulgo perperam & invitis literis ducuntur a Lat. *radere*. Nam prima verbi forma fuit *rapſen*, & poſtea mutato ſibili ſitu *raſpen*. VERELIUS in Ind. *repſa ran* quod quis cum aliorum injuria corradit. Proprie rapina corradendo facta, ſenſu quidem allegorico, ſed a radendo manifeſto petito. Quemadmodum igitur a *rappen* capere recte fit *rapſen* frequenter capere: ita a *reiben* fricare legitime formatur *repſen*, *rapſen*, *raſpen*, radere. Quid enim eſt radere niſi frequenter fricare? De hac transpoſitione vide plura in PS. inter *Prolegomena* Sect. III. nec non Sect. IV. in *Metatheſi τῆ* S.

RASSELN, fragorem edere, *geraſſel* fragor nubium, armorum, curruum, catenarum &c. Angloſaxonibus *hriſtlan* eſt ſtrepitare, Anglis *ruſtling* ſtrepitus, crepitus, Belgis *ratel* crepitaculum, Græcis ῥάσσω tundo, pulſo, collido, ἀράσσομαι collidor. Quæ videntur inter ſe cognata. Quodſi ex Græca dictione noſtram æſtimare licet, *raſſeln* proprie erit contundi, collidi, & metonymice *ſtrepitum edere ex colliſione*. Solent enim verba, quæ ſonitum ſignificant apud nos, formari a pulſu, vel ſimili cauſa efficiente. Exempla dedi in *brauſen*.

RAST, requies. Angloſaxonibus, Francis & Alam. *reſt*. Gloſſ. Keron. requies *reſti*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XI. 75.

Ioh ſie giuuiſſo uueſtin,
Thaz er ſtuant ſon then reſtin.
Ut certo cognoſcerent,
Quod reſurrexerit a quiete.

Idem Belgis *ruſt*, Angl. *reſt*. Notus verſiculus ex Hymno Eccleſiæ:

Im geſetz iſt weder raſt noch ruh,
In lege nulla eſt requies.

Ubi obſoletum jungitur uſitato, ut ſæpe alias. Forte Belgicum cæteris antiquius. Nam a *ruhen* quieſcere, recte fit *ruſt* quies, per medium derivandi ST. Similia derivata vide in PROLEG. Sect. VI. Græcis ῥαχώη eſt relaxatio, nonnulla cum cæteris affinitate. Præcipuum compoſitum eſt *raſttag* ſabbatum, Angloſaxonice *reſte-dæg*, quaſi dies quietis, Marc. XVI. 2. Quamvis etiam quemvis diem, in quo ab opere vel itinere cœpto quieſcimus, denotare poſſit.

RAST, milliare. S. HIERONYMUS in Joelem: *Unaquæque Gens certa viarum ſpatia ſuis appellat nominibus. Nam & Latini mille paſſus vocant, & Galli Leucas, Perſæ paraſangas, & RASTAS univerſa Germania.* Non poterat autem Linguam Germanicam ignorare S. Hieronymus, qui poſt ſtudia Romana Treviris aliquandiu commoratus eſt, & de Linguæ Galaticæ & Trevirenſis ſimilitudine judicium ſuum poſteris reliquit in Præf. ad Lib. 2. Comment. ad Galatas. In Evangelio Gothico *raſta* diſerte ponitur pro milliari, Matth. V. 41. *jabai hwas thuk ananauthjai raſta aina, gaggais mith imma twos*, ſi quis te angariaverit unum milliare, vade cum illo duo. Uſum Francorum teſtantur Diplomata DAGOBERTI & LUDOVICI PII apud CANGIUM in voce. Angloſaxones neſciunt quid ſit *raſta*. Et nihilominus ulteriores Germanos eadem voce antiquitus uſos eſſe, certiſſimis conſtat indiciis. Nam in Lexico Runico *roſt* exponitur menſura viæ; Et in Indice Vereliano *raſt* eſt certum itineris ſpatium ſive milliare ſive mille paſſus, & *tolf raſtir* duodecim milliaria. Unde mirum videri poteſt, qui factum ſit, ut Saxones inter Francos & Scandos medii, vocem ignoraverint. Ignoraſſe autem, vel hinc patet, quia milliare vocant *mila*, aut circumſcriptione utuntur, dicendo *thuſend ſtapa*, h. e. mille paſſus. Vide Verſ. AS. Matth. V. 41. Ruſticum *wurſt* a cæteris haud alienum eſt, & per converſionem fieri potuit ex *roſt*. Proprie autem ſignificat quietem, & dicitur de ſpatiis & menſuris viarum, quia ejusmodi ſpatia ſunt ſtationes, ubi viatores cum jumentis ſolent

quiescere. Similiter Latinis unius diei iter dicitur *manſio* a manendo, & *ſtatio* a ſtando. Hiſpanis *rato* eſt ſpatium temporis, ſorte a Gothis relictum. Nam a ſpatio loci ad ſpatium temporis facilis eſt translatio. Hodie *raſt* cum innumeris aliis probæ notæ vocabulis eſt extinctum.

RASTEN, quieſcere. Verbum a ſubſtantivo factum, quod Angloſaxonibus, Francis, & Alam. effertur *reſtan*, Belg. *ruſten*, Angl. *to reſt*. Gloſſ. Keron. pauſent *reſten*, requieſcet *kereſtit*. Gallis *reſter* eſt manere in loco, nec ultra pergere, Græcis ἡσυχάζειν otiari, laborem remittere, utrumque ſenſu cum reliquis cognato.

RAT, & *raten*, plures habent ſignificatus, modo connexos, modo diviſos, modo ex ſe, modo aliunde fluentes, nonnullos etiam obſcuros, & ægre inveſtigabiles. Nos potiores hic indicabimus, non vigentes tantum, ſed etiam deſitos.

RAT, ſalus, proſperitas. VEREL. in Ind. *rad* cujuscunque ſalus & incolumitas, *radbyri* ventus ſecundus. Inde *ratſam* quod expedit, quod ſalutare eſt, *raten*, *geraten* proſpere ſuccedere, & fortaſſe etiam *retten* ſalvare, ſervare.

RAT, frugalitas, *zu rat halten* parſimoniam in rebus adhibere, *ratſam* parce, frugaliter.

RAT, ſeries & ordo rerum. Danis, Suecis, & Islandis *rad*. VEREL. in Ind. *raduſkipt* ſeries & ordo fundorum juxta ſe ſitorum. Hodie utimur compoſito *unrat*, quod eſt contrarium ordinis.

RAT, numerus. Gothis *rathjo* Joh. VI. 10. A *raten* numerare. Inde Angloſaxonibus & Suecis *hundred*, *hundrad*, centum, i. e. centum numero, noſtris *hunders* pro *hundret* per metatheſin, ab *hund* decies decem.

RAT, inſtrumentum, vaſa, apparatus. VEREL. in Ind. *reidi* inſtrumentum, apparatus. Inde nobis *haus-rat* ſupellex, apparatus domeſticus, *geræte*, *gerætſchaft* utenſilia. Confer *raten* parare.

RAT, copia rerum parata. VEREL. in Ind. *rad* facultas, opes, penu, *redſkap* commeatus, cibaria. Hinc copia cujuscunque rei, quatenus eſt proviſus in futurum, nobis dicitur *vorrat*.

RAT, conjugium, matrimonium. Utuntur hoc ſenſu ultimi Septemtrionalium Islandi, & præcipue Sagarum Scriptores, e quibus VERELIUS in Indice ſequentia decerpſit: *rad* res uxoria, conjugium, *radlaus* cui nulla matrimonii ſpes, *radſpell* divortium ob adulterium. Confer *raten* conjugare.

RAT, ratio. Gothis *rathjo* Luc. XVI. 2. cæteris Dialectis *rede*, quod vide. Hic vocis ſenſus magnam ducit familiam apud veteres, ut poſtea oſtendam in *raten* ſexti generis.

RAT, conſilium. Angloſax. *red*, *rad*, *ræd*, Francis & Alam. *rat*, *girat*, *kirat*, Belg. & Island. *rad*, Suec. *ræd*. NOTKERUS Pſal. XXXII. 11. *Got zenuirfet den rat dero dieto, unde die rata dero furſton*, Dominus diſſipat conſilia gentium & conſilia principum. TATIANUS Cap. CLXXXV. 11. *gab then Judein girati*, dederat Judæis conſilium. Gloſſ. Keron. conſilium *kirati*, cum conſilio *mit kiratida*, pari conſilio *ebanemu keratte*. VEREL. in Ind. *rad* conſilium, *leita rads* conſilium exquirere, *rada fyri* conſulere, *radum fata* conſilio rem aggredi, *kauld rad* conſilium frigidum. Refer ad *raten* conſulere.

RAT, concilium, ſenatus. NOTKERUS Pſal. CX. 1. *an demo rate dero rehton*, *unde in iro geſemine*, in concilio juſtorum & congregatione eorum. Ex eodem fonte.

RAT, conſiliarius, conſultor, auctor conſilii. Ex eodem fonte. ISIDORUS Hiſpalenſis in Fragmento contra Judæos Cap. V. 2. *endi uuirdit ſîn namo thinemnit uuundarlîh*, *thirado*, & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius. Ergo ſimplex eſt *rado* conſiliarius. Hoc ſenſu occurrit in Nominibus propriis, quæ priſci tam Saxones quam Franci & Alamanni, boni ominis cauſa pueris ſuis impoſuerunt. Cujusmodi ſunt,

ETHELREDUS, conſultor patriæ, qui patriæ bene conſulit. Nam terra parens Angloſaxonibus dicitur *ethel*.

CUTHREDUS, conſultor prudens. A *cuth* expertus, quod itidem Angloſaxonicum. Vel certe conſultor bonus, quem ſenſum etiam admittit *Gutbredus*.

FOLCRAT, conſultor populi.

HERIRAT, conſultor exercitus.

LANTIRAT, conſultor patriæ.

MARCRAT, conſultor limitis.

Et alia innumera, tam maſculina quam fœminina, quæ ſummo ſtudio ex Indicibus Alamannicis GOLDASTI collegit JUNIUS, & Obſervationibus ſuis in WILLERAMUM inſeruit pag. 152. Verum, cum ad eum vocis ſignificatum, quem ex ISIDORO modo produximus, non attendiſſet, conſilium pro conſule ſubſtituit, hoc modo,

Folcrat, populi conſilium,
Herirat, exercitus conſilium,
Lantirat, regionis conſilium,
Marcrat, limitum conſilium.

JUNIUM ſequitur SOMNERUS in voce *red*. Miror tam magnis viris tam frivolum interpretamentum placere potuiſſe. Quid enim? Virumne appellabimus *conſilium*, an *conſultorem?* Saniora hic habet LUTHERUS in Libello de nom. prop. Germ. *Omnia*, inquit, *nomina in* RAT (*definentia*) *ſunt Germanica*. Et mox: RAT *ſignificat ipſos conſiliarios*. Ex hoc principio omnes Junianæ interpretationes facile emendari poſſunt ab iis, qui veteris Linguæ peritia non plane deſtituuntur.

RAT, conſiliarius Principis. Nomen dignitatis, quod pro conditione viri vel perſonæ, quam ſuſtinet in Aula Domini, derivari poteſt, vel a *raten* conſulere, vel a *raten* regere, præeſſe, dirigere.

RATEN,

RATEN, primi generis.

RATEN, currere, *geraten* incurrere. De ſimplici vide plura in *raden* ejusd. ſignif.

RATEN, ſecundi generis.

RATEN, proſpere ſuccedere. Compoſite *geraten*, quod vide. A *rat* proſperitas, vel hoc ab illo.

RATEN, tertii generis.

RATEN, conjugare & conjugari. A *rat* conjugium, vel hoc ab illo. A ſimplici derivamus *beraten* matrimonio jungere. Dicitur autem nonſolum de conjunctione viri & fœminæ, ſed etiam (& allegorice) de quavis conjunctione. Sic vulgo dicimus, *ich kan ſein nicht entraten*, quorum verborum ſenſus eſt, non poſſum disjungi ab illa re, nec divortium ab illa facere.

RATEN, quarti generis.

RATEN, facere, *geraten* factus, *wol geraten* bene factus, *übel geraten* male factus. Idem Græcis ϑέω & ϑίζω. Hodie caret infinitivo, dum præteritum increbreſcit.

RATEN, parare, præparare, *beuraten* parare domum vel familiam, *rat* inſtrumentum, apparatus, copia rerum parata. Dicitur etiam *reiten*, quod vide.

RATEN, quinti generis.

RATEN, regere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *rædan* regere, principari. VERELIUS in Ind. *rada* præeſſe, imperare, *radgiarn* qui aliis imperare cupit, *hardradur* ſeverus, crudelis, imperio durus, *illradi* tyrannus. Proprie quidem eſt remigare, ſumptumque a Gr. ἐρέτ]ω ejusd. ſignificatus, & dicitur metaphorice de imperantibus, quia remigantibus ſimiles ſunt. Hinc etiam vulgo ad clavum Reip. ſedere dicuntur. Ita etiam *ſteuren* primo ſignificat clavum tenere, & poſtea remp. gerere. Superat in honoris & dignitatis titulo *rat* conſiliarius. Quid enim ſunt conſiliarii Principum & Civitatum, niſi præſules & præſtites populi? Rempublicam ſane nonſolum conſilio juvant, ſed etiam tractant: & hinc pari jure a regendo & conſulendo *ræte* vocantur.

RATEN, ſexti generis.

RATEN, quatenus formatur a *rat* ratio, quod docendi cauſa ſuppono, ſignificat quantum poteſt, (1) ratione colligere, & per ſynecdochen generis *numerare*, *divinare*, & *divinando aſſequi*. (2) ratione demonſtrare, alias *docere*, *exponere*. (3) ratione diſponere, alias *ordinare*, *conſtituere*. (4) rationes agendi aut omittendi ſuppeditare, alias *conſulere*. Aliam viam, conciliandis tot verbi ſignificatibus, invenire non poſſum, & cum hæc ſatis plana & eloquio humano digna ſit, in ea poſſumus acquieſcere.

RATEN, numerare, computare. In Evang. Goth. Matth. X. 30. capilli numerati vocantur *tagla garathana*. Ergo *rathjan* Gothis erat numerare, computare, nec aliunde quam a *rat* ratio. Nam hac ſola unitates in numerum colligimus, & numeros inter ſe conferimus. Hinc etiam apud Græcos & Latinos λόγος & *rationis* vocabula ad numeros transferri ſolent, quia ſcil. ſolus intellectus numerat. Ab hoc ſignificatu oritur antiquis *rat* numerus, & recentioribus *raitung* computatio.

RATEN, divinare, hariolari. Evang. Angloſax. Marc. XIV. 65. *aræd* prophetiza. Rurſus a *rat* ratio, quia divinatio & conjectura, etiamſi non utatur ratione certa & perſpicua, utitur tamen aliqua, quamvis obſcura.

RATEN, divinando aſſequi, proſpera conjectura uti. Hoc ſenſu Suevi dicere ſolent, *er hats geraten*, quando conjectura non fefellit divinantem. Reliqui Germani utuntur compoſito *erraten*, conſentientibus antiquis. Gloſſ. Pez. ſolveritis *irratet*.

RATEN, exponere, docere. VEREL. in Ind. *rada runer* ſecretas literas exponere, *radning* diſciplina. Ex eod. fonte, quia docere eſt ratione uti, & rationes rerum oſtendere.

RATEN, conſulere, conſilium dare, bonum vel malum. Angloſax. *rædan*, Franc. *ratan*, Sorab. *radzu*. Gloſſ. Pez. conſulere *giratan*, ſuggeras *rates*. Ex eodem fonte. Quid enim eſt conſulere, niſi rationes ſuppeditare alteri, quibus malum imminens effugiat, aut bonum propoſitum conſequatur?

RATEN, in quibusdam Dialectis vituperatur, & tunc ſignificat *male conſulere*, *prodere*. Gallis *trahir*, per metatheſin. Inde Islandis *landrad* proditio, apud VEREL. in Ind. Hodie dicimus *verraten*, quod vide.

RATEN, conſtituere, diſponere, ordinare. Inde Gothis *garaid* ſtipendium conſtitutum Luc. III. 13. Angloſaxonibus *ræde* lex, conditio, pactum, decretum, ſtatutum, *eald land-ræden* vetera terræ conſulta, Germanis hodiernis *gerade* mundus muliebris, quaſi conſtitutio juris Saxonici, *ſeelen-geræt* legatum animæ cauſa conſtitutum.

RATFRAGEN, conſulere, conſilium petere. Compoſitum antiquum. Gloſſ. Boxh. *fragen* cunctari, *ratfragon* conſulere, *ratfraganon* conſulere.

RATGEBE, conſultor, ſuaſor, qui conſilium agendi vel omittendi ſuppeditat, & ſenſu forenſi conſiliarius, ſenator, jurisconſultus &c. Angloſaxonibus *ræd-gyfa* apud SOMNERUM & BENSONIUM, Francis *ratgeve* in Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Willer. pag. 151. Islandis *radgiafe* apud VERELIUM in Ind. Jus prov. Alam. Cap. LXX. 1. 2. *Nu ſulen uuir ſprechen von den Ratgeben. Und ob ain man alſo uuiſe iſt, daz er den lüten guten rat geben kan. Und bittet in ain man, daz er im rat gebe umb ſin ſache, er iſt im nit ſchuldig ſinen rat umbſuſt ze geben, er mag ſin gut darumb nemen mit reht:* Nunc dicendum eſt de Conſultis: Si quis ita prudens ſit, ut conſiliis bonis alios juvare poſſit, & conſilium roganti in cauſa ſua dederit, non tenetur id gratis facere, ſed jure accipiet de facultate ejus. Aliter *Lex Cincia* apud TACITUM.

RATHIMBURGII, Comitum in Judiciis aſſeſſores apud Francos. Lex Sal. Tit. LIII. 3.

Tunc Gravio roget ſeptem RATHIMBURGIOS, *qui ſecum ambulent ad domum illius, qui fidem fecit.* Dicuntur alias *Racinburgii*, & poſtea C. in T. mutato *ratimburgii*. Qua compoſitionis ratione, id vide in *rache* cauſa litigioſa.

RATSAM, utilis & conſultus. Illud a *rat* ſalus, hoc a *rat* conſilium.

RATSAM, parce. A *rat* frugalitas.

RATSCHLAGEN, conſultare. Islandis *radſlaga* apud VEREL. in Ind. Suecis *rædſle*. Non a *ſchlagen* percutere, ſed a *ſchlagen* verſare. Nam conſultare eſt conſilium verſare animo.

RATTE, *ratze*, mus domeſticus major, glis, ſorex. Armor. *rat*, *raz*, Angloſax. *ræt*, Gall. & Angl. *rat*, Ital. *ratto*, Suec. *rætta*, Island. *ratta*, Lat. Barb. *ratus* & *raturus*. BENSON. in Voc. AS. *ræt* raturus. VERELIUS in Ind. *ratta* ſorex. FERRARIUS utitur fictitia voce *muratus*, tanquam a *mure* facta, ut veræ rationem reddere poſſit. Sed his figmentis minime opus habemus. Nam *ratt* eſt a *reiſſen* rapere, & adjective *rapacem*, ſubſtantive *animal rapax* ſignificat, quale omnino eſt ſorex, raptor inquam domeſticus. Vide plura in fonte.

RATZ, eruca, apud Auguſtanos. Rurſus a *reiſſen* rapere, quia prædunem agit in hortis. Hinc etiam multorum judicio dicitur *raupe*, a *rauben* rapere.

RAUB, veſtimentum. Angloſaxonibus *reaf*, Matth. VI. 25. *hu nys ſeo ſawl ſelre thonne mete, and eower lichama betera thonne thæt reaf*, nonne anima potior eſt quam eſca, & corpus melius quam veſtis? Inde Latino-Barbaris *rauba* veſtitus, & *walaraupa* induviæ hominis mortui. Lex Alamannica Tit. XLIX. 1. *Si quis hominem occiderit, quod Alamanni mortaudo dicunt, VIII. weregeldis eum ſolvat, & quicquid ſuper eum* RAURA *vel arma tulit, omnia ſicut furtiva componat.* Lex Boiorum Tit. XVIII. Cap. III. de veſtitu mortuorum, art. 1. *De veſtitu utrorumque, quod* WALARAUPA *dicimus, ſi ipſe abſtulerit, qui hos interfecit, dupliciter componat.* Originationem vide infra in *reif*. Hodie ſuperat apud Gallos & Italos, quibus *robe* & *roba* toga, quas voces origine Germanicas eſſe fatetur CANGIUS, quamvis circa fores errabundus, dum *robe* deducit a *raub* ſpolium, quaſi induviæ ab exuviis nomen accepiſſent, aut nulla antiquis fuiſſent veſtimenta niſi furto ablata, aut cæde vel bello acquiſita. Levior error RIGNONII eſt, quando *robe* per latiſſimam acceptionem derivat a *raub* ſupellex. Longius a vero etymo abeſt FERRARIUS, dum rationem nominis in colore *rubeo* quærit, quaſi *roba* non ſit quævis veſtis, ſed rubea & purpurea tantum, qualis olim Magiſtratuum & inferiore ſæculo Prætorum & Matronarum.

RAUB, res, facultas, præcipue mobilis, ut ſunt, pecunia viva & mortua, ſupellex, arma, veſtimenta, frumenta &c. Extat eo ſenſu aliquoties *rauba* in Formulis MARCULFI, inprimis Form. 125. Hodie videtur ſuperare apud Italos in proverbio: *chi non ruba non ha roba*. Quam vocem FERRARIUS nulla habita literæ R. ratione, derivat a Lat. *opes*. Mihi non a Latinis, ſed a Græcis mutuata videtur, ut aliæ plures Francorum, in quibus Græcum eloquium imitantur. Græcis enim *ἔρυω* ſignificat pertinere. Hinc ſcil. facultas omnis vocatur *raub*, quia pertinet ad aliquem. Galli inde habent *derober* furto auferre, quod certe non eſt a *robe* toga, ſed a *robe* poſſeſſio, peculium. Quid enim eſt furari, niſi peculium invito domino auferre? Confer *erbe* poſſeſſio.

RAUB, rapacitas, rapiendi cupiditas. Vox Cambris cuſtodita. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhaib* rapacitas, voracitas. Refer ad *rauben* rapere.

RAUB, actio rapiendi, *ſtraſſen-raub* latrocinium, *kirchen-raub* ſacrilegium, *menſchen-raub* plagium. Ex eodem fonte. Inde Latino-Barbaris *raubaria* pro furto, apud CANGIUM, & Hiſpanis *robo*.

RAUB, res bello capta, alias *præda*, *ſpolium*, *manubiæ*, *exuviæ*. Vox Celtica. Armoricis *rob* præda, ſpolium, interprete PEZRONIO in Ant. Celt. pag. 436. Similia habent Angloſaxones & Franci. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *reaf* ſpolium, *here-reafe* manubiæ, *wæl-reaf* victi & occiſi hoſtis præda vel ſpolium. Gloſſ. Pez. manubiæ *giroubi*. NOTKERUS Pſal. CXVIII. 162. *ih freuuo mih alſo der manigiu geroube findet*, lætor ſicut qui invenit multa ſpolia. Idem Belgis & Suecis *roof*, Scotis *reife*. Quibus convenit Lat. *rapina*. Cuncta ex eodem fonte.

RAUB, res furto vel latrocinio capta, *vom raub leben* rapto vivere. Angloſaxonibus & reliquis ut ſupra. Ex eodem fonte.

RAUBEN, rapere, vi capere, per vim auferre, cujus ſpecies *prædari*, *ſpoliare*, *furari* &c. Verbum antiquiſſimum, a Scythis & Celtis cum ipſa re longe lateque diſſeminatum. Perſis *rubaden* eſt rapere, & inde *roubah* vulpes, quia rapto vivit. Perſas autem & genus & linguam a Scythis ducere, jam multa monuerunt vocabula. Uſum Celticum demonſtrant idiomata Celtica, Cambricum & Armoricum, in quibus vigent derivata ab hoc verbo oriunda, ut ſunt *rhaib* rapacitas, *rob* præda, manifeſto ſatis indicio, ipſum verbum Celtis haud ignotum fuiſſe. Gothis *birauban* eſt ſpoliare, Luc. X. 30. Angloſaxonibus *reafian*, *bereafian* rapere, ſpoliare, diripere, privare. In Lege Salica *raubare* eſt per vim auferre, & *charoueno* vi ablatum, Tit. LXIV. 1. & 2. Belgis *rooven*, Anglis *to rob*, Suecis *röfwa*, Latino-Barbaris *reffare* idem ſignificat. Quod imitantur Hiſpani in *robar*, Galli in *ravir* & *robber*, Itali in *rubbare* vel *rubare*. Quibus cognata ſunt Lat. *rapio*, Arab. *raphaa* abſtulit, & Sorab. *rabu* rapio, aufero, furor. A *rauben* eſt *raub* cum univerſa familia rapacisſima & rebus omnibus vi publica vel privata captis. FERRARIUS originem

nem invertit, & ſuum atque noſtrum verbum format a *roba* res, facultas, quia *rubare* nihil aliud eſt quam opes furto facere. Mihi origo hujus verbi, ſi quæ eſt, ob nimiam antiquitatem inexplicabilis videtur. Si quid tamen per augurium tentare licet, corvo utar, cujus frequens quondam in auguriis uſus. *Corvus* & *rapma* in vetuſtiſſimo Angloſaxonum idiomate eodem nomine deſignantur, nempe *ræfen*, teſtibus SOMNERO & BENSONIO. Nota eſt corvorum ab origine mundi rapacitas. Nam ut cætera taceam, ſemina terræ commiſſa atque una ſpem ſegetis agricolis eripiunt, tanto ad furtum ingenio a natura inſtructi, ut in fœcundis agris, ubi major rapiendi materia, gregatim, in ſterilibus, ubi minor, bini tantum volent, teſte ÆLIANO Lib. II. cap. 49. Quæ res primis nominum impoſitoribus potuit anſam dare, ut hominem rapacem appellarent *ræfen*, i. e. corvum, ſicut etiamnum more vetuſtiſſimo *hircos*, *canes*, *vulpes* appellamus, quorum mores iſtis animalibus reſpondent. A ſubſtantivo paulatim formari potuit verbum, & ex verbo reliqua. Alii inverſo ordine corvum a rapacitate denominatum contendunt, quos nec refellere poſſum, nec volo, etiamſi mihi videantur id, quod natura prius, ab eo quod poſterius, denominare. Nam rapacitas corvi mundo coæva eſt, hominum non item, etiamſi ſit valde vetuſta. Mihi corvus vi nominis eſt avis cadaveris appetens. Et hæc nomenclatura etiam latronibus conveniebat: qui dum prædam ex *cæſorum cadaveribus* colligunt, videntur illis inſidere tanquam corvi. De corvo vide plura in *rabe*.

RAUBEN, privare quocunque modo, etiam honeſto, quod ſit absque ſpolii aut furti ſuſpicione. Senſus mitigatus, & Angloſaxonibus proprius, quibus *bereaſian* nonſolum eſt *ſpoliare*, ſed etiam *privare*, apud SOMNERUM in Dict. quos imitamur hodie in *berauben*, quod ſæpe civilitatis gratia dicitur ab iis, qui rem gratam ultro oblatam acceptare recuſant, ne videantur alterum intempeſtivo obſequio offendere aut privare.

RAUCH, odor, fragrantia ex quacunque materia. Angloſaxonibus *rec*, ut colligo ex derivato *recels* thus, odoramentum, quod extat Matth. II. 11. Francis *rouh*, *riuch*, *roich*, ut colligo ex compoſito *roichgerta* virga odorifera, quod extat apud WILLERAMUM in Cant. III. 6. Hodie ſuperat apud Belgas, quibus *reuk* odor. Cum quo perfecte convenit Heb. *ruah*, quod dicitur de odore Libani Cant. IV. 11. judice LUTHERO in Verſione, & MARESCHALLO in Obſ. ad Verſ. Angloſax. pag. 539. Hodie utimur compoſito *rauchwerk* odoramentum, quod certe non a fumo, ſed a fragrantia denominatur. Ab eodem primitivo habemus *riechen*, odorem ſentire & emittere. Confer dicta in *ruch* odor.

RAUCH, odoramentum, ſuffimentum, materia odorifera, ſive incenſa ſit, necne. Cognoſcitur ex compoſitis, *weirauch* thus, ſuffimentum ſacrum, de quo infra, *rauchfaß* thuribulum, acerra, foculus thuris vel alterius incenſi. Utrumque vetuſtate inſigne. Gloſſ. Pez. thus *uuirouh*, thuribulum *rouhfaz*.

RAUCH, fumus, evaporatio ex materia ſemiuſta, ſive odoriſera ſit, necne. Angloſax. *rec*, Belg. *rook*, Danis *rog*, Island. *reykur*, Angl. *reak*, *reek*. Opinor ab Heb. *ruah* ſpiritus, quia omnis evaporatio, ſive odor ſit, ſive fumus, ſpiritui ſimilis eſt. Inde nobis compoſita, *rauch-fang* caminus, *rauch-kammer* fumarium, & ſimilia, quæ fumi non odoris gratia ſic nuncupantur. Dicitur aliquando metonymice de re non fumigante, eundem tamen effectum, acſi fumus eſſet, producente. Sic quædam herba Latinis dicitur *fumaria*, nobis *erd-rauch*, quod ſuccus ejus oculis illitus lacrimas eliciat inſtar fumi, interprete MARTINIO.

RAUCHEN, fumare, fumigare, fumum emittere. Angloſaxonibus *recan* eſt fumare, vaporare, evaporare, quod imitantur Angli in *to reeke*, Belgæ in *rooken*. Similia habent Franci. Gloſſ. Lipſ. *ruecont* fumigabant, *riechon ſulun* fumigabunt. A *rauch* fumus.

RAUCHERN, *reuchern*, infumare, fumo ſolidare, *gereuchert fleiſch* caro in fumo ſuſpenſa, ſiccita, indurata. Ex eod. fonte.

RAUCHERN, *reuchern*, adolere, ſuffire, facere ut fragret vel odorem ſpargat. In hoc derivato *rauch* ſignificat quantum poteſt, odorem uti patet, rem odoriferam quæ incenditur, & fumum quo aurigante odor circumvehitur.

RAUDE, *reude*, ſcabies. Gallis *rogne*. Proprie eſt *aſperitas*, quod recte vidit CLAUBERGIUS, duxitque a *rauh* aſper, ſcaber, per medium derivandi *de*, quia cutis ſcabie aſperatur & inæqualis redditur. Aliud ejusdem morbi nomen vide in *rufe*. Metonymice dicitur de pruritu, ſive appetitu fricandi. Inde *braut-raude* libido coëundi, quod dicitur de virgine viri appetente.

RAUDIG, *reudig*, ſcabioſus, ſcabie laborans. Gall. *rogneux*. Belgis *ruidig* ſcabioſus, *ruidigheit* ſcabies.

RAUFFEN, vellere, trahere, *mit haren rauffen* capillis protrahere, *ſich rauffen* vellere ſe mutuo, pugnare vellicatu, *rauffer* jurgator, qui leviſſimis de cauſis in capillos alterius involat, *ausrauffen* evellere. Forte a Gr. ῥύω traho, inſerto F. Plures ejusdem verbi formas vide in *ropfen*.

RAUGRAF, vox dubiæ ætatis & notionis, interpretatione Gallica *comte pelû*, Latina *comes hirſutus*. BRITO Armoricus Lib. 5. Philippidos:

Et COMITEM, *quem Teutonici dixere* PILOSUM,
Ut juvet Ottonem, regio Trajectica miſit.

REINESIUS denominationem arceſſit a *rauh* aſper,

aſper, quod Comites illi loca aſpera, montoſa & confragoſa inter Moſam & Moſellam forte incoluiſſent, Lib. II. Var. Lect. cap. 16. Alii a *ruhe* quies, ut quidam Provinciæ præfectus Belgis haud abſimili vocabulo appellatur *ruhwart*, h. e. ut METERANUS interpretatur, tranquillitatis cuſtos. Plerique tamen conſentiunt, utramque vocem ducendam eſſe a *rügen* acculare, & nihilominus diverſas interpretationes afferunt. STADENIO deſignat principem, qui jus habet pœnas irrogandi, in Voc. Bibl. pag. 516. GLAFEJO fiſcalem Cæſarum & Comitum Palatinorum, in Miſcell. Lipſ. Tom. I. Obſ. XIV. Sect. 2. STILERO judicem criminalem, qui alias Palatinis *zentgraf*. Nomen diu intermiſſum inſtauravit ſuperiori Sæculo CAROLUS LUDOVICUS El. Pal. in liberis e Degenfeldia ſuſceptis.

RAUH, aſper, cujus ſuperficies inæqualis. Sumptum videtur a *ragen* prominere, ob partes aſperi e planitie aſſurgentes. Nam eam ob cauſam loca omnia, quæ montibus, clivis, dumetis & tesquis redduntur inæqualia, & viam per illa loca appellamus *rauh*. Cui mire aſſonant Græca, ῥίγιος rigidus, ῥιγέω rigeo, ῥηχώδης aſper. Ab hoc principe ſignificatu deſcendunt reliqui, partim per ſynecdochen generis, partim etiam per metaphoram, ut ex inductione patebit.

RAUH, ſcaber, cujus cutis ſcabritie inæqualis redditur. Angloſaxonibus *reoh*, *hreoh*, & inde *hreohnyſſe* ſcabrities, aſperitas cutis, quæ nobis *raude*.

RAUH, hirtus, hiſpidus, villoſus, cujus pellis vel cutis pilis, ſetis, aut villis aſperatur. Angloſaxonibus, Francis & Alamannis *ruh*. Gloſſ. Keron. velloſam *ruba*. Gloſſ. Boxh. *ruhaz* hirtum, hirſutum, *ruher* hiſpidus. Idem Belgis *ruig*, Angl. *rough*. Quidam huc referunt ex Evangelio Gothico *rih*, quod interpretantur *intonſum* vel *nondum detritum*, Matth. IX. 16. revera autem *novum* non *hirtum* ſignificat, ut patet ex loco parallelo Marc. II. 21. ubi *rih* exponitur per *niu* novus. In quibusdam Dialectis hoc adjectivum tranſit in ſubſtantivum. Inde opinor eſt, quod Cambris ſeta dicitur *rhawn*, & Islandis cæſaries *ruu*. A quibus non abludit Græc. θρὶξ villus. Præcipuum hodie compoſitum eſt *rauh-werk* vellera.

RAUH, raucus, *rauher hals* guttur ravi affectum, *rauhe ſtimme* vox aſpera. Ab humore defluente, qui vias vocis, alias planas & æquales, exaſperat. Cambris raucus dicitur *cryg*, quod omnino ſimile Saxonico *hreoh*, ob literarum C. & H. affinitatem. Cum utroque convenit Lat. *raucus*, *ravus*, & *ravis*.

RAUH, tempeſtuoſus, *rauh wetter* tempeſtas pluvia, *rauhe luft* aer frigidus, *rauher winter* ſæva & aſpera hyems, dicente etiam OVIDIO Met. XI.

Aſpera creſcit hiems, omnique a parte feroces
Bella gerunt venti. - - -

Angloſaxonibus *hreoh ſæ* mare procelloſum, Joh. VI. 18. *hreoh weder* tempeſtas fœda, Matth. XVI. 3. *hreoneſſe thes wæteres* tempeſtas aquæ, Luc. VIII. 24. Ratio dicendi manifeſta eſt. Nam mare & cœlum ſunt duo *æquora*, quorum illud fluctibus & procellis, hoc pluviis, frigore, ventis, ſimilibusque turbis aëreis inæquale redditur.

RAUH, rudis, incultus, *rauhe ſitten* mores agreſtes, *rauhe landes-art* aſperum & incultum vivendi genus. Inde Belgis *rouheit* ruſticitas. Ducta allegoria a rebus, quarum ſuperficies inæqualis nondum polita vel lævigata eſt.

RAUH, ſeverus, auſterus, *rauhe worte* aſpera verba, *das rauhe heraus keren* ſeveritatem oſtendere. Idem Angloſaxonibus *reoh* apud SOMNER. Senſus a rebus tactu ingratis ad auſterum traductus, quia ſicut illæ tactum, ita hic viſum & auditum verbis & torvo aſpectu offendit.

RAUH, atrox, *rauh volk* gens inhoſpita, *rauhigkeit* diritas, truculentia. Inde Angloſaxonibus *reoh-modneſſe* crudelitas. Ducta allegoria ab aſperitate rerum aculeatarum, quæ leviter tactæ vulnus faciunt aut ſanguinem eliciunt.

RAUM, cremor lactis. Vide *ram*.

RAUM, ſpatium loci. Goth. *rumis* Luc. II. 7. Angloſax. Franc. & Alam. *rum*. Gloſſ. Pez. ſpatium *rum*. Adjective eſt amplus, latus, ſpatioſus. Inde Gothis *rums wigs* via lata Matth. VII. 13. Francis *rumiu ſtat* locus ſpatioſus, & alia apud Gloſſographos. Quæ forte ſunt ab extenſione facta, ut Græcis ῥύμη linea protracta, a ῥύω traho. Extat & adverbium *rumo* longe, procul, longinque, quod paſſim occurrit apud OTFRIDUM. A ſpatio amplo ſenſus transferri cœpit ad animum largum & amplas largitiones. Inde Angloſaxonibus *rum-heort* & *rum-gyfa*, dapſilis, munificus, liberalis.

RAUM, ſpatium temporis. Inde Francis *rumo* longævus, *rumor* longævior, apud SCHILTERUM in Gloſſ. Nos inde habemus *geraume zeit* tempus longum vel diuturnum, *beraumen* condicere diem, ſenſu a loco ad tempus translato.

RAUMEN, *reumen*, cedere loco. Angloſax. *rumian*. A *raum* locus.

RAUMEN, *reumen*, ſubmovere, facere ut loco cedat. Angloſax. *rymian*, Francis *ruman*. Verbum faceſſens ex præcedenti. Utitur hoc ſenſu LUTHERUS compoſito *aufreumen* Jeſ. XXXVIII. 12. Ezech. XIV. 15.

RAUMEN, *aufreumen*, res ordine diſponere, ſuis ſingulas locis collocando. Dicitur allegorice de diſpoſitione ad agendum. Inde *aufgereumt* diſpoſitus ad agendum.

RAUMEN, *beraumen*, *anberaumen*, condicere diem. A *raum* quatenus ſpatium temporis denotat. Conſenſum antiquitatis vide in *ramen*, quod uſitatius.

RAUNEN, muſſare, ſuſurrare, clam & ſubmiſſa voce loqui. Angloſax. *runian*, Franc. *runen*, Island. *runa*, Angl. *rown*. Camb. *rhegain*.

gain. SOMNER. in Dict. Angloſax. *runian* muſitare, ſuſurrare, *runere* ſuſurro. Gloſſ. Lipſ. *rundon* ſuſurrabant. Gloſſ. Boxh. *runentemu* muſanti, i. e. muſſanti, muſitanti. VEREL. in Ind. *runa* muſcitare, *rynia* murmurare, vocem triſtem emittere. NOTKERUS Pſal. XL. 8. *uuider mir fuoron runendo alle mine fienda*, adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei. Luth. Pſal. XLI. 8. *alle die mich haſſen, raunen mit einander wider mich.* Eodem ſenſu. MATHESIUS Conc. X. de vita & Script. Luth. pag. 119. *und wollen uns, nach der widertauffer lehre, auf ihren geiſt, und ſein heimlich und innerlich einraunen, ohne und wider das wort weiſen.* Cum verba murmurandi & ſuſurrandi in omnibus pene linguis a ſono ficta ſint, hoc quoque eo referri poteſt, donec melioris originis aliunde fiat indicatio. Ab illo antiquitas Celtica & Scythica formavit *rune*, quod ſubſtantive *ſecretum*, adjective *ſecretorum conſcium* ſignificat. De amplitudine utriusque ſignificatus actum infra in loco. Ab eodem verbo oritur frequentativum *runzen*, quod vide.

RAUPE, eruca. STADENIO eſt prædator hortenſis, a *rauben* rapere, quia flores arborum depaſcitur, MARTINIO reptile, a *repo.*

RAUSCH, crapula. Græci & Latini *crapulam* vocant, quaſi vertiginem capitis, a κάρα caput, & πολεῖν vertere: Sueci *ölſiuka*, quaſi morbum cereviſiarium: Angli *ſurfeit*, a ſuperfaciendo: Alamanni apud KERONEM in Gloſis *ubarazalii* & *ubartrunchanii*, quorum illud exceſſum in capiendo cibo, hoc in potu ſignificat: Germani *rauſch*, quod paulo obſcurius, & originem ſuam tam ſcriptura quam pronunciatione occultat. Enim vero ſi ſcribamus more antiquo *hrau*, patebit, illud eſſe contractum e Gr. κάρωσις gravitas capitis ex ebrietate.

RAUSCHEN, ſtridere, crepare, ſtrepitum edere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *briſcend* ſtridens, ſtridulus. Idem Belgis *ruiſchen*, Græc. ῥοιζῶ, & inde ῥοῖζος ſtridor, ſtrepitus, Germ. *gereuſch*, Angloſax. *bruxle.*

RAUTE, ruta, Græc. ῥυτή, Angloſax. *rude*, Angl. *rue*, Cambro-Brit. *rhyw* in Botanologio BOXHORNII. Nomen ab Oriente petit MARTINIUS.

RAUTE, quadratura. VEREL. in Ind. *reitur* quadrata illa ſpatia in alveo luſorio. Apud Berolinenſes dicitur de vitris quadratis feneſtrarum. Forte a τέτρα quatuor, per metatheſin.

REBE, palmes, ſurculus vitis, & vitis ipſa. Vox Francica. WILLERAMUS Cap. I. 14. *in Cypro da ſint edele rebon*, in Cypro ſunt generoſæ vites. JUNIUS, dum ingenium palmitum ſemper deorſum pendentium contemplatur, vocabulum deſumit a Græc. ῥίπτειν vergere, propendere, in Obſerv. ad Will. pag. 50. MARTINIUS a Lat. *repere*, quod rependo ſe extendant, niſi adminiculo erigantur, in voce *palmes.* Illud magis probo, cum ob linguæ noſtræ antiquitatem, tum ob perpetuam ejus cum Græca convenientiam. Malo tamen *rebe* recta deducere a ῥαιὸς incurvus, flexus, obliquus. Talis enim eſt vitis, frutex mollis, flexilis, & curvabilis. Ob eandem mollitiem & volubilem flexibilitatem virga Græcis dicitur ῥάβδος, & virgulta ῥαβδία. Latinis *vitis* a ſimili cauſa denominatur quaſi *vieta*, h. e. languida, flexa, & incurva, a *viere* flectere & flectendo ligare. Præcipua Francorum compoſita, quibus etiamnum utimur, ſunt,

wein-reben, vites, palmites. Gloſſ. Pez. furculum *uuinarepono*, ſarmentum de vite *asneita winarepun.* TATIANUS Cap. CLX. 3. *ni trinku ih fon nu fon theſemo berde uuinrebun*, non bibam a modo de hoc genimine vitis.

reben-blat, pampinus, folium vitis. Gloſſ. Junian. *reuenblat* pampinus.

reben-zweig, palmes vitis. Gloſſ. Jun. *repazui* palmis.

wilde reben, labruſcæ. Gloſſ. Pez. labruſca *uuildiurepa.*

Cætera, cujusmodi ſunt, *rebecunne* genimen vitis, *rebakerta* propago, & ſimilia, tempus delevit.

REB-HUN, *rephun*, perdix. Gloſſ. Pez. perdix *rephuon.* Suecis *rapphöna.* Cum experientia teſtetur, hunc alitem nonſolum uvarum, ſed etiam ſegetum appetentem eſſe (ſeges autem Angloſaxonice dicitur *ryp*) incertum relinquitur, quem præcipue ſenſum primi nominis impoſitores intenderint? In quadam Archipelagi Inſula tanta eſt perdicum copia, ut inſulares cogantur perdicibus ova ſurripere, ne ſeges plane deficiat, teſte TURNEFORTIO Lib. I. Itinerarii Epiſt. 6. Belgis eadem avis dicitur *veldhoen* gallus campeſtris, Anglis *woodcock* gallus ſilveſtris.

RECHEN, raſtrum, inſtrumentum ſarriendi dentatum. Vox Saxonica. Gloſſæ ÆLFRICI pag. 1. raſtrum vel raſtellum *raca.* SOMNER. in Dict. Angloſax. *race* raſtrum, rutabulum, ſarculum, *raccian* ſarrire, ſarculare, raſtro corradere. Inde Anglis *rake* ſarculum, Gallis *racler* radere. Suecis *rycka* eſt eradicare, & fortaſſe a *root* radix, mutato T. in K. Hoc cæteris initium dedit.

RECHENSCHAFT, expoſitio cauſæ, *rechenſchaft geben* reddere factorum & dictorum rationem. A *rache* ratio, cauſa.

RECHNEN, computare, ſupputare. Senſus verbi Gothicus, qui originem ſuam refert ad *rache* cauſa, ratio. Ita Græcis a λόγος ratio, fit λογίζομαι computo, ſupputo. Quid enim eſt ſupputare, niſi ſubducere rationes, & per numeros tanquam cauſas demonſtrare? Nec ullum magis nomen convenit Arti tam ſcientificæ, qualis eſt Arithmetica, quæ circa numeros & unitates verſatur. Gothis certe *rahnan* eſt numerare, computare. Hinc *rahneith manwi* computat ſumptus, Luc. XIV. 28. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *reccan*, Angli *reckon*,

Belgæ *rekenen*, Sueci *rækna*. Compoſita & derivata, quæ extant, nullam habent difficultatem.

RECHNEN, putare, reputare, *für ſünde rechnen* nefas ducere, *für nichts rechnen* nihili pendere, *für ein glück rechnen* deputare in bonis. Cod. Argent. Matc. XV. 28. *rabnith was mith unſibjaim*, reputatus eſt cum iniquis. Luc. VII. 7. *ni rahnida mik ſilban wairthana*, non me ipſum dignum reputavi. Senſus a ſupputantibus ad putantes translatus, quia ſimiles ſunt eorum, qui rationes numerorum ſubducunt. Ab hoc ſignificatu oritur verbum tranſitivum *zurechnen* imputare, putando adſcribere.

RECHNEN, narrare, enumerare, per cauſas & rationes exponere. A *rache* expoſitio. Senſus verbi Saxonicus, Francicus, & Alamannicus. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *reccan* narrare, declarare, enumerare, *ſwæfn reccan* ſomnia interpretari, *berecean* contrarium ratione ptobare. Gloſſ. Keron. referamus *rahhomes*, enarras *errahhos*, inenarrabili *unerrahhotlihhera*. Inde Francis *ketatrahha* hiſtoria.

RECHT, ſubſtantive.

RECHT, principium dirigens, norma, regula, aut ſimile quid. Senſus vocis primus, unde reliqui tanquam ex principio ducendi & æſtimandi ſunt. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *riht* perpendiculum, *riht-brede* norma. Inde Francis & Alamannis *rehtlih* regularis, canonicus, qui inſtar regulæ eſt. Gloſſ. Keron. regulari *rehtlihhun*, diſciplinæ regulari *rehtlichun ekü*, canonicas horas *rehtlihhiu citi*. Germani non amplius dicunt *recht*, ſed *richt* in compoſitis. Talia ſunt *richt-ſchnur* norma, *richt-ſcheit* amuſſis, *richt-bley* perpendiculum, & ſimilia, in quibus *richt* manifeſto principium dirigens ſignificat. Cuncta a Lat. *rego*, per medium derivandi T.

RECHT, lex, jus rectorium, principium dirigens actionum humanarum, juris & juſtitiæ regula. Vocem a norma ad Legem, quod normæ ſimilis ſit, translatam eſſe judico. Non extat in Lege Salica, nec in Codice Argenteo, nec in Dialectis Francorum. Habet tamen aliquam antiquitatem, & Anglosaxonibus dicitur *riht*, Angl. *right*, Belg. *recht*, Island. *rett*, Suec. *rætt*, per ſyncopen. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *riht* jus, *land-riht* jus municipale, *burh-riht* jus civile, *cempena-riht* jus militare, *rom-wara-riht* jus romanum, *ealra theoda riht* jus gentium. Gloſſ. Ælf. ſas *godes riht*, jus *manifc riht*, jus naturale *gecynde riht*, rodia lex *ſcipmanna riht*, jus publicum *ealdormanna riht*. VERELIUS in Ind. pag. 150. *laug oc landzrettr* leges & jura regni. Latine ſcribentes vocabula *legis* & *juris* continuo confundunt, nec tamen ratione deſtituuntur. Nam Lex poteſt appellari *jus* a juſſu vel jubendo, & *fas* a fando, quia Lex jubet, dictat, vetat, permittit. Nihil autem refert, Lex in tabulas relata, an more tantum recepta ſit. Nam Lex moribus recepta non minus habet vim obligandi, quam Lex ſcripta. Imo alieni abſtinentia, reſtitutio ablati, promiſſorum obſervantia, & pœnæ inter homines meritum, plus ſæpe valuerunt inter Gentes literis expertes, quam apud Græcos & Romanos. Teſtes ſunt Scythæ, qui *ſponte ſua ſine lege fidem rectumque colebant*. Teſtis Germania antiqua, de qua TACITUS Cap. XIX. *Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.*

RECHT, jus. Dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, lex pro jure, quod ex lege naſcitur. Nam juris omnis origo eſt a lege, & ſine lege ſive naturali ſive civili, nullum jus concipi poteſt. Ita me docuit CICERO Lib. I. de Legibus: *Doctiſſimis viris jus proficiſci placuit a lege.* Et mox: *A lege ducendum eſt juris exordium.* Hinc qualis Lex, tale jus. Idem perſuaſum fuiſſe Majoribus noſtris, vel hinc patet, quia jus Angloſaxonibus vocatur *e-riht*, hoc eſt, jus legis.

RECHT, per ſynecdochen generis ſignificat (1) *jus agendi, habendi, poſſidendi, acquirendi* &c. (2) *jurisdictionem*, hoc eſt, *jus judicandi, cogendi, jubendi.* Illud omnibus commune, hoc imperantibus proprium eſt. Ab illo derivatur *rechten* controvertere de jure, ab hoc *richten* jus dicere, vindictam ſumere, imperio regere. (3) *jus in foro receptum.*

RECHT, interdum eſt adjectivum ſubſtantivatum a *recht* juſtus, & tunc ſignificat (1) *juſtitiam*, tam eam qua quis ad legem bonus eſt, quam alteram quæ ſuum cuique tribuit. Gloſſ. Keron. juſtitiam *reht*, juſtitiæ *rehtes*, æquitatis *rehtes*. TATIANUS Cap. XXV. 7. *ni ſi thaz ginuhtſame juuar riht mer thanne thero ſcribaro*, niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam ſcribarum. Cap. XXXVIII. 7. *ſuohhet zi eriſten Gotes rihhi inti ſin reht*, quærite primum regnum Dei & juſtitiam ejus. (2) *meritum præmii vel pœnæ.* Sic vulgo dicunt de eo, quem Leges per carnificem exterminant, *man hat ihm ſein recht angetan.* In qua formula *recht* ſignificat meritum pœnæ.

RECHT, interdum eſt verbale a *richten* punire, vel derivativum a *rechen* ulciſci, & tunc ſignificat *pœnam* ſeu *vindictam*, quam lex ſumit aut ſumere permittit de transgreſſoribus. Gloſſ. Keron. vindicta *rihti*, vindictæ *kerehti*, vindictam *kirihti*. *Vindictæ* autem vocabulum S. Benedicto in Regula, quam KERO interpretatur, ſubinde ponitur pro pœna vel caſtigatione, quæ fit verberibus juſſu ſuperioris. Et hoc ſenſu etiam ſumitur in Decretione Chlotarii II. Regis cap. 10. apud CANGIUM in Gloſſario. Intereſt hoc ſciri, ne Latinitas S. Benedicti cuiquam imponat, quaſi *rihti* ſit jus injuriæ ſive privatæ ultionis vocabulum.

RECHT, adjective.

RECHT, adjective poſitum eſt a Lat. *rectus*, & dicitur duobus modis, (1) cum relatione

ad

ad lineam rectam. Inde *recht* rectus, non curvus, non obliquus, & per metaphoram *juſtus*, quia recto ſimilis. (2) cum relatione ad normam vel principium dirigens. Inde *recht* conformis, & per ſynecdochen generis, *legitimus*, *legalis*, *aptus*, *verus*, quia legitimus juri, legalis legi, aptus occaſioni, verus naturæ conformis eſt.

RECHT, rectus, non curvus, non obliquus. Gothis *raiht* Luc. III. 4. 5. Angloſax. *riht* ibid. Francis & Alam. *reht*. TATIANUS Cap. XIII. 3. *tuot rehto ſino ſtiga*, rectas facite ſemitas ejus. Et mox: *inti uuerde ahahu in rehtu*, & erunt curva in directa. Germanis ſuperat in compoſitis *aufrecht* erectus, *winkel-recht* perpendicularis, rectangularis &c. Imo etiam via recta, quæ citra ambages & errores ad terminum ducit, non aliam ob cauſam videtur appellari *rechter weg*, quam a linea recta, quæ eſt breviſſima.

RECHT, juſtus. Gothis *garaihts* Luc. II. 25. Angloſax. *riht*, *rihtwis*, Francis & Alam. *reht*. Hinc Simeon, cujus juſtitiam & pietatem commendant Sacræ Literæ, interpreti TATIANI dicitur *reht inti goſorht*, juſtus & Deum timens, Cap. VII. 4. Veteres hunc ſenſum accepiſſe a *recto* vel *non-curvo*, & juſto accommodaſſe, quod recto ſimilis ſit, vel hinc patet, quia *juſtus* & *injuſtus* apud illos differunt ut *rectus* & *curvus*. Hoc inprimis diſcimus ex Dialecto Gothica, in qua ſequentia occurrunt; *inwinda* injuſti, Luc. XVIII. 11. *inwinditha* injuſtitia, Joh. VII. 18. *ſtava inwinditbos* judex iniquitatis, Luc. XVIII. 6. quæ manifeſte deſumpta ſunt a *winden* torquere, verbo omnibus veterum Dialectis communi. Cum Gothica Dialecto convenit Islandica, in qua injuſtus dicitur *invind*, a *vind* curvus, retortus. Utrumque apud VERELIUM in Indice. Similia habent reliquæ Dialecti. Sic injuria Angloſaxonibus dicitur *wrange*, Anglis & Belgis *wrong*, Danis *vrang*, omnino a *wringen* torquere. Idem ſecretum latet in appellationibus Latino-Barbaris *directum* & *tortum*, quorum illud jus, hoc injuriam denotat. Unde Gallis remanſit *droit* & *tort* eodem ſenſu. Imo Latiniſimis quoque Scriptoribus ſæpe *juſtum* appellatur *rectum*, & *injuſtum* curvum. HORATIUS:

- - - Curvo diſcernere rectum.

IDEM:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Et *rectum colere* paſim eſt jus & juſtitiam colere. Hactenus *juſtus* ex gentium conſenſu eſt *non pravus*, *non tortus*, *non obliquus*.

RECHT, conformis, *rechtgleubig* orthodoxus, qui ea credit quæ principiis cognoſcendi revelatis vel publice receptis conſentanea ſunt.

RECHT, legitimus, juri conformis, *rechter erbe* hæres naturalis vel conſtitutus, *gerechter ſchmerzen* legitimus dolor, *gerechte foderung* legitima poſtulatio. VERELIUS in Ind. *rettmæli* legitima accuſatio.

RECHT, legalis, legi conformis, ad legem bonus, integer vitæ ſcelerisque purus. Alias *gerecht*.

RECHT, aptus, tempori & loco conformis, *in alle ſættel gerecht* omnium ingeniis accommodus, *ſchuhe die gerecht ſind* calcei pedibus apti.

RECHT, verus, naturæ conformis, *rechter wein* vinum verum & genuinum, *rechte brüder* germani fratres, *rechte eltern* parentes naturales.

RECHT, adverbialiter ſumptum ſignificat quantum poteſt, recte, juſte, legitime, conformiter, decenter, convenienter, vere &c. Gothi dicunt *raihtaba*, Angloſax. *riht*, Franci & Alam. *rehto*. Gloſſ. Keron. recte *rehto*, juſte *rehto*.

RECHTE HAND, dextra. A *richten* dirigere, quaſi manus dirigens, quia humana negotia tantum non omnia præ ſiniſtra dirigit. Dictio idonea, ſed nova, & priſcis incognita, qui dextram appellare ſolent, vel *zeſuuua* & *teſeuuo*, ut Franci, vel *taihswo*, ut Gothi, manifeſta Græci vocabuli δεξιὰ imitatione. Celtica Lingua & hodie Cambro-Britannica dextra dicitur *debau*, a δέχομαι capio, ſive quia gladium ſtringimus dextra, & tela in hoſtes conjicimus, ſive quia data accipimus dextra. Inde eſt, quod locus dexter honoratior cenſetur ſiniſtro apud Hebræos, Græcos, Romanos, & omnes pene Gentes cultiores. Literatis quoque dextra potior eſſe debet ſiniſtra, quia perituri dextra ſcribunt non peritura.

RECHTEN, de jure controvertere, judicio contendere. A *recht* jus. Utitur Luth. Eſa. I. 18.

RECHTFERTIGEN, juſtificare, inſontem declarare, abſolvere. Proprie dimittere ut juſtum, a *fertigen* dimittere, expedire. Inde reciprocum *ſich rechtfertigen* innocentiam ſuam defendere, objecta diluendo.

RECHTLICH, quatenus derivatur a *recht* lex, jus, ſignificat juſtum, legitimum, legalem, *wider-rechtlich* injuſtum, illegitimum, illegalem.

RECHTLICH, quatenus derivatur a *recht* jus in foro receptum, ſignificat forenſem & judicialem. Inde *rechtliche erkæntniis* ſententia judicialis, *rechtlich verfaren* judicialiter procedere.

RECHT-LOS, exlex, a juris beneficiis ob flagitia excluſus, ut ſunt proſcripti, violenti ſtupratores, & qui furti aut latrocinii nomine fuſtigationem ſuſtinuerunt. Tales, horumque ſimiles in Jure prov. Alam. vocantur *rehtloſe lute*, Cap. XXXVI. Cap. LXXXII. 1. Cap. CCLXXII. Vetuſtas eosdem quoque appellavit *ehe-los*, ab *ehe* lex, alio ſono, eodem ſenſu. Hinc in eodem Jure *eloz* & *rehtloz* tanquam ejusdem furfuris homines conjunguntur Cap. LIX. *alle*

die ſich eloz und rehtloz gemacht hant mit untat, omnes qui ſe legum & juris beneficiis indignos reddiderunt maleficiis.

RECHT-MÆSSIG, legitimus, legalis, legi conformis. A menſura legis & juris.

RECHT-SCHAFFEN, probus, *ein rechtſchaffen mann* vir probus, integer, ſincerus, honeſtus, imo etiam ſtrenuus. Videtur ſic dici, quaſi ad legem factus, a *ſchaffen* formare. Quemadmodum autem Latinis *probe* & *ſtrenue* interdum ponitur pro *valde* vel *improbe*; ita *rechtſchaffen* ſæpe eodem ſenſu dicitur. Inde *rechtſchaffen kalt* atrox frigus, *rechtſchaffen abklopfen* verberibus obruere, probe contundere.

RECHTS-GELERT, jurisconſultus. Proprie leges & jura edoctus. Græci vocant νομικὸν quaſi legulejum. At majores noſtri in juris perito aliquid amplius quam legum notitiam exigebant. Hinc jurisperitus Gothis dicitur *witodafaſtjeis* Luc. X. 25. h. e. legum cuſtos, a *witoth* lex, & *faſtan* ſervare, cuſtodire. Angloſaxonibus *æ-gleaw* ibidem, ob prudentiam in legibus diſcernendis & applicandis jurisconſulto neceſſariam. Nam *gleaw* Saxonice prudentem & ſagacem ſonat, *æ* vero legem.

RECKEN, poſſe, valere. Hoc verbum, etiamſi in nullis monumentis reperiatur, ſupponere tamen poſſumus duas ob cauſas. Nam primo, vis, robur, poteſtas, Arabibus dicitur *rik*, apud BOCHARTUM Lib. I. de Col. Phœnic. cap. 42. Græcis ῥάγα, Islandis *riki*, apud VEREL. in Ind. Quæ tantæ ſunt vetuſtatis, ut ortum dare verbo potuerint, niſi ab illo acceperint. Secundo, quia *reich*, *rich*, *rik*, ſubſtantive *dominum*, adjective *potentem* ſignificat, quod fieri non poſſet, niſi ſimile verbum, in quo conveniant, ſupponatur. Quam multa autem tempus delevit, quæ hodie non niſi ex derivatis cognoſcuntur?

RECKEN, regnare, dominari. Vide *reich* princeps.

RECKEN, ejicere. VEREL. in Ind. *reka ut* ejicere, *rek* res naufragæ maris undis jactatæ, *recki* litus in quo ejectamenta maris remanent, *rekſtur* ejectamenta maris in litore. Varie autem ſcribitur in Dialectis. Nam ante R. ſæpe invenimus H. & W. Inde Angloſaxonibus *hræcan* exſcreare, exſpuere, Islandis *hrak* res contempta, abjectamenta, *hrake* ſputum, quia ejicitur, *hraklegur* contemptus, abjectus, Belgis *wrak* res nihili, item tabulæ ex naufragio, Suecis *wrak* & *ſtrand-wrak* ejectamenta maris. Imo etiam Angloſaxonibus *wrec*, & Latino-Barbaris *wreccum*, omnem maris ejectum, non res tantum modo naufragas, ſed etiam electrum, gagatem, lapides pretioſos, piſces, & quicquid mare in terram adegerit, denotaſſe, perſpicue demonſtrat SPELMANNUS in voce. Unde dubium non eſt, priſcos *recken*, *brecken*, *wrecken*, promiſcue & indiſcreto ſenſu uſurpaſſe. Nos inde accepimus *racker* homo vilis, & *werk* pro *wreck* ſtupa, ejectamentum lini, illud a *recken*, hoc a *wrecken* ejicere.

RECKEN, agere, pellere, urgere, perſequi. VEREL. in Ind. *reka* urgere, inſiſtere, pellere, *reka flotta* fugientibus inſiſtere, *reka flottan* fugientes perſequi, *vræka* feras ad plagas propellere, *rekingur* erro, pulſus, exul. Gothis *wrikan* eſt perſequi Joh. XV. 20. & *wrakja* perſecutio Marc. IV. 17. Similia habent Angloſaxones. SOMNERUS in Dict. *wrœcend* agens, perſequens, *wræc*, *wræce* exilium, *wrœcca* exul. Et huc etiam ſpectat vox vexatiſſima *wargus*, quæ in Lege Salica & Ripuaria exponitur *expulſus*. Lex Sal. Edit. Baluz. Tit. LVII. 5. *Si quis corpus jam ſepultum effodierit, aut expoliaverit*, WARGUS *ſit, hoc eſt*, EXPULSUS *de eodem Pago, usque dum cum parentibus defuncti convenerit*. Lex Rip. Tit. LXXXV. 2. de eodem ſepulcri effractore & ſpoliatore: WARGUS *ſit, hoc eſt* EXPULSUS, *usque dum parentibus ſatisfaciat*. Cujus vocis radix non eſt Lat. *vagus*, ut WENDELINUS putavit, ſed *recken*, *wrecken*, pellere. Cauſa, cur interpretes apud CANGIUM, in hac voce explicanda fruſtra deſudent, hæc eſt, quia myſteria literarum W. R. & K. ignorarunt, quarum prima ſæpe eſt adjectitia, altera natura mobilis, tertia mutabilis in G. Ab expulſis poſtea nova vocabulorum familia orta eſt, quam vide infra in *warg*.

RECKEN, heroës, qui vel exercitum agunt, vel hoſtes fortiter urgent, a *recken* agere, pellere, & non a Gothico *reiks* princeps, nec a Latino *rex*. Dicitur (1) de Ducibus & Regibus qui per terras exercitum agunt. Nam duces exercitum, quem ducunt, agere & urgere videntur. VIRGILIUS Æn. 7. *Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar*. Hi in Mythologia Islandica & Dictionariolo R. JONÆ vocantur *land-recken*. (2) de Ducibus & Regibus, qui terras a latronibus purgant. *Scire velim*, inquit GOLDASTUS, *Reges* (ita vocat RECKIOS, quaſi nomen a *rege* adeptos) *antiquitus apud Germanos fuiſſe populi duces & defenſores, homines juſtos æque ac fortes, qui terram Germaniam a feravum, latronum, & hoſtium defenſarent impetu, ſive regioni aut civitati dominarentur, ſive caſtris tantum*. In Animadverſ. ad Script. Parenæt. pag. 362. (3) de ſtrenuis bellatoribus, qui pulſis ubique hoſtibus triumphant. Hinc in eadem Mythologia milites Alfi Regis vocantur *reckar*, quod hoſtes ſemper propellerent. Eodem ſenſu *rekkin* extat in Rhythmo de s. ANNONE ſtropha XIX. ubi de Suevis ſequens occurrit elogium:

Die ſich dikke des vürenamin
Daz ſie güde Rekkin werin,
Woli vertig unti wighaft,
Doch bedwang Ceſar al iri craft.

Vertit

Vertit SCHILTERUS:

Qui ſe ſæpe oſtenderunt,
Quod boni heroës eſſent,
Bene promti & bellicoſi,
Tamen ſuperavit Cæſar omnem
eorum vim.

Ex nominibus propriis huc ſpectare videtur RICHARDUS, quod ſecundum antecedentia vel Ducem fortem vel ſtrenuum hoſtium propulſorem deſignare poteſt. LEIBNITIO in Miſcell. Berol. Tom. I. pag. 2. *recken* ſunt longuriones, a *recken* extendere. Sed hanc *Reckiorum* cum *Riſiis* confuſionem carpit GOLDASTUS in Antiquariis. Diſcrimen, quod inter eos intercedit ex mente Goldaſti, videbimus in *Valand.*

RECKEN, tendere, extendere, expandere. Heb. *rakag*, Græc. ῥέγω, Goth. *rakjan* & compoſite *ufrakjan*, Franc. *recchen*, Belg. *rekken*, Island. *reckia*. Evang. Goth. Marc. III. 5. *ufrakei handu theina, jah ufrakida*, extende manum tuam, & extendit. NOTKERUS Pſal. LXXIX. 12. *des uuinegarten zougen rahtoſt du unz an michel mere*, palmites ejus extendiſti usque ad mare magnum. Et mox: *propagines heizzent ferre piegá a porro pangendo, daz chit ſone hina recchenne.* VEREL. in Ind. *reckia* extendere, *reckar* viri proceri & robuſti. A *recken* fit *rachen* rictus, hiatus oris expanſus, *rekel* longurio, *recke-bank* equuleus &c. Vocem Saxonicam vide in *ſtrecken.*

REDDE, canis, Dial. Miſnica. Forte a curſitando. V. *raden* currere, & confer *bætze* canicula.

REDE, vox verbo externo & interno communis, prorſus ut λόγος apud Græcos. Nec id ſine cauſa. Cum enim natura humana duplici ſermone polleat, interno, qui *ratione*, & externo, qui *oratione* definitur, & uterque ſermo (ſecundum Philoſophiam) una eademque res ſit, diverſis ſaltim modis expreſſa, in mente modo ſpirituali, in corpore modo corporali: Hinc a Majoribus noſtris ſapientiſſime inſtitutum eſt, ut *ratio* & *oratio* communi vocabulo comprehenderentur.

REDE, ſermo. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *araith*, Gothis *razda*, Franc. *reda*, Belg. *rede*, Island. *ræda*. Evang. Goth. Matth. XXVI. 73. *razda theina bandweith thuk*, loquela tua manifeſtum te facit. Gloſſ. Pez. proſa oratio *prosli reda*. VERELIUS in Ind. *ræda* ſermo, *ſogur ræda ſtillir grimman hug*, pulchra & placida oratio animum iratum & exulceratum mitigat. Græcis ῥῆσις eſt dictio. Obſervari meretur, quod *raten* & ῥίζω Germanis & Græcis ſit facere, & quod facta ſæpe ponantur pro dictis. Hinc *rede* cenſeri poteſt ejusdem indolis, ut ſynonymum ejus *wort*, quod multorum judicio eſt a *werden* fieri. Præterea *rede* & ῥῆσις poſſunt eſſe ῥῆξις, h. e. ruptura, ſeu vox rupta, a *reiſſen*, ῥήσσω rumpere. Nam loqui Græcis dicitur ῥῆξαι Φωνὴν, rumpere vocem. Idemque Germanis *ſprechen.*

REDE, ratio. Gothis *rathjo*, Francis *reda*, Alamannis *reda* & *redina*, Belg. *reden*, Armor. *reſon*, Hibern. *reſun*, Gall. *raiſon*. Gloſſ. Keron. ratio *redina*, rationem *rediun*. An a Lat. *ratio?* Dubito: potius ſenſus a verbo externo ad internum translatus eſt, quia ratio eſt ſermo hominis mentalis, & colloquium mentis cum ſe ipſa. Res ipſa experientia ſatis teſtata eſt, ut neceſſe non ſit, verba TERTULLIANI (quæ ſupra in verbo *denken* attuli) hic denuo producere. Dicitur autem ſenſu latiſſimo, (1) de natura rationali humano generi propria. Inde compoſita *redlich* & *redhaft* rationalis. Gloſſ. Keron. rationabilis *redhaftiu*, rationabilia verba *redohaftiu uuort*, inrationabilia *unredihaftlihhiu*, rationabiliter *redihaftucho*. Belgis *reden* etiamnum eſt ratio, qua homines ſumus, *ingeſchapen reden* ratio infuſa, *na de reden leven* ex dictamine rationis vivere, *redelyk dier* animal rationale, *redelyk mens* homo rationalis. (2) de ratiociniis. Gloſſ. Keron. ratiociniis *redinoom*. Inde Belgis *redeneeren* ratiocinari. (3) de rationibus ſeu cauſis cognoſcendi. ISIDORUS Cap. II. 3. *ſoſama auh nu dheſſes chiboranin ſunes ſuchhant redha*, ſiquidem & gignendi filii quæritur ratio. Inde Belgis *natuerlyke reden* rationes & cauſæ naturales. (4) de rationibus dictorum & factorum. Evang. Goth. Luc. XVI. 2. *ugiſ rathjon ſauragaggja theinis*, redde rationem villicationis tuæ. TATIANUS Cap. LXII. 12. de verbo otioſo: *geldent reda fon themo in tuomes tage*, reddent rationem de eo in die judicii. Sic etiamnum vulgo dicimus, *rede und antwort geben* factorum rationem reddere & reſpondere ad interrogata, *ausrede* excuſatio. (5) de virtutibus, quia perſuaſum erat majoribus noſtris, plane ut olim Stoicis, virtutem eſſe potentiam animi, ex ductu rationis vivendi. Hinc ſcil. variis virtutibus appellationem a ratione indiderunt, quia noverant nullam eſſe virtutem niſi ex ratione. Belgis *redelyk* eſt juſtus, æquus, *redelykheit* juſtitia, æquitas. Germanis *redlich* ſincerus, quia ſinceritas, quæ harmonia verbi externi & interni unice definitur, eſt virtus maxime rationalis, & rectæ rationi conformis: fallere autem & decipere eſt hominis callidi & aſtuti, & ſtulti potius quam ſapientis, niſi reip. cauſa id fiat. Iisdem *redlich mann* eſt homo antiquis moribus ac fide, *redlich handeln* bona fide agere, *redlich beiſtehen* ſtrenue & pro viribus adſiſtere &c.

REDEN, loqui. Gothis *rodjan*, Franc. *redon*, Island. *ræda*. Evang. Goth. Marc. VII. 37. *gataujith unrodjandans rodjan*, facit mutos (loquendi impotentes) loqui. Joh. VIII. 26. *ik rodja* loquor. Joh. XVI. 1. *thata rodida izwis*, hæc locutus ſum vobis. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XII. 5.

Eiſcota ſie in thrati,
Uuas thiu uuorolt quati?
Uuaz ſie ſon imo redotin,
Ioh auio ſon imo zelitin?

Vertit SCHILTERUS:

Percontatus eos ſerio,
Quid mundus diceret?
Quid de ipſo loquerentur,
Et quomodo de ipſo narrarent?

VERELIUS in Ind. *ræda* loqui, *ſamrædi* colloquium. Similia cenſentur Græcorum quædam, ῥέω dico, ῥηθῆναι dici, ῥητὸν dictum. Alias loqui Græcis eſt ῥῆξαι φωνὴν rumpere vocem, ut ſupra notavi. Hinc *reden* poteſt eſſe *reiſſen*, h. e. rumpere vocem. Confer *rede* ſermo, & *ſprechen* loqui.

REDEN, legere ex libro, vel recitare. Angloſax. *rædan*, Alam. *redinon*, Angl. *to read*. Evang. Angloſax. Luc. IV. 16. *and he aras thæt he rædde*, & ipſe ſurrexit ut legeret. Gloſſ. Keron. recitet *redinoe*, recitanda eſt *za redinone iſt*. Senſus a loquendo ad recitandum translatus, quia recitare eſt loqui.

REDEN, rationibus uti in dicendo, ſive demonſtrationis aut convictionis, ſive perſuadendi cauſa. Cognoſcitur ex compoſitis & derivati, cujusmodi ſunt,

redner, orator, Gr. ῥήτωρ, Lat. *rhetor*, qui dicendo perſuadet, *rede-kunſt* oratoria, ars perſuadendi.

bereden, perſuadere, *beredt* facundus, *beredtſamkeit* eloquentia.

überreden, perſuadere, olim etiam convincere. Jus prov. Alam. Cap. 282. 4. *uuer dez uuirt überrait*, ſi quis convincitur. In quo compoſito *über* eſt nota prævalentiæ.

abreden, *aureden*, dehortari &c.

REDLICH, quatenus derivatur a *rede* ratio, ſignificat quantum poteſt. Vide antecedentia.

REEF, cadaver. Vide *rabe*.

REFFE, inſtrumentum dentatum, alias *riffel*, quod vide.

REFIER, tractus, *luſt-refier* tractus terræ amœnus. Græcis ῥαιδὸς eſt incurvus, inflexus, idemque Æolica dictione ῥυφὸς. Veteres ab illo res omnes inflexas & incurvas appellaſſe *reif*, permultis exemplis oſtendi infra in loco. Hinc *refier* adhibita rerum & verborum æſtimatione & analogia, nihil aliud denotare videtur, quam parvum terræ *circulum*, quem vulgo *diſtrictum* vocamus, quia ſaltibus quibusdam, vallibus & fluentis, tanquam terminis cingitur & ſtringitur, cujus ſynonymum eſt *krein*. Ejusmodi diſtrictus Islandis brevisſime dicitur *repp*, *ripp*. Quod a noſtris videtur mutatum in *refier*, nova & barbara terminatione adjecta. Illud vero uti ſimplicius, ita etiam antiquius. Et ab illo RIPUARIOS nomen ducere, exiſtimat VERELIUS. Verba ejus ex INDICE Linguæ veteris Scytho-Scandicæ, prout pag. 208. jacent, hic deſcribam. „*Ripuarii*, „populus Germaniæ recentior, quorum leges dicuntur *Ripuariorum*; unde dicantur „dubitat Lindenbrog. Sed *repp* & *ripp* di„ſtrictum vel tractum terræ vel provinciæ (ſignificat). *Veriar* vero inſeſſores ſunt,“ ut *Skipveriar* qui in navi ſunt, *Vikveriar*“ Vikiæ provinciæ inhabitatores, *Ripveriar*“ qui tractum inter Moſam & Rhenum inha-“ bitant.“ Huc usque Verelius. A quo tamen alii diſſentiunt. Nam *Riparius* & *Riparienſis* eſt vox Romana, & tribuitur militi limitaneo, qui *ripam Rheni* vel alterius fluminis cuſtodiebat. Poſtea mutatis colonis, & limite Romano a Germanis occupato, in eadem ſede priſtinum vocabulum occupantibus adhæſit. Ita videtur ſentire ECCARDUS ab initio *Legis Ripuariorum* in notis. Gloſſa antiqua apud eundem: *Riparius*, ἐχθροφύλαξ: Id eſt, cuſtos ripæ. Tales certe fuerunt Franci illi, quos conſuetudo *Ripuarios* vocat, primo quidem invaſores limitis inter Rhenum & Moſam, poſtea in limite a Romanis relicti, ut eum, quem vi ceperant, defenderent.

REGE, incitus, vividus, excitatus, *rege machen* ciere, excitare, facere ut vigeat. Verbale a *regen*.

REGEN, movere, ciere, *erregen* excitare, *ſich regen* moveri, *regung* motio. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXV. 9.

Thio ſunta thio unſih ſtechent,
Joh ſih in uns rechent.

Vertit SCHILTERUS:

Peccata quæ nos pungunt,
Et ſe in nobis movent.

Proprie eſt actus vigentis, & dicitur primario de rebus, quæ vi inſita & naturali moventur, ut pateat eſſe a Græc. ῥώγα vigor. Poſtea etiam ad motus a cauſis externis ſuſcitatos transferri cœpit.

REGEN, pluvia. Gothis *rign*, Matth. VII. 25. Angloſax. *regn*, Francis *regan*, Belg. *regen*, Procop. *reghen*, Suec. *regn*. TATIANUS Cap. XLIII. 2. *nidarſteig regan*, deſcendit pluvia. Quidam derivant a Lat. *rigo*, alii a Gr. ῥήγνυμαι erumpo, alii a ῥαίνω irroro. Obſervari meretur, quod idem nomen in fluviis occurrat, cujusmodi ſunt, REGA, REGEN, fluvius Caſſubiæ, a quo REGENWALDE, & REGE, REGEN, fluvius Bavariæ, a quo REGENSPURG, urbs auguſta ad confluentem *Regini* amnis, judice CLUVERIO in Vindelicia Cap. 4. Hinc ſuſpicor, *regen*, ſive pluviam deſignet, ſive fluvium, eſſe a *rinnen* fluere, & majores noſtros ante dixiſſe *ren*, quam *regen*. De fluvio vidimus in voce *rhein*. De pluvia nunc videndum, quæ certe etiam eſt fluvius, quamvis cœleſtis, & guttatim cadens. Gloſſ. Ælf. pag. 75. pluvia *ren*, iris *ren-boga*, imber *færlic-ren*. Verſio Angloſax. Matth. VII. 25. *tha com thær ren*, tunc venit pluvia. A *ren* vulgus paulatim formavit *reng*, quia N. naturaliter attrahit G. & a *reng* deinceps *regn* per metatheſin. Hinc in monumentis Angloſaxonicis pluvia promiſcue vocatur *ren*, *reng*, *regn*, teſte BENSONIO in Vocabulario.

REGIMENTS-STAB. V. *ſtab* judicium.

REGNEN,

REGNEN, pluere. Evang. Goth. Luc. XVII. 29. *rignida fwibla jah funin us himina*, pluit ſulphur & ignem de cœlo. Gloſſ. Pez. compluta *pireganet*. Verbum a ſubſt. factum.

REH, cerva, caprea, *reh-bock* capreolus. WILLERAM. Cap. II. *ih befuueron iuuih bi den reion*, adjuro vos per capreas. Gloſſ. Ælf. in nomin. ferarum: damula vel caprea vel dorcas *hræge*, capreus *rah-deor*. VEREL. in Ind. *ra* capreolus, *ra er konungsdiur*, capreolus regis fera eſt, h. e. nemo jus habet venandi capreolos præter regem. Vide ergo annon *reh* ſit abſciſſum ab antiquiori & magis genuino *rah-deor*, quod lingua Celtica *feram dominicam* denotare poteſt. Nam *rhi* Cambris & Armoricis, veteris Linguæ Celticæ cuſtodibus, etiamnum eſt dominus, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Et hinc RHEA Saturni ſoror & conjux in eadem lingua ſignificare poteſt *dominam*, obſervante PEZRONIO in Antiq. Celt. pag. 73. 362. 411. Angli habent *roe*. Quo ſenſu, non explicat SKINNERUS, qui ſolet Cambrica negligere.

REIBEN, friare, fricare. Franc. *reipen, ripen*, Belg. *wryven*, Angl. *to rub*, Gall. *raper*. Gloſſ. Pez. fricavit *reip*. Verbum a Francis proſeminatum, ſed vetuſtiſſimum. Nam & Hebræis *roph* eſt contrivit, apud HELVIGIUM in Originibus, & Græcis τρίβειν terere, quod imitantur Latini in *tribare* & *tribas*, ſed obſcœno ſenſu. A *reiben* eſt *zerreiben* fricando conterere, *rieb-eiſen* radula, & alia ſatis nota.

REICH, ſubſtantive *dominum*, adjective *potentem* ſignificat. Cauſam communem vide in *recken* poſſe, valere.

REICH, dominus, & per ſynecdochen generis princeps, dux, ſatrapa. Cambris & Armor. *rhi*, Gothis *reiks*, Angloſax. *rica*, Pruſſis & Lithuanis *ricke*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhi* dominus, baro, ſatrapa, nobilis. Verſio Gothica Joh. XII. 31. *nu ſa reiks this fairhwaus uswairpada ut*, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. SOMNER. in Dict. Angloſax. *landes-rica* fundi dominus. JUNIUS derivat a *ruchen* curare, quod *principio rerum hanc ſibi præter cæteros legem dictam putabant imperantes, curare ne quid ſubditi capiant detrimenti*. Sed nimis magnifice ſentit vir optimus de primo in orbe dominatu, qui certe nullam agnovit legem, niſi vim & potentiam. Adde, quod ſtante hac etymologia concipi non poſſit, cur *potens* eodem nomine afficiatur. Neceſſe autem eſt, tam ſubſtantivum quam adjectivum ex eodem fonte manaſſe. Vox Cambrica nimia brevitate laborat. Interim a ſubſt. *reich* magna prodiit & illuſtris familia in omnibus veterum Dialectis, quam docendi cauſa in tres Generationes diſpeſcam.

1. *Generatio.*

Sicut Latinis a *dominus* fit *dominari*, ita a *reich* princeps fit Gothis *reikinon* dominari, regnare, imperio cogere; Angloſaxonibus *recan*, *reccan*, *reccean*, *ricſian*, *rixian*, partim apud SOMNERUM, partim apud BENSONIUM obvia; Francis & Alam. *richiſon*, *rihhiſon*; Islandis *rikia*, apud VEREL. in Ind. Omnibus eodem ſenſu, & ex eodem fonte. Evang. Goth. Marc. X. 42. *reikinon thiudom*, principari gentibus. Joh. XIV. 30. *quimith ſaei thizai manaſedai reikinoth*, venit qui huic mundo dominabitur. Evang. Angloſax. Luc. XIX. 27. *the noldon thæt ic ofer hig rixude*, qui noluerunt ut regnarem ſuper ſe. TATIANUS Cap. III. 5. *inti rihhiſot in huſe Jacobes zi euuidu*, & regnabit in domo Jacob in æternum. In Bibliis Germanicis antiquis ſæpe occurrit *reichſen* pro regnare, quod pluribus teſtimoniis e Vocabulario Reineſiano depromptis oſtendit SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 682. Hodie dicimus *regieren*, quia priſca contemnimus, & cum Latinis loqui, quam cum majoribus malumus.

2. *Generatio.*

Ab Angloſaxonico *recan* regnare rurſus fit *reich*, *rich* regio, regnum &c. amplisſimo ſignificatu, de quo mox erit agendum pluribus.

3. *Generatio.*

A Francico *richiſon* regnare vetuſtas Francica & Alamannica formavit *richiſo* & *richiſode* dominatio. Gloſſ. Keron. tyrannidis *unreht richiſo*. Proprie injuſtæ dominationis. Sed obſervandum, quod hoc verbum cum ſua ſobole interdum vituperetur, ob pravos regnantium mores, & in ſævitiam degeneranres. Gloſſ. Pez. tyrannus *richiſonter*, archityrannica *heroſtin richiſodes*.

REICH, *rich*, in nominibus avium ducem vel ductorem ſui generis ſignificat, & tribuitur maſculis, quia videntur principatum tenere inter ſuos. Inde *genſerich*, *enterich*, *teuberich*, maſculus anſerum, anatum, columbarum.

REICH, potens, valens, fortis. Armoricis *rich* apud PEZRONIUM in Ant. Celt. pag. 436. Gothis *reiks*, & in ſuperlat. *reikiſt*, Angloſax. *rice*, Francis *rich*, Islandis *rikur*. Evang. Goth. Joh. XVIII. 22. *ſwah andhafjis thamma reikiſtin gudjin*, ſiccine reſpondes ſummo ſacerdoti? Marc. III. 22. *uswairpith thaim unhulthom in thamma reikiſtin unhulthono*, ejicit dæmonia in potentisſimo dæmonum. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XII. 121.

Niſt man nihein ſo richi
Ther ſtige in hiuilrichi.
Nemo hominum tam potens,
Qui adſcendat in cœlum.

VERELIUS in Ind. *rikur madur* potens. Proprie vir potens. Hoc ſenſu occurrit frequentisſime in NOMINIBUS PROPRIIS vetuſtisſimis, quæ paſſim explicamus, & a prava priorum temporum interpretatione vindicamus, quoties voces, quibus *rich* vel annectitur

nectitur vel præfigitur, dicendi anſam præbent, ut neceſſe non ſit, actum agere. Multa autem a nobis ſunt omiſſa, ſive quia in tempore & loco non occurrebant, ſive quia animum ſuſpenſum tenebant. Ad primum genus ſpectat CHILODERICUS, apud Gregorium Turonenſem, cujus nomen *turmis potentem* ſignificat. Nam *bloth* Angloſaxonibus eſt turma, & *lid* militare auxilium Islandis, ut dixi in *leute* milites. Ad ſecundum genus ſpectant Nomina Celtica in *rix* deſinentia, *Ambiorix*, *Eporedorix*, *Cingentorix*, *Vercingentorix*, *Viridorix*, & ſimilia, quæ adhuc Jove Luceio opus habent. Hodie non amplius utimur hoc ſenſu niſi in compoſito *wüterich* tyrannus, qui ſic dicitur quaſi furore potens.

REICH, dives, locuples, opulentus, divitiis potens. Angloſax. *ryca*, *rice*, Franc. *rich*, *ribh*, Belg. & Suec. *ryk*, Island. *rikur*, Angl. *rich*, Gall. *riche*, Ital. *ricco*, Hiſp. *rica*, *rico*, Latin. Barb. *ricus*, & inde *rici homines* proceres, barones, qui amplas habent poſſeſſiones, apud CANGIUM in voce. Gloſſ. Pez. opulentos *ribha*, beatus (beati enim poſſidentes) *ribher*, diteſcere *ribhan*. BENSON. in Voc. Angloſax. *ryc*, *rica* dives, *gericod* ditatus. VEREL. in Ind. *rikur oc u-rikur* dives & pauper, *rikis menn* proceres, *rikleikur* potentia, opulentia. Senſus a potentibus ad divites traductus, ſive quia potentiores olim diteſcebant ex rapinis infirmiorum, ut PEZRONIO jam ſæpe laudato viſum, ſive quia unusquisque tantum habet potentiæ, quantum divitiarum, quatenus pecuniæ Reginæ obediunt omnia. Qui frigidis alluſionibus delectantur, ex Hebræo vel Græco ſermone petitis, adeant UELVIGIUM in Originibus, quas facile refellere poſſem, ſi tanti eſſet nugari.

REICH, quatenus eſt ſubſt. ab obſoleto *recken* dominari oriundum, ſignificat quantum poteſt, (1) vim cogendi imperantibus propriam. (2) ditionem vel regionem dominio ſubjectam, alias territorium. VEREL. loc. cit. *riki* ditio. Verſio Angloſax. Luc. VII. 17. *ferde theos ſpæc embe eall thæt rice*, exiit hic ſermo circa omnem regionem. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XIV. 21. *niſt akar hiar in riche*, non eſt ager hic in territorio, qui non flaveſcat. Jus prov. Alam. Cap. 146. 1. *herre dez erdriches* dominus territorii. (3) regnum, imperium. Gloſſ. Keron. regnum *ribhe*, regni cœlorum *himilrihhes*. Inde Angloſaxonibus *Godes rice* regnum Dei Marc. IX. 1. *ealle ricu eorthan ymbe-bwyrfies*, omnia regna orbis terræ Luc. IV. 5. *cyneric*, *cyning-ric* regnum in quo rex dominatur &c. (4) fundum privatum. Jus Prov. Alam. Cap. 362. 3. *ſuuer uf ain fræmdez ertrich zimmer oder buue ſetzet*, ſi quis in ſolo alieno ædificet.

REICH, imperium Romano-Germanicum, Respubl. Germanorum, propter excellentiam ſic dicta, quia non potentior nec illuſtrior ulla in toto terrarum orbe, ſive Caput ſpectes, ſive membra, ſive totius corporis compagem & majeſtatem.

REICHTUM, regnum, imperium, principatus. TATIANUS Cap. XIII. 1. *in themo funftazehenten jare thes rihthuomes Tiberii thes Keiſores*, anno quinto decimo imperii Tiberii. Idem Angloſaxonibus *ricedom* apud BENSONIUM. Utrumque a *reich* princeps & *tum* poteſtas, quem ſignificatum adſerui in *Proleg* Sect. VI. Cum vero mores Principum ita ſint comparati, ut ſæpe potentia ſua abutantur; hinc Francica vox non ſemper bono ſenſu, ſed etiam malo uſurpatur pro dominatu injuſto & tyrannico. Gloſſ. Keron. tyrannidis *rihhidim*. Hodie nec bono nec malo ſenſu occurrit.

REICHTUM, divitiæ. Gloſſ. Pez. abundantia *rihtuom*. Vi compoſitionis facultas opulenta, quamvis etiam dominium facultoſum eſſe poſſit, quia opes privatorum revera ſunt parva imperia, & ſæpe injuſta.

REICHEN, tangere, attingere, pertingere. Angloſax. *ræcan*, *areccan*, *geræcan*, Franc. *reichen*, *irreichen*, *zuagireichen*, Belg. *raaken*, *reiken*, Angl. *to reach*, Suec. *räcka*. NOTKERUS Pſal. XLI. 5. *mine ſela ne rahti ſih uber ſih ſelbun; uuieo irreihta ſi danne den der obe iro ſo hoho iſt.* Locum adduxit SCHILTERUS in Gloſſario, ſed non Latine reddidit. Sic autem verto: anima mea non extendebat ſe ſuper ſe ipſam; quomodo ergo attingeret eum qui tam alte eſt ſupra eam? Gloſſ. Boxh. *zuakareigotin* adtingerent. Quemadmodum *langen* tangere eſt a *law* manus per epenthefin, ita *reichen* videtur eſſe a χείρ manus per anaſtrophen. Primo enim tangit manus, poſtea res omnes, quarum extrema ſimul ſu..t. Allegorice dicitur de conſecutione, quia rerum tactilium perceptioni ſimilis eſt. Inde *erreichen* aſſequi, conſequi, adipiſci.

REICHEN, porrigere, præbere. Angloſaxonibus & Francis ut ſupra, quibus conveniunt ſono & ſignificatu Gr. ὀρέγω, & Lat. *rigo* in *porrigo*. Gloſſ. Keron. porrigatur *ſi kerehhit*. Gloſſ. Pez. porrectam *framgareihta*. Ex eodem fonte, quia manu non ſolum tangimus, ſed etiam præbemus, & facimus, ut alter quoque tangat. Niſi malis ab ὀρέγω, quod expeditius.

REIF, incurvus, inflexus. A Græco ῥωικὸς vel Æolico ῥυφὸς ejusd. ſignificatus, quod eſt a ῥίπτω inclino, quibus convenit Lat. *urvus* & *urbus*, per literæ caninæ transpoſitionem. Ipſum adjectivum in Monumentis noſtris non invenio, bene tamen adjectivum ſubſtantivatum. Nam quicquid incurvum, inflexum, aut obliquum eſt, & per circulum vel aliquam flexionem in ſe redire videtur, id omne populis Celticis dicitur *reif*, aut ſimili appellatione, inprimis vero partes corporis inflexæ, veſtes adſtrictæ, & omnis generis ligamenta, ut ex inductione mox patebit.

REIF, pars corporis inflexa, ſive venter ſit, ſive inteſtinum, ſive coſta. BOXHORN. in Lex.

Lex. Ant. Brit. *rhefr* anus, longanum, colon, inreſtinum rectum, inteſtinum longum. Gloſſ. Lipſ. *ref* venter, *reufis* ventris, *reve* ventre. SOMNER. in Dict. Angloſax. *hryſe*, *hrif*, *hrife* uterus, alvus, venter, *uferre and nitherre hrife* pars ventris ſuperior & inferior. TATIANUS Cap. III. 4. *ſeno nu intphahis in reve*, ecce concipies in utero. Inde *hrefawunt* ventre læſus, in Lege Boiorum Tit. III. 6. & Alamannorum Tit. LXV. 25. De coſta videbimus deinceps in *ribbe*, quam vocem uſus etiamnum agnoſcit, dum reliquæ ſunt extinctæ.

REIF, veſtis. Teſtimonia veterum vide in *raub* veſtimentum. Proprie dicitur de veſte adſtricta, quæ corpus circuli inſtar ambit. Et hæc nomenclatura mire convenit cum veſtibus veterum Germanorum a TACITO deſcriptis Cap. 17. de M. G. *Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante, ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente.*

REIF, ligamentum, ſive reſtis ſit, ſive faſcia, ſive circulus &c. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhaff* funis, reſtis, *rhefawg* funis, *rheffyn* chorda, chordula, funiculus. BENSON. in Voc. Angloſax. *rape* funis, rudens, nodus, *rap-genga* funambulo, *rapincle* funiculus, *ræpan* vincire. Gloſſ. Boxh. *reifan* nodos. Lege *reifan*, & cæteris conſentiet. Gloſſ. Pez. jugum *dioreif*. Lege *diorreif*, quod eſt jugum jumenti. VEREL. in Ind. *reifar* faſciæ, *reifa-barn* infans faſciis involutus. Lex Sal. Tit. VI. 3. *Si quis canem, qui ligamen noverit, poſt ſolis occaſum occiderit. Malb. theophano.* ECCARDUS reſtituit *rheophano.* Feliciſſime. Nam hanc emendationem poſtulat vox *ligamen.* In Codice Arg. *raip* eſt corrigia, & hinc *ſkaudaraip* corrigia, proprie coriacea, a σκύτος corium, Luc. III. 16. In quibusdam Germaniæ Dialectis *reif* etiamnum eſt funis, & *reifſchleger* reſtiarius: in omnibus vero *reif* ſignificat circulum ligneum, quo dolia aliaque vaſa a vietoribus compinguntur. Similiter & Græcis ῥάψ, ῥαπὸς, eſt ramus ſalignus, & vimen flexile. Nonnulli etiam annulum vocant *finger-reif*, quaſi circulum digitalem.

REIF, quatenus vinculum, nodum, aut ligamen notat, ſenſum habet allegoricum & forenſem, & Francis dicitur *reiph*, Latino-Barbaris *reiphus* & *reipus*. Lex Salica Tit. XLVII. de Reipus. Art. 1. *Si, ut fieri adſolet, homo moriens, viduam dimiſerit, & eam quis in conjugium voluerit accipere, antequam eam accipiat, Tunginus aut Centenarius Mallum indicent; & in ipſo Mallo ſcutum habere debet, & tres homines, vel cauſſas mandare. Et tunc ille, qui viduam accipere vult, cum tribus teſtibus qui adprobare debent, tres Solid. æque penſantes, & denarium habere debet. Et hoc facto, ſi eis convenit, viduam accipiat.* Art. 2. *Si vero iſta non fecerit, & ſic eum* (eam) *acceperit. Malb. reiphus hæc chala ſimus, MMD. den. qui faciunt Sol. LXII. cum dimidio, culpabilis judicetur.* Art. 3. *Si autem quæ ſuperius diximus omnia ſecundum Legem impleverit, & tres Solidos & Denarium illo cui Reiphe debetur acceperit, tunc eam legitime accipiat.* WENDELINUS vocem Salicam interpretatur *iteratum matrimonium*, componitque ex particula Latina *re* iterum, denuo, & *eſa* matrimonium. Idem apud Taxandros ſuos rem & nomen rei aliquatenus reſiduum inveniſſe ſibi viſus eſt. Nam qui viduam ibi ducit, ſolvit *reuwninк* ſive *reiphalem nummum* iis, de quorum corpore fuit prior maritus, fabris ſi faber, piſtoribus ſi piſtor, aratoribus ſi arator: eſtque id pretium ſtatutum permodeſtum, quod cedit in eſculenta & potulenta. Hæc conjectura, quamvis multis Viris doctis, & ipſi ECCARDO probata, duos habet defectus, unum, quod vocem ſimplicem & pure Germanicam ex duobus ſabiis, Latino & Francico componit; alterum, quod eandem vocem votis tantum ſecundis propriam ſtatuit, cum etiam primis convenire videatur. Nam apud Francos omnis uxor emebatur, non juſto pretio, ut mancipia, ſed ſacro denario, tanquam arrha & vinculo futuri matrimonii, puella, non plebeja tantum, ſed etiam regia, *Solido & denario*, vidua *tribus Solidis & denario.* De pretio quidem puellæ Lex Salica nihil ſtatuit, ſed de pretio viduæ tantum. Conſtat tamen aliunde conſuetudinis hujus vigor. MARCULFUS formula 65. *Igitur dum taliter parentibus noſtris utriusque partis complacuit atque convenit, ut ego te ſolido & denario, ſecundum Legem Salicam, ſponſare debeam, quod ita & feci.* FREDEGARIUS de nuptiis Chlodovei & Chrotechildis Cap. 18. *Legati offerentes Solidum & denarium, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei ſponſant.* Hoc pretium qualecunque vulgo dicebatur *reif*, hoc eſt, nodus, vinculum, ligamen, a duplici juris effectu, quia accipientem ad gratificandum, dantem vero ad ducendum obligabat. Et hic ſenſus perfecte convenit verbis Legis Salicæ, ut examinanti patebit. SCHILTERUS, dum Wendelinum refellere conatur, omnia pervertit. *Reipus*, inquit, *non eſt ipſum pretium, ſed mulcta non ſoluti pretii, & tamen factis nuptiis, id quod pro ſpecie raptus habitum: itaque alia ſumma fuit pretii emtionis, nempe in primo matrimonio ſolidus & denarius; in ſecundo tres ſolidi & denarius. Pœna vero LXII. Solidi cum dimidio, ſive ſemiſſe. Unde igitur nomen acceperit, facile pateſcit. Certe in MS. Regio in inſcriptione & indice Rubricarum expreſſe dicitur Reipuſſe, ſcilicet a Reip ſive Raub, & Buſſe, mulcta ob raptum vel quaſi.* Sed ex articulo *tertio*, ſi cum *primo* conferatur, nimis manifeſtum eſt, *reiph* appellari, non aliquam mulctam, ſed ipſum *pretium nuptiale*, quod proximis cognatis erat ſolvendum pro vidua, priusquam in poteſtatem novi mariti tranſiret. Cur autem vidua apud Salicos carius fuerit redimenda, quam puella, aliis inveſtigandum relinquo. Gothi, Saxones,

& Burgundi, videntur contrariis moribus uſi, & puellas ſuas non ſacro aliquo denario, ſed ingenti pretio vendidiſſe. De Gothis vide Legem Wiſigothorum Lib. III. Tit. IV. 7. De Burgundis Legem Burgund. Tit. XXXIV. 2. De Saxonibus Legem Saxonum Cap. 6.

REIF, pruina. Camb. *rhew*, Germ. inf. *ryf*. Angloſaxones habent *hrim*, quod imitantur Angli, Belgæ, & Sueci in *rim*. Vox Saxonica eſt a *κρυμόω* frigere, Celtica a *ῥιγόω* frigere, hodierna a Celtica, mutato W. in F.

REIF, maturus, *reiffe*, *reiffung* maturitas, *reiffen* matureſcere, Angloſaxonibus *ripe*, *ripeneſſe*, *ripian*, apud SOMNER. & BENSON. Similia habent Franci & Alamanni. Gloſſ. Keron. maturus *rüffer*, maturitas *rüffii*. Gloſſ. Pez. præcoce *frumiriſin*. Gloſſ. Lipſ. *ripoton* maturitate. CASAUBONO venit a Gr. *ῥέπω* vergo, propendeo, quia matura propendent verſus terram tanquam brevi caſura.

REIGE, linea, ſulcus literarum vel numerorum, Gallis *raie*, Italis & Latino-Barbaris *riga*. Proprie eſt linea inciſa, vel ex inciſuris facta. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhygn* inciſura, *rhygnbren* lignum oblongum, in quo inciduntur numeri, *rhygnu* ferrare. Græcis *ῥηγὴ* eſt fiſſura, & *ῥηγνύω* rumpo, manifeſto cum vocibus Celticis conſenſu.

REIGE, quatenus lineam notat, eleganter transfertur (1) ad ſeriem & ordinem rerum quarumcunque. BENSON. in Voc. Angloſax. *ræwa* ordo, *ſtæf-ræwe* alphabetum, ordo literarum, *heg-rewe* contextura ſepis. (2) ad choros ſaltantium, qui, dum ſe mutuo manibus tenent, lineam formant, nunc rectam, nunc curvam, nunc orbicularem. Utitur Luth. Exod. XV. 20. (3) ad ſtrigas agrorum, ob ſimilitudinem cum linea recta. Hinc ſulcus Cambris dicitur *rhych*, Latino-Barbaris *riga*, Gallis *raie de charrüe* quaſi linea aratri. (4) ad plicaturas veſtium, quia ſulcos imitantur. Inde Latino-Barbaris *riga* plica, *rigare* plicare, *rigatus* plicatus. (5) ad plateas, quia lineis ſimiles ſunt. Inde Latino-Barbaris *ruga* platea, vicus, interprete CANGIO. Gallis inde remanſit *rüe* per ſyncopen.

REIGER, ardea, avis Diomedia. Gloſſ. Ælf. in nom. avium: ardea *hragra*, Diomedia. Latinis fortaſſe ab arduo volatu, Germanis ab ordine volandi ſic dicta. Nam *reige* eſt ordo, non hodie tantum, ſed etiam antiquitus, ut paulo ante demonſtratum. Unde recte fit *reiger* ductor ordinis aërei, vel unus ex illo ordine. Volant enim gregatim ardeolæ, præſertim in migrationibus, & in his ducibus utuntur. PLINIUS Lib. X. cap. 44. ex Juba: *duos ſemper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere.*

REIHE, *reyhe*. Vide *reige*. G. & H. permutantur.

REIM, ratio, *unreimiſch* phreneticus, mente captus. Hic primus vocis ſenſus, quamvis hactenus apud priſcos non obvius. Multa autem in itinere extincta ſunt, quæ olim in omnium ore fuerunt. Græcis *ῥῆμα* eſt verbum. Hoc ni fallor a verbo externo ad verbum hominis internum, quod ratione definitur, traductum eſt. Nam utrumque verbum uno nomine complecti, noſtris admodum familiare eſt. Confer *rede* ratio, & *denken* cogitare.

REIM, numerus. Omnes antiqui habent *rim*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *rime* numerus, *gerim* numerus, computus, calendarium, *ungerim* innumerabilis, *rim-cræft* ars chronologica, *gerim-cræft* arithmetica. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XIV. 37.

Uuaz thaz nezzi zeinit,
Ther rim thero ſisgo meinit.
Quid rete denotet,
Quid numerus piſcium ſignificet.

Vulgo legitur *therin* pro *ther rim*. Sed veram lectionem reſtituit Nobiliſſ. ROSTGARDUS in Emendationibus Otfridinis ex Codice Vaticano (olim Palatino) collectis, qui antequam Palatinæ Bibliothecæ inſereretur, inter *κειμήλια* illuſtris viri HULDRICI FUGGERI numerabatur. Islandis *rym* eſt Calendarium, haud dubie ob computum dierum. *Rim* pro numero vox antiquiſſima eſt, & ab ipſis Scythis profecta. Illis enim unus dicitur *arima*, teſte HERODOTO Lib. IV. cap. 27. quaſi absque numero, quoniam unitas non eſt numerus, etiamſi ſit principium numeri. Locum integrum Herodoti vide infra in *ſpæben* videre. Sic autem dicitur, quaſi ratio, quia numerus eſt ens rationis, & notio a rebus abſtracta, cujus ope mens multitudinem & magnitudinem rerum intelligit. Hinc in omnibus fere linguis idem numero & rationi nomen. Gothis ſane *rathjo* numerum & rationem ſignificat, ſicut Græcis *λόγος*.

REIM, metrum, ſimiles habens exitus. Omnino a numero ſyllabarum, & non a Lat. *rhythmus*, litera media eliſa, etiamſi MARTINIO aliisque ita videatur. Manifeſtum enim eſt ex antecedentibus, ſenſum a numero ad ſermonem ligatum translatum eſſe, quia Poëtæ coguntur ſyllabas numerare, & metrum nihil aliud eſt niſi numerus poëticus. Et hanc opinor ob cauſam Græcis quoque *ῥῆμα* canticum & poëma dicitur. Apud eosdem *ῥυθμὸς* primo numerum, & deinde metrum ſignificat. Galli & Itali noſtros imitati ſunt nonſolum in vocibus *rime* & *rima*, ſed etiam in verſificando. VALESIANA initium rhythmorum in Gallia ad annum MC. referunt. Et ſi CLAUDIUM FAUCHETUM ſequamur, Gallia primum verſificatorem vidit *Euſtathium* quendam circa annum MCLV. At Germania longe ante Euſtathium OTFRIDI carmina legit; ut antiquiora, quæ TACITI ævo vulgo canebantur, & a CAROLO M. feruntur collecta, quia ad nos usque non pervenerunt, nunc omittam. Neque enim Otfridus primus nobis fuit carminis auctor, etiamſi primus

mus videri cupiat, qui Linguam Francicam legibus metricis ſubjecerit, prout ipſe canit Lib. I. Cap. I. 70.

Niſt ni ſo giſungan
Mit regulu bisuungan.
Nihil ſic cantatum eſt
In regulas redactum.

Quod neſcio an ſatis verecunde ſcriptum ſit. Nam quæcunque demum fuerit antecedentium ſæculorum barbaries, concipi ſane non poteſt, quo pacto ſermo ligatus numero vel regulis unquam carere potuerit. Hodie Muſa Otfridi nobis videtur ruſtica & inculta, nec immerito, quia regulas jactat, ſed non obſervat. Potuiſſet ille nobis meliora & comptiora relinquere (ut ex quibusdam verſibus optime concinnatis apparet), ſi ſtudium adhibere voluiſſet.

REIMEN, congruere cum recta ratione, *ungereimt* abſurdus. A *reim* ratio.

REIMEN, numerare. Angloſaxonibus & Francis *riman*. TATIANUS Cap. XLIV. 21. *juuares houbites har alle girimitu ſint*, capitis veſtri capilli omnes numerati ſunt. A *reim* numerus. Hodie obſoleſcit.

REIMEN, componere rhythmos, verſus facere ſimiliter cadentes. Gallis *rimer*, & inde *rimeur* verſificator. A *reim* metrum.

REIN, *rain*, *rainung*, margo agri, agrum claudens & limitans, & liberam transeuntibus ſemitam relinquens. VEREL. in Ind. *ren* margo agri aratro non everſa, *ren oc ſten* margo ac terminus, *fuglaren* margo agri anguſtior, ubi aves ut plurimum congregantur. Sueci utuntur compoſito *æker-reen*. Sic autem dicitur velut tangens, a *reinen* tangere, quod extremitate ſua utrumque agrum adtingat.

REIN, caſtratus, *reinen* caſtrare. Obſoleta, ſed olim (ut videtur) uſitata, niſi me fallant Gloſſæ LOCCENII in Lexico Juris Sueo-Gothici: „*run* animal aut pecus caſtratum, „*runtiuf* fur pecoris aut equi caſtrati. In„de *Runcinus* ſequioris ævi Scriptoribus, „Bernardo Clarevallenſi & Matthæo Pariſi„enſi, equus ſpado ſive cantherius dicitur. Hæc ille, quamvis ab Indice VERELII haud probata, & ſecus expoſita. STADENIUS aliquo loco tribuit Sueeis *u-ren* non caſtratus, quod fide ipſius dictum ſit. Belgis certe *ruin* eſt equus caſtratus, & *ruinen* caſtrare. Rectius autem ſcribitur *brein* & *breinen*, quia videtur oriri a Græc. κρινω ſecernere, excernere, mutato K. in H. ut ſæpe alias. Quid enim eſt caſtrare, niſi teſticulos ſeparare & auferre? Quædam Dialecti habent *runs*, adjecto in fine S. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhwnſi* genus equi. Quale, non explicat. At ſpadonem eſſe, indicat WOTTONUS in Gloſſario Cambrico Legibus Wallicis annexo. Idemque etiamnum Italis *ronzino* dicitur, teſte PERRARIO. Non a *run*, ſed a *runs* vel *rhwnſi* cantherius. Et hinc quoque eſt Latino-Barbaris *Runcinus*. Quidam tamen Latino-Barbari eundem equum *rocinum* & *roſſinum* vocant, tanquam eſſet a *roſs* equus, quod etymologiam videtur dubiam reddere. Sed reſponderi poteſt, quod *roncinus* & *rocinus* ſola ſyncope differant, & quod *roſſinus* ex *rocinus* factum ſit. De augmento finali S. vide *Proleg.* Sect. IV. in *paragoge*.

REIN, purus, mundus, a ſordibus purgatus. Goth. *brains* Matth. VIII. 3. Angloſax. Franc. & Belg. *rein*, Alaman. *brein*, Lex. Run. *breinn*, Suec. *reen*. Gloſſ. Keron. munda *breiniu*, mundum *breinan*, munditias *breinida*. Refer ad *reinen* purgare. Allegoriee dicitur de animo, caſto præcipue, ſyncero, & a ſordibus vitiorum, quibus corpus vel anima contaminatur, libero. Inde *rein* integer vitæ ſcelerisque purus, *reine magd* virgo intacta & immaculata. Gloſſ. Keron. caſtum *breinan*, caſte *bremo*, caſtiſſima *breiniſto*, caſtitatem *breinii*. TATIANUS Cap. CLXVII. 2. *ir birut nu reine thuruh thas uuort*, jam mundi eſtis propter verbum. Quod de munditie animi intelligendum. Inde REINHARD valde integer, vel ſinceritatis tenax, pro vario τῦ *hart* ſignificatu.

REIN, callidus, aſtutus. Primo fuit politus, limatus, a Gr. ῥαίνω polire, & poſtea callidus per metaphoram, ob deſæcatum callidorum ingenium. Ita etiam *fein* ante ſubtilem quam callidum denotavit. Galli inde habent *renard* vulpes, quod MENAGIUS miro artificio derivat ab Hiſpanico *rapoſo*. Sed perperam. Nam proprie eſt *aſtuti generis* animal, ut partes compoſiti docent. Germanis inde efflоruit diminutiv. *reinike* aſtutulus. VEREL. in Ind. *reinki* verſutus. Inde *reinike voſs* homo vel vulpes aſtutus.

REINEN, tangere. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXIII. 104.

Thiu akus harto gilimit
Themo then ſi rinit.
Securis celeriter conficit
Eum quem tangit.

Unde Franci acceperint hoc verbum, non liquet. Angloſaxonibus quoque uſitatum fuiſſe *hrinan* pro tangere, quamvis Lexicographis omiſſum, cognoſcitur ex compoſito *æt-hrinan* ejusdem ſignificatus, quod extat in Verſione AS. Joh. XX. 17. *tha cwæth ſe hælend to hyre, ne æt-hrin thu min*, tunc dicit ei Jeſus, noli me tangere. Ab hoc verbo, quamvis extincto, Germani habent *rand* margo, *rein* margo agri, *reinbaum* arbor terminalis, & fortaſſe etiam *grenze* terminus: Sueci *granne* vicinus, *granſkap* vicinia, quia vicini ſe mutuo tangunt.

REINEN, caſtrare. Vide *rein* caſtratus.

REINEN, purgare, purificare. Gloſſ. Keron. purgent *reinen*. Cod. Arg. Matth. VIII. 2. *ſan, jabai wileis, magt mir gahrainjan*, Domine, ſi vis, potes me mundare. Græcis ῥαίνω eſt aſpergo, aqua perfundo. Hoc verbum Gothos & Francos arripuiſſe, & in coloniam Linguæ ſuæ traduxiſſe, exiſtimat

JUNIUS. Nam ab aſperſione aquæ ad purgationem facilis erat in ſignificando tranſitus, cum quia omnis aqua mundat, tum quia etiam criminum labem fluvialibus aquis luſtrari atque elui poſſe, cœca credidit Gentilitas. Vide eum in Gloſſ. Goth. pag. 200. & in Obſerv. ad Will. pag. 52. Verum, cum in purgatione plus inſit notionis, quam in ſimplici adſperſione, his quamvis ſpecioſe dictis nondum ad aſſenſum moveor. Vide annon *reinen* proprie ſit *aqua profluente abluere?* Hoc certe ſignificare poteſt, ſi derivetur a *rin*, *rinn* fluvius, rivus. Gothis ſane *rinno* eſt torrens Joh. XVIII. 1. & dicitur de parvo fluvio Cedron: Angloſaxonibus vero *ryne* rivus, teſte SOMNERO & BENSONIO. Huic etymo tanto magis confidere poſſumus, quia apud nos omnia pene verba, quæ actum purgandi deſignant, ut ſunt *waſchen*, *baden*, *ſaubern* &c. formantur ab aqua, ut in ſingulis oſtendi. Hodie utimur frequentativo *reinigen*, quod etiam placet Belgis. Sueci vero ſimplicius & antiquius dicunt *reena*.

REINEN, adhærere. Hoc ſenſu *brina* occurrit in Ind. VEREL.

REINER, rangifer. Vide *rentbier*.

REIS, legumen exoticum. Abſciſſum ab *oryza*.

REIS, frondes, ſurculi, virgulta. Angloſax. *hris*, Dan. & Suec. *rys*. Refer ad *reiſen* ſurgere. Ita Latinis *ſurculus* a *ſurgo*. Iisdem omnia vegetabilia, quæ ſe ſponte ſua tollunt in luminis auras, ſurgere dicuntur.

REIS, iter. Vide *reiſen* proficiſci.

REIS, militia. Vide *reiſen* militare.

REISEN, movere & moveri, ſurſum, deorſum, in loco, de loco. Eſt enim verbum generale, neſcio unde acceptum, quod per omnia motus genera decurrit, ut ex ſcala ſignificationum, quæ mere ſynecdochica eſt, & genus ponit pro ſpecie, pluribus patebit. SOMNER. in Dict. AS. *bryſan* movere, *hi bryſedon heora heafdan* capita ſua moverunt. Inde Suecis *reeſa neder* ruere, quia cadentia moventur deorſum.

REISEN, ſurgere, erigi, ſurſum moveri. Gothis *urreiſan*, quod dicitur de vivis & mortuis, Angloſax. *riſan*, *ariſan*, & inde *aris* ſurge Marc. X. 49. & *arat* ſurrexit Marc. XVI. 6. VEREL. in Ind. *riſa* ſurgere, *riſmal* ſurgendi hora. Islandi hodierni utuntur compoſito *upryſa*, Sueci *upreeſa*. Germanis obſoleſcit, ſalvis tamen derivatis, cujusmodi ſunt, *reis* ſurculus, *ried* arundo, *rute* virga, *riſe* longurio &c. Anglis *to riſe* eſt oriri, puta per metaphoram, quia orientes ſurgentibus ſimiles ſunt.

REISEN, cadere, ruere, deorſum moveri. Gothis *driuſan* Luc. XVI. 17. Angloſax. *hreoſan*, Alaman. *riſan*, & compoſite *zeriſan*. Gloſſ. Keron. caducis *zeriſentem*. Similia habent Belgæ & Helvetii. KILIANUS in Etymologico Belgico: *ryſen*, *af-ryſen* cadere, decidere, *ryſende hayr* deflui capilli. PICTORIUS in Dictionario: *reyſen*, *abreyſen* decidere, *abreyſende blætter* folia caduca, *abreyſend obs* poma caduca. Germani, quibus verbum hoc excidit, utuntur frequentativo vel potius diminutivo *riſelen* guttatim cadere, unde *riſel-regen* pluvia leniter & guttatim cadens; ſed a ſimplici habent *riſe* caducus, *bedd-riſe* clinicus, *roz* pituita, mucus e naribus deſtillans. Imo etiam Lat. *ros*, *roris*, cum ſit res decidua, a cadendo ſic dictus videtur STADENIO in Voc. Bibl. pag. 505. Addere poterat *ῥόος*, a *driuſan* cadere, quod Gothicum eſſe vidimus.

REISEN, fluere, manare. Græcis *ῥέυσα* eſt fluens, *ῥέως* fluentum, *ῥοῦσις* fluxio. Angloſaxonibus *ritb*, *ryth* rivus, Gallis *ruiſſeau* rivulus.

REISEN, currere, properare, cum impetu & celeritate moveri. Heb. *ruz*, Cambris & Armoricis *rhedeg*, Græcis *ῥοθέω*. Hinc curſus & impetus Angloſaxonibus dicitur *ræſe*, Islandis *ras*, Cambris *rhysgyr*.

REISEN, proficiſci. Senſus a currentibus & properantibus deſumptus, quia proficiſcentes horum ſimiles ſunt. Inde *reiſe* curſus, iter, profectio. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. IV. 77.

Er zeit in mitte ſo gizam,
So iz tho zi theru reiſu biquam.
Ipſe equitabat in medio ut decebat,
Ut huic itineri conveniebat.

Quod imitantur Latino-Barbari in *reiſa* apud CANGIUM in Gloſſario.

REISEN, militare, excurrere in hoſtem, proficiſci in bellum. Dictio metonymica, qua antecedens ponitur pro conſequenti, profectio pro militia. Inde *reiſe* militia, expeditio militaris, profectio ad bellum. Jus Prov. Alam. Cap. CXLV. *ſuua ain man in ainer raiſe iſt, und nicht hauptman iſt*, ſi quis eſt in expeditione bellica, nec eſt dux militum. Prout optime vertit Cel. SCHERZIUS. Inde Latino-Barbaris rurſus *reiſa* expeditio, excurſio militaris, & *raiſogeldum* mulcta non pergentis ad exercitum. Et huc etiam ſpectat vox Cambrica *rhyswr* agoniſta, heros, athleta, pugil, miles, ex interpretatione BOXHORNII in Lex. Ant. Brit. Viguit adhuc ante ducentos annos. DASIPODIUS: *reis* militia, *zu reis und daheim* militiæ & domi. Et apud Helvetios *reisbar* eſt ætas militaris.

REISIGE, equites, milites ex equo pugnantes, *reiſiger zeug* equitatus, apparatus bellicus. Utitur Luth. 1. Reg. IV. 26. 1. Macc. IX. 11. & alibi. Haud dubie a *reiſe* militia, & reſtringitur ad equitatum, quia eo ævo, quo vocabulum natum, Germania nullos agnovit exercitus niſi equeſtres. Confer *hoſtis*.

REISSEN, rapere, *reiſſende wölfe* lupi rapaces, *λύκοι ἅρπαγες*, Matth. VII. 15. *ratte*, *ratze* ſorex, fur domeſticus. Idem Angloſax. *breddan*, Francis *razen*. BENSON. in Vocab. AS. *breddan* rapere. TATIANUS Cap. XLI. 1.

XLI. 1. *inuuertes ſint ſie raze uuolva*, intrinſecus ſunt lupi rapaces. Hallucinationem PALTHENII circa interpretationem hujus loci vide ſupra in *raſen*. Sumptum videtur a Gr. ῥαίσσω, ῥαΐζω, per aphæreſin, quod primo ſignificat *capere*, poſtea *rapere*, cum quia rapere eſt vi capere, tum quia verba capiendi in omnibus linguis ad raptum transferri ſolent. Idque etiam uſu venit in Germanica, ut ex themate verborum *fangen*, *greiffen*, *henden*, *nemen*, *holen*, *zucken*, cuivis inſpicienti manifeſtum eſſe poteſt.

REISSEN, trahere, *ſich reiſſen* trahere ſe mutuo, *an ſich reiſſen* attrahere. Utitur Luth. Luc. IX. 42. *und da er zu ihm kam, reiß ihn der teuffel, und zerret ihn.* Forte a Græc. σύρω traho, transpoſita canina, quæ huic mutationi valde obnoxia eſt, ut oſtendi in *Proleg.* Sect. IV. in *metathefi*.

REISSEN, rumpere & rumpi. MARTINIUS in voce *rumpo:* Et ῥήσσειν (frangere) eſt Germanicum *reiſſen*, & Sax. *ryten*. Et ſic etiam cenſet HELVIGIUS, & noviſſime REIZIUS in Belga Græciſſante. Inde *riß* ruptura, Gr. ῥῆξις.

REISSEN, plures accipit ſignificatus, alios a *metaphora*, alios a *ſynecdoche generis*.

REISSEN, metaphorice dicitur (1) de ſeparatione. Ita mors dicitur *reiſſen, hinreiſſen, wegreiſſen*, quia inter vivos & mortuos ſeparationem facit. (2) de deſertione. Inde *ausreiſſen* deſerere, quia deſertor nexum cum priori domino abrumpit. (3) de diſſolutione continui. Inde *einreiſſen* infractionem facere, quod dicitur de pravis conſuetudinibus, quæ morem receptum intercipiunt & quaſi abrumpunt. Alia, quæ facilius inveniri poſſunt, nunc mitto.

REISSEN, per ſynecdochen generis ſignificat *laniare*, *findere*, *ſecare*, *incidere*, & ſimilia, quæ absque partium ruptura concipi non poſſunt.

REISSEN, laniare, lacerare, diſcerpere, ſive manibus id fiat, ſive dentibus aut unguibus, vel alio violento modo. Græcis ut ſupra.

REISSEN, findere. Belg. *ryten*. Inde *ritze* rima, fiſſura.

REISSEN, ſcindere, ſecare. Græcis ut ſupra, Sorabis *rizu* apud FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 129. Metaphorice dicitur de acuto dolore. Inde *reiſſen im leib* tormina ventris, *reiſſende gicht* arthritis vaga.

REISSEN, incidere. Vox in Cautibus Runicis paſſim obvia. Monumentum in pago Hierup apud OL. WORMIUM in Mon. Dan. pag. 153.

Eftir Tuka brudur ſin Nafni riſti ſtin diſi.

In honorem fratris ſui Tychonis Nafna incidit hoc Saxum.

Monumentum Hoybyenſe apud eundem pag. 206.

Kunungs vin Holi Thudr reiſti Kerf diſi uftir Kunung Gorm.

Regis amicus Holi Thoro incidit has notas in memoriam Regis Gormonis.

Monument. Loſonenſe apud eund. pag. 213.

Tuka lit riſa ſtein diſi.

Tycho curavit incidi hunc lapidem.

Monument. Gyldensgardenſe apud eundem pag. 237.

Buſa lit riſa ſtin eftir Evkil fadur ſin.

Buſa curavit incidi lapidem in memoriam Eugilli patris ſui.

Monument. Lalandicum apud eund pag. 252.

Toki riſti Runer eaftir denu gode Stiub modur ſina.

Vertit WORMIUS:

Toko Runas incidit in memoriam bonæ Stiubæ matris ſuæ.

Optime. Quamvis enim *incidere* proprie ſit ſculptoris, recte tamen etiam de eo dicitur, qui ſumptus fecit. Hinc dubitari poteſt, an præſtantiſſimus auctor illud *riſti*, quoties in reliquis Inſcriptionibus occurrit, recte interpretatus ſit *poſuit*, *erexit*. Forma autem verbi eſt *riſa*, ut ex Monumento Loſonenſi & Gyldensgardenſi patet, non *riſta*, ut habet VERELIUS in Indice.

REISSEN, ſcribere. Angloſax. *writan*, Franc. *rizan*, Angl. *to write*, Island. *rita*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *writan* ſcribere, *writere* ſcriptor, *writing* ſcriptio, ſcriptum, ſcriptura, *writing-fetbere* calamus, *writ-ſeax* ſcalpellum, ſtilus. Gloſſ. Pez. exara *riz*, exaratum *girizan*, ſcribebat *reiz*. VEREL. in Ind. *rita* incidere, pingere, ſcribere, *ritning* literatura, ſcriptura, *helog ritning* ſacra ſcriptura. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XVII. 79. *mit themo fingare auur reiz*, digito denuo ſcripſit. Vocem a ſculptura, vetuſtiſſimo ſcribendi genere, ad recentiores ſcribendi modos translatam eſſe, cuivis manifeſtum. Ut vani ſint, qui hic novas etymologias venantur. Confer quæ ſuperius dixi in *graben* ſcribere, nec non in *feder* penna ſcriptoria. Interim ſolos Anglos ex Gentibus Germanicæ ſtirpis vocem antiquam cuſtodire, tanquam rem animadverſione dignam annotavit SKINNERUS in Etymologico.

REISSEN, delineare. Suec. *ryta*. A *riſs* linea, quod vide.

REIT, paratus, parando factus. Angl. *ready*, Belg. *reed*, *gereed*, Island. *radan*. Refer ad *reiten* parare. Hodie dicimus *bereit*.

REITE, currus. V. *reiten* vehi.

REITE, equitatio. Angloſax. *rad*, *rade*, Island. *reid*. VEAEL. in Ind. *reid* equitatio. Hodie extra compoſitionem dicitur *ritt*, ſed in comp. *reit*. Unde *reitban*, *reitſchule*, & ſimilia apud Lexicographos obvia. Refer ad *reiten* equitare.

REITE, militia, expeditio. SCHILTERUS in notis ad Epinic. verſ. 44. ex Jure veteri Argentoratenſi Cap. 49. hæc verba affert: *ſimen der Biſchov fert des Keiſers reite*, quando Epiſcopus iverit in expeditionem Imperatoris. Epiſcopos non minus ac cæteros Principes expeditionibus obnoxios fuiſſe, fuſe probat CANGIUS in voce *hoſtis*. Vetuſtas multa habet compoſita, quæ huc ſpe-

ctant. Gloſſ. Pez. eques *reitman*, equeſter *reitman*. Id eſt, vir expeditionis, quod dicitur de equite, quia alios milites præter equites ætas iſta ignoravit, ut in *reiſige* paulo ante monui. WILLERAMUS Cap. I. 9. duo exhibet compoſita, quæ a Commentatoribus referuntur ad equitationem, cum ad exercitum & militiam ſpectent. Verba Willerami ſunt: *ih habo dih fruintin nun geebenmazzot meinemo reithgeſinde an den reithuuagenôn Pharaonis*. Ubi *reithgeſinde* ſunt copiæ equeſtres, & *reithuuagenon* currus expeditionales. Huc etiam ſpectant ex Jure Feudali, *reit-lehn* feudum militare, ſervitio bellico obnoxium, *reit-rock* toga militaris, *reit-knecht* ſervus caſtrenſis, & forte etiam alia. Cuncta referenda ad *reiten* militare.

REITE, invaſio, inſultus, irruptio. SOMNER. in Dict. Angloſax. *rade* invaſio, incurſus, irruptio. VEREL. in Ind. *hrid* tempeſtas, præliantium inſultus, *hardoſti hrid* certamen acerrimum, *ſkothrid* jaculandi & tela conjiciendi vehementia, *griothrid* lapidum in hoſtes conjectorum nimbus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhuthr* impetus, inſultus, *rhuthro* impetum facere, irruere. Græcis ῥοθεῖν eſt impetuoſe ferri, ῥόθιος vehemens, violentus, ῥόθος impetus. Ab his initiis exiſtit compoſitum vetus *herireita* vel *hariraida*, quod ingenia doctorum mire exercuit. Lex Bojor. Tit. III. Cap. *de hoſtiliter cinctis* art. 1. & 2. *Si quis liberum hoſtili manu cinxerit, quod* HERIREITA *dicunt, id eſt, cum XLII. clypeis, & ſagittam in curtem projecerit aut quodcunque telorum genus, cum XL. Sol. componat. Si autem minus fuerint ſcuta* (videlicet minus quam 42.), *verumtamen ita per vim injuſte cinxerit, quod* HEIMZUHT *vocant, cum XII. Sol. componat.* Lex Ripuar. Tit. LXIV. *Si quis hominem in domo propria cum* HARIRAIDA *interfecerit, auctor facti triplici wergildo multetur.* LINDENBROGIUS vocem Theotiſcam interpretatur *equitatum exercitus*, SPELMANNUS *catervam militarem*, ECCARDUS *ſupellectilem caſtrenſem*. CANGIUS metu erroris ab interpretatione abſtinet, & ignorantiam ingenue fatetur. Qua in re mihi cæteris doctior videtur, quia modeſtior. Nam *reite* non eſt equitatus, nec caterva, nec ſupellex, ſed invaſio. Quid autem ſit *herireita* & *heimzuht*, ex oppoſitione utriusque criminis manifeſtum eſt. Nimirum domus cujusque erat inſtar prætorii Legum vallata munimine, ne quis turbari poſſet ab invaſoribus. Invaſio autem erat major vel minor, pro numero aggreſſorum. Si quis agmine ſcutato domum cinxiſſet numero armatorum XLII. tunc committebat magnam invaſionem, ſi minori numero minorem. Illa dicebatur *herireita*, h. e. invaſio militaris, ab *her* exercitus, quia talis numerus cenſebatur exercitus; hæc *heimzuht*, h. e. invaſio domus, ab *heim* domus, & *ſuchen* inſectare.

REITEN, facere, *geraten* factus, *wol geraten* bene factus, *übel geraten* male factus. Idem Græcis ῥέζειν & ῥέξαι. Hodie non habet infinitivum; ſed præteritum tantum, & a nuperis ſcriptoribus oblatum.

REITEN, parare, præparare. Angloſax. *gerædian*, Belg. *reeden*, Suec. *reda*, Island. *rada*, *reida*, *greida*. VEREL. in Ind. *radaſt* parari, *radan til ferdar* itineri paratus. Verſio Island. Marc. l. 3. *greide thier veg Drottins*, parate viam Domini. Idem Græcis ἀρτίειν, & inde Germanis *reiten*, transpoſitis literis, judice REIZIO in Belga Græciſſante. Hodie utimur compoſito *bereiten*. Aliam ejusdem verbi formam vide in *raten*.

REITEN, currere, properare, celeriter & cum impetu ferri. Hebræis *ruz* eſt currere. Cambris & Armoricis *rhedeg* idem. Græcis ῥοθεῖν cum impetu ferri. Angloſaxonibus *hradian* properare. Confer thema verbi *reiſen*, & patebit, quod *reiten* & *reiſen* in nulla re differant, niſi literarum S. & T. permutatione, omnium gentium & linguarum uſu recepta. Tertiam verbi formam vide in *raden*.

REITEN, per ſynecdochen generis ſignificat quantum poteſt, (1) *vehi*, quia vehi eſt vehiculo currere, animato vel non animato, rotis inſtructo vel non inſtructo. (2) *equitare*, quia equitare eſt equo currere. (3) *proficiſci*, quia proficiſcentes currentibus ſimiles ſunt.

REITEN, vehi, vehiculo animato vel non animato. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. IV. 9.

Giſtuant er tho gibiatan,
Uuant er thar uuolta ritan,
Thaz ſi thes gizilotin,
Imo einan eſil holotin.

Vertit SCHILTERUS:

Stabat ibi mandans
Namque inde volebat equitare,
Ut hoc intenderent,
Ipſi aſinum accerſerent.

Sed rectius dicimur *aſino vehi* quam *equitare*. Isque omnino verborum Otfridi ſenſus, quem etiamnum cuſtodiunt Belgæ, qui ſolent dicere, *te paardt ryden* vehi equo, *met den wagen ryden* vehi curru, *in eene ſlee ryden* vehi traha. Quod hodie mirantur omnes, qui verbi proprietatem & originem ignorant. Ab hoc verbo Antiquitas Francica formavit

reito, vehiculum. NOTKERUS Pſal. LXVII. 8. *Currus Dei ſint Gotes reita*. Vide plura in *rad* currus.

roſs, animal vehens, vehiculum animatum, ſive equus ſit, ſive aſinus. Hodie quidem eſt equus, olim vero etiam aſinus. Teſtis OTFRIDUS loc. cit. verſ. 38. ubi de aſino vectore Domini ait: *thaz ros ni krankoloti*, ne aſinus ceſpitaret.

REITEN, equitare, equo vehi. Angloſax. *ridan*, Franc. *ritan*, Angl. *to ride*, Suec. *ryda*. Epinic. R. Ludov. verſ. 83.

Tho

Tho nam her ſkild indi ſper,
Ellianlieho reit her.
Tunc arripuit ſcutum & lanceam,
Et equitavit feſtinanter.

REITEN, proficiſci. Epinic. R. Ludov. verſ. 43.

God hieſs herr Hluduuigan
Tharo ſar ritan.
Deus juſſit dominum Ludovicum
Eo illico proficiſci.

VEREL. in Ind. *rata* peregrinari. Hodie dicimus *reiſen*, de quo ſupra.

REITEN, militare. Proprie quidem eſt excurrere in hoſtem, & proficiſci in bellum: ſed per metonymiam antecedentis pro conſequente ponitur pro militare, quia profectionem illam ſtatim conſequitur expeditio bellica. Rhythmus de S. Annone Stroph. IX.

Ninus leirti ſini man arbeiti lidin,
In geweſinin ritin.
Ninus docuit milites ſuos tolerare labores,
Et militare loricatos.

Hos enim Ninus, proferendi imperii cupidus, gravi armatura ante obduxerat apud Poëtam. Verſio SCHILTERIANA: *in armis ambulare:* ad ſenſum exprimendum parum idonea eſt, quia ambulatio in armis non eget inſtitutione, & facilius diſcitur a rudibus, quam militia cataphracta. Præcipua derivata ſunt, *reite*, *reiſe* militia, de quibus ſupra, *reiter* miles ex equo pugnans, *rotte* turma, globus militantium, quod poſtea ad alios virorum globos, quamvis non militantes, translatum eſt.

REITER, equitans. Angloſax. *ridend* & *riddend*. Refer ad *reiten* equitare. Diſcrimen quod eſt inter equitem & equitantem, quamvis per ſe manifeſtum ſit, pluribus deinceps patebit in *reitknecht*.

REITER, eques, miles ex equo pugnans. Angloſax. *ridda*, Franc. *reitman*. Gloſſ. Pez. eques *reitman*, equeſter *reitman*. Refer ad *reiten* equitare & militare. An huc etiam ſpectent Barbaræ Latinitatis *rutarii*, dubito. Nam *rutarius* proprie eſt turmarius, a *rotte* turma.

REITEREI, equitatus, præcipuum belli robur. Novum, ſed legitime factum a *reiter* eques. Franci utebantur olim collectivo *geritt* & compoſito *bergeritt*. Gloſſ. Pez. equitatus *giritb*. Gloſſ. Boxh. *caritte minemn* equitatui meo. Gloſſ. Junian. in Obſ. ad Will. pag. 34. *herikirit* equites. In quibus præfixum *gi*, *ca*, *ki* vim colligendi habet. Angloſaxones alio compoſitionis ordine utuntur. Inde *rad-here* exercitus equeſtris, apud SOMNER. & AENSONIUM. Quod vel idem eſt cum antecedentibus, vel equitantem aut celerem exercitum (Latini quoque celeres vocant) ſignificat, a *rad* celer.

REIT-GESIND, equitatus. Vox WILLERAMI in loco ſupra citato. Proprie eſt famulitium bellicum, a *reite* militia, & *geſind* famulitium.

REIT-KNECHT, ſervus equitis, equitans quidem, ſed non eques, nec miles. Id paradoxon videri forte poſſet cuidam, exiſtere in bello equitantes, qui equites non ſunt. Quod tamen verisſimum. Guilielmus Brito Lib. III. Philippidos verſ. 146.

Accipe ſelectos equites Guilelme trecentos,
Et famulos in equis tria millia. - -

Ecce famulos in equis ab equitibus diſtinctos, equitum quidem comites, ſed uſibus eorum unice deſtinatos, non bello aut pugnæ. Milites enim fuiſſe, quamvis eſſent equitantes, negat Fulcherius Carnotenſis his verbis: *Milites erant quingenti, exceptis illis, qui militari nomine non cenſebantur, tamen equitantes.* Quod ex obſervatione Cl. ESTORIS de Miniſt. pag. 519. hic ſcribo. Multi imo innumeri etiamnum caſtra ſequuntur in equis, qui milites non ſunt, ſed ſervitia tantum præſtantes. Hodie quemvis equiſonem notat.

REIT-KUNST, diſciplina equeſtris, h. e. ars tam equitandi quam ex equo pugnandi. Utrumque enim ſignificare poteſt, & utrumque antiquitus fuit conjunctum, etiamſi vocabulum forte novum ſit. CÆSAR Lib. I. de Bell. Gall. cap. 48. *Arioviſtus his omnibus diebus exercitum caſtris continuit, equeſtri prælio* (quamvis ludicro & exercitationis gratia inſtituto) *quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo ſe Germani exercuerant.* TACITUS de Germanis univerſe Cap. VI. *Equi non forma, non velocitate conſpicui. Sed nec variare gyros in morem noſtrum docentur. In rectum autem uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo poſterior ſit.* Idem de Tencteris Cap. XXXII. *Tencteri ſuper ſolitum bellorum decus, equeſtris diſciplinæ arte præcellunt. Nec major apud Cattos peditum laus quam Tencteris equitum. Sic inſtituere majores, poſteri imitantur. Hi luſus infantium, hæc juvenum æmulatio.* De filiis Regum Francorum vide EGINHARDUM in vita Caroli Cap. XIX. & Cl. AMINKIUM in notis. Confer *turnier*.

REIT-WAGEN, currus expeditionalis, ſive impedimentis belli ferendis, ſive præcipuo totius exercitus vexillo, quod *carrocium* vocant, vehendo, ſive rumpendis hoſtium aciebus, ut olim currus falcati, ſive alterius uſus bellici gratia factus. Quis enim omnes enumeret? Vetus Francicum. Gloſſ. Lipſ. *radiuuagon* currus. Sic autem dicitur a *reite* militia, expeditio, & non a rotis junctis, ut LIPSIO videtur. Nec obſtat, quod currus ſimpliciter nominatur in Gloſſa. Nam currus ſæpe ponitur pro plauſtro militari apud optimos Scriptores. Oſtendant nobis currus ſine rotis, qui hic Lipſium ſequuntur.

quuntur. WILLERAMUS eundem currum vocat *reithuuagon* in loco ſupra citato.

REIT-SCHOSS, vulgo inter ſpurcas voces numeratur, quaſi res nomen ab equitatione venerea acceperit, quod falſum. Nam *ſchoſs* tributum notat, *reit* vero idem eſt quod *rad* conjugium, quo ſenſu occurrit in Indice VERELII, unde ſequentia decerpo: *rad* res uxoria, conjugium, *andra rad* alterum conjugium, *radahagur* conſultatio de nuptiis, *kona radlaus* fœmina innupta, *rad ſpell* divortium. Quemadmodum autem *a.* ſæpe mutatur in *ei.* ut in obſervationibus ad hanc literam demonſtravi; ita vulgus inſtabile promiſcue dixit *rad - ſchoſs* & *reit-ſchoſs*. Hinc totum compoſitum nihil aliud ſignificat quam tributum, quod olim apud Scotos & Gallos, & nunc etiam in quibusdam locis apud Anglos & Germanos, penditur Dominis pro jure & licentia nubendi, quodque a Scriptoribus Latino - Barbaris modeſtiſſime vocatur *maritagium* a marito, *cunnagium* ab uxore, quæ Islandis *kona*, & *marcheta* a filia, quæ Cambris *merch.* Id que tributum Anglis dicitur *maiden - rent*, velut cenſus puellaris. Qui vero impuras habent aures, equitationes, cunnos, & devirginationes ubique inveniunt, & caſtiſſimas quoque voces libidine ſua polluunt Idque tanta cum ſpecie factum, ut viris etiam graviſſimis, ſed linguarum ignaris, impoſuerint. Etymo ſpurco adjecta eſt fabula longe ſalacior. Apud Septemtrionales populos, inquiunt, Principibus viris & Dynaſtis quondam permiſſa erat prima virginalis pudicitiæ delibatio. Hi prima nuptiarum nocte novas inibant ſponſas, devirginatasque ſponſis reddebant. Invalelcente autem Chriſtiana Religione hic mos in tributum mutatus, iisque nominibus appellatus, quæ priſtini facti obſcœnitatem adhuc indicant. Verum cum res tam fœda nullis Hiſtoriarum monumentis prodita ſit, & liberos homines in talem morem unquam conſentire voluiſſe incredibile videatur, dicendum potius eſt, hæc omnia in gratiam Etymologiæ conficta eſſe. SKENÆUS Leges *Marchetæ* primus protulit, in quibus etiam Comitum filiæ taxantur: *Item Marcheta filiæ Comitis eſt Reginæ XII. vaccæ* Quis credat, Comites voluiſſe ante hanc legem latam filias ſuas Regibus permolendas præbere? Aut Epiſcopos tam impudentes fuiſſe, ut (quod de Ambianenſi Epiſcopo ſcribitur) volucrint a ſubditis tributum exigere, quod primæ noctis ſtipendium eſſet? Quanto rectius hæc conſuetudo ex Dominio eminente, tanquam omnium præſtandorum fonte, derivatur. Matrimonia omnibus temporibus fuerunt circumſcripta, & oneribus quibusdam gravata. Quid mirum, ſi aliquando nubere non licuit abſque vacca, vel alio munuſculo? Quicquid hujus eſt, argumentum ſubjectionis eſt, non pretium virginitatis.

REIZEN, incitare. Proprie eſt *trahere*, & frequentativum a *reiſſen* trahere, & dicitur de incitante, quia trahenti ſimilis eſt, ſive animum alterius incitet ad iram, ſive ad concupiſcentiam. Trahit autem non violenter, ſed iis modis, qui animo conveniunt, veris tamen & tractioni ſimilibus. Ita *ziehen* nonſolum de corpore, ſed etiam de animo dicitur.

REIZEN, laceſſere, concitare ad iram. VEREL. in Ind. *reita* irritare. Gloſſ. Lipſ. *ratuot* irritat, *ratodon* irritaverunt, *ratunuſi* irritatione, *geratot iſt* concitatus eſt. Græci eodem ſenſu dicunt ἐρεθίζω & ἐρεθίζειν, unde Latinis *irritare*, quod cæteris conſonum.

REIZEN, allicere, incitare ad concupiſcentiam, *reizung* illecebræ, *liebreizend* illex. Vox Latina *pruritus*, quatenus eſt libido fricandi, cæteris cognata videtur.

REKEL, longurio. A *recken* extendere. Torquetur in hominem procerum, qui præter vaſtam longitudinem nihil habet magni niſi ruſticitatem.

REKEL, impulſor. A *recken* agere, pellere, urgere. Inde *ſchafrekel* moloſſus, qui gregem agit & urget.

REKEL, ſycophanta. A *rügen* accuſare. VERELIUS in Indice *rækall* delator, vetus calumniator.

RELIGION, religio, cultus Dei internus & externus, Latinis ſic dictus, quod homines inter ſe & cum Deo religet, ſenſu quidem optimo, ſed vocabulo præter neceſſitatem a Latinis mutuato. Nam veteres eodem & opulentiore ſenſu dicebant *ere* ab *eren* colere, & *haltida* ab *halten* tenere, continere, obſervare &c. Gloſſ. Boxh. *healtida* religio, *healtiger* religioſus. Non debent autem voces vernaculæ & domi natæ poſtponi exteris, & multo minus illæ, quæ melioris notæ ſunt, quam peregrinæ. De priori voce actum ſupra in loco. De poſteriori manifeſtum, quod religio ſic dicatur, ſive quia homines in officio continet, ne ad impias conſuetudines & iniquiorem belluis vitam delabantur, ſive quia eſt perennis continentia, & obſervatio mandatorum Dei. Occurrit & *e* vel *ehe* pro fide & religione, ſenſu a lege ad religionem translato, quia pietas eſt ſumma lex apud Chriſtianos. Hinc fieri poſſe intelligimus, ut vox Francica *healtida* forte corrupta ſit ex *ehaltida* obſervatio fidei & religionis.

RENKEN, flectere, torquere. Frequentativum a *ringen* ejusd. ſignificatus. Inde Italis *arrancare* arcum flectere, ſclopetum intendere, quod FERRARIUS contra leges legitimæ derivationis arceſſit ab *arcu*. A *renken* porro fiunt *rank* flexus, tam viæ quam alterius rei apud PICTORIUM, *ranken* palmites vitium vel lupuli, quia naſcuntur contorti, flexiles, & ſinuoſi, *verrenken* luxare membra, flectendo aut torquendo, *verrenkt* luxatus, diſtortus, e loco motus. Quibus affinia ſunt apud Italos *rancare* claudicare, *rancato* claudus, quæ rurſus a FERRARIO male, & nulla literæ caninæ habita ratione,

ratione, derivantur ab *anca* coxendix, cum potius ſint a *rank* flexus, quia claudicare eſt flecti, curvari, & oblique incedere. Allegorice dicitur de obliquitate morali, ſive pravitate. Inde Islandis *rangur* iniquus, injuſtus, perverſus, apud VERELIUM in Indice, Germanis *rænke* fraudes, verſutiæ, artes rabularum, Turcis *renk* dolus, apud CLODIUM in Lexico. Cum voce Islandica convenit Hebræa *rong* improbus, malignus.

RENNEN, in monumentis Gothicis, Angloſaxonicis, & Francicis, confundi ſolet cum *rinnen*. Nos docendi cauſa ita diſtinguimus, ut *rennen* ſit actio pedum, *rinnen* motus fluidorum. Qua in re conſentientes habemus Septemtrionales, quibus *renna* eſt currere, & *rinna* fluere. Veteres, qui hæc confundunt, videntur imitati Latinos, quibus flumina currunt, & homines confluunt.

RENNEN, currere, celeriter ire, cum impetu ferri, *entrennen* fuga elabi. Gothis *rinnan* eſt currere, *rann* cucurrit Marc. V. 6. *ſamathrinnan* concurrere Marc. IX. 25. *garunſa* forum, locus ubi concurritur Luc. VII. 32. Angloſaxones eodem ſenſu *reman* & *rinnan* promiſcue uſurpaſſe, teſtantur derivata apud SOMNERUM & BENSONIUM, *rin*, *ryne* curſus, curriculum, *renel*, *rynel* curſor, ſervus a pedibus, *ren-hund* canis levipes. Similia habent Franci, Alamanni, & veteres Islandi. Gloſſ. Pez. venies *rinnes*, lapſus (elapſus) fuit *intrinnit*. Rhythmus de S. Annone §. 48. *Arnolt his dradi rennin*, Arnoldus juſſit ocyus currere. Jus prov. Alam. Cap. 346. *dem ſin aygen lüt entrinnent*, cui homines proprii fuga ſe ſubducunt. VEREL. in Ind. *renna*, *rinna* currere, aufugere, *rennare* curſor civitatis, *rinnare* equus curſu velox. *Rennen* procurrere eſt verbum valde antiquum, quod hinc cognoſcere licet, quia Hebræis quoque *run* idem ſignificat.

RENNEN, oriri, currere ab ortu. Extat in compoſitis tantum, cujusmodi ſunt, *urruns* oriens, in Verſione Gothica Luc. I. 71. & *irrinnen* exoriri, in Verſione Pſalmorum Notkeriana apud SCHILTERUM in Gloſſario.

RENNEN, fluere. Dicitur de fluidis, quia videntur currere. V. *rinnen*.

RENNEN, ruere in venerem, inire, coire. Hodie dicimus *lauffen*, quod primo currere, poſtea in venerem currere ſignificat. Sed ætas Francorum dixit *rennen*, *reinnen*, *rinnen*, vel ſimile quid, quod ante omnes obſervavit ECCARDUS in notis ad Legem Sal. pag. 13. ubi verbi hujus ope multa obſcura recludit. Dicitur autem (1) de coitu equorum. Inde Francis *reinno* & compoſite *warrannio* admiſſarius, de quo actum infra in W. (2) de coitu porcorum. Hinc coitus porcorum in Lege Salica dicitur *rhanne* Tit. II. 1. 2. quam vocem a pravis interpretum explicationibus vindicavit ECCARDUS. (3) de coitu gallorum. Gloſſ. Pez. gallicinus *huoniriner*. Id eſt, gallinæ coitor. Hiſce ab uſu relictis ſucceſſerunt alia, ex eodem fonte oriunda. Inde *range* Saxonibus ſcropha, quæ vox deinde ad pueros in plateis laſcivientes & diſcurrentes translata eſt, ut *ſtraſſen-rangen* vulgo audiant, ſicut ſcribit ECCARDUS. In equariis Principum remanſit verbum *berennen* (*beſchælen*) gravidare equam, & in ſermone vulgari *ranzen* coire, laſcivire, frequentativum a *rennen*, imo etiam *rind* bos, tam initor quam ineunda.

RENT, reditus. Vox in omnibus pene Europæ linguis obvia, & a Lat. *reddere* formata. Nam hinc fit primo *rendre* per epentheſin, & poſtea *rent* quantum pecuniæ fundus, vectigal, aut cenſus reddit.

RENTHIER, rangifer. Suecis *rhen*, Islandis *hrein*, apud VERELIUM in compoſitis, Germanis quibusdam *reiner*. An quaſi mundum animal, a *rein* mundus? Dubito, etiamſi huc propendeat SCHEFFERUS in ſua Lapponia. Vox Germanica ita concepta eſt, acſi animal levipes denotaret, quomodo etiam Angloſaxonibus *ren-hund* canis levipes dicitur, a *rennen* currere. Nota rangiferorum velocitas; hinc etiam trahis jungi ſolent, ubi iter per nives accelerandum eſt. Et hactenus etymon ſatis bonum eſt, an etiam verum, ambigo. Nam lingua Angloſaxonica *hræn* eſt capreolus, *hranas* rangiferi, *ſtæl-hranas* cervi illices, quorum illectu alii cervi capiuntur. Tales autem ſunt rangiferi, magnitudine medii inter capram & cervum, & antiquitus eum in finem nutriti, ut cervos allicerent. Teſtis auctor Antiquus apud SOMNERUM in voce *ſtæl-hranas*, cujus hæc ſunt verba: *Tha deor bi hatath hranas. Thara weron ſyx ſtælhranas. Tha beotb ſwythe dyre mid Finnum. Forthæm hy foth tha wildan hranas mid:* Cervos vocant *hranas*, quorum erant ſex rangiferi, qui ſunt apud Finnos admodum cari, quod per eos cervos indomitos capiant. Eadem verba leguntur in Append. VI. ad vitam Ælfredi M. a SPELMANNO editam pag. 206. Hinc *renthier* videtur ſignificare animal e cervorum minorum vel capreolorum genere, & ſic appellari a *hreina* hinnire, quod extat in Indice Vereliano pag. 204 quia majores cervos hinnitu allicit. Cur Latini *rangiferum* appellent, paulo obſcurum eſt. Nihil enim ferre videtur, nec jugum, nec ephippium, unde cervus jugalis jure appellari poſſit. Excipe tamen cornua ramoſa. Et ab his cornuum ramis (rami autem vocantur *ranken*) OLAUS MAGNUS *rangiferorum* nomen aptiſſime deduxit.

REST, reſiduum. A *reſtando*. Vox pluribus linguis communis.

RETTEN, liberare, expedire e periculo. Angloſax. *hreddan*, *ahreddan*, Franc. *reten*, Belg. *redden*, Angl. *to rid*. Gloſſ. Pez. liberet *irretit*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VIII. 97.

Inan al tho hetota,
Thi'er ſon then freiſon retita.

Vertit SCHILTERUS:

Ipſum omnes adorarunt,
Quos ab hoc periculo liberaverat.

HELVIGIUS deduxit ab *ἐρυτέω* inhibere, cohibere, reprimere. Neſcio an neceſſario. Nam *reiſſen* eſt trahere, & per ſynecdochen generis *retrahere, eripere:* & *retter* eſt ſervator, liberator, qui eripit e periculo, idemque Græcis *ῥυτὴρ*, a *ῥύομαι* libero, defendo, quod videtur deſcendere a *ῥύω* traho. Aliam conjecturam vide in *rat* ſalus.

RETTICH, rhaphanus. Gloſſ. Æliſ. in nom. herb. raphanum vel radix *redic*. Gloſſ Pez. radix *ratich*, raphanum *meriratich*. Omnium conſenſu eſt a Lat. *radix* per ſynecdochen generis, excepto STILERO, qui vocem Germanis vindicat, tanquam ab acri ſapore deſumptam, quoniam, quod ejusmodi eſt, id Suevica Dialecto dicitur *ræs* vel *reſt*.

RETZEL. v. *rætzel*.

REVIER. v. *refier*.

REUBER. v. *raub* & *rauben*.

REUCHERN. v. *rauchern*.

REUDE. v. *raude*.

REUE. v. *reuwe*.

REUFEN. v. *rauffen*.

REUMEN. v. *raum*.

REUPSEN, ſcreare, eructare ſputum. Francis *ropfzen* & *rofozen*. TATIANUS Cap. LXXIV. 3. *ih arrofozu giborganu*, eructabo abſcondita. NOTKERUS Pſal. XVIII. 3. *tag irropfzot ſin uuort demo tage*, dies diei eructat verbum. Quæ certe non ſunt a Lat. *ruſpari*, nec a ſono ſcreantium facta, ſed potius frequentativa a ſimpliciori *rapa* ructare, eructare, quo etiamnum utuntur Sueci. A *reülpſen* vulgus fecit *rülpſen* per epentheſin.

REUSPEN, eadem notione, ut antecedens, & ex illo factum per metatheſin. Hodie libentius utimur frequentativo *reuſpern*.

REUTEN. v. *rotten*.

REUTER. v. *reiter*.

REUWE, pœnitentia, dolor ex errore, culpa, delicto. Goth. *idreigo* Luc. III. 3. Angloſax. *breowe*, *reowe*, Franc. & Alam. *briuua*, *riuua*. Gloſſ. Keron. pœnitentiam *briuuun*. TATIANUS Cap. LXV. 1. *ſie ni tatun riuua*, non egiſſent pœnitentiam. Refer ad verbum.

REUWE, ſenſu forenſi eſt emenda vel mulcta, quam ex conventione contrahentium tenetur ſolvere pœnitens, ſive is qui voluntatem mutaverit. Inde *reuwkauf* emenda pro pœnitentia ſeu mutatione voluntatis in cauſa contractus, præpoſtera compoſitione pro *kaufreuwe*. Proprie enim eſt pœnitentia emptionis. VEREL. in Ind. *idrakiöp* pœnitudo emptionis. Hic verus vocis ſenſus, quem conſuetudo a culpa ad mulctam traduxit. Nihil enim frequentius in foro, quam nomina delictorum communicare pœnis.

REUWEN, pœnitere, pœnitentiam agere. Gothis *idreigon* Marc. I. 15. Francis & Alam. *briuuon*, *riuuen*. Gloſſ. Keron. pœniteat *briuuoe*, pœnitebis *briuuoes*. NOTKERUS Pſal. CIX. 4. *geſuuor Got unde daz ne geriuuuet in*, juravit Dominus & non pœnitebit eum. MARTINIUS in voce *pœniteo: rewen* velim a *reus*. SKINNERUS in voce *rue:* mallem ab *ὠρύω* ejulo. JUNIUS in Gloſſ. Goth. affinia ſunt Gr. *ὐδρεύειν* vel *ὐδρεύειν* lavare, irrigare, aqua perfundere. HELVIGIUS in Orig. Dict. Germ. *rewen, gerewen, geriuwen* ab Heb. *rahab* formidavit, timuit. Miſſis omnibus ſequamur eum, quem primo loco nominavimus, tanquam cæteris perſpicaciorem. Nam pœnitens eſt *reus*, & ob reatum, quem ultro agnoſcit, tanto ſæpe dolore afficitur, ut ipſe ſibi pœnas dictet. A *reus* autem legitime fit *reowſian* pœnitere, reatu affligi, & *reowſunge* pœnitentia, afflictio ob reatum. Utramque vocem exhibet Verſio Angloſax. Matth. XXVII. 3. *tha ongan he breowſian*, tunc cœpit pœnitere. Luc. X. 13. *on hæran and on axan breowſunge dydon*, in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Ex his genuinis cætera ſunt corrupta per ſyncopen, neglecto in medio vocis ſibilo. Gothi præfigunt *id*, & W. mutant in G. *Id* idem valet quod *int* vel *ent*, quatenus ſenſum intendit. Franci & Alamanni nihil mutant in voce, niſi quod ſibilum cum Gothis eliminent. Islandi, quibus pœnitere *idras*, verbum ſuum effingunt a ſubſt. *ider* pœnitentia, quod eſt abſciſſum a Gothico *idreigo*.

REUWEN, lugere, dolere. Angloſaxonibus & Francis ut ſupra, Anglis *to rue*. Quod certe non eſt a Græco & ferarum proprio *ὠρύω* ululo, ſed ex antiquioribus (ut alia innumera ejusdem Linguæ) in compendium redactum: ſenſu a pœnitentia ad quemvis animi dolorem per ſynecdochen traducto. Nihil autem familiarius aut magis obvium in Linguis, quam ſpeciem uſurpari pro genere. Inde Gothis *braiwadubono* turtures Luc. II. 24. Id eſt, prout optime explicat JUNIUS, columbæ mœrentes vel gementes. Angloſaxonibus *reowlic* miſer, *of-hreowſian* miſereri. Francis *riuuon* lugere, *riuui* luctus, calamitas, adverſitas. Exempla dedit SCHILTERUS in Gloſſario. Apud Germanos non amplius occurrit.

REW, cadaver. v. *rabe*.

REYSEN. v. *reiſen*.

REYTERN, cribrare. v. *rütteln*.

RHEIN, Rhenus, fluvius Germaniæ maximus & celeberrimus, cujus nomen, Græcis antea ignotum, primus in literas retulit ſummus auctorum JULIUS. Si copiam Linguæ Germanicæ ſpectes, ſignificare poteſt (1) fluvium per excellentiam, a *rinnen* fluere. Angloſaxonibus ſane *rin*, *rine*, *ryne* curſum aquarum & Rhenum ſignificat. Et Gothis *rinno* eſt torrens Joh. XVIII. 1. (2) purgatorem, a *reinen* purgare, ob rationem huic amni peculiarem, quia nempe priſci Germani puritatem integritatemque tori ſui Rheno explorabant, unde & Lab. I. Anthol. Epigr.

Epigr. ἐλεγχέγαμος appellatur. Ita ſonant verba JUNII in Obſ. ad Will. pag. 53. & Gloſſ. Goth. pag. 200. Hujus rei multos graves auctores citat CLUVERIUS, ſed eam ad Gallos potius, lævæ ripæ accolas, quam Germanos pertinere contendit, Lib. I. Germ. Ant. cap. 21. Mihi videtur iſte mos ad Germanos quoque ſpectare, ob veterem Gentis perſuaſionem, Rhenum eſſe Deum. Inde vox Claudii Civilis apud TACITUM Lib. V. Hiſt. cap. 17. *Rhenum & Germaniæ Deos in aſpectu, quorum numine capeſſerent pugnam.* Sic etiam igni tanquam Deo vim purgandi tribuebant, ut in voce *ordalium* oſtendi. Confer dicta in *Elbe.* (3) limitem, a *reinen* tangere. Certe *rein* etiamnum eſt margo agri. Rhenum vero antiquiſſimis temporibus occiduum Germaniæ latus terminaſſe, multis veterum teſtimoniis comprobat CLUVERIUS Lib. I. Germ. Antiq. Cap. 11. Quibus addi poteſt, quod etiam imperii Romani vetus terminus fuerit. Verba CÆSARIS & TACITI vide ſupra in *Marcomannis.* Hinc *Rhein-ſtrom* denotare poteſt fluvium terminalem. Cui ſententiæ favere videtur SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 685.

RHENO, tegumentum villoſum. Vox Gallica apud VARRONEM Lib. 4. de L. Lat. ſed a Græcis, ut videtur, mutuata, quibus ῥὶς pellis. Pellibus autem utebantur veteres ad veſtiendum & ſternendum. Utrumque uſum præſtitit *Rheno.* CÆSAR Lib. 6. de Germanis: *pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Alterum uſum cognoſcimus ex Lingua Angloſaxonica, in qua *reon* eſt ſtragulum. ALFREDUS Rex in Legibus Cap. 38. *under aure reon*, ſub uno ſtragulo. Ita verba Legis interpretantur JUNIUS in Obſ. ad Will. pag. 138. & SOMNERUS in Dictionario Angloſaxonico. Cujus animalis fuerint hæ exuviæ, quæſtio nimis curioſa, & non nimis neceſſaria eſt. Quis enim definiverit? Cum tot eſſe potuerint, quot ſunt feræ aut pecudes in Germania. Quidam tamen videntur ſibi animal in ipſo nomine deprehendere. VOSSIO *rhenones* ſunt pelles agninæ, quum agni Græcis dicantur ῥῆνες. Contra LOCCENIO ſunt pelles rangiferorum, cum quia Suecis *rhen* rangifer, tum quia P. WARNEFRIDUS ſcribit, ſe veſtem in modum tunicæ aptatam vidiſſe de corio animalis haud abſimilis cervo, quod eſt apud Scritofinnos, Lib. I. de Geſt. Long. Cap. 5. At quo jure ab una tunica ad omnes concluditur? Aut qui fieri poteſt, ut huic opinioni tot corporibus in Gallia & Germania tegendis unum rangiferorum genus ſufficiat? Admittamus igitur ovium & rangiferorum exuvias, ſed aliarum ferarum pelles non excludamus. Diſerte TACITUS Cap. XVII. de M. G. *Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquiſitius &c.* Locum indigeſtum ordini ſuo reſtituit CLUVERIUS in Germ. Ant. pag. 109.

RIBBE, *ribe*, coſta. Gloſſ. Ælf. pag. 71. coſta *rib.* SOMNERUS habet *ribbe*, quod idem, & cuſtoditur ab Anglis & Belgis. Gloſſ. R. MAURI de part. hum. corp. coſta *ribbi.* VEREL. in Ind. *rif* coſta. Idem Suecis *reef.* Puta a *reif* incurvus, inflexus. Nam coſta eſt pars corporis incurva, & circulus oſſeus circum pectus & latera flexus.

RICH, potens. v. *reich.*

RICHT, quid ſignificet in compoſitis, jam dixi in *recht* principium dirigens.

RICHTEN, quatenus derivatur a primitivo *recht* (quod docendi cauſa ſuppono), ſignificat quantum poteſt. Quid ſit *recht*, & quot modis dicatur, in ſede vocabuli oſtenſum. Præcipue autem tria ſignificat, (1) *principium dirigens*, (2) *jus & legem*, (3) *juriſdictionem.* A *primo* ſignificatu oritur *richten* dirigere, diſponere, ordinare, quod non temere fieri ſolet, ſed ordine & concinne, & ſecundum aliquam normam, *richten* inſtruere, quod in agendo ſequitur principium cognoſcendi, & ab hoc principio unice pendet inſtructio, *richten* facere, exequi, cujus norma eſt vel proprium inſtitutum, vel placitum alienum, *richten* erigere, quod fit ſecundum lineam rectam & perpendicularem. A *ſecundo* ſignificatu oritur *richten* judicare & punire, quod fieri ſolet & debet ſecundum jus & legem. A *tertio* derivatur *richten* regere imperio. His ita conſtitutis, ab etymo ſecure progredimur ad antiquitatem, alteram inſtituti noſtri partem.

RICHTEN, primi generis.

RICHTEN, dirigere, diſponere, ordinare. Gothis *raihtjan*, *garaihtjan* Luc. I. 79. Angloſax. Franc. & Alam. *rehtan*, *rihtan.* BENSON. in Voc. Angloſax. *rehtan* dirigere, *rihtingce* directio. Gloſſ. Pez. ordinare *rihtan.* Gloſſ. Keron. dirigere *karihtan*, dirigitur *iſt keribtit*, directum *kerihti*, regula *rehtungu.* TATIANUS Cap. IV. 18. *Zi girihtenne unſera fuozza in uuog ſibba*, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Luth. 2. Theſſ. III. 5. *der Herr richte eüre herzen*, Dominus dirigat corda veſtra. Luc. I. 79. *und richte unſere füſſe*, & dirigat pedes noſtros.

RICHTEN, inſtruere. Gloſſ. Pez. inſtruxerunt *ribtun.* Hodie utimur compoſitis *berichten*, *abrichten*, *unterrichten.*

RICHTEN, facere, patrare. Inde Angloſaxonibus *rihta* author, apud BENSON. & compoſita hodierna *verrichten* perficere, *anrichten* parare, patrare, *aurichten* ſua aut aliena placita exequi, & hinc porro *aurichter* executor teſtamenti Heb. VII. 22. *aurichtig* promptus & expeditus in exequendo 1. Reg. XI. 28. quæ hodie quidem intelliguntur, ſed non amplius uſurpantur.

RICHTEN, erigere. BENSON. *arehtan* erigere, *areht* erectus. Gloſſ. Keron. erigatur *ſi errihtit*, erigenda eſt *za kerihtenne iſt.* Hodie dicimus *aufrichten*, *aufgericht* & *aufrecht.*

RICHTEN, ſecundi generis.

RICHTEN, judicare, jus dicere, juſtitiam adminiſtrare, abſolvere vel condemnare. NOTKERUS Pſal. V. 11. *ribte Got uber ſie*, judica illos Deus. Pſal. LXVII. 6. *der wueiſon fater iſt, unde wituon ribtit*, qui orphanorum pater eſt, & viduas judicat. Rarius occurrit apud veteres. Frequentiora ſunt *dammen, dingen, ſünen, urteilen* &c.

RICHTEN, e foro transfertur ad judicia privatorum, & tunc ſignificat *bene vel male judicare de factis alienis*, frequentius tamen male. Inde *aurichten* turpiter traducere, obtreſtatione notare, *ſplitter-richter* cenſor iniquus, qualis eſt ille in parabola Chriſti Luc. VI. 42.

RICHTEN, punire, vindictam ſumere. BENSON. *rihtan, geribtan* corrigere, *gerebt, geribted* emendatus. Quibus conſentiunt quædam Alamannica apud KERONEM in Gloſſis: corrigitur *iſt keribtit*, correctus *karibt*, correctio *kiribteida*. Ubi obſervandum, quod Scriptoribus medii ævi *corrigere* & *emendare* idem ſit quod caſtigare vel pœnam inferre. Intereſt hoc ſciri, ne Latinitas S. Benedicti aut interpretis Saxonici cuiquam imponat. Similiter Islandis & Suecis *rætta* eſt corrigere, emendare, punire. Hodie *richten* primo dicitur de Judice, qui cauſam cognoſcit, & ſententiam fert, deinde de carnifice, qui ſententiam Judicis exſequitur.

RICHTEN, tertii generis.

RICHTEN, regere imperio. Utitur LUTHERUS frequenter in Libris Judicum. Utuntur etiam antiqui. OTFRIDUS in Præf. ad R. Ludov. ab initio:

Ludouuig ther ſnello,
Thes uuisduames folh,
Er oſtarrichi rihtit al,
So Franckono Kuning ſcal.
Vertit SCHILTERUS:
Ludovicus alacer,
Sapientia plenus,
Is Orientale regnum regit omne,
Ut Francorum Regem decet.

Et rurſus verſ. 133.

Selbar ribi ſina zal
Rihtit ſcono ſoſo er ſcal.
Vertit SCHILTERUS:
Ipſe regni ſui partes
Regit tam pluchre, quam decet.

TATIANUS Cap. VIII. 3. *ſon thir quimit tuomo, ther rihtit min folc Iſrael*, ex te exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Dicitur autem latisſime, nonſolum de regibus, ſed etiam de omnibus, qui remp. adminiſtrant. Inde Angloſax. *rihtan* præeſſe, *rihtere* præſes, apud BENSON.

RICHTER, rex, dux, princeps. A *richten* regere, quod natura ſua omnes jurisdictionis actus includit. Teſtis ſignificationis eſt celebris Pſalmorum interpres NOTKERUS, cujus verba cum Vulgata Verſione hic ſubjiciam.

Pſal. LXXV. 13.

Verſ. Vulg.	Verſ. Theot.
Terribili apud Reges terræ.	*Prutelichemo ſament dien rihtaren dero erdo.*

Pſal. CXLVIII. 11.

Verſ. Vulg.	Verſ. Theot.
Reges terræ & omnes populi, Principes & omnes Judices terræ.	*Die lantchuninga unde alle uuerlt liute, und alle rihtara.* Vox ultima principes & judices complectitur.

RICHTER, judex. A *richten* judicare. NOTKER. Pſal. VII. 12. *Got der rehte ribtare iſt*, Deus qui juſtus judex eſt. Pſal. CIV. 6. *ire ribtara ſint fertiligot*, judices eorum ſunt abſorpti. Convenit Gr. κριτὴς, quamvis literis transpoſitis. Alias voces, quibus Francica Vetuſtas in Judice nuncupando uſa eſt, vide in *ſüner, dingman, urteiler, ſchöppen, ſchulteis* &c. Angloſaxones judicem vocant *dema* Matth. V. 25. Gothi *ſtaua*, ut demonſtravi in *ſtab* judicium. Et ſic quoque appellari voluerunt Principes Gothorum, *Judices* inquam, non *Reges*, ſive quia a populo ad hoc erant electi, ut jura per pagos vicosque redderent, more Germanorum antiquo, quem pulcre deſcribit TACITUS Cap. XII. ſive quia ab invidioſo Regis nomine conſulto abſtinebant. Res ipſa memoriæ prodita eſt a multis, & præcipue a MARCELLINO, qui ATHANARICUM Principem Gothorum Occidentalium in Dacia *Judicem potentiſſimum* vocat Lib. XXVII. Cap. 5. Quod mire placuit tam Græcis quam Romanis, ut ex Oratione X. THEMISTII patet, ubi ejusdem *Athanarici* ſequens elogium occurrit: *Non perinde ingenio, ut lingua barbarus, ſed intelligentia prudentiaque multo quam armis peritior. Ideo enim* REGIS *appellationem repudiat, uſurpat* JUDICIS. *Eſt enim illa potentiæ, hæc prudentiæ ſapientiæque propria.* Tales quoque fuerunt *Vergobreti* inter Gallos, nomine quidem judices, ſed poteſtate principes & reguli.

RICHTER, in compoſitis *nachrichter* & *ſcharfrichter* carnificem ſignificat: ille a *nach* ſecundum, quia ſententiam judicis exequitur: hic a *ſcharf* acriter, quia gladio ferit. Uterque a *richten* vindicare.

RICHTIG, rectus, regularis, ad normam factus, *richtigkeit* rectitudo. Refer ad *recht* principium dirigens.

RIEBE, coſta. Vide *ribbe*.

RIECHEN, derivatur a *ruch* odor, & hinc duas valde diverſas actiones ſignificat, *odorare*, & *odorari*, h. e. odorem ſpirare, & odorem percipere. Parcius tamen occurrit apud Veteres. Angloſaxonibus *reac* eſt exhalavit, apud BENSONIUM, Hebræis *riach* odoratus eſt. Franci libentius utuntur verbo *ſtinken* utroque ſignificatu.

RIED, moloſſus. Vide *rüde*.

RIED, locus e ſylva exciſus. Vide *rode*.

RIED,

RIED, montana, *riedeſel* aſinus montanus. Vide plura in *ries*.

RIED, arundo, calamus paluſtris. Gothis *raus* Matth. XI. 7. Angloſax. *hreod* ibidem, Belg. *riet*, Angl. *reed*, Gall. *roſeau*, Lat. Barb. *rauſea*, apud CANGIUM. Vox Gothica, unde reliquis initium, convenit in radice cum *reis* ſurculus. Nam ejusmodi naturæ productiones graciles & proceræ non aliunde concinnius derivantur quam a *reiſen* ſurgere in altum. PLINIUS Lib. XVI. cap. 36. *Harundo reciſa facundius reſurgit*. Obſerva vocem *ſurgere* in verbis Plinii. Qui Gothica ignorant, Saxonicam vocem detivant a Lat. *carex* vel *caretum*, ut CASAUBONUS, vel a Lat. *radius*, ut SKINNERUS, quia creſcit inſtar radii. Sed his originibus minime indigemus. Nam a Gothico *raus* per conſuetas literæ S. mutationes fieri poterat nonſolum *ried*, ſed etiam *ror*, quo Franci delectantur. Unde ſit Latinis *retare*, quod in Edictis veterum Prætorum de fluminibus a *retis* purgandis occurrit, diſputat GELLIUS Lib. XI. Cap. 17. ſed non aſſequitur vim vocis, dum *retas* arbores vocari exiſtimat, ducta allegoria a *retibus*, quod prætereuntes naves impedirent & quaſi irretirent. Propius ad ſcopum collimavit PETRUS MOSELLANUS in Adnotationibus ad hunc locum: *Suſpicor hoc loco* RETAS *non tam arbores dici, quam ſpeciem quandam arundinum provenientium in fluminibus, quæ niſi ſingulis annis ferme repurgentur, aut evellantur, negocia exhibent nautis. Utorque ad hanc meam ſententiam potiſſimum hoc argumento, quod vulgus nonſolum Germanorum, ſed & Gallorum ſua lingua ejusmodi juncos & arundines* ROIR *vocans*. Forte ignoravit vocabulum *ried*, *red*, *ret*, arundo aquatica, quo uti poterat & debebat ad ſententiam ſuam ſtabiliendam. Nam ab illo manifeſto deſcendunt prætoriæ voces *reta* & *retare*. Quod ante me vidit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 906. addens monitum ad Lectorem lectu digniſſimum: *und die iſt augenſcheinlich zu ſehen, wie im Lateiniſchen wörter zu finden, aus der Deutſchen ſprache genommen, welches die, ſo viele rechtdeutſche wörter aus der Lateiniſchen ſprache herholen wollen, mercken mögen*. Hoc eſt. Hic ad oculum cernere licet, quod in Latinitate reperiantur voces, e Germanica Lingua deſumptæ, quod velim notari ab iis, qui multas voces vete Germanicas e Latina lingua arceſſere volunt.

RIEGE, linea, ſeries, ordo. Idem quod *reige*.

RIEGEL, peſſulus, vectis, *verrieglen* peſſulo munire, claudere, obſerare. OTFRIDUS Lib. V. Cap. II. 1.

Nu ſculun uuir unſih rigilon,
Mit thes kruzes ſegenon.

Vertit SCHILTERUS:

Nunc debemus nos præſervare
Crucis benedictione.

MARTINIUS in voce *obex* derivationem inſtituit a Lat. *regula*, quia obex, inquit, eſt tegula feræ: STADENIUS a *reige* ordo, ſeries. Sed non apparet, quid ſit *regula feræ*, & multo minus, quid hic faciat *ſeries*. Longe aptius STILERUS deflectit a *rucken* movere, quia peſſulus eſt lignum vel ferrum mobile, quod pro vario motu fores occludit & recludit. Sic etiam Latinis *vectis* a transverſo motu dicitur. Saxonicam vocem vide in *grindel*.

RIEM, lorum. Gloſſ. Pez. baltheo *riumin*, corrigia *riumv*. BENSON. in Voc. AS. *ream* ligamentum. Ducitur a viro quodam docto (cujus nomen jam non occurrit) a *ῥέω* trahere, quod loris ad trahendum utamur.

RIES, *ried*, montana. R. D. LOESCHERUS in *Literatore Celta* pag. 36. RÆT *vel* RAIT *notabat regionem montanam, unde hodienum* RAIT *apud Helvetios & Griſones*, REUT *vero apud Nariſcos indicat diſtrictum montanum: hinc videtur* RHÆTORUM *nomen, quippe qui in montanis habitabant, exortum, & Germ.* RIES, RIESENGEBÜRGE. Hæc ille. Supereſt, ut cauſam dictionis oſtendam. Illam videor mihi inveniſſe in verbo antiquo *riſan* (*reiſen*) ſurgere. Surgere enim dicuntur nonſolum creſcentia, quæ vi ſua tolluntur in altum, ſed etiam loca, quæ mole ſua ſive prærupte ſive leniter aſſurgunt, ut montes & montana. OVIDIUS Met. I.

Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſilvas, lapidoſos ſurgere montes.

Sic etiam CURTIUS de monte Tauro Lib. III. Cap. 4. ſcribit: *ſurgit a mari*. Plura teſtimonia, quæ hic afferri poſſent, parcendi temporis cauſa omitto. Hoc unum addo, quod omnia montium nomina apud Germanos, cujusmodi ſunt *alp*, *bein*, *berg*, *brenner*, *dun*, *hill*, *thor*, ab elevatione deſumpta ſint, ut in ſingulis oſtendi. Quemadmodum autem ab *alp* ſunt ALPINI, a *thor* TAURINI, ab *hill* HELVETII, & fortaſſe etiam ILLYRICI, quorum regio tota montoſa eſt: Ita a *ries*, *rait*, *ried*, omnino exorta ſunt RHÆTIÆ & RHÆTORUM nomina. Quod primus orbi literato oſtendit R. D. LOESCHERUS. Rhætos a Tuſcis, bello Gallico Italia pulſis, oriundos eſſe, & Tauriſcos ſedibus alpinis vicisſim expuliſſe, multis gravibusque veterum teſtimoniis, *Plinii*, *Juſtini*, *Livii*, demonſtrat CLUVERIUS in *Vindelicia* Cap. 2. Et argumentum originis præbet Lingua Gtiſonum, e Tuſco & Italico ſermone mixta, quod contra TSCHUDUM male negat GOLDASTUS Tom. I. Rer. Alam. pag. 121. Sed eosdem Rhætos a Duce quodam *Rhæto* cognominatos eſſe, quod Scriptores a Cluverio excitati affirmant, fabulam ſapit, nec magis fide dignum videtur, quam quod DIODORUS ſcribit, *Scythas* a *Scythe* Jovis filio, *Galatas* a *Galate* Herculis filio, appellationem accepiſſe. Quis neſcit, quid non libido fingendi auſa ſit in Hiſto-

ria? Et quam proletarium ſit, nomina Gentium ad Ducem aliquem refette? An huc ſpectent etiam *die* RÆTZEN in Raſcia, dubito. Nam hi videntur potius a *Thracibus* aut *Roxolanis* genus & nomen ducere. De voce *Rieſengebürg* poſtea videbimus.

RIES, *riſe*, gigas. Francis *riſo*, Belg. *reus*, Island. *riſur*, Lat. Barb. *riſus*. Gloſſ. Pez. titan *riſo*, cyclops *riſi*. VEREL. in Ind. *riſar* gigantes, ſtatura valde proceri. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XII. 121.

Er quam ſo riſi hera in lant,
Iob kreftiger gigant,
In einuuigi er'nan ſtreuuita,
Thes richi ſinaz darota.

Venit in hanc terram ut procerus
Et validus gigas,
Uno conflictu Diabolum proſtravit,
Et regno ſuo ſpoliavit.

NOTKERUS Pſal. XXXII. 16. *der chuninch ne uuirdet kehalten in ſinero michelun chreſte, noh der riſo in dero manigi ſinero ſtarchi*, non ſalvatur Rex per multam virtutem ſuam, nec gigas in multitudine fortitudinis ſuæ. Significare poteſt (1) montanum, qui loco ipſo efferatur, ſi connectatur cum præcedenti *ries* montana. Nam in Hiſtoria fabuloſa Gigantes vocantut homines procceri & tobuſti, qui latrocinandi cauſa ſilvas & montes incolunt, obſervante GOLDASTO in not. ad Script. Paranet. pag. 364. Et apud OVIDIUM Polyphemus fingitur in monte Ætna habitare Lib. XIII.

Sunt mihi pars montis vivo pendentia ſaxo
Antra. - - - -

(2) vaſtæ & inuſitatæ altitudinis hominem, ſi derivetur a *reiſen* ſurgete, erigi, quod inptimis ſe probavit STADENIO & PALTHENIO. Et tales rurſus ſunt Gigantes apud OVIDIUM Lib. I. Met. homines immenſis corporibus præditi, & contra DEOS inſurgentes:

Affectaſſe ferunt regnum cæleſte Gigantes,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.

(3) bellipotentem, cui ſpolia & Martis opera curæ, ſi vox referatur ad *reiſen* excutrere certandi & latrocinandi cauſa. Inde Cambtis *rhyſwr* heros, miles, vox Germanicæ ſimillima.

RIES, ſcapus papyri. Vide *ris*.

RIESEN, *rieſeln*, guttatim cadere. Vide *reiſen* cadete.

RIESENGEBURG, *rieſengebürg*, montes Sudeti. Proprie *petroſi*, non a *ries* montana, quod ſine manifeſto pleonaſmo affitmari nequit, & multo minus a *ries* gigas, quod plane fabuloſum; ſed ab Angloſax. *bruſan* petra, rupes, quo ſenſu extat apud SOMNERUM & AENSONIUM. De voce Angloſaxonica, ejusque origine & cognatione, vide plura in *rotz* petra.

RIFFEL, inſtrumentum dentatum, quo linum a ſtupis purgatur, *riffeln, durch die riffel ziehen* linum pectere vel carminate. Belgis *ryf* eſt radula, Suecis *reefwa* raſtrum, Francis *riffil* ſerra. Gloſſ. Pez. ſerris *riffilun*. Cuncta ex eodem ſemine nata, vel a *reiben* fricare, vel a Suecico *ryſa*, *ryſwa* lacerare.

RIN, fluvius, rivus, & omnis aqua fluens. Vide *rinn*.

RIND, bos. Gloſſ. Pez. bubus *rindrun*, carnis bubulæ *rindrines*, bigam boum *zuueiga iochi rindiro*, paſchualia *ſueichrind*. Gloſſ. Boxh. *rindſtal* armentum. Oritur a *rennen* coire, inire, & dicitur de bobus, ad venerem gregariam reſervatis, tam ineuntibus, quam ineundis. Angloſaxonibus bos vocatur *brythet*, & in comp. *bryth*, inde *brythbyrd*, bubulcus. Quod videri poteſt ſyncopatum ex *rind*, ſed non eſt, etiamſi cum illo conveniat quoad ſenſum. Nam & hoc a coitu deſumptum eſt, ſed ex alio fonte, nempe R Celtico *rhidio* coire, inire, quod manſit Cambris e veteri Britannorum lingua, ut alia innumera, quæ paſim produco, & cum noſtris contendo.

RINDE, cortex. Angloſax. & Francis *rind*. WILLERAMUS Cap. IV. 14. de caſia: *diu rote rindon hat*, quæ corticem habet purpureum. MARTINIO deſumptum videtur R *rund* rotundus. Aliis aliunde. Forte eſt a Gr. ῥινὸς pellis, quia, quod animali eſt pellis, id arboti eſt cortex. Enim vero ſi Cambris & Anglis corticem appellare licet *pill*, a Lat. *pellis*: cur non etiam Germanis? Si quis tamen malit vocem referre ad *reinen* tangere, vel *reinen* adhærere, ut ſit quaſi margo arboris, vel aliquid illi adhæreſcens, non vetabo. Alias voces, a tegendo petitas, vide in *bork*.

RINDE, cruſta. Quia cortici arboris ſimilis. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 64. de pane: *tho er thia rintun firbrah*, cum cruſtam frangeret.

RINDERN, taurire. Verbum deſiderativum a *rind*, quatenus bovem initorem ſignificat. Dicitur de vacca, quando oſtendit ſe velle maritari cum tauro. Græci eodem ſenſu dicunt de vacca ταυρᾶν, Latini de equa *equire*, de canicula *catulire*, de ſcropha *ſubare*. Cuncta a deſiderio maſculi ſui generis.

RING, levis, vilis, modicus. Gloſſ. Keron. levibus *rinkirom*, levioribus *ringirom*. AOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *cryn* mediocris, *crynwr* vir puſillus & mediocris ſtaturæ, item vit ignobilis & minus virilis, *gwreng* homo plebejus. Videtur proprie parvum denotare, a ῥηγνύω rumpo, (parvus eſt ruptus), translatumque ad vile & modicum, quia parva ſolent contemni. Hodie utimur compoſito *gering*.

RING, proprie eſt omne id, quod per declinationem lineæ rectæ in ſe redit. Græciſſantes ex γυρὸς curvum tranſpoſitum putant:

tant: Sed rectius derivatur a *ringen* flectere, torquere, de quo infra. Dicitur proprie de annulis & circulis, & allegorice de aliis quoque rebus, quatenus flexuram circuli imitantur. Ab hoc latissimo significatu habemus verbum *umringen* circumdare.

RING, annulus digitalis. Anglosax. *bring, bringc*, Francis *bring*, Procop. *rink, ringo*. Gloss. Boxh. *fingiri bringa* anulos. Plura veterum testimonia vide in *obr-ring* inauris. Antiquissimos Germanorum non caruisse hoc invento, testis amplissimus TACITUS Cap. XXXI. de M. G. *Fortissimus quisque* (loquitur de Cattis) *ferreum insuper annulum* (*ignominiosum id genti*) *velut vinculum gestat, donec se cæde hostis absolvat*. Annulus hic erat votivus. Causa voti forte erat, quod Romani captivis Germanorum annulos darent ferreos in symbolum servitutis. Quæ res potuit accendere ferociam Cattorum, ut annulos ferreos ultro sumerent, non nisi cum cæde unius vel alterius Romani deponendos. Sicque quod apud Romanos vilitatis indicium erat, illi in virtutis incitamentum verterant. In Legibus Veterum Germanorum duo occurrunt annuli, *signatorius* & *sponsalitius*. Lex Bojor. Tit. II. 14. *Si quis jussionem Ducis sui contempserit, vel signum, quale visus fuerit Dux transmittere, aut anulum, aut sigillum &c.* Lex Wisigoth. Lib. III. Tit. I. 3. *Quamvis scripturæ non intercurrant, nullatenus promissio violetur, cum qua datus est anulus.*

RING, fibula, orbiculariter hamata, qualis sæpe est in vestibus & cingulis. Gloss. Boxh. *bringa* fibula. Anglosax. *girdl-bring* cinguli fibula, apud SOMNER.

RING, ansa. Idem Anglosax. *bring*, apud SOMNER.

RING, circulus ferreus. Anglosax. *bringedabyrn* & *gebrynged byrn* lorica, apud SOMNER. Gloss. Pez. lorica hamata *ringilobtero*. VERET. in Ind. pag. 45. *bringa brynia* lorica annulis ferreis concatenata. Quæ etiamsi sint ab usu relicta, manifesto tamen ostendunt, quales fuerint veterum loricæ, nempe catenulis ferreis squamatæ. Inde vetus proverbium apud Gallos: *de maille en maille on faict le haubergeon*, id est, ab annulo ad annulum tandem conficitur lorica. Quod Viro Clariss. D. GEBAUERO apposite observatum in notis ad veterem *Constitutionem de Expeditione Rom.* pag. 243.

RING, baltheus militaris, quia lumbos cingit instar circuli. Non occurrit nisi apud Latino-Barbaros, quibus *Ringa* & *Rinca* hoc sensu dicitur, apud SPELMAN. & CANGIUM. An huc spectet vetus investiendi Equitis formula: *par rain & par baston:* an vero ad annulum referri debeat, non constat, quia *rain* utrumque significare potest.

RING, corona, ob rotunditatem. Anglosax. *bring* sertum, apud Somner. Gloss. Pez. coronæ *ringe*. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XXII. 41.

Joh fazzun imo in houbit
Thenselbon thurninan ring.
Et imposuerunt capiti ejus
Spineam illam coronam.

RING, concilium procerum, consessus judicum. Solent enim, qui rei publicæ causa conveniunt, circulum facere considendo. Gloss. R. Mauri: proceres *bringa*. OTFRIDUS Lib. III. cap. XX. 105. de cœco miraculose sanato:

Leittun sie nan ubar thaz,
Thar thaz heroti uuas,
Thara zi themo thinge,
Zi thero furistono ringe.

Hoc est, ducebant illum ad superiores, ad judicium ecclesiasticum, & ad circulum procerum. Idem cap. XXV. 5. de Synedrio:

Thara zi themo ringe,
Joh zi themoselbon thinge,
Quam mihil uuoroli menigi,
Den heriston ingegini.

Hoc est, ad hunc circulum & ad hoc judicium magna hominum multitudo primoribus obviam veniebat. VEREL. in Ind. *ring* circulus, judicium. Ab hoc substantivo Itali habent *rengare, arengare, aringare* (quod Galli spiraculo auctum *haranguer* efferunt) verba facere in comitiis, foro, senatu, & Galli *ranger* res & personas decenter ordinare & disponere, ut fieri solet in comitiis, & hinc porro *rang* jus præcedendi in conventu publico. Ita sentiunt VERELIUS in Indice pag. 207. STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 505. HICKESIUS in Gram. Franco-Theotisca pag. 91.

RING, cœtus hominum, sive confabulantium, sive spectantium, sive auscultantium. Solent enim ejusmodi cœtus formare orbem, & ideo Latinis quoque appellari *circuli*. LIVIUS Lib. 44. *In omnibus circulis, atque etiam si Diis placet in conviviis, sunt qui exercitus in Macedoniam ducant*. OTFRIDUS Lib. III. cap. XVII. 17. de adultera:

Brahtun sia tho in thaz thing,
Thara in mitten then ring.

Hoc est, tunc adducebant illam in medium cœtum. Idem Lib. V. cap. XX. III. *in zesuemo ringe*, in dextro cœtu, sive dextri lateris cœtu, ut recte vertit Cl. SCHERZIUS in not. VEREL. in Ind. *ring* circulus hominum spectatorum auditorumve, *maniringur* cœtus, corona, circus.

RING, cœtus aulicorum, qui Dominum obsequii causa cingunt. Gloss. Pez. regio septus *chuniclihes ringes umpirinkter*. Subintellige famulitio, satellitio, aut simile quid. Latini ejusmodi cœtus etiam *globos* vocant. TACITUS cap. XIII. de M. G. *Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium.*

RING,

RING, ambitus, circuitus, circus. SOMNERUS: *bring* ambitus, *bring-fete*, *bring-ſtede* circus, *bring-ſeta* circenſes. Inde Italis *aringo* ſtadium, locus certaminis, in quo equites haſtis concurrunt, ſicut optime obſervatum HICKESIO in Gram. Franco-Theotiſca pag. 91. Antiqua Britannorum lingua *rheng* quivis longus ordo dicitur, etiam ora maritima, a curvitate loci, teſte BAXTERO in Gloſſ. Antiq. Brit. pag. 202.

RING, ſeptum, & locus ſeptus. Græcis unius literæ additione Φρυγὸς & Φρυγὸς ſepimentum, vallum, Φρυγόω vallo, ſepio. VEREL. in Ind. pag. 207. *ſlaa ring* circulo aliquem includere pugnaturum, concionaturum, aut vita privandum. Dicitur etiam de caſtrametatione. Hinc Hunni locum illum in caſtris medium, ubi Rex cum Principibus morari conſueverat, ab orbiculato munimento Lingua noſtra appellarunt *bring*, prout ex Lambecii Annalibus obſervat DIECMANNUS. Inde Poëtis Latino-Barbaris *bringus* regia Hunnorum, apud CANGIUM. Sed & purioribus Latinis *corona* interdum pro ſepimento eſt, ſi recte intelligo TACITUM Hiſt. III. 27. *Cingique vallum corona juſſit.*

RING, orbis terrarum. Gloſſ. Pez. orbem *ring*. OTFRIDUS de aſcenſu Chriſti in Cœlum Lib. V. Cap. XVII. 49.

Thia ſunnun io then manon
So ubarfuar er gabon,
Joh allan theſan uuorolt ring,
Ni giſah man er io ſulih thing.
Solem & Lunam
Tranſcendit ſubito,
Et totum mundi orbem,
Nil tale unquam viſum.

RING, ſphæra cœleſtis, gyrus ſiderum, & denique omnis globus. SOMNERUS: *bring* cyclus, *bring-windle* ſphæra. OTFRIDUS loco ſupra citato:

Sar zi theru ſtullu,
Thiu zuelif zeichan allu:
Jo far bi themo thinge
In themo unhaldan ringe.

Ubi *unhaldan ringe* vertitur a SCHILTERO *in empyreo orbe*, recte quoad rem, male quoad vocem. Nam cœlum illud dicitur *unhald*, non quod ſit ignitum, ſed quod propter immenſitatem ſit declivitatis expers, absque circumferentia, absque linea declinante, ab *halden* vergere.

RING, circulus annuus. Gloſſ. Boxh. *ringa* anos. PALTHENIUS jubet legere *anſa*, in notis ad Iſidorum pag. 398. Sed nihil in lectione mutandum. Nam *anus* Latinis idem quod *annus*, & *anulus* idem quod *annulus*, h. e. parvus circulus. MARO Georg. II.

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Ubi SERVIUS: ANNUS *dicitur quaſi* ANUS, *id eſt*, *annulus*, *quod in ſe redeat*. Hinc idem Poeta annum dixit *orbem* Æn. I.

Triginta magnos volvendis menſibus orbes
Imperio implebit - - -

Vide VARRONEM de Ling. Lat. Lib. 5. & SCALIGERUM in illum.

RING, lucta, certamen. NOTKERUS Pſal. CVI. 12. *in ringon uuidir iro luſtin*, in conflictibus adverſus concupiſcentias. Refer ad *ringen* luctari, certare.

RINGEN, flectere, torquere, ſtringere. Angloſaxones dicunt *wringan*, Belgæ *wringen*, Angli *to wring*. Omnes a notione obliqui, quod Græcis dicitur ϛρεφὸν & ϛρέφω, Gothis *wraiquo* per. proſtheſin Luc. III. 5. Inde duplex verbi forma nata, *ringen* & *wringen*, utraque per epentheſin. Latinis *ringere* eſt os torquere, & *ſtringere* torquendo coarctare, non nulla fortaſſe cum reliquis affinitate.

RINGEN, luctari. Dicitur de luctantibus, quia ſe mutuo torquent, premunt, ſtringunt. Gloſſ. Pez. conluctantem *bringanten*. Saxones inf. more antiquo præfigunt labialem W. dicendo *wringen*.

RINGEN, pugnare, certare. Senſus a motu continuo ad diſcretum, h. e. a lucta ad pugilatum extenſus. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 161. de ſuis Francis:

Niſt liut thaz es beginne,
Thaz uuidar in ringe.
Non eſt populus qui audeat
Adverſus illos confligere.

Dicitur etiam *wringen*, & inde Cambris *cyfrangc* prælium, conflictus, congreſſus.

RINGEN, vincere. Senſus Francis proprius. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVI. 85.

Ni mag diuſal thara ingegin ſin,
Thar ir ginennet namon min,
So uuar ir es beginnet,
Ir uuidar imo ringet.
Diabolus non poterit reſiſtere,
Ubi nomen meum nominaveritis,
Quamprimum inchoabitis,
Victoriam reportabitis.

Hic ſenſus cum præcedenti nihil habet commune, & alterius eſt domicilii. Quamvis enim *vincere* ſit *pugnando ſuperare*, plus tamen eſt ſenſus in victoria quam in certamine, nec omnes certantes vincunt. Unde ergo hic ſenſus? Reſpondeo a Gr. περιγίνομαι, περιγίγνομαι ſupero, vinco, victor evado, abjecto in fronte π, cujus mutilationis innumera proſtant exempla in vocibus peregrinis. Vide *Proleg.* Sect IV. in *Aphæreſi*. Præſtat Græcam originem agnoſcere, quam vel λιτότης, qua res inferiori, quam par eſt, vocabulo exprimitur, vel ſuperfœtationem fingere, quæ in Germanica lingua non habet exemplum. Interim hic ſenſus eſt baſis & fundamentum alterius, qui ſequitur.

RINGEN,

RINGEN, lucrari, conſequi, *errungen* acquiſitus, *errungenſchaft* bona acquiſita. Senſus a præcedenti petitus, quia acquirentes vincentibus ſimiles ſunt. Quemadmodum enim hi fortiter certando victoriam, ita illi improbo labore bona, quæ ſibi propoſuerunt, reportant. Græcis quoque περιγίνεσθαι eſt acquirere, potiri.

RINN, *rinne*, quatenus eſt verbale a *rinnen* fluere, manare, ſignificat quantum poteſt, & *primo* quidem aquam fluentem. Inde Gothis *rinnô* torrens Joh. XVIII. 1. Angloſaxonibus *ryne* rivus. *Secundo* locum per quem aqua fluit, canalem vel aquæductum. Gloſſ. Boxh. *himilrinnun* cataracta cœli. Rhythmus de S. Annone §. 30.

Triere was ein burg alt,
Sie cierte Romere gewalt,
Dannin man unter dir erdin
Den win ſanti verrin,
Mit ſteinin rinnin
Den herrin al ci minnin,
Die ci Kolne warin ſedilhaft,
Vili michil was diu iri craft.

Vertit SCHILTERUS:

Treviris erat civitas vetuſta,
Ornabat Romanorum potentiam,
Unde ſub terra
Vinum derivatum procul
In lapideis canalibus
Dominis quam cariſimis
Qui Coloniæ reſidebant,
Valde magna erat ipſorum potentia.

RINNEN, & *rennen*, quamvis antiquitus confuſa, differunt tamen ſignificatu. Illud de fluidis, hoc de pedibus dicitur.

RINNEN, fluere, manare, Græc. ῥέω, ῥῆν, Gothis & Francis *riman*, Suec. & Isl. *rinna*. Cod. Arg. Joh. VII. 38. *us wambai is rinnand watins libandins*, de ventre ejus fluent aquæ vivæ. NOTKERUS Pſ. CIV. 41. *den ſtein ſpielt er, dannan uzrunnen uuazzer*, disripuit petram & fluxerunt aquæ. Pſal. CXLVII. 7. *uuahet ſi ana ſin geiſt, unde dara nah rinnent ſie*, flabit ſpiritus ejus & fluent aquæ. Ab hoc ſignificatu Antiquitas formavit Fluviorum & alveorum nomina, tam propria quam appellativa. Gloſſ. Pez. meatus *run*, alveus *runs*. ISIDORUS in Fragm. Cap. 6. *dher unſih dhurah Jordanes runſa, dhazs iſt, dhurah dhea geba dhera heilegun daufin chibeilegode*, qui nos per Jordanis fluenta, id eſt, per baptismi gratiam ſanctificavit. Et huc etiam ſpectat multorum judicio RHENUS.

RINNEN, fundere, liquefacere, *zerrunnen* liquefactus. Gloſſ. Pez. conflavit *giranta*. WILLERAMUS Cap. V. 6. *alſo min uuine ze mir ſbrah, do uuart min ſela zerennet*, amico ad me loquente liquefacta eſt anima mea. Verbum faceſſens ex præcedenti. Quid enim eſt fundere, niſi facere ut fluat? Hodie utimur activo & paſſivo ſignificatu.

RINNEN, fluorem emittere, effundere. Cod. Arg. Matth. IX. 20. *quino blotharinnandei*, mulier fluxum ſanguinis patiens. Gloſſ. Boxh. *rinnantiu augun* ſuffuſio oculorum. Latinis quoque *fluere* & *manare* eodem ſenſu uſurpatur. Exod. III. 8. *in terram quæ fluit lacte & melle.* PLINIUS Lib. XIV. Cap. 20. *arborum manantium picem.*

RINNEN, in ſe fluere, h. e. coagulari, *gerunnen* coagulatus. Vocabularius Argent. 1515. *renn coagulum dicitur contractio lactis.*

RINNEN, coagulare, facere ut in ſe fluat. Gloſſ. Pez. coagulaſti *girantos.*

RIPEL, catus, mas felis, apud Lipſienſes. Proprie fricator, a *reiben* fricare.

RIPP, coſta. v. *ribbe.*

RIS, ſcapus chartæ puræ. Lat. Barb. *racana*, Ital. *risma*. Cambro-Britannis *rhes* eſt ſeries. Et ſcapus quid eſt, niſi ſeries XX. tomorum papyri? Ergo ſenſus a numero indefinito ad definitum translatus eſt. Ita bis dena vocantur *ſtiege* a στίχος ordo.

RIS, gigas. v. *ries.*

RISCH, celer & celeriter. Utitur Luth. 1. Sam. XX. 38. Conſenſum Linguæ Francicæ vide in *raſch*, Angloſaxonicæ in *rad*. Islandis *raskr* eſt ſtrenuus, quia ſtrenui ſunt veloces: Anglis *rash* præceps, temerarius, quia in feſtinatione facile modus exceditur.

RISELN, guttatim cadere. v. *reiſen* cadere.

RISPEN, arguere, corripere, increpare. Gloſſ. Lipſ. *reſpias* arguas. Nos componimus *beriſpen*, inquit LIPSIUS. Qua in re (ut hoc obiter addam) Belgæ imitantur Francos, qui ſimiliter componunt, quod ex neſcio qua veteri Pſalmorum Verſione obſervat SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 679. Notkeriana ubique habet *reſſan* & *irreſſan*, & hoc verbum paſſim occurrit in Monumentis Veterum. Gloſſ. Keron. increpa *reſſi*, increpet *reſſe*, corripiatur *ſi kireſſi*, increpationibus *raſſangoom*, caſtigatus *keraſſter*, caſtigatione *raſſunga*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XIII. 21.

So Petrus thaz tho uueſta,
Er inan ſuntar raſſta.
Cum Petrus hoc reſciret,
Increpavit illum ſeorſim.

VEREL. in Ind. *reſſa* plectere, punire, *reſſing* punitio, pœna, correptio, caſtigatio. Utrum antiquius ſit, *reſpen* an *reſſen* (nam ex ſe mutuo naſci potuerunt), ignoratur. SOMNERUS, qui Gloſſas LIPSII perpetuis notis illuſtravit, hic tacet.

RISS, ruptura. Græc. ῥῆξις. Refer ad *reiſſen* rumpere.

RISS, linea, Dial. Francica. Gloſſ. Pez. linea *reiza* vel *zila*, linearum *reizo*. Refer ad *reiſſen* ſcribere.

RISS, delineatio. Refer ad *reiſſen* delineare.

RITT, *ritten*, febris. Vide *rütten.*

RITT, equitatio. Angloſaxonibus *rad*, Island. *reid* apud VEREL. in Ind. Refer ad *reiten* equitare.

RITT, equitatus, turma equeſtris. Abſciſſum a collectivo *geritt* & *bergeritt*, quo Francos olim uſos eſſe, ſupra demonſtravi in *reiterei*. Hodie non utimur niſi in compoſito *rittmeiſter* centurio equitum, qui certe non ab equitatione, ſed a cohorte vel turma, cui præeſt, ſic dicitur. Vox Germanica ſonat magiſtrum equitum. Sed *magiſter equitum* MARCELLINO eſt, qui non uni vel alteri turmæ, ſed toti exercitui equeſtri præeſt. Quod ſenſum vocis Germanicum longiſſime excedit.

RITTER, eques gregarius, miles ex equo pugnans, a *reiten* militare. VEREL. in Ind. *riddari* eques, *riddara oc fotgongumenn* equites & pedites. Hodie dicimus *reiter*, ſed a *ritter* componitur, *landridder* eques ad ſervitium patriæ conductus, non eques lanceatus, ut CANGIUS in voce, *ritterzerung* ſtips vel alimonia, quæ equiti ſive expeditionali ſive exauctorato in tranſitu præbetur.

RITTER, eques ex tyrone, pedes equo donatus. Hoc ſenſu videtur occurrere in Chronico vetuſto manuſcripto, unde MEIBOMIUS Tom. I. Script. Rer. Germ. in notis ad Henrici Roslæ Herlinsbergam verſ. 341. ſequentes verſus depromſit:

Her machte als ich horte
Viele knapben ritter vor den ſtrite,
Nach vurſtelichen ſite.

Hoc eſt: ante pugnam multos tyrones creabat equites more Principum. *Knapben* ſunt tyrones. Hi quamdiu erant tales, non conſcendebant, ſed ducebant equos, & arma parentum (nam plerumque equitum filii erant) humeris geſtabant, unde etiam *armigeri* dicti. Præcincti vero & equo donati, conſcendebant equos, & ex equis pugnabant ut reliqui. Tales videntur fuiſſe equites a *Chronico* laudati, & neceſſitate creati, quia paulo ante pugnam. Moris enim erat, equitum numerum ex tyronibus, qui circa equites erant, augere, præſertim ubi cum hoſte numeroſo pugnandum eſſet. GUNTHER in Ligurino de Imp. Friderico Barbaroſſa:

Utque ſuis omnem depellere finibus hoſtem
Poſſet, & armorum patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, quod Gallia fœdum
Judicat, accingi gladio concedit equeſtri.

Sed & extra hunc caſum ſolebant idem facere principes. Opinor ex veteri inſtituto, cujus jam aliqua extant veſtigia in Exercitu *Arioviſti*, in mixtis illis equeſtri ordini peditibus, apud CÆSAREM Lib. I. de B. G. Cap. 48. & in illo bellatore equo, quem a Principis ſui liberalitate exigunt, qui eundem comitantur, apud TACITUM Cap. XIV. de M. G.

RITTER, vaſallus, qui tenetur Dominum in expeditionem ſequi vi vinculi feudalis. Primis temporibus nulla erant feuda, & minor equitatus cura, etiam apud Francos Poſtquam vero vis & robur Belli omne in equis reponi cœpit, *Feuda* equo publico alendo inventa ſunt, & prædia militantibus conceſſa. Vi hujus beneficii quilibet eques tenebatur ipſe in Expeditionem ire cum equo ſuo, quem etiamnum (quamvis more mutato) appellamus *ritterpferd*, hoc eſt equum feudalem.

RITTER, eques nobilis. Militiæ equeſtris tanta olim fuit æſtimatio, ut nobiliſſimus quisque nomen *Equitis* tyrocinio mereri, & armis initiari vellet. Addi tamen ſæpe ſolet adjectivum *edel*, ad decus nobilitatis clarius exprimendum, & vocem ab ambiguitate liberandam. Horum origo videtur eſſe ex Vaſallis. Nam equites gregarii eorum Principum & Comitum, quibus militabant, plerumque erant vaſalli, & ad ſervitia tam *aulica* quam *bellica* obſtricti. Ab hoc duplici vinculo duplex illis adhæſit nomen, ita ut ab officiis palatinis vel curialibus vocarentur *dienſtmannen*, hoc eſt miniſteriales, ab officiis militaribus & caſtrenſibus *ritter*, & *reitmannen*, hoc eſt, equites. Ex his Equitibus fortuna alios ad culmen nobilitatis evexit, re familiari ex officiis aulicis in immenſum aucta; alios in paupertate & ſtatu plebejo reliquit.

RITTER, eques auratus vel torquatus, h. e. eques nobilis clypeo, gladio, cingulo, annulo, torque, & ſimilibus ſignis, quæ per ſe non nobilitant, ſed nobilitatis tantum ornamenta ſunt, a Principe donatus. Hoc genus equitum non ſpectat ad exercitum.

RITTER, eques togatus, nobilis quidem, ſed non militans. Noti ſunt *Equites Legum* in Gallia, olim *Chevalliers des loix* dicti. Quibus addi poſſunt ex Gloſſa Juris Saxonici *Equites pacis*, vulgo *Ritter des friedens* appellati, quo titulo nobiles Advocati in Germania aliquando ſuperbiebant.

RITTERLICH, equeſtris, nobilis, fortis. Gloſſæ Junianæ: *ritliberu* equeſtrium. Rex *Tyrolis* in Paræneſi ad filium verſ. 29. *Turnieren das iſt ritterlich.* Et huc etiam ſpectat *ritterliche that* facinus ſtrenuum & ſæculo heroico dignum.

RITTERSCHAFT, militia, a *reiten* militare. Utitur Luth. 2. Cor. X. 4. & diu ante LUTHERUM Rex *Vridebrant* apud GOLDASTUM in Script. Paræner. pag. 279.

Von ritterſchefte wiſte ich bas,
Wa jenr gelag, wo der geſas,
Wo ſich die ſpene us helme klungen,
Von ſwerten uber die ſchilte, dar under ſich die recken ſwungen.

Et pag. 402.

Was ſol ein junger Ritter, der nicht ritterſchaft begat?

Ubi *ritterſchaft begehen* ſignificat non ſolum Chriſtianorum regna obire, & Regibus ac Principibus ab hoſte laborantibus opem ferre,

ferre, quod fere nobilium proprium erat, ſed etiam in genere militare.

RITTERSCHAFT, nomen collectivum, plures aut omnes equeſtris ordinis viros complectens. *Liechtenſtein* apud GOLDAST. loc. cit. pag. 374.

Ritterſchaft wie ſtet din orden?
Sage an, wem iſt din wirde worden?
Wan ſach dich in tugenden borden,
Dennoch was din lop vil ganz.
Das klagent nu die edeln frowen,
Das man dinen ſchilt ſol ſchowen
Alſo ganz und unverbowen.
Wa iſt din turnei, wa iſt din tanz?
Dú mis din leben bas in der maſſe,
Da dich dú ſchande in eren laſſe,
Ir gewalt vert uf der ſtraſſe,
Setze uf wider der eren kranz.

Gravenberg apud eund. pag. 378.

Von hurte und von gedrenge
Dú ſtraſſe wart vil enge
Von der edilun ritterſchaft.

RITTERSCHAFT, ſtatus nobilium alicujus Regni vel provinciæ, *reichs-ritterſchaft* nobilitas imperialis, pars corporis Imperii Romano-Germanici. Cujusmodi ſunt, Nobilitas *Suevica*, *Franconica*, *Rhenana*.

RITZ, verbale a *reiſſen* ſcribere, pro varietate veterum Dialectorum varia ſignificat, ſcripturam, lineam, literam, imo etiam apicem ſeu minimam partem literæ. VEREL. in Ind. *rit* literæ, ſcriptum. Gloſſ. Pez. linea *reiza* vel *zila*, linearum *reizo*, apex *riz*. Eſt & Gothis *writa* apex Luc. XVI. 17. a *writan* ſcribere, judice JUNIO. Et Græcis κατὰ γράμμα ſecundum literam.

RITZ, a *reiſſen* rumpere, findere, incidere, ſignificat pro virili (1) rupturam, & Græcis dicitur ῥῆξις, nobis alias *riſs*. (2) inciſuram. (3) rimam & fiſſuram. A *ritz* rurſus fit *ritzen* inciſionem, rimam & fiſſuram facere.

ROCHELN, *röcheln*, impedite & cum ſtridore anhelare. Dicitur de dormientibus & morientibus, qui, dum anhelant, raucum ſonum edunt e gutture, vitio pulmonum vel pectoris, materia viſcoſa obſtructi. Forte a *rachen* rictus, ut *ſnarchen* a *naribus*. Latina *runcare* & *ronchiſſare*, & Græca ῥέγκω & ῥογχάζω, quæ originem referunt ad *ſu* naris, cum forma præſentis verbi ſono magis quam ſignificatu conveniunt. Aliud enim eſt naribus ſonare, aliud gutture. Et hæc duo natura duce merito diſtinguimus.

ROCK, toga, tunica, veſtis exterior & manicata, ſed ſoluta & aperta. Angloſax. *rocc*, Franc. *roch*, Belg. & Suec. *rock*, Camb. *rhuchen*, Lat. Barb. *broccus*, *roccus*, *rochus*, Græc. inf. ῥοῦχος. Gloſſ. Boxh. *pruſtroch* protorax. WILLERAMUS Cant. V. 3. *ih bin uze minemo rocche gesloſſan*, exui tunicam meam. Creditur oriri a Gr. ῥάκος. Quod admitti poteſt, ſi ῥάκος proprie ſit veſtis ab anteriori parte ſciſſa, fiſſa, aperta, & fibula ſeu cingulo jungenda, ducta appellatione a ῥήγνυω rumpo. Quo ſenſu videtur accipi in diminutivo ῥάκιον ſagum, rejicula. Germanos eodem ſenſu dixiſſe *rock*, videtur confirmari poſſe ex eo, quod toga Chriſti inconſutilis apud veteres interpretes nunquam vocatur *rock*, ſed potius *rocco* tanquam veſti in medio diviſæ opponitur. Diſerte NOTKERUS Pſal. XXI. 19. de ſchiſmaticis, qui togam Chriſti dividunt: *Ane dé minna uuaren heretici, unde ſint hiuto* RICHART, POPPO, *quorum uterque dicit, ſe ſanctum Benedictum quidem eſſe, & ideo regulam mutaſſe, & TUNICAM Domini unam in duos* ROKKOS *& cætera*. Aliud veſtimenti genus a diviſione nuncupatum vide in *bruch* & *latz*.

ROCKEN, ſecale. BOXHORN. in Lexico Ant. Brit. *rhyg* ſecale. Gloſſ. Latino-Theotiſc. apud LINDENBROG. ſigala *roggo*. Idem Angloſaxonibus *ryge*, Belg. *rogg*, Suec. *rogh*, Anglis *ry*, quod nimia brevitate laborat, Gallis antiquis *arinca* apud PLINIUM Lib. XVIII. Cap. 8. In ore Saxonico hodierno *korn* & *rocken* ſere unum idemque ſunt, etiamſi illud generalius ſit. Hinc colligit STILERUS, *rocken* venire a *korn* per metatheſin. MARTINIUS quærit, an *rocken* ſit vox contracta ex *farrago?* SKINNERUS appellationem arceſſit a *ruck* dorſum, vel a *rauh* horridus: cum quia ſecale longo & continuo ſpicarum ordine ſpinam dorſi aliquo modo refert, tum quia ariſtam habet ſpicis horrentem. Mihi videtur res altius repetenda. Frumentum eſt, quod ariſtas habet. Hoc apud omnes in confeſſo. Sed genera frumenti, ſicut non eadem ſunt ubique, ita nominibus frequenter confunduntur. COLUMELLÆ *triticum ſecale* eſt *triticum ſecundarium*. Et *arinca* Gallica erat genus tritici. Triticum autem eſt granum a natura veluti ſerratum, & crena quadam notatum. Hoc ſignum videntur mihi ante oculos habuiſſe, qui tritico nomen *rhyg* vel *arinca* impoſuerunt, quod certe origine Celticum. Nam Celtica lingua *rhygnu* eſt ſerrare, & *rhygn* inciſura. His vocibus etiamnum utuntur Cambri in Britannia, teſte BOXHORNIO loco allegato. Et cum illis conveniunt Gr. ῥηγμὴ fiſſura, ῥήγνυω rumpo. Hinc *rhyg* videtur proprie granum denotare ſerratum & inciſum. Nec aliud fere ſonat *ſecale*, ſi, ut par eſt, a *ſecando* ducatur. Ita *ſpelt* far derivatur a *ſpalten* findere, quia in medio fiſſum eſt. Si vulgus ad grana non fiſſa appellationem traduxit, id neminem debet morari, quia ſimilis confuſio regnat in nominibus animalium, arborum, plantarum, ſicut paſſim oſtendo. Quæri poteſt, an *rogo* in *farrago* ſit a Celtico *rhyg?* Et videtur affirmandum, quia *farrago* & *ſecale* ſunt ejusdem frumenti nomina apud PLINIUM Lib. XVIII. Cap. 16. Præterea *farrago* ſignificare poteſt *farrarium*, Germ. *eine kornſchütte*, ſi ultima pars compoſiti ſit a Sicula voce γορὸς horreum cereris, granarium. Sed

hunc ſignificatum, ſicut & tertium, quo pro pabulo mixto accipitur, cum ſint a præſenti loco alieni, Latinæ linguæ inveſtigatoribus relinquo.

ROCKEN, colus, notum fila ducendi inſtrumentum. VEREL. in Ind. *rock* colus. Ad antiquitatem vocis ſpectat, quod cingulum Orionis in cœlo, ſtante adhuc Deorum cultu, a Saxonibus appellatum ſit *Friggeroch* colus Friggæ, in honorem conjugis Odini, & poſtea *Marieroch* colus Mariæ, in honorem B. Virginis, quod ex manuſcripto quodam libello obſervavit MARESCHALLUS pag. 514. Videtur autem nihil aliud deſignare quam totam, factumque a Gr. τρόχος per aphæreſin. Italis *rocca* & Hiſpanis *rueca* a Gentibus Germanicis ſunt relicta.

ROD, crux, Dial. Angloſaxonica & Anglica. BENSON. in Voc. *rode* crux, *rod-galgan* patibulum, *rod-tacn* crucis ſignum. Hic ſignificatus, quamvis nobis extinctus, non debuit omitti, quia fortaſſe alicubi ſuperat in nominibus locorum, & præcipue Monaſteriorum, quod Geographis inveſtigandum relinquo.

RODACKER, novalis, aget exoſſatus, repaſtinatus, interprete STILERO. Refer ad *rotten* rumpere terram.

RODE, locus e ſylva exciſus. VERELIUS in Ind. *riodur* loca arboribus exciſa. Oritur a *rotten* exſtirpare, ut *reut* a *reuten*. BRSOLDUS in Theſ. Pract. *reut* nemus exciſum. Huc ſpectant omnes RODÆ in Germania, ſive oppida ſint, ſive diſtrictus. Id quod etiam de compoſitis nominibus affirmandum, qualia ſunt, HARZRODA, OSTERRODA, WERNINGERRODA &c. quæ dum locis Monti Hercynio proximis adhærent, originem eorum e ſaltu Hercynio ſatis declarant. Hiſce addi poſſunt REUTLINGEN & BARREUT ex Beſoldo. Confer dicta in *hamm* vicus.

RODE, moloſſus. Vide *rüde*.

RODEN. Vide *rotten*.

ROGEN, ova piſcium, *rogner* piſcis fœmina. VEREL. in Ind. pag. 209. *hrogn* piſcium ova. Qua notione, non liquet. Forte eſt ab ὀργᾶν turgere, ſive quia ventrem piſcis turgentem reddunt ad pariendum, ſive quia comedentes turgere faciunt libidine, quod inprimis tribuitur *caviario*.

ROH, crudus. Angloſax. *hreaw*, Belg. *rauw*, Angl. *raw*, Suec. *ræa*, Gall. *crue*. An a Lat. *crudus?* Ita videtur SKINNERO. Malim a Celtico *crau* cruor, ſanguis, ut adjective ſit cruentus. Talis enim eſt caro cruda. Allegorice eſt rudis, ferus, agreſtis, quia ad vitam ſocialem non magis præparatus, quam caro cruda & nondum cocta ad veſcendum. Aliud eſt *rauh* aſper, ſive propriam ſignificationem ſpecies, ſive figuratam.

ROLAND, duobus modis conſiderari poteſt, vel ut nomen proprium, vel ut ſignum jurisdictionis. Prius vide in *land* popularis, poſterius in *ruland*.

ROLLE, quatenus eſt verbale a *rollen* volvere, ſignificat quantum poteſt, & dicitur (1) de volumine ſeu charta convoluta, & per ſynecdochen generis de actis curialibus, catalogis, indicibus &c. Hoc ſenſu Cambri dicunt *rhol*, Angli & Belgæ *roll*, Galli *rôle*, *rouleau*, Latino-Barbari *rollus*. (2) de qualibet re convoluta. (3) de re volubili, ut ſunt cylindri, gytgilli, & orbiculi quidam currûum minorum.

ROLLEN, volvere, vertere in gytum. Belg. *rollen*, Angl. *to roll*, Gall. *rouler*. Syncopatum a *rotulare*, judice MENAGIO & SKINNERO. *Rotulare* autem eſt inſtar rotæ volvere, & poſtea ſenſu forenſi acta judicialia convolvere & complicare, ut ad collegium prudentum transmitti poſſint. Et hinc porro *rotulus* volumen actorum &c.

ROLLEN, lævigare. A *rolle*, quatenus eſt lignum teres & volubile, quo lintea lævigantur.

ROM, Roma. Vide *ram* robur.

ROMAN, hiſtoria fabuloſa. Auctores MENAGIO laudati videntur a *Lingua Romana*, h. e. ab illa balbutie, quæ nuper ex lingua Latina prognata, & tunc *Ruſtica Romana* dicta eſt, quaſi *jargon romain*, nomen arceſſere. Sed hoc nimis generale eſt, cum eadem Lingua nonſolum fabulæ, ſed etiam res civiles & eccleſiaſticæ, & nihil non ſcriptum ſit. Vide *Sacramentum populi* apud NITHARDUM, & confer Concilium Arelatenſe anni 851. art. 17. ubi mandatur: *ut Homiliæ in* RUSTICAM ROMANAM, *aut* THEODOSCAM *transferantur*. Veriſimilius eſt, primos nominis architectos ad fictionem metricam reſpexiſſe, quod Hiſtoriæ fabuloſæ iis temporibus plerumque pedeſtri ſermone prodirent. Idque ſignificare poteſt *roman*, ſi ducatur a Theotiſco *riman*, *reimen*, (Gall. *rimer*) metrice ſcribere.

ROMER, *rümer*, ſcyphus amplior. Belgis *roemer*, Anglis *a romer*, quod SKINNERUS derivat a *roum* ſpatium & ſpatioſus.

ROMERZUG, *römerzug*, expeditio Romana, conſecrationis cauſa a Rege Romanorum quondam ſuſcepta, & procerum frequentia, quos ille poſt ſe trahebat, inſignis. De illa extat vetus *Conſtitutio* incerti Imperatoris, quam vir amplisſimus D. GEBAUERUS perpetuo & erudito commentario illuſtravit.

ROMISCH, *römiſch*, romanus. Gloſſ. Keron. eccleſia romana *rumiſku ſamanunga*.

RONDATINELLULA, cantari ſolet intet pocula, nec tamen eſt cantilena, ſed potius celeusma compotantium, ad excitandam lætitiam ingeminatum, quo ſonum alicujus inſtrumenti abſentis imitantur. *Ronda* videtur denotare inſtrumentum illud, quod in Lege Angliorum & Werinorum vocatur *circulus* Tit. V. 20. *Qui harpatorem, qui cum* CIRCULO *harpare poteſt, in manum percuſſerit &c.* Hic circulus hodie vocatur *ſpilrad:* olim fortaſſe *ronda*, a rotunditate. Quicquid vero fuerit, ſane τίνελλα eſt vox Attica, pulſatiunculam lyræ ſignificans, &

tinellula

tunellula ejus diminutivum. De hac voce vide plura apud Lexicographos, nec non apud GEBAUERUM in *Hiſtoria Collegii Gelliani* pag. 21. quam amœniſimis Diſſertationibus ſuis Anthologicis vir eleganter doctus præfixit.

RONDATSCHE. Vide poſt *rund*.

RONZEVALL, vallis roncalis. Vallis ampliſſima inter Pyrenæos in limite Navarræ. Celtica lingua *rhyn* eſt mons, collis, promonrorium, & *rhonca* patulus, concavus, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Ergo vel vallem patulam, vel vallem montis denotabit.

ROPFEN, vellere, trahere. In Dialectis hodiernis varie effertur, *rauffen*, *reuffen*, *reepen*, *ropfen*, *rupfen*. Quæ, ſive a ῥύω traho, ſive aliunde deducta ſint, eodem pene & indiſcreto ſenſu uſurpantur, niſi quod *reufen* & *reepen* frequentius de lino, *raufen* de capillis, *ropfen* & *rupfen* de reliquis corporis partibus dicitur. Angloſaxonibus *rupe* ſunt capillamenta, forte quia ea parte caput vellicari & attrahi poreſt, & *onhrope* vellicatio, metaphorice importunitas Luc. XI. 8. Præcipuum hodie compoſitum eſt *rupfzange* vulſella.

ROPFEN, evelleré, hoc eſt, ita vellere, ut ſeparatio inde ſequatur. Gothis *abſa raupjan* eſt evellere ſpicas Marc. II. 23. Francis *roupben* deplumare, depilare. Gloſſ. Pez. depilatis *girouphtin*. Eodem ſenſu etiamnum dicimus *gænſe ropfen* deplumare anſeres. CASAUBONUS derivavir a Græc. δρέπω carpere, decerpere, per aphæreſin. Exempla literæ D. a fronre & medio avulſæ e Lingua Larina dedir JUNIUS in Gloſſ. Gorh. pag. 281.

ROPFEN, falcare ſegetem. Angloſaxonibus *ripan* & *rippan* eſt falcare, merere, & inde *rip* meſſis, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Idem Latino-Barbaris *reffare* & *tripare*. Lex Salica ex edit. Lindenbrog. Tit. XXIX. 6. *ſi quis meſſem alienam per furtum metere aut* REFFARE *præſumpſerit*. Ubi *reffare* non eſt vellere aut evellere, & multo minus rapere, ſed falce ſecare. Editio HEROLDI habet *tripare*, quod minime vitioſum, ſed ipſum Græcum δρέπω metere, colligere, vindemiare. Hodie ſuperar apud Anglos, quibus *to reap* metere, & *corn-ripe* meſſis. In reliquis Dialectis (quantum memini) non occurrit.

ROR, arundo, calamus paluſtris. TATIANUS Cap. LXIV. 4. *zi biu giengut ir uz in uuoſtinna ſehan? rora ſon uuinte giuuegita?* Quid exiſtis in deſertum videre? harundinem vento agitatam. Interpres Islandicus habet *reyr* Matth. XI. 7. quod idem. An quia facile mobilis, a *rüren* movere, agitare? Hoc primum eſt, quod cuivis occurrit, & huc etiam propendet MARTINIUS. Forte tamen rectius ducitur a Gothico *raus*, quo utitur Codex Argenteus loco citato: *raus fram winda wagidata*. Quo ſenſu, jam dixi in *ried* arundo, quod Saxonicum. Permutatio literarum neminem debet alienum reddere. Nam S. & R. ſunt literæ convertibiles in omnibus Linguis. Vox Suecica *röö* nimia brevitare laborat. Præcipua compoſita ſunt, *rorpfeiffe* ſyrinx, *rorfalk* falco littoralis, *rordommel* onocrotalus, quod vide in ſimplici.

ROR, transferri ſolet ad res omnes, quæ longirudine & cavitate arundinem referunt. Inde *ror* tubus, fiſtula, ſclopetum, canna &c. *rörwaſſer* aqua canalibus immiſſa & per ſiphunculum ſaliens, & alia innumera, per ſe maniſeſta.

ROSE, roſa, Gr. ῥόδον, Camb. *rhos*, Angloſax. *roſe*. Reliquos omitto, quia nulla in Occidente gens, cui non dicta roſa. Er unde quæſo niſi a colore, quo a natura tincta? Reſer ergo ad *rot* ruber. Hic color Græcis dicitur ἐρυθρὸς. Sed *rot* ſimplicius, imo antiquius eſt, & a Græco minime abſciſſum. Nam Græci ipſi reverturtur ad *rot*, in derivatis, cujusmodi ſunt, ῥοδίζω roſeo colore tingo, ἐρυθῶ rubefacio &c.

ROSIN, paſſula, uva paſſa. Belg. *razyn*, Gall. *raiſin*, Hiſp. *racimo*. Ex *racemus*, inquir MARTINIUS in *paſſa uva*. Cui adſtipulatur MENAGIUS. Er huc certe nos ducir vox Hiſpanica. Hinc porro inrelligimus, quid proprie ſir *roſinfarbe*, quo utitur Lurh. Eſa. L 18. nempe color coccineus, purpureus, puniceus, ſubrubicundus, qualis eſt paſſularum ſiccatarum. Niſi quis malit arceſſere a Gr. ῥώνυς, quod dicitur de minio & violis apud Lexicographos.

ROSS, equus. Vox a Francis proſeminata. NOTKERUS Pſal. XXXI. 9. *ni ſint ſolih ſo daz ros unde daz mul, diu ane fernumeſt ſint*, nolite fieri ſicur equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Gloſſ. Pez. curilium equorum *reitroſſo*, equeſtrium equorum *fatalroſſo*. VERELIUS in Indice pag. 210. *broſ* equus, *broſs-ættur* hippofugus, *broſſakins* equini generis. An a *raſch*, *riſch*, celer, velox, quod etiam Francorum lingua dicitur *roſch* apud NOTKERUM Pſal. XXVIII. 9. *roſche ze fernumiſte*, veloces ad intellectum. Hoc etymon apprime convenire viderur animali, natura ſua velociſſimo. Quis neſcit, quanta ſit ejus in curſu pernicitas? Quor palmæ in Circenſibus, excuſſo etiam auriga, a ſponre currentibus occupatæ? Quot irinera per immenſa rerrarum ſpatia paucorum dierum continuo curſu ſuperata? Omitto hiſtorias, quia non opus eſt monumenrorum fide, ubi rerum reſtimonia adſunt. Idque olim placuit in Specimine Gloſſarii, huic operi præmiſſo; nunc vero minus placet, quia uſu Francorum *roſ* non ſolum de equo nobiliori, ſed eriam de ſubjugali, imo de aſino quoque dicitur, cujus ignavia in proverbium abiit. Gloſſ. Pez. ſubjugale *ros*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. IV. 38. aſinum Domini vocar *ros*, quod SCHILTERUS vertit *animal vehens*. Recte. Nam *roſ* proprie eſt vector domini ſui, ſcu vehiculum animatum, a *reiten* vehi. Literæ S.

& R. vel millies permutantur, & neminem poſſunt morari, niſi triconem. Inde Gallis *roſſe* & Italis *rozza* pro equo vili. Vox Angloſaxonica eſt *hors*. Et in Indice Verelii *hyrſa* eſt equa. SOMNERUS derivat ab *horn* cornu, ut *hors* proprie ſit cornipes. Mihi vel idem eſt quod *roß*, per metatheſin *ors*, quod legimus apud GOLDASTUM in Paræneticis pag. 406.

An ſtegereif geringe
Er in den ſattel ſprang,
Sin Ors tet vunfzehn ſprünge,
Ieglicher zwo klafter lang.

Vel ab induſtria & celeritate ſic dicitur. Nam *hors* Angloſaxonum lingua celerem & induſtrium denotaſſe, colligo ex derivato *horſlic* gnaviter, diligenter, nec non ex conſenſu Francorum, quem produxi in *hurſch*. Hoc nomen perfecte conveniebat equo. Quis enim neſcit, quanta ſit laboris in hoc animali, qua pace qua bello, patientia? Ut de celeritate nunc nihil repetam.

ROSS-KAMB, mango equarius. Non quod jubas equorum pectinet, ſed a *cambiare* permutare, optime judicante ECCARDO in not. ad Leg. Sal. pag. 73. Hinc alio nomine *roß-teuſcher*, h. e. permutator equorum vocatur. Dicitur autem *permutare* quæ vendit, quia venditio valde ſimilis eſt antiquæ permutationi, tum & quia vocabula, quibus priſtini facti memoria recolitur, etiamſi moribus noſtris alia conveniant, diligimus. Ipſum vero *cambire* eſt a *kam* manus, quod vide.

ROST, ærugo, ferrugo. Factum auctoribus Francis a Lat. *ruſſatus*, h. e. ruſſo vel rubro infectus, quomodo Latini a rubro idem ferri vitium *rubiginem* vocant. TATIANUS Cap. XXXVI. 1. *thar nob roſt nob miluua ni furmelit*, ubi neque ærugo neque tinea demolitur. Hoc imitantur Belgæ, Angli, Sueci, in *ræſt*, *ruſt*, *roſt*. Islandi vero æruginem vocant *rid*, teſte VERELIO in Ind. quod vel rubedinem vel cariem ferri denotare poteſt, ſi derivetur a *rotten* ſitu corrumpi. Vox Gothica eſt *malo* Matth. VI. 19. ejusdem ſignificationis ut *meil* macula, vel (quod mallet JUNIUS) a *malen* molere, quia ferrum conterit. Angloſaxonica *om* ibidem, quod certe idem ac *wom* vel *wam* vitium. Hoc enim ſignificat Islandis *vam* in Indice VERELIANO. Alamannica *roſom*, id eſt, vitium ruſſum. Gloſſ. Keron. æruginem *roſomon*. Interim a Francica voce, qua hodie unice utimur, oritur *roſtig* æruginoſus, *roſten* æruginem contrahere, *verroſten* ærugine corrumpi. Gloſſ. Pez. æruginat *ruoſtit*.

ROST, crates, *röſten* torrere ſuper craticula. Gloſſ. Pez. craticula *roſta*. SOMNER. in Dict. AS. *geroſtod* aſſus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhoſtio* aſſare, torrere, *rhoſt* aſſum, aſſatum. Antiquam eſſe vocem Britannicam oſtendit nomen Regis Armoricani *Daniel* DREMROST, ab uſtis oculis, vel uſto vultu ſic dicti. Hæc ille. Sed cujuscunque ſit antiquitatis, origo Græca evitari vix poteſt. Græcis enim τέρω, Æolice pro τείρω, eſt ficco, uro, & ταρσὸς crates, quamvis viminea, unde per metatheſin fieri poterant *roſt* & *röſten*, quod ad Germanicas voces annotavit HELVIGIUS. Latini a τείρω habent *torreo*. Galli a *röſten* ſuum *roſtir*, fatente MENAGIO in ultima *Originum* editione.

ROT, ruber, *röte* rubor, *rötel* rubrica. Gloſſæ Cambro-Britannicæ: *rhudd* rubeus, ruber, *mor-rudd* mare rubrum. Gloſſ. Ælf. pag. 72. roſeus vel rubeus vel pheniceus *read*. Gloſſ. Pez. mala punica *rota ephili*. Conveniunt Gr. ἐρυθρὸς rubeus, & Latina *rutilus* & *ruſſus*, unde Italis *roſſo*.

ROT, rubedo. Gr. ἐρυθος. VEREL. in Ind. *rode* rubedo. Dicitur & *röte*. Sed *rot* antiquius eſt. Compoſita veterum vide in *morgenrot* aurora.

ROTTA, inſtrumentum muſicum. Utitur frequenter NOTKERUS pro Pſalterio, cujus verba & teſtimonia vide apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 689. OTFRIDO quoque *rotta* commemoratur inter cœleſtis vitæ gaudia, Lib. V. Cap. XXIII. 395.

Lira ioh fidula,
Joh managfaltu ſtegala,
Harpha ioh rotta,
Joh thaz io guates dohta.

STADENIUS vocem Francicam interpretatur *ſpielrad*, rotam muſicam, in Voc. Bibl. pag. 290. NOTKERUS in fine Symboli Athanaſ. *nomen barbaricum* vocat, alibi vero *theotiſcum* a ſono fictum. Pſal. LXXX. 3. *Das Saltir ſanch heizet nu in dutiſcun* ROTTA *a ſono vocis, quod Grammatici factitium vocant ut tintinabulum & clocca.* Latino-Barbari *roctam* & *rotam* vocant apud CANGIUM, ſed utrumque vitioſe. Nam verum inſtrumenti nomen eſt *crotta* vel *chrotta*. Prodidit illud VENANTIUS FORTUNATUS Lib. VII. Carm. 8.

Romanuque lyra, plaudat tibi Barbarus harpa,
Græcus Achilliaca, CROTTA BRITANNA *canat.*

BROWERUS, qui Venantium notis illuſtravit, multa commentatur, quæ CANGIO non placent. Sed nec fiſtulam Cangii admittere poſſum. Nam *crota* Britannis antiquis, & hodie Cambris, eſt inſtrumentum fidibus tenſum. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *crwth* fidicula, *crythor* fidicen, citharœdus. Forte a verbo Britannico *curo* pulſare, quod Græcis effertur κρούω. A κρούω porro eſt frequentativ. κροτέω pulſo, plaudo, & hinc κρόταλον inſtrumentum muſicum, quod plectro vel digitis pulſatur, vox Britannicæ valde ſimilis. Unde apparet, quod *rotta* in ore Francico paſſa ſit aphæreſin. Hodie ſuperat apud Anglos, quibus *a crowd* pandura.

ROTTE,

ROTTE, manipulus, *rott-meiſter* decurio. Olim majorem numerum denotavit. Cambris *rhawd* eſt turma, caterva. Idem Belgis *rot*, Anglis *route*, Græcis inferioribus ῥῦτα, Latino-Barbaris *routa*, *ruta*, *rotta*, & *rupta*. In reliquis Dialectis vox Celtica accipit augmentum initiale unius literæ. Inde Angloſaxonibus *cruth* turba confertiſima (unde Anglis remanſit *a crowd*), Sorabis *czroda* turma, Italis *frotta* agmen. De voce Germanica hactenus nemo, quod ſciam, fuit ſolicitus. De Latino-Barbara variæ ſunt Gloſſographorum opinationes. SPELMANNUS a *rota* deſumptam putat, quod compactus manipulus rotam exprimat. Sic a cunei ſimilitudine *cuneos*, a globi *globos* milites denominari. CANGIUS in ratione vocabuli reddenda prolixior eſt. *Rumpere*, inquit, Latino-Barbaris eſt terram proſcindere, inde *ruptura* ager nuper proſciſſus, & *rupturarii* coloni, qui agrum proſcindunt. Inde Gallis *roturier* homo ignobilis & obnoxiæ conditionis. Hinc porro *rupta*, & per ſyncopen *ruta*, ruſticorum cohors. Mihi vox Latino-Barbara ambigua videtur, & duplici pollere ſenſu, *militari* & *ruſtico*. Utrumque ex Germanico fonte deduco, quamvis per diverſos rivulos, illum a *reiten* militare, hunc a *rotten* terram rumpere. Ad priorem ſenſum ſpectat, quod Nicetas Choniates, Spelmanno allegatus, ῥῦται expreſſe vocat *partem exercitus*, & reliqui ſcriptores *rutam* interpretantur *ſtipendiariam militiam* & *rutarios* milites. Et huc etiam pertinet *rotte* manipulus. De altera *rupta* vide Cangium in voce *Rumpere*.

ROTTE, turba vagabunda, qualis eſt Zyngarorum, furum, aut prædonum. Forte a Cambro-Britannico *rhodio* vagari.

ROTTE, ſecta, factio, globus tumultuantium. Sorabis *rotta*, teſte FRENZELIO in Orig. Sorab. pag. 735. Nomen ducere videtur a ſimilitudine ſive turbæ militaris ſive turbæ vagabundæ.

ROTTEN, conglobari. Dicitur tantum de factioſis. STADENIUS etymon ex regno vegetabili petit, a Sueo-Goth. *root* radix, quod homines ejusdem factionis radicum inſtar inter ſe cohæreant. Voc. Bibl. pag. 514. Sed promptior & paratior etymologia eſt a *rotte* factio.

ROTTEN, & compoſite *aus-rotten*, exſtirpare, ſive id fiat deſtructionis, ſive culturæ cauſa. Francis & Alamannis *riuten*. Gloſſ. Pez. ſuccide *riuti*. Gloſſ. Keron. exſtirpator *urriuſto*. VEREL. in Ind. *rota* eradicare, *rioda* deſolare, vaſtare, *rydia* excolere, exſtirpare arbores, *han let rydia merker oc moa til akra oc engia*, ſylvas & inculta exſcindere indeque novalia & prata parare ſtuduit. Sorabis *roduju* eſt rado, ex ſylva novale facio, terram incultam & nemoroſam ad cultum redigo & aratro verto, *neroduju* non extermino, interprete FRENZELIO in Orig. Sorab. pag. 733. Belgis *uitroyen* eſt exſtirpare. Huc etiam ſpectare videtur ex reliquiis vereris linguæ Britannicæ apud Cambros *rhuddfa* locus in terra gramine denudatus. Origo Verbi deſumi poteſt ab ipſa radicula quæ exſtirpatur. Nam hæc Scandis & Anglis dicitur *root*, conſentientibus Græcis & Latinis in ῥίζα & *radix*. A *rotten* ligo, præcipuum exſtirpandi inſtrumentum, Cambris dicitur *rhaw*, Latinis *rutrum*, Germanis *rot-hauwe*. Circa hoc verbum duo adhuc notanda ſunt, primum, quod varie efferatur in Dialectis, *rotten*, *reüten*, *raden*, *roden*; alterum, quod multa Germaniæ loca e ſilvis exciſa nomen inde ſortiantur, ut dixi ſupra in *rode*.

ROTTEN, rumpere terram, ſive id fiat aratro, aut fodiendi inſtrumento, quod faciunt coloni, ſive roſtro, quod faciunt ſues. Dicitur primo de Colonis. Inde Græcis ὀρύσσω, ὀρύτ]ω fodio, Lat. Barb. *rutare* & *ruptare* terram proſcindere, & hinc porro *ruptarii* & *ruptuarii* coloni, unde Gallis *roturier* homo vilis & plebejus, ſenſu a ruſticis ad oppidanos translato. Secundo de ſuibus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wrotan* ſubigere, verſare roſtro. VEREL. in Ind. *rotar ſvin* ſi terram ſus roſtro eruit. Anglis *to root* etiamnum eſt terram rupando vertere inſtar ſuis. Germani inde habent *rüſſel* roſtrum ſuis.

ROTTEN, & compoſite *verrotten*, putreſcere. Angloſaxonibus *rot* eſt putrefactio, *rotan*, *rotian* putreſcere, *rotung* ulcus, *for-rotan* putreſcere, *for-rotednyſſe* corruptio, putredo. Belgis *rotten* putreſcere, *rotte*, *rottige*, *rotachtige appelen* poma putrida. Anglis *rottenneſſe* putredo. Cuncta a Gr. ἐυρωτιᾶν ſqualere, putreſcere, quod eſt ab ἐυρώδης marcidus, carioſus, ſitu & ſqualore obſitus, & hoc ab ἐυρὼς caries, ſitus, putredo. Niſi forte omnium origo ſit a *rot*. Nam rubrum eſt color rerum ſitu & ſqualore pereuntium. Confer dicta in *roſt* ærugo.

ROT-WELSCH, ſermo a domeſtico alienus, qualis erat Gothorum in Italia reſpectu reliquorum Germanorum: qui eloquium Gothicum, quod multis horrebat peregrinis vocabulis, Ponticis, Sarmaticis, Græcis, aliisque parum intellectis, videntur per jocum ſic appellaſſe. Conjecturæ locum præbet, quod principium nominis ex ore Gothico videtur deſumptum. Nam *rodjan* Mœſo-Gothis eſt loqui, Marc. I. 34. & paſſim alibi, *rodja* loquor, Joh. VII. 17. *rodida* locutus ſum, Joh. XVI. 1. *unrodjandans* muti, Marc. VII. 37. Accedit, quod Sueo-Gothis *rodd* vocem denotat, ſaltim vetuſtioribus. VEREL. in Ind. *rodd* vox, *han kan oc ſkilir rodd fugla* voces avium intelligit & diſcernit. Cætera vide in *welſch*.

ROTZ, rupes. Græc. ῥώξ, Angloſax. *hruſan*, Franc. *roz*, Belg. *rots*, *rotze*, *ſteenrots*, Gall. *roc*, *roche*, *rocher*. Uſum Francorum teſtatur OTFRIDUS Lib. V. Cap. VII. 1.

Mariun thes thoh io n'irthroz,
Stuant uzana thes grabes roz.

SCHILTE-

SCHILTERUS poſt *grabes* ponit virgulam, quæ non extat in Editione Flaciana, & *roz* interpretatur *plorans*. Sed de ploratu Mariæ agitur demum verſu 12. *ſiu ſtuant tho uueinont thar*, tunc ſtabat ibi plorans. Itaque verba Poëtæ ſic reddo:

Maria nullo loci tædio affecta
Stabat extra petram ſepulcri.

Refer ad *reiſſen* rumpere. Nam rupes conſenſu Gentium eſt petra in ſummitate rupta, & ideo Græcis vocatur ῥωξ a ῥήσσειν, Latinis *rupes* a *rumpo*. Inde Germanis RIESENGEBÜRG montes Sudeti, non certe a Gigantibus, ſed a rupibus præruptis.

ROTZ, ſepulcrum lapideum. Dictio metonymica, qua materia ponitur pro forma. Dani veteres dicebant *rois*, & hoc nomine deſignabant ſepulcra Regum (vulgo Gigantum ſtrata), quod ſaxis miræ magnitudinis cingerentur. Inde porro *rois-old* ætas ſepeliendi per ſaxa grandiora. Utramque vocem exhibet, ſed non interpretatur WORMIUS Lib. I. Mon. Dan. pag. 40. ſeq.

ROTZ, mucus, excrementum narium. Gloſſ. Pez. mucus *roz*. Duci poteſt vel a ῥέω fluo, vel a *reiſen* cadere. Angloſaxonibus omnes ſordes vocantur *hrot*, fortaſſe a *rotten* putreſcere.

RUBE, *rübe*, ſpecies radicis eſculentæ, Græcis ῥάπυς, ῥάφυς, Lat. *rapa*, *rapum*, Belg. *raap*, Angl. *rape*, Gall. *rave*. Eadem radix Angloſaxonibus dicitur *næpe*, Anglis *navew*, Lat. *napus*.

RUBE, *rübe*, numerus. Vox Alamannica, ſed extincta. Gloſſ. Keron. numerus *ruaua*, numerum *ruaba*, numero *roaba*. Hæc mihi olim videbantur mendoſa, nunc autem & ſana & Celtica eſſe judico. Nam Cambro-Britannis quoque *rhif* eſt numerus, teſte BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. Primos Alamannos plebem Gallicam fuiſſe, inter cæteras voces (quas alibi produxi) hæc quoque oſtendit. Juvat etiam obſoleta noſſe, forte aliquando profutura.

RUCH, cura, *ruchlos* negligens, incurioſus, *ruchloſigkeit* negligentia, incuria rei neceſſariæ, *ruchen* curare. Cuncta ex hæreditate Francorum & Alamannorum, qui *ruch* videntur formaſſe per anaſtrophen ex antiquiori *kur*, quod eſt a Lat. *cura*. Gloſſ. Keron. cura *ruahcha*, curam *ruahhun*, curioſe *ruahlicho*, negligentes *ruahchaloſe*, pro cujus venerit negligentia *duruh den chumit ruachaloſi*, negligantur *ſin keruahhaloſoot*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XVI. 79.

Zi guatu ir min ni ruachet,
Thoh bin ih then ir ſuachet.
Non curatis me in bonam partem,
Sum tamen is quem quæritis.

Hodie *ruchlos* ſenſum intendit, & non amplius ſignificat ſimpliciter negligentem, ſed impium, qui nec divina nec humana curat. Ejusdem ſignificatus eſt *verrucht*, ob præfixum *ver*, quod curam pietatis & honeſtatis remittit. *Ruch* pro cura, & *ruchen* pro curare, non amplius dicitur, niſi in compoſitis & derivatis, quæ modo explicavimus. Viguit tamen adhuc ante D. annos. WINSBECK in parænefi ad Fil. §. 6. *ni ruche uuie die Pfaffen leben, du ſolt doch dienen Gott an in*, noli curare vitam Clericorum, tuum eſt in illis revereri Deum. Poſteritas ex *ruchen* fecit *geruhen* eodem ſenſu.

RUCH, & compoſite *geruch*, odor, fragrantia ex quacunque materia. Vox ab Hebræis ducta, quæ in nulla omnino re differt a *rauch* odor. Vide eam in loco. In reliquis Dial. aliæ extant voces. Sic odor unguenti illius pretioſiſſimi, quo pedes Domini terſit Maria ſoror Lazari Joh. XII. 3. interpreti Gothico dicitur *daun*, Angloſaxonico *fvæcce*.

RUCH, & compoſite *geruch*, odoratus, facultas ſentiendi odorem. Verbale a *riechen* odorari.

RUCHT, & compoſite *gerucht*, ſtrepitus. Vox Belgica, quam MARTINIUS ducit a Gr. ῥόχθεω ſtrepere, JUNIUS a ῥάθαγος ſtrepitus: ille in Lexico Philologico voce *rumor*: hic in Obſerv. ad Will. pag. 215.

RUCHT, & compoſite *gerücht*, fama, bona vel mala, tam ficti pravique tenax quam nuncia veri, *durch böſe gerüchte und gute gerüchte* per convicia & laudes, 2 Cor. VI. 8. *ruchtbar* notus, famigeratus. Neſcio an a ſtrepitu, etiamſi fama ſit res ſtridula apud MARONEM Æn. 4.

Nocte volat cæli medio, terræque per umbram
Stridens. - - - -

Fama potius eſt clamor & rumor. Idque ſignificare poteſt *rucht*, ſi derivetur a *ruffen* clamare, mutato F. in CH. quod genus mutationis valde frequens. OVIDIUS Met. 12.

Nec tamen eſt clamor, ſed parvæ murmura vocis.
Atria turba tenet, veniunt leve vulgus, euntque,
Mixtaque cum vera paſſim commenta vagantur
Millia rumorum. - - -

Inde frequentativum *berüchtigen* diffamare, *berüchtiget* diffamatus, quo utitur Luth. Luc. XVI. 1. quod male derivatur a *rügen* accuſare. Nam *gute gerüchte* nunquam ſunt opprobria vel accuſationes. *Rychte* pro fama vel rumore hodie ſuperat apud Suecos. Confer *ruff* & *rum*.

RUCK, avis incredibilis magnitudinis in Inſulis ultra Madagaſcar prope Indiam, Arabice *ruch*. De voce Arabica agit cel. HYDE in Hiſt. Scachiludii pag. 113.

RUCK, *rücken*, dorſum. Angloſax. *rige*, *hrecg*, *hricg*, Franc. *rucci*, Alam. *hrucki*, Belg. *rug*, *rugge*, Suec. *rygg*. Gloſſ. Ælf. dorſum *hricg*. Gloſſ. Keron. dorſo *hrucki*. Gloſſ. Pez. poſt tergum *hinter rucce*. Quibus convenit Gr. ῥάχις eodem ſenſu. STADENIO ſic dicitur, quaſi

quaſi pars corporis averſa, a *rücken* de loco movere, in Voc. Bibl. pag. 92. Alius fortaſſe majori jure derivaret a *ragen* eminere, prominere, ob prominentiam dorſi in animalibus, vel a *recken* expandere, ob longitudinem & latitudinem ejus. Præcipuum compoſitum eſt *ruckenbein* ſpina dorſi. Gloſſ. Pez. ſpina *ruccipeini*. Saxonice *bricg-ban*. A *bein* os.

RUCK, *rücken*, jugum montis, continuum & non-continuum, æquale & gibboſum, ſenſu a dorſo animalis accepto, quamvis etiam a *ragen* & *recken* ἀμέσως oriri poterat. Gloſſ. Freher. jugum *ræken*, jugoſus *rækegreg* vel *bergeg*. Obtinet hæc translatio in aliis quoque Linguis. Ita Græcis ῥάχις ὄρους eſt dorſum montis, Anglia *ridge of a hill* cacumen montis, obſervante JUNIO in not. ad Will. pag. 215. Latinos quoque *dorſi* appellationem montanis & alpeſtribus locis impoſuiſſe, multis Oratorum & Poëtarum teſtimoniis demonſtrat FREHERUS in Orig. Palat. Addi poſſunt Cambri & Armorici, quibus *cefn* non ſolum dorſum, ſed etiam dorſum montanum ſignificat. Et hinc antiquitus MONTIBUS GEBENNICIS, quos hodie CEVENNES vocant, nomen inditum eſſe, obſervat AOCHARTUS in Orig. Gall. pag. 38. Nec aliud ſonat in auribus meis GENF & GENEVA, quam locum montanum aut gibboſum, præſertim cum antiquiſſimi ejus urbis incolæ Celtica Lingua uſi ſint, ut Allobroges omnes, a quibus etiamnum vocantur *Colonia Allobrogum*. Litera N. quæ natura mobilis eſt, ut in *Prolegom.* oſtendi, neminem debet morari. Verum & primigenium nomen reſtituit GUNTHERUS in Ligurino:

> *Scilicet ut geminas illis in finibus urbes,*
> *Luſannam, gelidaque ſitas in rupe* GEBENNAS,
> *Berchtoldus regeret.*

RUCK, *rücken*, tractus terræ. A *recken* expandere, extendere. Huc videntur ſpectare nomina locorum,

HUNDSRUCK, tractus Germaniæ trans Rhenum inter Moſellam & Navam, a Colonia quadam *Hunnorum*, juſſu Imp. Gratiani eo deducta, ſic appellatus. Hinc etiam *Pagus Hunnorum* dicitur. Hanc cauſam multo eruditionis apparatu agit FREHERUS in Orig. Pal. Part. 2. Cap. 10.

HOHERUCK, alius Germaniæ tractus cis Rhenum, ad Mœnum Loganamque pro eurrens, ab ingenio loci alto vel montoſo ſic dictus.

HAYRICH, idem nomen ex præcedenti contractum. FREHERUS loc. cit. *Hoheruck populari ore der Hayrich, quod Henriciæ ſylvæ comminiſcendæ aliis occaſionem dedit.*

RUKKENBEIN, mons in Helvetiis apud CUNRADUM de ſabaria inter Scriptores Alamannicos Goldaſti Tom. I. pag. 77. A *bein* mons, & vi compoſiti mons porrectus vel tractus montanus. Quamvis etiam metaphora a ſpina dorſi deſumpta eſſe poſſit.

RUCK, *rück*, retro. Adverb. loci a dorſo factum. Inde compoſita, *rückwerts*, *rückreiſe*, *rückſtændig*, & ſimilia noti ſignificatus.

RUCKEN, trahere, *mit einem ruck* uno tractu. Proprie eſt *retro movere*, quoniam id quod trahitur, a latere ſuo ad latus trahentis movetur. In genere metaphorico eſt decipere, & tunc dicitur *berucken*, quod vide.

RUCKEN, movere & moveri. Proprie *retro*. Inde *verrucken* de ſede movere, *unverruckt* ſtabilis, immotus. Allegorice dicitur de ſtatu turbato. Inde *verruckt* mente captus.

RUDE, *rüde*, moloſſus, canis pecuarius. Angloſax. *bryththa*, *riththa*. Quod SOMNERUS derivat a *rethe* ferox. Alia Dialecto dicitur *rode*. Inde compoſitum *ſcaprode* canis ovium cuſtos, quod extat in Speculo Saxonico Lib. III. art. 51. *hoffwart*, *den hunt*, *den man ſcaprode het*.

RUDER, remex. Gloſſ. Ælf. in nom. navium: nauta *rother*, remex *rethra*. Idem Græcis ἐρέτης. Quod nobis pro etymo eſſe poteſt.

RUDER, remus. Gloſſ. Ælf. remus *ſteorrother*. Gloſſ. Pez. remos *ruoder*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhodl*, *rhodol* remus. Senſus a cauſa principali ad inſtrumentalem translatus eſt, quoniam remus, cum ſit gubernaculum navis, & ipſe navim regere videtur. Belgæ eodem ſenſu dicunt *roer* per ſyncopen, niſi forte ſit a *roeren* movere.

RUDERN, remigare, Gr. ἐρέτ]εω. In reliquis Dial. conſona in medio vocis eliditur. Hinc remigare Angloſax. dicitur *rewan*, *rowan*, Angl. *to row*, Scandis prioribus *roa*, hodiernis *roo*, apud VEREL. in Ind.

RUFE, cruſta ulceris, olim etiam lepra. Francis *ruf*, & inde *riob* & *riobman* leproſus. TATIANUS Cap. XLIV. 5. *riobe ſuberet*, leproſos mundate. Cap. XLVI. 2. *ſenu tho riobman quementi*, & ecce leproſus veniens. Et mox: *uuard tho giheilit ſin ruf*, tunc mundata eſt lepra ejus. Similiter & Angloſaxonibus *breof* eſt calloſus, *breoſt*, *breoſtic* leproſus, *breoſla* ſcabies, *briefthe* porrigo. Quemadmodum *krætze* fit a *kratzen*, & ſcabies a ſcabendo: ita *rufe* a *reiben* fricare, quia pruritum, h. e. fricandi appetitum movet. Hodie eſt vox notiſſima apud Suevos, ſicut *roove* apud Belgas.

RUFF, clamor, vociferatio. NOTKERUS Pſal. CI. 1. *min rouft chome ze dir*, clamor meus veniat ad te. Sueci ſimplicius dicunt *roop*, a *ropa* clamare. Islandis *op* eſt clamor, a Græc. ἰάβω clamo, & inde *her-op* clamor militaris. Hinc JUNIUS exiſtimat *brop* coaluiſſe ex *berop*, ut quæ vox primo clamorem tantum prœlio concurrentium,

mox omnem clamorem denotaverit, in Gloſſ. Goth. 202. Sed longe veriſimilius eſt, *hrop* eſſe verbale a *hropen* clamare.

RUFF, fama, vox populi, bona vel mala, vera vel falſa. Belgis *roep* eſt fama, Islandis *rop* diffamatio, apud VERELIUM in Ind. Senſus a clamore ad famam translatus, quia fama eſt res clamoſa, vocalis, & dicax. Et hinc etiam dicitur *rücht* & *rum* ob eandem cauſam. A *ruff* rurſus fit *ruffen* famigerare & diffamare. Inde Angloſax. *rof*, *rofe*, clarus, illuſtris, inſignis, Germanis *beruffen* famoſus, longe auditus, nemini non dictus.

RUFFEN, clamare, vocare. Cod. Arg. Marc. X. 47. *dugann hropjan jah quithan*, cœpit clamare & dicere. Certe nihil aliud eſt, quam rumpere vocem, ab antiquo Latiali *rupere*, ſicut *ſprechen* a *brechen*. Qua in re aliquid analogiæ concedendum eſt, præſertim cum hoc dicendi genere tam Græci quam Latini delectentur apud MARTINIUM in voce *rumpo*. Franci eod. ſenſu dicunt *raafan*, *ruofen*, Belgæ *roepen*, Sueci *ropa*. TATIANUS Cap. CCVII. 2. *ther heilant rief umbi thie niuntun zit*, Jeſus clamavit circa horam nonam. Et mox: *theſer ruofit Heliaſe*, iſte vocat Eliam. Inde *beruff* vocatio, *anruffen* ſuppliciter invocare, & ſimilia, quæ nullam habent difficultatem.

RUFFEN, famigerare & diffamare. Vide *ruff* fama.

RUGEN, *rügen*, accuſare. Gothi & Saxones præfigunt W. ut ſæpe alias. Hinc accuſare Gothis dicitur *wrohjan* Luc. VI. 7. accuſat *wrohida* Joh. V. 45. accuſatur *wrohiths was* Matth. XXVII. 12. accuſatio *wrohe* Joh. XVIII. 19. Similiter Angloſaxonibus *wregan* eſt accuſare, *wreging* accuſatio, *wregere* accuſator. Quos imitatur Speculum Sax. Lib. I. Art. 2. in fine, ubi *wrogen* eſt accuſare. Franci & Alamanni literam a reliquis præfixam repudiant, & accuſare ſimpliciter vocant *ruogan*, quos hodie ſequuntur Germani. Gloſſ. Pez. accuſent *ruogen*. NOTKERUS Pſal. LXVI. 4. *ruogen ſih ſelben*, *lobeu in*, ſe accuſent, illum laudent. Delectatur hac voce inprimis interpres TATIANI, homo Francus, in cauſa Domini: *Zi ruogenne* ad accuſandum Cap. LXIX. 2. *ruogente* accuſantes Cap. CXCVI. 6. *ruoget* accuſatis Cap. CXCVII. 2. *ruogtun* accuſabant Cap. CXCVIII. 4. Quibus conſentiunt quædam Islandica in Ind. VERELII, *rægia* deferre, in ſuſpicionem adducere, *rægdur* delatus, *rogur* delatio, calumnia, *rækall* delator, vetus calumniator. An huc ſpectet Lat. *rogare*, dubito, quia ſenſus non reſpondet. HELVIGIUS tamen ex *rogare* vel *reum - agere*, cætera deducit, ingenioſe quidem, ſed minus recte. Potius ſenſus deſumptus eſt a *rache* cauſa litigioſa. Quid enim eſt accuſare, niſi cauſam intendere? Hodie multi neſciunt, quid ſit *rügen*. Utitur tamen LUTHERUS, magnum caſtigatæ dictionis exemplum, in verſione ſacra Num. V. 15. Matth. I. 19. & in quibusdam Germaniæ locis judicium etiamnum vocatur *rug*, & delatio *rüge*.

RUG-STAB, accuſatio. Vetus Francicum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 19.

Uuelih ruagſtab ſo fram
Zellet ir in theſen man?

Ubi *framzellan* eſt proferre. Hinc verba Otfridi ſic vertenda ſunt: *quam accuſationem profertis contra hunc hominem?* Cum qua interpretatione convenit verſio TATIANI Cap. CXCIV. 1. *uuelihhen roug ſtab bringet ir uuidar theſan man?* Vi compoſitionis denotare poteſt vel *libellum accuſatorium*, vel *actionem criminalem*, pro varia notione τῦ *ſtab*.

RUHE, quies, *unruhe* inquies, *ruhen* quieſcere. Cuncta e penu Francorum. NOTKERUS Pſal. XXXVII. 4. *minen beinen ne iſt rauua nihein*, non eſt pax oſſibus meis. Et mox: *uuannan cham diu unrauua*, unde venit iſta inquietudo. WILLERAMUS Cap. I. 7. *Sage mir uua du ruouues umbe mitten dag*, dic mihi ubi quieſcas circa meridiem. VERELIUS in Ind. *roi* requies, interniſſio laborum. Quibus conſentit Arab. *raha* quievit.

RULAND, ſignum jurisdictionis. Proprie eſt territorium in quo publicum judicium, contractumque ex *rugeland*, quod eſt a *rug* judicium. Dicitur autem de ſtatua per metonymiam rei ſignatæ pro ſigno, qualis eſt illa apud VIRGILIUM Ecl. 3. *Orpheaque in medio poſuit*. Id eſt, ſignum Orphei.

RULPSEN, *rülpſen*. Vide *reüpſen*.

RUM, clamor. Gloſſ. Pez. clamor *ruom*. Verbale ab Angloſaxonico *hryman* clamare, quod extat Matth. IX. 27. *tha fyligdon him twegen blinde*, *hrymende and cwethende*, tunc ſequebantur eum duo cæci clamantes & dicentes. Conſer *rammen* clamare.

RUM, fama, gloria, applauſus. Gloſſ. Keron. gloriam *ruam*, vana gloria *ital ruam*. Gloſſ. Pez. jactantia *romgerni*. Gloſſ. Boxhorn. *roamilin* arrogantia. VEREL. in Ind. *romur* applauſus. Non a Lat. *rumor*, etiamſi rumor ſit fama naſcens, nec a Gr. ῥῆμα vetbum, etiamſi gloria a verbis ſeparari non poſſit, & ſæpe nihil aliud ſit quam aër verberatus, & verbum per ora virûm volitans: ſed a præcedenti *rum* clamor. Quemadmodum enim *ruff* clamorem & famam ſignificat; ita etiam *rum* a clamore transfertur ad famam, quia regia famæ

- - - tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit, vocesque refert, iteratque quod audit.

Quod etiamſi abſque clamore fieri poſſit, clamorem tamen imitatur. Hinc clamor & fama rurſus conveniunt in voce *rücht* & *geſchrei*.

RUM, res vel actio laude digna, & præcipue gratia, beneficium, & ſimilia. Locutio metonymica, qua conſequens pro antecedenti ponitur, quia gloria, etiamſi tu id non

non agas, virtutem conſequitur. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XIV. 168.

So ſant er zuelif thegana
Ni thoh zi uuorolt ruame.
Tunc emiſit duodecim miniſtros
Non niſi in gratiam mundi.

Inde formula Francorum elegantiſſima *einan ruam giduan* gratiam vel beneficium alicui facere, qua ſæpe utitur OTFRIDUS, obſervante JUNIO in not. ad Will. pag. 111. qui neſcio quam obſcuritatem in illa offendit. Mihi ob ſingularem pulcritudinem reſtitui digna videtur.

RUMEN, *rümen*, laudare, *ſich rümen* gloriari. Gloſſ. Pez. oſtentare *ruoman*, gloriabitur *ruomit*. Formula precandi antiqua apud ECCARDUM in Cat. Theot. pag. 72. *bruamames thih*, glorificamus te. VEREL. in Ind. *roma* applaudere. Verbum a ſubſtantivo ortum, non vice verſa.

RUM-RÆTIG, arrogans, jactabundus, qui laudes ſuas ipſe prædicat, vel potius enumerat. Derivari poteſt a *reden* loqui, vel (quod mallem) a *raten* numerare.

RUMPF, truncus, & quicquid mutilo ſimile. Belgis *romp*. Utrumque a *rumpo*, quia truncus eſt pars a toto avulſa. Suecis *rompa* eſt cauda. Inde *rumpeskat*, vel *rompeskot* tributum pro caudis jumentorum, in Hiſt. Suec. Erici Uplandenſis. CANGIUS habet *rumpeſtat*, quod vitioſum. Nam *skat*, *skot*, *skut*, Scandis tributum, vectigal, collationem, & ſymbolam denotat, teſte VERELIO in Indice.

RUMPFEN, *rümpfen*, corrugare frontem, criſpare os vel naſum. Belgis *rimpelen*, Anglis *to crumple*, quod melius & fonti propinquius. Eſt enim a *krümpen* contrahere vel contrahi, & rectius ſcribitur *brümpfen*. Nam K. mutatum eſt in H. & hæc litera eſt cuſtos originis, qui in ſcriptura non debet omitti. Hujus mutationis veſtigium ſat manifeſtum extat in voce Angloſax. *hrympelle* rugæ, unde poſteritas fecit *ſchrumpel*, præpoſito S.

RUMPLEN, impetum facere, *überrumplen* inopinato impetu obruere. Vel idem eſt quod Latinis *rumpere* & *irrumpere*, vel Græcam ſapit originem a ῥύμη impetus.

RUMPLEN, ſtrepitare. Anglis *to rumble*: Quod SKINNERUS a ſono fictum exiſtimat. Cognata ſunt

ramp, ſtrepitus, & metonymice congeries rerum ſtrepitantium. Gallis *ramas*, Belgis *rommeling* & *rommelzoo*.

gerümpel, ſtrepitus, & metonymice ſcruta, quia ſtrepitum edunt.

rumpelei, vel *rommelei*, veteramenta, ferramenta, crepundia, & ſimilia ſtrepitum excitantia.

rümpel-markt, forum ſcrutarium.

Huc etiam ſpectat ex Latinitate infima *Rumbula* ſcrutaria. CÆSARIUS Heiſterbac. Lib. VII. Cap. 45. *Ipſam Deiparæ iconam reſpiciens - - indignans ait: Ut quid hic ſtat vetus hæc* RUMBULA? Qua voce, inquit CANGIUS, deſignari putant vetulam, putidam aut infamem fœminam. Sed hanc explicationem haud idoneam eſſe, jam animadvertit SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 692.

RUN, fluvius, torrens, curſus aquarum. Gothis *rinno* Joh. XVIII. 1. Angloſax. *ryne*, Franc. & Alam. *runs*. ISIDORUS Cap. 6. *dburah Jordanes runſa*, per Jordanis fluenta. Refer ad *rinnen* fluere. Simile eſt RHEIN Rhenus, & fortaſſe etiam GARUMNA Aquitaniæ, quæ poteſt eſſe *Garunna*, hoc eſt, flumen quod alios fluvios recipit & ſecum in mare defert, vel etiam *confluentia*. Nam *ga*, quod hodie effertur *ge*, ſæpe eſt adverb. aggregandi.

RUND, -eres, rotundus, rotando factus. Cambris *crwnn* & *turn*, Belgis & Gallis *rond*, Angl. *round*. Poſſit eſſe a Gr. τορεῖν rotundum facere, per metathefin, vel a Lat. *rotundus*, per ſyncopen. Poſterius ſe probavit HELVIGIO, MARTINIO, SKINNERO, & omnibus quos conſultavi.

RUND, interdum ſubſtantivatur, & tunc ſignificat (1) figuram rotundam, orbem vel circulum. Inde *weltrund*, *erdenrund*, univerſum, orbis terrarum. (2) tegumentum rotundum. Inde Latino-Barbaris *rondellus* capa ſine capucio, apud CANGIUM in Gloſſ. (3) umbonem ſeu ſcutum rotundum. VEREL. in Ind. *raund* clypeus. (4) locum rotundum. Inde recentioribus *rondell* munitio rotunda, murus vel agger rotundus.

RUNDATSCHE, umbo, clypeus rotundus. Belgis *rondas*, Gall. *rondache*. Cuncta magis vel minus depravata e genuino *rundtartſche*, quod eſt a *rund* rotundus, & *tartſch* clypeus. Nomen alias clarum lingua caſtrenſis obſcurum reddidit.

RUNDE, circuitus. Proprie eſt rotunditas, a *rund* rotundus, & dicitur de circuitione per metonymiam effectus pro efficiente, quia circumeuntes figuram rotundam deſcribunt. Inde Gallis *faire la ronde* circumire munitionem, aliis verbis *faire le tour de la place*.

RUNDE, fraxatores. Proprie eſt circuitus, & dicitur de fraxatoribus metonymice, quia viſitando vigilias circuitum faciunt.

RUNE, ſubſtantive *ſecretum*, adjective *ſecretorum conſcium* ſignificat. Uterque ſenſus oritur a *raunen* muſitare, ſuſurrare, clam & ſubmiſſa voce loqui, de quo ſupra.

RUNE, ſecretum, myſterium, arcanum. Camb. *rhin*, Goth. *runa*, Angloſax. *run*, *rune*, *geryne*, Francis *runo*, *giruno*, Island. *runa*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhin* arcanum, ſecretum, myſterium. SOMNER. in Dict. Angloſax. *run*, *rune* myſterium, *geryne* myſterium, ſacramentum, *gerynelic* myſticus. Primo quidem erat ſecretum quod in aures ſuſurratur, mox res omnis quæ clam habetur, facto a ſecretis auricularibus ad omnia arcana tranſitu. Dicitur antiquitus

I. *de auguriis*,

ſive recondita Augurum diſciplina, præcipuo Theologiæ Gentilis arcano. Hinc *run-cræftig* Angloſaxonibus eſt augur, vaticinator, myſteriorum interpres, myſtagogus, apud SOMNERUM in Lexico, & ſic dicitur quaſi *ſecretorum artifex*, a *kraft* ars, ſcientia, peritia. De Auguriis veterum Germanorum vide TACITUM Cap. X. de M. G. & CLUVERIUM in Germania Antiqua Lib. I. Cap. 36.

II. *de artibus magicis.*

Hinc incantationes Cambris vocantur *rhiniau*, quia a nefariæ artis magiſtris ſolent occultari, & clam exerceri. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *rhiniau* incantationes, fortaſſe quia ſecretiores ſunt & in occulto fiunt. Hæc ille totidem verbis. Et recte omnino. Nam hæc vox non poteſt nec debet avelli ab affinitate cum reliquis, etiamſi Hebræis *run* ſit cantare. Et huc etiam ſpectat vetus compoſitum ex Gloſſa Florentina LINDENBROGIO aliisque citata, *helliruna* necromantia, h. e. ars infernalis. Cuncta incantationibus eo magis propria, quia ſecreto murmure peragi creduntur. Apud Hebræos quoque eadem vox murmura & ſuſurros, & murmura magica denotat, obſervante KEYSLERO in Antiq. Sept. pag. 462.

III. *de literis.*

BENSON. in Voc. Poëticis: *run* litera. VEREL. in Ind. *runakeſti* baculus runis notatus, *rada runer* ſecretas literas exponere, *riſta runer* runas lapidi incidere. Gloſſ. KERON. eulogias *runſtaba*. Ill. LEIBNITIUS in not. ad Myl. legendum cenſet *rumſtaba*, deceptus ambiguitate Græci vocabuli, quod interdum elogium ſignificat. Sed nihil in lectione mutandum. Nam *eulogia* eſt munuſculum, & dicitur de literis ſecretis, quæ ſub ſpecie muneris mittebantur a parentibus vel cognatis. Et hæ Eulogiæ ingreſſu Monaſterii prohibentur a Regula S. BENEDICTI Cap. 54. *Nullatenus liceat Monacho, nec a Parentibus ſuis, nec a quoquam hominum, nec ſibi invicem* LITTERAS, EULOGIAS, *vel quælibet munuſcula accipere.* Scandis *runſtaf* etiamnum eſt baculus litteratus, & *runſteenar* lapides inſcripti. Et hæc literarum appellatio valde antiqua eſt, & cum ipſis literis nata. Sic autem vocantur literæ, tanquam *ſecreta*, *myſteria*, *arcana*, quia prima literarum ætas vulgus ab uſu & cognitione literarum arcebat. Diſerte TACITUS Cap. XIX. de M. G. LITERARUM SECRETA *viri pariter ac fœminæ ignorant.* Excipe tamen Principes ac Sacerdotes, & ex fœminis illas, quæ ſatidicæ dicuntur. Injurii enim ſunt in Gentem noſtram, qui eam ab omni ævo literarum omnino rudem fuiſſe exiſtimant. Contrarium ſane liquet ex TACITO, qui literas Germanorum, quas *runas* appellari noverat, interpretatione Latina *literarum ſecreta* vocat, qui partem literarum a Maroboduo undique deſerto ad Tiberium ſcripturum recitat Annal. II. 63. & Adgandeſtrii Cattorum Principis literas, quibus mortem Arminii promittebat, ſi patrandæ neci venenum Roma mitteretur, in Senatu lectas eſſe memorat, ibid. Cap. ult. Quæ ſatis demonſtrant, viris principibus inter noſtros antiquitus nec literas nec ſcribendi peritiam defuiſſe. Idem de Sacerdotibus & fœminis ſatidicis affirmandum, ſicut alibi oſtendo. Imo vix ulla natio eſt in univerſo, quæ literis majus pretium ſtatuerit, cum adhuc literarum expers eſſet, quod vel hinc patet, quia *Othinum* (quem & *Wodanum* vocant) primum literarum in Germania ſtatorem, quamvis Scytham & exterum, in numerum Deorum rerulit, & nomen ejus inter appellationes dierum in locum *Mercurii* ſubſtituit. Et hujus inventi gloriam merito deferri *Othino*, ex *Literatura Runica* OLAI WORMII Cap. XX. & teſtimoniis ibi productis, ſatis manifeſtum eſt. Nec alium literarum auctorem agnoſcit EDDA *Islandorum* præter hunc ſenem, quod contra VERELIUM & RUDBECKIUM, qui nimiam *Runis* antiquitatem tribuunt, conatur demonſtrare THORMODUS TORFÆUS in Serie Regum Daniæ Lib. II. Cap. 4. Hodie *Runæ* viſuntur in cautibus ſepulcralibus apud Danos & Suecos, quibus inter Monumenta Orbis Borealis nihil eſt illuſtrius, etiamſi vel ſordibus & ſqualore ſint obductæ, vel a lapicidis ad indignos uſus detruſæ. In his Monumentis, quorum abdiros ſenſus primus inveſtigavit WORMIUS, & poſt illum PERINGSKIÖLDUS, & plures alii jam ante nominati, auctor cippi ſemper memoriæ proditur, & non nunquam his verbis: *risti runer diſi* ſculpſit has runas, vel *ſetti runer diſi* poſuit has runas; Sed nullo temporis indicio relicto. Quid de illo ſtatuendum ſit, non una eſt Eruditorum inter Septemtrionales opinio, dum alii runas illas ætatem Othini longiſſime tranſcendere, alii ne quidem attingere judicant. Et nihilominus cauſa diſſentiendi omnibus una eſt, ſepultura ab Othino ſublata, & in ritum combuſtionis converſa. Nam hinc illi Antiquitatem Runarum Othino ſuperiorem, hi inferiorem Othino inſerunt. Et quamvis difficile ſit, cauſam priorem contra auctoritatem EDDÆ defendere, habent tamen patroni ejus, quo ſe aliquatenus expediant. Nam Runas in duas partiuntur claſſes, *ſvart-runas* & *mal-runas*, h. e. magicas & vulgares; Et illas quidem ab Othino inventas eſſe, has vero nequaquam. Viderint alii, quid in hac diſputatione potiſſimum amplectendum ſit. Mihi, ut verum fatear, probabilius videtur, Runas a prima origine duplici uſui inſerviiſſe, vulgari & magico, & eundem virum, qui inter ignaros & ſtupidos characterum ſuorum beneficio vocem humanam oculis legendam ſubjecerat, rudi ſæculo perſuaſiſſe, hos

ipſos

ipſos characteres, tam ſimplices, quam compoſitos, ſi rite adhibeantur, incredibili pollere virtute, dæmones evocandi, morbos pellendi aut infligendi &c. & omnia quæ vellet, etiam viribus humanis majora, patrandi. Sed miſſis iſtis, ad etymon *runarum* revertor, quod a *myſterio* deſumptum eſſe, & *literas ſecretas* ſignificare, primus vidit SPELMANNUS, & pulcre aſſeruit in Epiſtola ad WORMIUM, quæ extat in Gloſſario Archæologico pag. 493. WORMIUS deduxerat a *rinne* rima, ſulcus, canalis; ſed nullo Eruditorum applauſu, etiamſi literæ illæ lapidibus inciſæ videantur ſulcos & canales referre, & multæ olim appellationes a re agraria & humilibus initiis exortæ ſint. Poſt WORMIUM aliam etymologiam commentus eſt STIERNHIELMIUS in Præf. ad Evang. Goth. Literæ, inquit, Majoribus noſtris *Runæ* dictæ ſunt, a *röna* diſcere, experiri, erudiri. Nolo hic examinare, an *röna* ſignificet diſcere & erudiri? Nam *reyna* proprie eſt experiri, probare, teſte VERELIO in Indice. Verum etiamſi hæc appellatio literis conveniat, quia literis peritia acquiritur, & literati vocantur periti; falſam tamen eſſe, & eodem vitio cum Wormiana laborare, eam ſolam ob cauſam exiſtimo, quia hic ſenſus cæteris *runæ* ſignificatibus aptari nequit, & cognationem, quæ inter illos eſt, præter neceſſitatem turbat. Nam illa etymologia, quæ omnes vocis ſignificatus ad unam & generalem ideam omnibus communem reducere poteſt, haud dubie verior eſt illa, quæ in ſingulis ſignificatibus novos apices quærere cogitur.

IV. *de literis Magicis.*

VEREL. in Ind. *runer* literæ & characteres magici, *reiſt a runar oc raud i blodi ſinu*, runas incidit ligno, excavatasque ſanguine ſuo implevit, *eg reiſt runar a ſkildi hans* &c. ego runas clypeo ejus tales inſcripſi, quæ efficerent, ut imagine & vultu ejus videntibus conſpiceretur, quicunque arma ejus geſtaret. Sic autem nuncupantur tanquam arcana, quia characteres magici a nefandæ diſciplinæ doctoribus ſolent occultari. Compoſite dicuntur *runſtæbe*, quaſi literæ ſecretæ. Quæ vox poſtea ad incantationem ſignificandam adhibita eſt, quia infernales illi Myſtagogæ literis occultis ad hunc finem utebantur. Inde Angloſaxonibus *run-ſtafas* ſunt carmina & incantationes, apud SOMNERUM in Lexico, ſenſu a literis arcanis ad ſacra magica translato. De *Runis magicis* & diverſis earum generibus catalogum edidit WORMIUS in *Literatura Runica*, quem vide. Et hæ ſunt illæ runæ, quæ antiquitus *potentes* vocantur, quia opinio invaluit, illas ad mira patranda plurimum conferre. TORFÆUS loco citato ex carmine veteſto:

That ero bocrunir,
That ero biargrunir,
Oc allar aulrunir,
Oc mætar meginrunir.
Hæ ſunt librariæ Runæ,
Hæ ſunt auxiliatrices Runæ,
Et omnes cereviſiariæ Runæ,
Et inſignes robore præpollentes Runæ.

Uſum runarum in Magia primum docuiſſe *Othinum*, conſtans omnium ſententia eſt. Ab eodem magiſtro familiam ducunt omnes Magi & Sagæ Septemtrionales. Et ab illa mundi parte, quæ, ut SPELMANNUS ad WORMIUM ſcribit, *ſcientiis magicis præ cæteris pollet & polluta eſt*, in Germaniam prodiit, quicquid ubique præſtigiarum magicarum eſt.

V. *de myſteriis Chriſtianæ Religionis.*

Quamvis vox Germanica ſtante adhuc Deorum cultu nefandis ſacrorum ritibus (unde arcanus terror ſanctaque ignorantia apud TACITUM Cap. 40.) nec non Auguriorum & Magiæ myſteriis potiſſimum adhæſerit, poſtea tamen a profano purgata ſenſu Myſteriis doctrinæ Chriſtianæ adhiberi cœpit, prorſus ut vox *Myſterii*, quamvis impuris & impiis Gentilium ſacris dicata, in Civitatem Dei recepta eſt. Teſtes ſunt interpretes Evangeliorum antiquiſſimi, qui *myſterium* in verbis Domini Marc. IV. 11. *vobis datum eſt noſſe* MYSTERIUM *regni Cœlorum:* magno conſenſu per eandem vocem exponunt, quos vetera & recepta vocabula adhibuiſſe certum eſt. GOTHUS habet: *izwis atgiban iſt kunnan* RUNA *thiudangardjos Goths.* SAXO: *eow is geſeald to witanne Godes rices* GERYNU. FRANCUS in Harm. Evang. Tatian. Cap. LXXIV. 4. *iu iſt gigeban uuizanne* GIRUNU *himilo riches.* Myſterium autem eſt, ut me docuit BASILIUS, *quod ad vulgares aures non effertur.* Qui noverit, quid ſit *Diſciplina Arcani* Eccleſiæ primitivæ, & quod neſas fuerit, dogmata & ritus vulgo efferre, aut aliis quam fidelibus auribus concredere, in hac definitione nihil reprehenſione dignum inveniet. Similem notionem admittit quoque vox Græca, ab Eccleſia admiſſa. Enim vero ſive *μυστήριον* ſit ab Heb. *miſtar* ſecretum, ſive a Græc. *μυεῖν* os claudere, ſive a Celtico *mu* ejusdem ſignificatus, quod mallet PEZRONIUS, myſterium ſemper erit res non propalanda.

VI. *de arcanis naturæ.*

Utimur hoc ſenſu in compoſito *alraun* mandragora naturalis, de cujus interpretatione actum ſupra in A.

VII. *de Conſiliis.*

Senſus Gothis familiaris, quibus *runa* conſilium, & hinc *runa niman* conſilium inire Matth. XXVII. 1. & *runa frakunnan* conſilium ſpernere Luc. VII. 30. Omnino ab occultatione, quia conſilia ſolent clam haberi, & ſæpe in aurem ſuſurrari. Hinc etiam La-

tinis *consilium* a mutuo silentio dicitur, secundum FESTUM.

RUNE, secretorum conscius. Proprie est susurro: sed cum inter susurrantes sit quædam secretorum communio, hinc sensus ab illis ad omnes secretorum participes translatus est, cujuscunque generis sint illa secreta, bona vel mala, præsentia vel futura. Occurrit præcipue in compositis, & dicitur antiquitus (1) de sapientibus in genere, & omnibus ad arcana naturæ vel scientiæ alicujus naturalis admissis. VERELIUS in Ind. *allruna* admodum sapiens. Quæ vox eo magis convenit sapientibus, quia sapientia antiquitus occultando propagata est. Sic autem dicuntur, non ab *all* omnis (nam omniscientia humanam excedit naturam), sed a præfixo *all*, quod hoc loco significatum intendit, & ex confcio valde conscium facit, h. e. multiscium. (2) de Mystis, ob arcana religionis. VEREL. loc. cit. *allruna* mysta. (3) de Magis, ob arcana attis infernalis. VERELIUS ibid. *allruna* magus. Eundem significatum obtinet vox *Magus*, si interpretationem Ebræam sequamur. Nam *mabgim* Esa. VIII. 19. sunt musitantes. Unde *Magorum* nomen formatum esse, primus observavit CLERICUS in notis ad Matth. II. 1. (4) de Sagis, ob eandem causam. Inde *runzabel* pythonissa, runa Diaboli, a *zabel* diabolus, præpostera quidem compositione pro *zabel-rune*. Vocem sistit GOLDASTUS in Parænet. pag. 454. Et huc etiam spectant ex Historia Gothica JORNANDIS *Alrunæ*, mulieres de magia suspectæ, a Gothis exercitu pulsæ, & in solitudines actæ, ubi ex complexibus immundorum spirituum (si fabula vera) genus Hunnorum ferocissimum, & Genti Gothicæ maxime perniciosum edidere. Vide plura in *Alraunen* mulieres fatidicæ. (5) de dæmone, futuri præscio, quia futura sunt maxime arcana. Et huc spectat ex superstitione hodierna *alraun* mandragora artificialis, radix a dæmone obsessa, oraculum magicum, de quo supra in A. (6) de consiliariis & secretariis. BENSON. *geruna* a secretis. Latinitas medii ævi *auricularios* & *auriculares*, Franci *orrunun* vocant, quia secretorum Principis præ cæteris conscii, utpote quæ secreto murmure auribus hauriunt. Gloss. Pez. auricularium *orrunun*. Gloss. Boxh. *orkirumo* auricularius.

RUNEN, mussitare. Vide *raunen*.

RUNGALLE, planities in agro Placentino. Lat. Barb. *roncalia*. Extat in Constitutione antiqua incerti Imperatoris *de Expeditione Romana*, ubi verba sic fluunt: *Cui cumque autem secundum hanc legem eadem expeditio imperetur, si ad* CURIAM GALLORUM, *hoc est, in Campum, qui vulgo* RUNGALLE *dicitur, dominum suum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non repræsentetur, feodo præter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserunt in conspectu nostro, absque spe recuperationis privetur.* Plura de *Campis Roncaliis*, & antiquiora nominis testimonia e Scriptoribus Sæculi IX. & X. produxit Vir clarissimus D. GEORGIUS CHRISTIANUS GEBAUERUS, Juris Feudalis in Academia Lipsiensi Professor publicus & celeberrimus, in Præfatione eleganti & copiosa, quam huic Constitutioni sive *Caroli Calvi* sive *Conradi Salici* præmisit. Hic locus, & hæc planities CANGIO appellationem videtur accepisse, quod *runcalis* esset, h. e. inculta & sentibus obsita, quam vim vocis esse ait. Sed vocem Constitutionis Germanicam esse, non Latinam, cum ipsa declarat, tum idonea interpretatio, quam de priori compositi parte ex idiomate Gothico dedit FRANCISCUS JUNIUS in Gloss. Goth. pag. 285. cujus hæc summa est, quod *rungalle* sit *Curia* vel *Concilium Gallorum*, quia Gothis *garuni* concilium dicitur Marc. III. 6. nomine desumpto sive ab arcanis, quæ musitando in tali conventu agitantur, sive a *garinnan* concurrere, convenire, congregare, unde *garunsa* forum, quasi confluxus hominum. Huc usque etymon Junianum. Quod certe altero probabilius, & *curiæ* vocem, cujus optimus sensus, pulcre in lucem collocat. Sed *Gallos* jungi cum *Curia* non placet, etiamsi Constitutio eundem Campum diserte *Curiam Gallorum* appellet. Nam hanc appellationem vitiosam esse, testantur verba GLABRI RODULPHI Monachi Cluniacensis ævi Cunradini apud GEBAUERUM in Præf. pag. 21. *in descensu Alpium, quem Curiam Gallorum licet corrupte vocant.* Et indicium corruptionis præbet sat manifestum, quod credibile non sit, Germanos se ipsos dixisse Gallos. Inquirendum igitur, quid sit *Galle?* Sed dum hoc ago, ad priorem compositi partem mihi recurrendum esse video. Dixi, *runa* Gothis denotare *consilium*, ob rationes supra memoratas. Hanc vocem patres nostri a Gothis acceptam traduxerunt ad *concilium* significandum, prorsus ut *rat* a consilio ad concilium transferri solet. *Galle* autem est convocatio. Nam vocare, convocare, Islandis dicitur *kala*, Anglis *to call*, Suecis *kalla*, Gr. καλέω, Latin. *calare*. Et ne cui mirum videatur, Campum *Convocationem concilii* appellari, meminisse debemus, quod etiamnum hodie Templa & alia loca publica, ubi multitudo Sacrorum causa confluit, vulgo dicantur *Ecclesiæ*, h. e. *convocationes*. Huic etymologiæ favet, quod in quibusdam Editionibus vox Constitutionis *runcalle* scribitur, unde Latinis *roncalia*. Fieri tamen posse intelligo, ut hoc nomen a remotissimis inde Gallorum Cis-padanorum temporibus loco adhæserit. Quo pacto *Campus roncalis* nihil aliud denotabit quam *Campum patentem*, quia Celtica Lingua, h. e. illa qua veteres Galli & Britanni utebantur, *rhonca* patulum significat, teste BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. Aliam deinceps etymologiam ex mente Cl. GEBAUERI depromam in voce *wall* campus martius.

RUN-

RUNSTAB, ſignificat quantum poteſt, characterem runicum & quævis ſigna occulta, literas ſecretas & arcana ratione ſcriptas, Scipionem Runicum, ſive Faſtos characteribus runicis bacillo inciſos, de quibus ſingularem libellum edidit WORMIUS, characteres magicos, & carmen magicum &c. Patet, ex antecedentibus, ſi conferantur cum *ſtab* litera, baculus.

RUNZEN, muſitare, murmurare. Frequentativum a *raunen*, *runen*, ſed Francis tantum uſitatum. Gloſſ. Pez. muſitantes *runezanta*. NOTKERUS Pſal. CV. 25. *runezton in iro herebergo*, murmuraverunt in tabernaculis ſuis.

RUNZEL, plica in vultu & veſtibus. Angloſaxon. & Anglis *wrincle*, Danis *rynke*, Suecis *rynkia*, Ital. *grinza*, Islandis in Ind. VEREL. *rucka*, Lat. *ruga*. Cuncta per varias mutationes a communi parente *ringen*, *wringen*, ſtringere, conſtringere, torquere. Quid enim eſt ruga, niſi cutis aut veſtis conſtricta? Si Græcus eſſem, inquit SKINNERUS, deflecterem omnia a Gr. ῥικὸς rugoſus, facta ſolummodo duarum literarum metatheſi. Alius fortaſſe, ſi Græcus eſſet, derivaret a Gr. ῥύω traho, unde Græcis ῥυτὶς ruga, ῥυσσὸς rugoſus, ῥυγὰ corrugatio. Nec deſunt ex Germanis, qui hoc ſenſu delectantur. Sic Francis ruga dicitur *zuhha*, a *zieben* trahere, quaſi cutis contracta. Gloſſ. Pez. rugæ *zuhhun*.

RUPFEN, vellere, evellere. V. *ropfen*.

RUREN, *rüren*, tangere, contrectare. Verbum obſcurum, ſed antiquum, quod Francis effertur *ruaren*, *ruoren*, Suecis *röra*. Gloſſ. Boxh *kirortames* attigimus. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XIV. 66. *thu frages uuer thih ruarti*, quæris quis te tetigerit. NOTKERUS Pſal. CXLIII. 5. *ruore die berga ſo riechent ſie*, tange montes & fumigabunt. Inde compoſita *anrüren* & *berüren* ejusdem ſignificatus. OTFRIDUS loc. cit. verſ. 34. *thaz ſiu inan biruarti*, ut eum tangeret. TATIANUS Cap. XLVI. 3 *thenenti ſina hant biruorta inan*, extendens manum ſuam tetigit illum. Et Cap. XLIX. 3. *biruorta thia bara* tetigit loculum.

RUREN, *rüren*, movere, ciere, *ſich rüren* ſe movere. Francis ut ſupra, Belgis *roeren*. Græcis ὄρνυω eſt movere, concitare, idemque Attica reduplicatione ὀρώρεχα. Vide Anomala Græcorum apud Lexicographos. Francos a forma verbi Attica vocem ſuam formaſſe, credibile eſt. Dicitur antiquitus (1) de motu naturali & intrinſeco rerum omnium in univerſo. OTFRIDUS Lib. II. Cap. I. 5.

Er ſe ioh himil uuurti,
Ioh erda oub ſo herti,
Oub uuiht in thiu gifuarit,
Thaz ſiu ellu thriu ruarit.
Antequam mare & cœlum fierent,
Et terra adeo dura,
Aut quicquam illis infuſum eſſet,
Quod omnia tria moveret.

(2) de motu extrinſeco & violento. TATIANUS Cap. CCIX. 2. *inti erda giruorit uuat*, & mota eſt terra. Inde *rasing* motus, apud VEREL. in Ind. (3) de motu cum ſono. Inde Angloſaxonibus *rure* ſtrepitus, crepitus, ſenſu a motu ad ſonum per metonymiam translato. (4) de motu agitationis & concitationis. SOMNER. in Dict. Angloſax. *hreran* agitare, *hrerenyſſe* (BENSONIO *hreornis*) tempeſtas. TATIANUS Cap. LII. 2. *inti nihhil giruornesſi uuard tho in themo ſeuue*, & motus magnus factus eſt tunc in mari. Id eſt, magna tempeſtas, magna ventorum & fluctuum agitatio. Huc ſpectant ex hodierno idiomate, *rur* diarrhœa, agitatio ſanguinis vel ſeri ex vaſis propriis in vaſa aliena, quæ, ſi in ſanguine exiſtit, dicitur *rote rur* a colore ſanguinis profluentis, ſi in ſero *weiſſe rur* a colore ſeri. Item *aufrur* ſeditio, concitatio plebis, quæ eſt quaſi tempeſtas Reipublicæ. (5) de motu concuſſionis. Inde Gothis *reiran* concuti, *reirandei* tremens Marc. V. 33. *reiro* tremor Marc. XVI. 6. Et Angloſaxonibus *eorth-ryrneſſe*, *eorth-hreorneſſe*, terræ quaſſatio, tremor terræ. (6) de motu animi. TATIANUS Cap. XLIX. 3. *miltidu giruorit ubar ſia*, miſericordia motus ſuper eam. Gloſſ. Lipſ. *irruert werthe* commoveat. Lege commoveatur.

RUREN, *rüren*, oriri, *wo rüret das her* unde hoc oritur? HELVIGIUS initium verbi quærit in *ror* canalis, ut proprie ſignificet *emanare*, *defluere*. Quod nolui omittere, etiamſi videatur formatum a Lat. *orsi*.

RUS, *ruſs*, *ruſt*, fuligo. Belgis *roet*, quaſi rubrum. Eſt enim fuſca, ex rubro & nigro. Ita nobis *ruſs* a *ruſſus:* alicubi & *roſt*, id eſt, toſtum, quaſi *ruſſatum*. Ita MARTINIUS in voce *fuligo*. Hæc etymologia inprimis convenit fuligini ardenti. Tunc enim colore flammeo rutilat. Vox antiquiſſima fuliginis eſt *footh*, *foote*, quam ex idiomate Angloſaxonico acceptam cuſtodiunt hodie Angli & Sueci. SKINNERUS eam derivat a *fieden* coquere. *Fuligo enim*, inquit, *fit ex partibus mixti ſalinis volatilibus, igne ſeparatis & excoctis*. Gallos e Saxonico *foote* feciſſe *ſuie*, per ſyncopen, idem obſervat. MENAGIUS *ſuie* perperam effingit a *fuligo*.

RUSSEL, *rüſſel*, roſtrum ſuis. Vox recentior, ſed legitime facta, non a Lat. *roſtellum*, & multo minus a *rodo*, ut non nemo ſentit; ſed a *rotten* rumpere terram. Id enim facit ſus roſtro ſuo. Inde *rotar ſvin* ſus terram roſtro eruens, apud VEREL. in Ind. Poſtea transferri cœpit ad proboſcidem elephanti propter ſimilitudinem. In reliquis Dialectis hactenus non occurrit.

RUST, quies, *ruſten* quieſcere, *ruſt-tag* ſabbatum, dies quietis, *entrüſten* irritare, inquietum reddere. Vide *raſt* & *raſten*.

RUST, fuligo. Vide *rus*.

RUST, *rüſt*, *gerüſt*, quatenus eſt verbale a *rüſten* parare, præparare, ſignificat (1) inſtrumen-

ſtrumentum parandis rebus inſerviens. OTFRIDUS Lib. V. Cap. I. 29. de ſigno crucis:

Iſt uns thaz giruſti
Brunia ala feſti.
Nobis eſt hoc inſtrumentum
Thorax valde firmus.

Ubi *giruſti* ab interpretibus male exponitur *armamentum*, *armamentarium*, *armatura*. Interim cum hoc ſignificatu convenit Græc. ἑωσφὸς & ἑωσφὸρος malleus, fabrile inſtrumentum, quod miror. (2) ſtructuram, machinam, pegma, opus ex ligno præparatum. Gloſſa Juniana in Obſ. ad Will. pag. 123. *kiruſti* machina. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 17. de Magis:

Tho quamun oſtana in thaz lant,
Thie irkantun ſunnun fart,
Sterrono giruſti,
Thaz uuarun iro liſti.
Tunc venerunt ex oriente in Judæam,
Qui cognoſcebant viam ſolis,
Et ſtellarum pegmata,
Hæ erant ipſorum artes.

Idem Lib. II. Cap. XI. 23. de Chriſto: *ziuuarf all thaz giruſti*. Vertit SCHILTERUS: *dejecit omnia ſtalla*. Id eſt, omnia mercatorum & nummulariorum pulpita. Huc etiam ſpectat vox antiquiſſima *cheriſtaduna* ex Lege Salica Tit. LVIII. 4. *Si quis cheriſtoduna ſuper hominem mortuum capulaverit.* Quæ vox compoſita eſt ex *cheriſta* machina, pegma, & *dun* tumulus, cumulus, & proprie notat ſtructuram ligneam tumulo honoris cauſa impoſitam, quam violare nefas erat. Falluntur, qui hic *Chriſti ſtatuam* aut *ſignum crucis*, ſuper ſepulcro erectum, indicari putant. Falluntur etiam ii, qui vocem Salicam ex *Ariſtatone*, quæ extat Tit. XVII. 5. corruptam exiſtimant. Neutra enim corrupta eſt, & nihil obſtat, quo minus eadem res dicatur *ariſtato*, h. e. *erenſtat* locus honorarius, & *cheriſtaduna* ſtructura ſepulcralis. De more Francorum & Longobardorum in erigendis ejusmodi ſtructuris, vide ECCARDUM in notis ad Leg. Sal. pag. 41.

RUST, *rüſt*, diſciplina, *rüſtzeug* inſtrumentum doctrinæ. Gloſſa Juniana loc. cit. *kiruſti*, *kirunga* inſtrumenta. Id eſt, diſciplinæ inſtrumentales. Refer ad *rüſten* docere.

RUST, *gerüſt*, arma, armatura. Apud OTFRIDUM Lib. V. Cap. II. 11. ſignum crucis vocatur *ruſti*, h. e. armatura contra peccatum, ſicut optime obſervatum cel. SCHERZIO in notula ad hunc locum. WILLERAMUS utitur compoſito vel potius collectivo *geruſte* Cap. IV 4. *daz iſt al daz geruſte guoter lero*, hæc ſunt arma vel tela bonæ doctrinæ. Cuncta a *rüſten* armare.

RUSTEN, *rüſten*, cujuscunque ſit ſignificatus, eſt ex officina Francorum, factumque a Lat. *ſtruere* per metathefin. Significat autem (1) *ſtruere parando vel præparando*. (2) *inſtruere doctrina*. (3) *inſtruere armis*. A ſingulis rurſus fit *rüſt*, amplisſimo & diverſo ſignificatu, quem vide in antecedentibus.

RUSTEN, *rüſten*, parare, præparare, *gerüſtet* paratus, præparatus, *rüſtung*, *zurüſtung*, *ausrüſtung*, actio præparantis & ipſe apparatus, *kriegs-rüſtung* apparatus bellicus, *rüſttag* dies præparationis ante Sabbatum, quo utitur Luth. Joh. XIX. 14. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 97.

Dihto io thaz zinoti
Theſo ſecs ziti,
Thaz thu thih ſo giruſtes,
In theru ſibuntun gireſtes.

Vertit SCHILTERUS:

Meditare hoc ſtudioſe
Illas ſex (mundi) ætates,
Ut tu te ſic præpares,
Ut in ſeptima quieſcas.

De diviſione Mundi in ſeptem Ætates vide Speculum Sax. ab initio. Juvat hoc ſcire, ut oppoſitio, quæ eſt inter *giruſtes* & *gireſtes*, ejusdem ſoni, ſed diverſi ſenſus vocabula, recte intelligatur.

RUSTEN, *rüſten*, docere, erudire, doctrina inſtruere, *rüſt*, *rüſtung* doctrina, diſciplina, *rüſtzeug* inſtrumentum doctrinæ. Inde Francis *giruſtit* inſtructi, eruditi, quod dicitur de Scriptoribus Græcis & Romanis in Evangelio rhythmico OTFRIDI Lib. I. Cap. I. 27. Hodie apud Auguſtanos & Memmingenſes quædam picturæ vocantur *rüſtungen*, id eſt, inſtructiones, quia ingenia puerorum illis erudiuntur.

RUSTEN, *rüſten*, armare, armis inſtruere, *gerüſt* armatus, *rüſtung* armatura, *rüſtkammer* armamentarium, *rüſtwagen* currus expeditionalis. Franci, qui ſoli ex veteribus hoc verbo utuntur, rurſus habent *ruſten*, Sueci *ruſta*. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 123. *kiruſte*, *kiuuernote*, inſtructi, *karuſte*, *zafeſte* expeditos. Quæ videntur de armis agere. Id enim cogunt ſynonyma, quæ originem referunt ad *warnen* & *veſten* munire.

RUSTIG, *rüſtig*, fortis, bellicoſus. Hic ſenſus, ſi quid video, non oritur a *rüſten* armare, (nulla enim ratio eſt, cur armis inſtructus dicatur fortis), ſed potius a virtute bellica, quæ Islandis dicitur *breyſti*, ſorte a Græc. ἀρηϊσία, & hoc ab ἄρης Mars. VEREL. in Indice *breyſti* fortitudo, *breyſtimadur* vir fortis, *breiſtiverk* fortia & glorioſa facinora, *hranſtur* fortis, ſtrenuus, *tyrrhauſtr* animoſus inſtar Tyri. Utitur hoc ſenſu (ni fallor) Luth. Gen. XXX. 11. *da ſprach Lea: rüſtig, und hieß ihn Gad.* Suecis *reſtig* etiamnum eſt fortis, & *reſtigheet* fortitudo, niſi me fallat VERELIUS.

RUSTUNG, *rüſtung*, quot modis dicatur, vide in antecedentibus.

RUTE, virga, furculus, ramus tenerior. Angl. *rod*, Danis & Succ. *rys*. An hiſce

conveniant ῥάβδος & *rudis*, dubito, etiamſi ab aliis huc referantur. Vox Græca ſignificatu convenit, non ſono: Latina ſono, non ſignificatu, quia *rudis*, non eſt ſurculus, ſed baculus, qualem ſolebant in amphitheatris accipere gladiatores emeriti, ut, qui antea cæſtis aut gladiis dimicaſſent, nunc baculis certarent. Unde interpretationem accipit formula *rude donare*. Ab ejusmodi ailuſionibus ducat Germanicam vocem, qui velit. Mihi videtur domi nata, non quidem a *reiſſen* carpere, quod ſurculus decerpatur, ut exiſtimat STILERUS; ſed a *reiſen* ſurgere, quia ſurgit ex arbore, & creſcendo erigitur. Sic etiam Latinis *ſurculus* a ſurgendo dicitur. Præcipua compoſita ſunt, *wünſchel-rute* virga divinatoria, *angel-rute* virga piſcatoria, *ſpiß-rute* virga ad inſtigandum equum, a *ſpiſſen* compungere. Nec alio ſenſu dicitur de milite, qui ob delictum virgis agitur a commilitonibus.

RUTE, ferula, virga caſtigatoria. Belgis *roede*, Danis & Suec. ut ſupra. Senſus a virgis ad ferulas translatus, quia ferulæ fiunt ex virgis vel virgultis. Allegorice & theologice dicitur de calamitatibus publicis, bello, contagio, & ſimilibus malis divinitus immiſſis.

RUTE, decempeda, pertica geometrica. Francorum eloquio *ruoto*. NOTKERUS Pſal. LXXVII. 55. *er teilta daz lant mit mazſeile, alſo man nu tuot mit ruoto*, terram diviſit funiculis, ut nunc faciunt decempedis. Locum citavit SCHILTERUS in Gloſſ. Oritur a Lar. *radius*. MARTINIUS in voce: „*Radius*, ut puto, eſt virga men„ſorum, *meß-rute* inſtrumentum, terræ „aliisque rebus metiendis. SERVIUS Ecl. 3. „radium dicit *virgam Philoſophorum, qua „Geometræ lineas indicant*. Hac virga figu„ras deſignabant in pulvere, qui hinc eru„ditus pulvis CICERONI 5. Tuſcul. 2.„ Hæc ille. Alii ſenſum transferunt a virga ad menſuram, ſed forte audacius quam par eſt.

RUTE, pars corporis qua viri ſumus. VEREL. in Ind. *redia* membrum virile. Idem Belgis *roede*. An quia teres, longa, & erecta inſtar virgæ? Video hanc etymologiam probari ECCARDO in notis ad Leg. Sal. pag. 64. ubi virilia in claſſe virgarum collocat. Mihi videtur ſenſus vocis æſtimandus ex cognatione aliarum, quæ ad coitum ſpectant, cujusmodi ſunt apud BOXHORN. in Lex. Anr. Brit. *rhidio* coire, inire, *rhith* genitale ſperma, *rhyderig* ſus ſubans, catuliens, i. e. coitus appetens.

RUTSCHEN, per nates moveri, ſive in plano, ſive in loco declivi. Ducam ab ὑστερὰ, i. e. poſteriora, transpoſitis literis. Allegorice utimur de duplici uſura, quia videtur progredi ut bitæ nates, quæ ſimul moventur. Inde *rutſcher-zins* cenſus promobilis, qui motu diurno duplicatur.

RUTTELN, *rütteln*, cribrare, cribro agitare, diſcriminandi vel ventilandi cauſa. Angloſaxonibus *hridrian*, Francis *ritron*, & *ritolon*, Helvet. *reytern*. Senſus verbi antiquus, & ab ipſo cribro deſumptus, quod in vetuſtiſſimis linguis dicitur *rüdel*, & hodie Suecis *ryſſel*, a *rütten* agitare, quia eſt inſtrumentum, cujus motu & agitatione palea a frumento, furfur a farina, ventilatur & ſecernitur. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhidyll* cribrum, ventilabrum. BENSON. loc. cit. *briddel* cribrum, *bridrian* cribrare, *bridrud* cribratus. Gloſſ. Pez. cribri *ritrun*, diſcriminalia *ridila*, diſcriminavit *giridolota*. TATIANUS Cap. CLX. 4. *thaz er juuih ritro ſama ſo uueizzi*, ut vos cribraret ſicut triticum.

RUTTELN, *rütteln*, motitare, coagitare, concutere. Frequentativ. a *rütten* quarere. Senſus vocis hodiernus, quo utitur Luth. Luc. VI. 38.

RUTTEN, *rütten*, quatere, ſuccutere, vehementer movere, *zerrütten* concurere, *zerrüttung* concuſſio. Hujus verbi origo pendet a cognitione ſequentis.

RUTTEN, *rütten*, tremere, trepidare. Francis *ridon*. NOTKERUS Pſ. II. 11. *ridondo ſint imo fro*, exultate ei trementes. Locum adduxit SCHILTERUS in Gloſſ. Huic conſonum, quod Hebræis *raaſch* moveri, contremiſcere, concuti, nec non *raadh* tremuit, unde Chaldæis *retet* tremor Hoſ. XIII. 1. Quod ex obſervatione FRENZELII ſcribo. Nec aliunde Græcis τρέω tremere (unde Latinis *tremo*) quam ex converſione literarum. A *rütten* rurſus fit *rütten* quatere, facere ut tremat vel trepidet, & inde Angloſaxonibus *broth, bruth* commotio.

RUTTEN, *rütten*, tremor. Vox Celtica, quæ Cambria effertur *cryd*, Francis *rido*. NOTKERUS Cant. Moſis verſ. 15. *die ſtarcheſten Moabitas cham ana rido*, robuſtos Moabitas obtinuit tremor. Refer ad *rütten* tremere.

RUTTEN, *rütten*, febris. BOXHORN. in Lex. Anr. Brit. *cryd* tremor, vulgo febris. Gloſſ. Pez. febribus *ritun*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *brith-adl* febris, *brithing* febricitatio, *brithian* febricitare. Extat & *brithigend* febricitans Matth. VIII. 14. Proprie eſt tremor, & dicitur de febri, quia febris eſt tremor & horror ex frigore. Utitur Luth. in Gloſſa ad Matthæum loc. cit. *fieber, das iſt ritten auf Teutſch, fieber iſt Lateiniſch.*

RUTTEN, *rütten*, vertigo. VEREL. in Ind. *rota* circumagere, huc illuc vertere, *rida* vertigo, *ridſiukr* vertigine laborans. Inde Sorabis *rotny* vertiginoſus, apud FRENZELIUM in Orig. Sorab. pag. 138. Cuncta a Lat. *rotare*.

S.

SAAT. Vide *ſat*.

SABBAT, ſabbatum, dies quietis. Gothis *ſabbato* Marc. II. 17. Vox Hebræa, quæ proprie quietem & ceſſationem a labore ſignificat. PLUTARCHUS improbe deduxit a σαβῶ, h. e. a bacchantium voce. Sed a Sacerdote Delphico quis meliora exſpectet? Vocem Saxonicam vide in *raſt*, Francicam in *ſamſtag*.

SACÆ, gens Scythica. ARRIANUS Lib. 3. *Sacæ ex Scythis oriundi, iis qui Aſiam incolunt.* Nomen Scythis & Perſis commune eſſe, tradit SOLINUS Cap. 40. his verbis: *Scythæ Perſæ lingua ſua* SACAS *dicunt, & invicem Scythæ Perſas* CHOROSACAS *nominant.* Aliam tamen interpretationem accipit apud Perſas, aliam apud Scythas. Perſis *ſaca* eſt potator, pocillator, teſte RELANDO in Diſſ. de Vet. Ling. Perſ. Scythis autem *ſaca* latronem & graſſatorem denotaſſe, conjectat PEZRONIUS in Ant. Celt. pag. 31. ſeq. Et huic conjecturæ favet Index Scythicus VERELII: *ſak* noxa, *ſaka* nocere, damnum inferre, *ſakmenn* exules, latrones. Hinc idem nomen videtur Perſis objicere ebrietatem, Scythis latrocinia. Uterque ſignificatus eſt domeſticus ejus gentis, quæ vituperatur. Confer *ſackmann*.

SACHE, res. Gloſſ. Lipſ. *ſaca* rem. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XIII. 37.

Ther fon ther erdu hinana iſt,
Ther ſcal ſprechan thanana iſt,
Er ſcal giuuiſſo rachon
Fon tradigen ſachon.

Qui de terra eſt, narrabit de rebus terrenis. Vel idem eſt quod *racbe* res, mutato R. in S. vel ſi ſit diverſum, erit ab ἄγω agere, præpoſito S. & proprie denotabit rem actu exiſtentem, & naturæ ſuæ neceſſitate aliquid operantem, ſive ſe ſola, ſive conjunctam cum alia. Talis enim eſt omnis res, etiam viliſſima, quia fieri non poteſt, ut aliquid exiſtat in univerſo, quod potentia agendi plane deſtitutum ſit. Ita *res* a ῥίζω facio, & *ding* a *thun*.

SACHE, cauſa, ratio. ISIDORUS ex Edit. Palth. pag. 258. *bi huuiu nuard Chriſt in lûbbi chiboran? chibori nu ſabba bi huuiu*, cur Chriſtus venit in carne? audi cauſam ob quam. TATIANUS Cap. LX. 8. *thaz uuib quam inti cundita fora allemo folke, bi uuelibha ſabba ſiu inan birourta*, mulier veniebat & declarabat coram omni populo, propter quam cauſam illum tetigerit. Ex eodem fonte ut antecedens, quia cauſa producit effectum, ratio cognitionem. Hinc Latinis quoque *res* ſæpe pro cauſa & ratione eſt, ut patet ex compoſitis *quare* & *quamobrem*. Hodie utimur compoſito *urſache*.

SACHE, lis, rixa, cauſa forenſis & litigioſa. Angloſax. *ſac*, *ſaca*, Francis & Alam. *ſache*, Island. *ſak*. Gloſſ. Keron. rixæ *ſecho*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſac*, *ſaca* cauſa, lis, contentio, controverſia, *ſac-full* contentioſus, litigioſus. VEREL. in Ind. *ſak* ubique in Legibus lis, actio, cauſa. Utitur Luth. Matth. XII. 10. Senſum a cauſa, quæ in quæſtione eſt, ad cauſam litigioſam translatum eſſe, ex præcedenti ſignificatu manifeſtum eſt. Qua in re videntur noſtri imitati Latinos, qui cauſam forenſem ſolent appellare *cauſam* ſimpliciter: Latini Græcos, quibus δίκη cauſam & accuſationem ſignificat. A ſimplici habemus compoſita, *ſachwalt* vel *ſach-walter* patronus cauſæ, *ſach-fællig* cauſa cadens. Huc etiam referendi ſunt ex Latinitate Barbara *ſachibarones*, ut mox dicam in voce.

SACHE, jus cognoſcendi de cauſis controverſis, alias judicium, jurisdictio. SOMNERUS loc. cit. *ſac*, *ſaca* judicium, *ſoc*, *ſoca* jurisdictio, juris dicendi poteſtas. Inde Latino-Barbaris *ſaca*, *ſacha*, *ſoca* pro jure cognoſcendi, quod Dominus habet in litibus inter Vaſallos emergentibus. Opinor a *ſuchen* cognoſcere, inquirere, examinare. Atque hinc jam patet, quid proprie ſit *alſacia* in Lege Ripuaria Tit. LVIII. 19. *Hoc etiam conſtituimus, ut nullum hominem regium, Romanum, vel tabularium interpellatum in judicio non tanganet, & nec* ALSACIA *requirat.* Lex prohibet, ne quis hominem regium, Romanum & tabularium vel in judicio detineat, vel in judicium criminale vocet, quia cauſa hominis regii & Romani ad Regem; tabularii vero ad Eccleſiam pertinet. Ita Legem explicat nobiliſſ. ECCARDUS, qui in voce Ripuaria collum *als* pro *hals* poſitum primus animadvertit. Et recte omnino, etiamſi cætera minus recte dicantur. Manifeſtum enim eſt, cum ex ipſa Lege, tum ex Legis explicatione, *alſaciam* hoc loco non delictum capitale, quod nobis hodie *hals-ſache* dicitur, ſed omnino judicium criminale denotare, quod poteſtatem habet de collo hominis judicandi.

SACHE, jus habendi vel poſſidendi. Proprie jus quæſitum, a *ſuchen* quærere. Angloſaxonibus *ſocn* eſt privilegium, immunitas, libertas, *ham-ſocn* immunitas domus, ex eodem, ut videtur, fonte. Niſi forte ſit a Gr. σώζω ſervo, conſervo, mutato Z. in K. Inde Latino-Barbaris *hamſoca* eodem quo Angloſaxonibus ſenſu. „Nam veteres „ubique Leges (quæ verba ſunt SPELMAN„NI in voce) unicuique domui pacem fir„miſſimam eſſe voluere, & nihil in ea fieri „invito Domino. Domus igitur cujusque „pro caſtro habita, legum vallata munimi„ne; quo pauperrimus quisque paterfami„lias dominus agnoſcatur, libere imperet, „ſecure degat, vim & injuriam licite pro„pulſet. Statuit itaque EDMUNDUS Rex „Anglo-

„Angloſaxonicus LL. ſuarum Cap. 6. *hamſo-*
„*cæ* violatores rebus omnibus plectendos,
„& ex arbitrio Regis vitæ aut neci adjudi-
„candos.„ Hæc ille in excellenti Gloſſario Archæologico pag. 274. Differt autem *hamſoca* ab *hamſocna* toto quod ajunt cœlo, etiamſi ſono conveniat. Illa immunitatem domus, hæc invaſionem domus ſignificat, ut dixi in *ſuchen* quærere infeſtandi cauſa. Hodie *hamſoca* dicitur *haus-rechs*, *haus-gerechtigkeit*.

SACHE, delictum. TATIANUS Cap. CXCVI. 1. *nih eininga ſahha ni ſant ih in thieſemo manne*, non inveni culpam in hoc homine. Dictio ſynecdochica, qua cauſa ponitur pro cauſa criminali. Inde Angloſaxonibus *ſac-leas* ſine culpa. Islandi veteres in hoc ſenſu uſurpando cæteris copioſiores ſunt. VERELIUS in Ind. *ſak* culpa, noxa, *ſaka* nocere, vulnerare, damnum inferre, *ſakmenn* exules, latrones, *ſaki* reus, *ſaklos* inſons, innoxius, *ſakeyri* mulcta. Hodie ſuperat in *hals-ſache* delictum capitale, quale eſt, quod auctorem ſuum in diſcrimen capitis vel colli inducit.

SACHE, mulcta. Senſus a delicto ad pœnam ſive emendationem delicti translatus, & Latino-Barbaris proprius, quibus *ſaca* vel *ſacha* ſæpe pro mulcta judiciaria ponitur. Vide CANGIUM in voce.

SACHEN, arguere, increpare, objurgare. Gothis *ſakan* eſt increpare, *ſak* increpa Luc. XIX. 39. *ſakun* increpabant Marc. X. 10. *gaſok* increpavit Matth. VIII. 26. *gaſakands* objurgans Luc. IV. 41. Similia habent Saxones & Alamanni. BENSON. in Vocab. Angloſax. *ſacan* objurgare. Gloſſ. Keron. objurgetur *ſi kiſachan*. Hic ſenſus oritur a *ſache* culpa, delictum. Quid enim eſt increpare, niſi culpam vel crimen objicere? Sic etiam Latinis a *culpa* fit *culpare* & *inculpare*.

SACHEN, litem conteſtari, judicio contendere. A *ſache* lis. BENSONIUS loc. cit. *ſacan* contendere. In compoſitis notat omnes actus judiciales tam actoris quam contra-litigantis, & præcipue *accuſare*, *negare*, *contradicere*. Inde

Gothis *andſakanei* contradictio Luc. II. 34.

Angloſaxonibus *etſacan*, *andſacan*, *onſacan* negare, inficiari, *andſace*, *onſace* negatio, abjuratio, *geſaco* adverſarius, *geſacen* accuſator, *beſacen* in controverſiam vocatus.

Francis *gaſachio* adverſarius cauſæ, cum quo quis litigat, in Lege Salica Tit. LIII. 2.

Germanis *widerſacher* eadem notione.

SACHEN, abnegare, renunciare. Senſus Theologicus a forenſi petitus. Gloſſ. Keron. abnegare ſemet ipſum *farſahhan ſih ſelban*, abrenuncians *farſahhanti*. Catecheſis Theotiſca ECCARDI pag. 77. *forſachiſtu Diabole* renunciasne Diabolo, *ec forſacho Diabole* ego renuncio Diabolo.

SACHIBARONES, qui & *Sagibarones*, occurrunt in Lege Salica Tit. LVII. 4. SACHIBARONES *vero in ſingulis Mallebergiis plus quam* TRES *eſſe non debent; & ſi de cauſſa illi aliquid ſanum dixerint, penitus Gravio nullam habet licentiam removendi.* Convenit inter omnes, *Sachibarones* ſic dictos, quaſi litium & controverſiarum juris peritos, a *bar* vir, & *ſache* lis. Nam etymologia GOLDASTI, qui nomen illud a Gallico *ſage* prudens deducit, hodie ab omnibus eruditis deſeritur. Non convenit autem de officio & dignitate eorum. Gloſſa vetus *Senatores* vocat. SPELMANNUS eos in ſubſidiis judicum collocat. *Erant*, inquit, *Judices cauſarum, qui in Mallis & publicis conventibus jus dicebant, litesque dirimebant, a quo & nomen.* Quem ſequitur CANGIUS. Hoc interim ſuppoſito, Sachibarones fuiſſe Comitum in Judiciis aſſeſſores. Verum huic conjecturæ repugnat numerus. *Tres* enim Sachibarones numerantur, non plures, Rachimburgii vero *ſeptem*, ut patet ex Lege Salica Tit. LIII. 3. *Tunc Gravio roget ſeptem Rachimburgios, qui ſecum ambulent ad domum illius, qui fidem fecit.* Veroſimilius ergo eſt, Sachibarones fuiſſe juriſconſultos, qui in cauſis difficilioribus reſponſa dabant extra judicium, tantæ tamen auctoritatis, ut quemadmodum Prætoribus apud Romanos a Juriſconſultorum, ita Graviorum ab eorum reſponſis recedere non liceret. BRUMMERUS in Exercitatione Hiſtorico-Philologica *de Scabinis* Cap. 5. Sachibarones a Rachimburgiis recte diſtinguit: Sed *bar* interpretatur idoneum, capacem. Neſcio an ſatis apte.

SACHS, culter, & quodvis ſecandi aut ſcalpendi inſtrumentum, a *ſægen* ſcindere. Vox Saxonica, quæ Angloſaxonibus effertur *ſaex*, *ſeax*, *ſex*, *ſex*, Francis *ſahs*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſeax* culter, *ſcerſæx* novacula, *blod-ſeax* phleboromum, *eddre-ſeax* idem, *nægl-ſæx* novacula. Similia compoſita habent quoque Franci. Gloſſ. Lipſ. *ſcarſahs* novacula. TATIANUS pugillares interpretatur *ſcribſahs* Cap. IV. 12. Sed vocem proprie denotare ſcalprum ſcriprorium, ex compoſitionis ratione manifeſtum eſt. Hodie compoſita omnia ſunt extincta, ſalvo tamen ſimplici, quod apud Saterlandos in Weſtfalia, & extra Germaniam apud Anglos, Danos, Suecos, & Islandos adhuc auditur. SCHATTENIUS Lib. III. Hiſt. Weſtfal. pag. 176. *Uſus hujus vocis hodiedum in* SATERLANDIA *obtinet apud incolas priſci fermonis retinentiſſimos, apud quos, ut coram audivi loquentes,* SACHS *cultrum ſonat.* WORMIUS in Lex. Run. SASS *Danis & Saxonibus ſorficem notat, modernis vero Islandis cultrum nauticum & piſcatorium majorem, quo piſces exenterare ſolent.* SOMNERUS in voce *Saex: Angli cultrum hodieque vocant* SAX.

SACHS, pugio, gladius brevior. Senſus a cultro ad telum breve translatus. SOMNE-

RUS in Dict. Angloſax. *ſeax* gladius, gladiolus, pugio, *ſæcg* gladiolus, *hand-ſeax oththe lytel ſwurd* ſica ſive parvus gladius. Gloſſæ ÆLFRICI in nominibus armorum: pugio vel clunabulum *lytel ſweord* vel *hype-ſex*, Proprie gladius parvus vel pugio lateralis, ab *hype* femur. Cujusmodi gladius a ruſticis in Suevia vocatur *du-ſæk*, ut dixi in voce. VEREL. in Ind. pag. 102. *han gyrdi ſig ſaxinu goda*, præſtantiſſimo gladio ſe cinxit. Idem, *handſax* gladius cum una acie. Cum ſimplici convenit *ſæge* gladius, & cum utroque Lat. *ſica*. Gallos a Saxonica voce formaſſe *aſſaſin* & *aſſaſiner* credit CASANOVA in Originibus.

SACHSEN, Saxones & Saxonia. SOMNERUS loc. cit. *Seax* Saxonia, *eald Seax* vetus Saxonia, *eald Seaxan* Saxones antiqui, *Seaxena gereord* Saxonum lingua. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *ſais* Saxo, Anglus, *bro ſais* Anglia, terra Saxonum. Veroſimile eſt, primos inclytæ Gentis ſic appellatos eſſe a brevibus gladiis, ut SVARDONES a longis. Favet huic conjecturæ conſtans veterum & jugiter recepta traditio. Diſerte VITERBIENSIS:

Ipſe brevis gladius apud illos SAXA *vocatur,*
Unde ſibi nomen SAXO *peperiſſe notatur.*

Rhythmus de S. ANNONE Stroph. 21.

Von den mezzerin alſo wahſin
Wurdin ſi geheizzin Sahſin.

A cultris tam acutis
Nominabantur Saxones.

Sic autem nominati videntur ab initio per contumeliam, & forte auctoribus Cimbris, quod breves Rugiorum gladios (de quibus videndus TACITUS Cap. 43. de M. G.) imitarentur. Nam brevis gladius erat res ridicula apud Cimbros, qui, ut PLUTARCHUS teſtatur in Mario, grandibus & oblongis gladiis pugnabant, quos hodie *ſchlacht-ſchwerdter* vocant. *Pede collato*, inquit, *ingentibus utebantur & gravibus gladiis*. Poſtea, quod ab initio tantum erat cavillum, paulatim invaluit tanquam nomen Gentis, Saxonibus ipſis illud tanquam a ſe inventum ultro admittentibus. GOLDASTUS in not. ad Script. Paræn. pag. 432. aliud etymon quærit, & Saxones ſic dictos exiſtimat, quaſi Sicarios, a *ſcach* latrocinium, eo quod gens illa, uti ſcribit, *latrocinio infamis ab omni ævo fuerit*. BODINO placet nomen & genus Saxonicum derivare a *Sacis* gente Scythica & Aſiatica, hoc interim ſuppoſito, *Sacas* in Germaniam usque penetraſſe, quod ſane falſum. Nam Sacas in Cappadocia ſubſtitiſſe, nec ultra progreſſos, & a Perſarum præfectis funditus ibi deletos eſſe, teſtis luculentus STRABO Lib. XI. Geogr. pag. 511. 512. Tolerabilior eſt eorum ſententia, qui Saxones generali nomine ſic dictos exiſtimant quaſi *Saſſen*, h. e. colonos, quamvis colonus antiqua Saxonum Lingua dicatur *ſæta*, nunquam vero *ſeax*. TACITUS Saxones ignorat, unde novitas Gentis & nominis colligitur. PTOLEMÆUS ſexageſimo poſt Tacitum anno Saxones a reliquiis Cimbrorum diſtinguit, & ſupra dorſum Cherſoneſi Cimbricæ collocat. Hinc olim exiſtimavi, auctorem & conditorem Gentis ſuiſſe ODINUM, & hunc ex Aſia genus Saxonicum ſecum adduxiſſe, & in vacuis Cimbrorum ſedibus collocaſſe. Nunc autem aliter cenſeo, eam præcipue ob cauſam, quia Saxones Linguam ſuam *Anglicam* vocant, in Evangelio Gentis Matth. XXVII. 46. *heli, heli, lema zabdani, thæt is on* ENGLISC, *min God, min God, to hwi forlete thu me*. Nam hinc videtur colligi poſſe, Saxones gentem Germaniæ indigenam eſſe, & originem ſuam referre, non ad manipulos Odini, ex Aſia nuper adductos, ſed potius ad *Anglos*, populum Suevicum & antiquum Germaniæ Transalbianæ. Confer Præf. ad Germ. §. XLII.

SACHT, leniter, molliter, lente. Factum ab antiquiori *ſoft*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſoft* mollis, lenis, *ſofte* gradatim, pedetentim, cunctanter, *ſofineſſe* lenitas, mollities. Originem vocis Saxonicæ dedi in *ſanft*. Poſteritas literam F. mutavit in CH. dicendo *ſacht* pro *ſoft*. Exempla oris Germanici ad hanc mutationem proni vide plura in PROLEG. Sect. III.

SACK, ſunda ex lino quadro vel alia materia conſuta. Gr. σάκκος, Lat. *ſaccus*, Camb. *ſach*, Goth. *ſakk*, Angloſax. *ſace*, *ſæc*, Franc. *ſach*. Gloſſ. Pez. ſaccum *ſach*. Cum hæc vox ex primitiva hominum lingua in omnes pene linguas diffuſa ſit, nulla ratio eſt, cur Germanica eſſe putetur. Synecdochice ponitur pro culeo, vidulo, perula &c. Inde *ſæckler* marſupiarius, & alia per ſe nota.

SACK, in compoſitis *ſchlepp-ſack*, *ſchand-ſack*, ponitur pro ſcorto, ſive quia venter proſtitutus ſacco ſimilis eſt, ſive alias ob cauſas.

SACKEN, culeo includere. Pœna infanticidii.

SACKEN, ſubſidere. Frequentativ. a *ſiegen*.

SACKEN, demittere in profundum, facere ut ſubſidat. Verb. faceſſens ex præcedenti.

SACKMANN, latro. VEREL. in Ind. *ſak* culpa, noxa, *ſaka* nocere, vulnerare, damnum inferre, *ſakmenn* rei, exules, latrones. Proprie ſunt homines noxii, & ob reatum civitate pulſi, vel ultro profugi. Dicitur autem de latronibus, quia proſcripti ſolent bellum inferre civibus, & latrocinia exercere. Hinc exul & latro in omnibus fere linguis iisdem nominibus inſigniuntur. Ita *warg* primo pago expulſum, poſtea latronem denotavit. Et ab hoc hominum genere Anglis natum eſt verbum *to ſack* diripere, devaſtare, populari, Gallis *ſac* excidium, & *ſaccager* depopulari, exterminare.

Differt

Differt a *ſchachmann* origine, non ſignificatu.

SÆBEL, acinaces, enſis falcatus. Belg. & Suec. *ſabel*, Gall. *ſabre*. Ab Arabico *ſeif* gladius, machæra. Vocem Arab. ſiſtit CLODIUS in Lexico Turcico, & Græca ξίφος gladius, & ξίφιας (*ſchwerd-fiſch*), tanquam conſona adducit.

SÆEN, ſerere, ſeminare. Gothis *ſaian* eſt ſeminare, *du ſaian* ad ſeminandum, *ſaiands* ſeminans, *ſaijith* ſeminat. Quæ judice JUNIO ſunt ab ἰάω mitto, projicio, ſpiritu aſpero in ſibilum mutato, quod fieri ſolet ſæpiſſime. Ab hac vetuſta verbi forma videtur eſſe SEIA Dea ſationis apud Romanos, & verbale *ſe* ſemen in compoſitis, cujusmodi eſt apud nos *ſæman* ſeminator, apud Belgas *zaaibar* ſeminabilis. In reliquis veterum Dialectis inſeritur labialis W. quæ tamen in præterito mox dimittitur. Inde Angloſaxonibus *ſæwan* ſeminare, *ſæwere* ſator, *ſæwet* ſatio. TATIANUS Cap. XXXVIII. 2. *ni ſauuent noh inarnont*, non ſerunt neque metunt. Cap. LXXII. 1. *ſata guotan ſamon*, ſeminavit bonum ſemen. Et mox: *ubarſata*, ſuperſeminavit.

SÆGE, gladius, culter, & omne ſecandi inſtrumentum. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſegene* gladius, enſis. Conſonat Latinum *ſica*, nec hoc tantum, ſed & Græcum σάγη armatura, & σάγαρις gladius Perſicus apud Herodotum & Xenophontem, unde PLAUTO *ſagariſſio*, qui talem gladium gerit. Refer ad verbum ſuum. Hodie ſuperat in *duſæk* gladius ligneus.

SÆGE, ſerra. Gloſſ. Pez. ſerra *ſaga*. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſaga* ſerra. Idem Belgis *zaag*, Suecis *ſæg*, Italis *ſega*, Angl. *ſaw*, Gallis *ſie*.

SÆGEN, ſcindere, ferro dividere, quocunque modo id fiat. Græcis ξέω, Latinis *ſecare*, Bohem. *ſekam*, Anglis *to ſaw*, Italis *ſegare*, Hiſpan. *ſegar*. Francis ſimile verbum in uſu fuiſſe, colligit ECCARDUS ex voce Malebergica *ſichte* vel *ſochte* capulaverit, in notis ad Leg. Sal. Tit. XXXII. 1. Idem non ſolum de Francis, ſed omnibus univerſe antiquis conjectare licet. Teſtes ſunt derivata vetuſtiſſima *ſachs* culter, pugio, *ſege* gladius, ſerra, *ſichel* falx, *ſigel* ſculptile. Allegorice dicitur de diviſione animorum. Inde Angloſaxonibus *ſecce* bellum, diſſidium, *ſec-full* rixoſus, contentioſus, apud SOMNERUM & BENSONIUM.

SÆGEN, ſerrare, ſerra dividere. Angloſax. *ſawan*, Belgis *zaagen*, Suecis *ſega*, Anglis *to ſaw*.

SÆMISCH, *ſemiſch*, pellis capræ montanæ, a Gall. *chamois*. Ita vocem interpretatur FRISCHIUS in Fundamentis L. Germ. pag. 257. Et videtur acceptandum. Nam in Lexico Belgico HALMAE *zeem* & *zeemleer* itidem exponitur *chamois*. Cum vero pellis ejus feræ ſit molliſſima, & variis coloribus, flavo, rubro, cæruleo, tingi ſoleat ab alutariis; hinc factum arbitror, ut poſtea ad omnis generis pelles molliores & coloratas ſignificatus vocabuli proferretur. CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. pag. 115. *Aluta eſt pellis, pilis ademtis in commodiorem uſum concinnata, atque emollita, tenuisque reddita. Patria Lingua vocat ſæmiſch.* In Verſione ſacra Ezech. XVI. 10. videtur ſignificare pellem colore hyacinthino. De voce Gallica vide plura in *gems*.

SÆVENBAUM, *ſebenbaum*, cretica cupreſſus. A Lat. *ſabina*.

SAFFRAN, crocus. Vox Arabica, a flavo colore deſumpta, judice MARTINIO in v. *Zaphran*.

SAFT, ſuccus. Suec. *ſaft*. Proprie eſt humor, ſive nativus, quo res a natura irrigatur & ſucculenta redditur, ſive expreſſus macerandi cauſa, a *ſaufen* humectare, per medium derivandi T. Præter derivativum occurrit etiam verbale. SOMNERUS in Dict. AS. *ſeaw* ſuccus, *lith-ſeaw* ſuccus articularis. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſap*, *ſop*. Latinis *ſapa* eſt ſuccus plantarum, Græcis ὀπὸς ſuccus & humor, cognato ſignificatu.

SAGE, ſagum. Ita Flandri apud VREDIUM in Hiſt. Com. Flandr. Lib. prodrom. 2. cap. 2. Vocem origine Celticam eſſe ſcribit ISIDORUS Lib. XIX. Cap. 24. *Sagum Gallicum nomen eſt, dictum autem ſagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratum vel quadruplex eſſet.* Sed unde *ſagum?* Forte a *ſack* ſaccus, ob manifeſtam hujus operimenti cum ſacco ſimilitudinem, quia nec manicas habuiſſe, & quadratum fuiſſe traditur.

SAGEN, dicere. Angloſax. *ſægan*, *ſecgan*, Franc. & Alam. *ſagen*, Belg. *zeggen*, Angl. *ſay*, Suec. *ſæya*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVIII. 111.

Gang theſen uueg, ih ſagen thir, ein,
Er geleitit thih heim.
Incede hanc viam, dico tibi,
Ducet te in patriam.

Inde Gothis *inſagaht* ſermo, oratio Luc. I. 29. Francis & Alam. *foraſago* propheta, in locis innumeris apud OTFRIDUM, quia futura prædicit, Germanis *ſage* rumor, *gemeine ſage* vox populi. Cambris *ſyganei* ajebat. Cuncta Latinæ originis. Norunt enim hujus Linguæ periti, quod *ſeco*, *ſequo*, & *ſequor*, antiquiſſimis Latinorum pro *dicere* uſurpetur. Verba autem *ſecari* dicuntur, ſicut dicuntur *rumpi*. Analoga ſunt *ruffen* & *ſprechen*, quæ vide.

SAGEN, narrare, enumerare, OTFRIDUS Lib. I. cap. XII. 13.

Sprah ther Gotes boto ſar,
Ihſcal in ſagen uuuntar.
Tunc dixit illico nuncius Dei,
Narrabo vobis mirabilia.

Hinc narratio, relatio, & hiſtorica enumeratio Gothis dicitur *inſaht* Luc. I. 1. Francis, Alamannis, & Islandis *ſaga*. TATIANUS in Prologo verſ. 1. *manage zilotun ordinon*

ſaga, multi conati ſunt ordinare narrationem. VEREL. in Ind *ſaga* hiſtoria, narratio, *ſannſaga* hiſtoria vera, *lygeſogur* hiſtoriæ mendaces, *ſageviis* hiſtoricus. Latinis quoque *ſequi* eſt narrare, & *ſectio* narratio, apud GELLIUM in Noct. Att. Lib. XVIII. cap. 9. Nec id immerito. Nam omnis narratio ſecatur in partes.

SAGEN, ſenſu forenſi eſt teſtimonium dicere, denunciare, aſſerere, confiteri. Patet ex derivatis, cujusmodi ſunt apud SOMNERUM in Dict. Angloſax. *ſaga* teſtimonium Matth. XXVI. 59. *ſage* teſtis Matth. XXVI. 65. *ſageman* delator, *ſagol* verus, veridicus. Similia habent Franci. Gloſſ. Pez. aſſertio *ſaga*. Gloſſ. Boxh. *ſagun* aſſertiones. Inde hodie *ausſage* eſt depoſitio teſtium, item confeſſio judicialis.

SAITE, chorda. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 401.

Thaz ſpil, thaz ſeiton fuarit,
Iob man mit hanton ruarit.

Vertit SCHILTERUS:

Muſica, quæ fidibus utitur,
Et manibus movetur.

Proprie idem eſt quod Gallis *chanterelle*, ab ὠδὴ cano, ſpiritu aſpero, ut ſæpe alias, in ſibilum mutato.

SAL, terminatio. V. *Proleg.* Sect. VI.

SAL, domus privata, urbica, & ruſtica. Lex Alam. Tit. LXXXI. *Si quis ſuper aliquem focum in nocte miſerit, ut* DOMUM *ejus incendat, ſeu* SALAM *ſuam*, XL. *ſolidis componat.* Similia habent Longobardi in Legibus. Inde *ſaliſuchen* in Decreto TASSILONIS de pop. Leg. art. 14. eſt ſcrutinium domus facere, rem furtivam quærendo. In Dialectis varie dicitur, modo de domo herili, modo de vili caſa. Sic in Vaſconia *ſalas* vocant nobilium domos, latifundiis & numeroſa ſervorum familia inſtructas, teſte CANGIO in voce. Apud Græcos αὐλὴ ſtabulum & ſeptum, imo etiam domum & ſtabilem manendi locum ſignificat. Præfige ſibilum more barbarico, & habebis *ſal*. Hodie vox *ſale* a generali ſignificatione paullum deflexit, & pro parte tantum domus (ut poſtea dicam) uſurpatur. Videtur tamen priſtino ſenſu ſupereſſe in quibusdam Germaniæ locis, ubi aula vel area ante domum vocatur *ſel-hof*, quam vocem ex Gloſſario Lindenbrogii manuſcripto ſiſtit & paulo aliter explicat ECCARDUS in notis ad Leg. Sal. pag. 26. 107. Verbum a ſubſtantivo oriundum vide in *ſalen* manere.

SAL, domus publica, templum, aula, palatium, curia. De Templo ſit fides penes ECCARDUM in Leg. Sal. pag. 44. ubi ex Pſalterio Notkeriano multa producit loca, in quibus templum Dei vocatur *Gotes ſal*, quæ neſcio quo pacto in Editione Schilteriana vel omnino non, vel aliter deprehenduntur. Apud Homerum Διὸς αὐλὴ eſt ædes Jovis, obſervante MARTINIO in voce *aula*. Angloſaxones aulam & palatium appellaſſe *ſele*, SOMNERUS in Dict. ex Paraphraſi Saxonica demonſtrat, in qua R. Pharao dicitur Saram duxiſſe *to his ſelfes ſele* in ſuam ipſius aulam. Similiter & Francis *ſala* dicitur de domo regia. Capitulare an. 861. apud CANGIUM: *Ipſas* SALAS, *ſeu ejus palatiolum, quod vocatur Merlac.* Breviarium Caroli M. apud ECCARDUM: *Invenimus in Asnapio fiſco dominico Salam regalem ex lapide factam optime.* Et in Lexico Runico *ſalur ſialla* exponitur palatium montanum, a *ſiall* mons. Adde, quod *ſal* domus ampla & magnifica dicitur apud VEREL. in Ind. Palatium Ingelnheimenſe ab incolis etiamnum *ſalam* appellari, ſcribit FREHERUS in notis ad Petrum de Andlo Lib. I. cap. 12. De Curia varia teſtimonia collegit CANGIUS, ex quibus patet, *ſalam* antiquis fuiſſe ædificium in Burgo, ubi nomine Regis judicia exercebantur. Quod poſtea ad omnia prætoria & tribunalia Principum Comitumque extenſum eſt. Hinc ſinguli Comitatus in Flandria ſuam habent *Salam* ſive juſtitiæ aulam. Sic *Sala Curingiana* eſt Comitis Loſſenſis, *Sala Trudonenſis* ſui Abbatis, *Sala Bladellenſis* Taxandriæ, *Sala Foronenſis* Comitis Dalenſis, *Sala Falcoburgenſis* pro ſuo item Comitatu, teſte WENDELINO in Gloſſ. Sal. pag. 177. Inde formulæ apud eundem: *alles naer der Saelen recht*, &, *ſo als der Saelen recht vermach.* Præcipuum compoſitum eſt

UPSAL,

Curia ſuprema, interprete SCHILTERO, *porticus*, interprete VERELIO, qui eam vocem tribuit ULPHILAE, in Indice ſæpe laudato pag. 214. Opinor ex conjectura. Nam in Codice Arg. porticus Salomonis vocatur *ubizwai*, Joh. X. 23. non *upſal*. Et ſic legiſſe JUNIUM & STIERNHIELMIUM, editiones eorum teſtantur. Quos recte legiſſe, certo perſuaſus ſum, etiamſi vox obſcura, & forte vitiata ſit. Malo enim mendum in textu admittere, quam tantis viris errorem aut ignorantiam in legendo tribuere. Hodie legitur *ubizali*, quod audaculus quidam in honorem Urbis cuſtodis ex conjectura VERELII & RUDBECKII literis ſanctiſſimi monumenti accommodavit. Fides ſit penes amicum, qui coram vidit & legit. Quid ſi *Upſal* proprie ſit *Uppi* vel *Uffi aula?* Hoc certe ex antiqua traditione memoriæ prodidit ALBERICUS *Monachus trium fontium* in Chronico, ubi ad annum Chriſti DCXVI. ſequentia notantur: *Rex Edilbertus Cantuarienſis Chriſtianus ſuper cæteros regulos potentior, tertius in ordine. Quartus in ordine potentior dictus eſt Redualdus Orientalium Anglorum Rex filius Titili, filii* WFFA. *Ab iſto dicta eſt Civitas* UXALA (*Upſala*) WFFI AULA *in Suecia.* Hunc Albericum ejusque Chronicon debemus illuſtri editori LEIBNITIO in *Acceſſionibus Hiſtoricis* Tomo II. Ab hoc *Uffo* vel *Uffa* creduntur omnes Anglorum orientalium Reges appellati *Uffingi*,

ſingi, tanquam ab auctore ſtirpis & conditore. SOMNER. in Dict. Angloſax. *Uffingas*, Orientalis Angliæ reges ſic olim dicti ab UFFA eorum primo rege. Idque fide BEDÆ Lib. II. Hiſt. cap. 15. ſcribit SOMNERUS. Alterutrum igitur neceſſarium eſt, aut *Uffam* fuiſſe Anglum, & imperium trans mare ad Danos & Suecos usque protuliſſe; Aut ſi Danus fuerit aut Suecus, quod veriſimilius, regnum Orientale in Anglia condidiſſe, relicta nominis ſui & priſtinæ ſedis inter Suecos memoria. Quicquid ſit, nomen certe principe dignum eſt, ſonatque *clementem*, *mitem*, *manſuetum*. Id enim Græcis eſt ἤπιος. Varie autem exaratur, *Uffus*, *Uffa*, *Uffi*, *Uffo*, *Offa*, fuitque nomen regibus Anglorum & Danorum admodum familiare. Apud SPELMANNUM in *Ælfredo Magno* inter Reges Angloſaxonicos occurrit *Offa Rex*: de quo in *Tabula quarta* dicitur: *Quintus* (nummus) *eſt Offæ regis, cujus nummi ſatis frequentes. Bini autem fuerunt* &c. In Serie regum Daniæ altera apud WORMIUM legitur pag. 17. *Huic ſucceſſit* UFFI *fortis dictus Vermundi filius, qui Teutoniam* (*Thydiskulanda*) *Danis quartum tributariam reddidit* Apud SAXONEM quoque Grammaticum Lib. 4. regnum Daniæ poſt patrem Wermundum *Uffo* regendum ſuſcipit. *Teutonia* autem, quam ſibi toties tributariam reddidit, non eſt Germania, ſed pars Germaniæ inter Albim & mare Balticum. *Thydiskulanda*, inquit WORMIUS in notis, *Teutoniam vertit Rex Ericus*, *Saxo Saxoniam*, *quæ tum temporis regnum peculiare erat*, *teſte eodem Lib.* 4. *de Uffonis obitu differente. Ita Saxoniæ regnum ad Danos translatum.* Atque hæc hactenus de celebri nomine *Upſal*, ejusque origine & interpretatione ſufficere intelligentibus poſſunt, ut opus non ſit, plures etymologias minusque probabiles operoſe colligere. Reliqua compoſita, cum ſint ambiguæ interpretationis apud Eruditos, ſuis locis ſingula reſervamus. Hodie non amplius occurrit eo ſenſu, niſi forte in compoſito *himmels-ſal*, quod curiam cœleſtem vel regiam cœli denotare poteſt.

SAL, cœnaculum, pars ædium amplior & ornatior. Senſus vocis hodiernus, quem imitantur Galli, Itali, & Hiſpani, in *ſale*, *ſala*, & *ſalon*.

SAL, traditio, exhibitio, oblatio. A *ſelen* dare, tradere, offerre. Obtinet in compoſitis permultis, quamvis inveteratis & a conſuetudine abductis, qualia ſunt,

opiſal, cultus. Gloſſ. Pez. cultui *opiſale*. Ab *üben* colere, quaſi exhibitio cultus.

marriſal, impedimentum. Gloſſ. Pez. obſtaculo *marriſal*. A *merren* impedire, quaſi objectio obſtaculi.

nacſelide, exhibitio equi. A *nak* equus. Vocem ex Regiſtro Prumienſi exhibet & explicat ECCARDUS in Leg. Sal. pag. 77.

nachſelle, ſupplementum. Hodie *nachſchuſs*, *nachtrag*. Apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 731.

arfſal, translatio hæreditatis oneroſæ & damnoſæ in alium, *arf-ſali* & *arfsalsmadur* dedititius, qui in alterios poteſtatem ſeipſum & omnia quæ habet, transfert, ut ab eo, quandiu vivit, ſuſtenteur. VERRL. in Ind.

handſal, obligatio, quæ data dextra firmatur. Id. ibid.

handſel, donum manu datum. Vox etiamnum in frequenti uſu apud Suecos, teſte STIERNHIELMIO in loco mox allegando.

hunſel, munus, oblatio. Idem quod *handſel*, quia *han*, *hun*, *hon*, perinde ut *hand*, manum ſignificat, ut oſtendi in *han*. Inde Cambris *honſel* pro ſtrena, Gothis *hunsl* victima, ſacrificium, quia ſacrificia ſunt oblationes manuum, Marc. IX. 49, & hinc *hunslaſtad* altare, quia altare eſt locus oblationibus deſtinatus, Matth. V. 23. Angloſaxonibus *husl* per ſyncopen, euchariſtia, oblatio pro vivis & mortuis. Cuncta ex interpretatione STIERNHIELMII in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 93.

urſal, traditio. Vox Speculi Saxonici Lib. I. art. 44. in qua explicanda mire nugatur Gloſſator. Mihi videtur traditionem coram judice vel teſtibus factam denotare, ab *ur* coram.

Hodie videtur ſuperare in *irrſal* traditio erronea, & ſorte etiam in aliis in *ſal* vel *ſel* deſinentibus.

SAL, verbale a *ſulen* conſpurcare, ſubſtantive *ſordes*, adjective *ſordidum* ſignificat.

SAL, ſordes, & per ſynecdochen generis volutabrum ſuis. Angloſax. *ſole*, Angl. *ſoyl*. Circa divortia Rheni *ſal* dicitur aqua reſes & corrivata, a ſordibus, ut videtur. Vocem exhibet MENSO ALTINGIUS in Notit. Germ. inf. pag. 115.

SAL, ſordidus, ſpurcus. Gallis *ſale*. Hinc quædam Geldriæ pars dicitur SAL-LAND, quaſi terra ſordida & paluſtris, judice ALTINGIO. Francis *ſalo* idem denotaſſe, patet ex translatione vocis ad fuſcum, tetrum, & nigrum. WILLERAMUS Cap. 5. *ih bin ſalo ſamo die berberga Cedar*, nigra ſum ſicut tabernacula Cedar. Et rurſus verſu ſeq. *ne duont thes niet uuara thaz ih ſo ſalo bim*, nolite conſiderare quod tam fulca ſim.

SALAT, lactuca. Ital. *ſalata*. Creditur ſic dici quaſi *ſalacetarium*, quia lactuca ſale & aceto conditur.

SALBADER, vetus cantilena, *ſalbaderey* ineptiæ, nugæ. Ita STILERUS in Theſ. L. Germ. Similia habet KIRSCHIUS in Cornu copiæ: *ſaalbader*, *alte ſaalbaders-poſſen* ſaturniæ lernæ, aniles fabulæ. Si vera eſt interpretatio (de qua dubito), *ſalbader* erit ſermo abſurdus & alienus, & ejusdem ſtirpis ut *alfanz*, ab ἄλλος & Ζάζω, præpoſito tantum ſibilo. Sed mitto vocabulum inſanum, & forte caſu quodam, quem hodie ignoramus, natum. Neque enim talibus, quæ nullum

nullum habent determinatum ſenſum, me detineri fas eſt.

SALBE, unguentum. Goth. *ſalbona* Joh. XII. 3. Angloſax. *ſealf*, Franc. & Alam. *ſalba*, *ſalpa*, Gloſſ. Pez. malagma *ſalpa*. Gloſſ. Keron. unguenta *ſalbun*. Cuncta a Græc. ἀλειφὴ, præpoſito ſibilo.

Quædam unguentorum & emplaſtrorum genera ex monumentis Angloſaxonicis interprete SOMNERO.

blacan-ſealf, coacon.

dolh-ſealf, unguentum vel emplaſtrum vulneribus ſanandis.

eag-ſealf, collyrium. Hod. *augenſalb*.

ear-ſealf, unguentum auricularium.

halig ſealf, unguentum ſacrum.

heafod-ſealf, unguentum cephalicum.

muth-ſealf, emplaſtrum vel unguentum ulceribus oris medendis.

onlecgend ſealf, emplaſtrum, malagma.

ſceade-ſealf, unguentum ad oculos lippientes.

weax-ſealfe, ceratum.

wen-ſealf, emplaſtrum ad carbunculos & tubera.

Præcipua Francorum compoſita ſunt, *ſalpfaz* alabaſtrum, in Gloſſis Boxhornianis; *ſalfuuurz* nardus, in Cantico WILLERAMI.

SALBEN, ungere. Gothis, Francis & Alam. *ſalbon*, Angloſax. *ſealfan*. TATIANUS Cap. XXXV. 2. *ſalbo thin houbit*, unge caput tuum. Gothus eodem ſenſu: *ſalbo haubith thein*, Matth. VI. 17. Rurſus a Græc. ἀλείφω, præpoſito ſibilo.

SAL-BUCH, liber ſalicus. Vi ſtructuræ tantum ſignificare poteſt, quantum prior compoſiti pars admittit. Admittit autem ſequentes ſignificatus.

SAL-BUCH, liber traditionum. Si derivetur a *ſal* traditio. Utrum eo ſenſu alicubi extet, neſcio. Hanc interim interpretationem dedit FREHERUS in Expoſ. Orat. Dom. ubi ſub libro traditionum videtur *Legem Salicam* intelligere.

SAL-BUCH, codex palatinus, in quo prædia regia, principalia, eccleſiaſtica, vectigalia, reditusque prædiorum deſcribuntur. Si derivetur a *ſal* aula, palatium. Ita vocem explicat AVENTINUS, & ex illo WENDELINUS, & hunc ſenſum Flandris ſuis familiarem eſſe prolixe oſtendit in Gloſſ. Sal. pag. 182.

SAL-BUCH, breviarium villæ, in quo bona & reditus ejus deſignantur. Si derivetur a *ſal* domus, villa, curtis. Interpretatio ECCARDI in Leg. Sal. pag. 107. Omnes iſti ſenſus ſunt idonei, & forte etiam antiquitus uſurpati, quamvis teſtimonia nos deſtituant.

SALE, Sala. Nomen multorum fluviorum in & extra Germaniam, quorum alii a dotibus ſalis, alii qui eo proventu non gaudent, a turbida aqua ſic appellantur. In reliquis *ſal* eſt deminutivum a *ſu* aqua. Confer *ſal* ſpurcus, & *ſau* aqua.

SALEN, *ſelen*, manere, divertere, hoſpitari. Gothis *ſaljan*. Cod. Arg. Marc. VI. 10. *thar ſaljaith*, ibi manete. Joh. X. 40. *ſalida jainar*, manſit illic. Quemadmodum Græcis ab αὐλὴ fit αὐλίζομαι maneo, dego, ſtabulor, ita Gothis a *ſal* domus derivatur *ſaljan*, eo quo dixi ſenſu. Similia derivata vide in *hauſen* & *hegen*. Quamvis autem hoc verbum Gothis unice uſitatum ſit, habet tamen permulta derivata in reliquis Dialectis. Talia ſunt omnia manſionum vocabula apud Veteres, per varias terminationes inde deducta, inprimis vero

ſelde, quod Angloſaxonibus quamvis ſedem denotat, palatium principis, cathedram epiſcopi, tabernam mercatoris &c.

ſalt, ſedes, & dicitur de palatio quodam Caroli M. in Franconia. Poeta Saxonicus apud ECCAROUM in notis ad Origines Francorum Leibnitianas, pag. 258.

Donec prope mœnia venit
Magna Palatinæ ſedis, SALT *nomine dictæ.*

ſelida, tabernaculum, domicilium, nidus. Gloſſ. Lipſ. *ſaletbu* tabernacula. Gloſſ. Keron. tabernaculo *ſelidu*. Sic Dominus apud OTFRIDUM domicilium ſuum vocat *ſelida* Lib. II. Cap. VII. 38. & in Verſione Francica TATIANI *ſelida* ponitur pro nido Cap. LI. 2.

ſalithwos, manſiones, in Codice Arg. Joh. XIV. 2.

ſalz, palatium, non palatium Salæ, etiamſi Sala alluat. Situm ejus inveſtigavit & æri incidit EC CARDUA loc. cit. Legem Salicam ibi latam eſſe, WEHNERO affirmanti non credo.

ſalohus, tuguria in ſylvis, montibus, littoribus, apud VEREL. in Ind.

SALGAST, unus e quatuor Dictatoribus Legis Salicæ, quem a pago ſuo ſic appellatum eſſe, omnes conſentiunt. Prologus Legis Salicæ: *Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, his nominibus*, WISOGAST, BODOGAST, SALOGAST, & WINDOGAST, *in locis quibus nomen* SALAGHEVE, BODOGHEVE, & WINDOGHEVE. Olim exiſtimavi, a nota vocis acceptione non eſſe recedendum, ſed *gaſt* denotare advenam & convivam, ob rationes quas in voce *Mal* convivium compilavi. Sed nunc telam meam retexere cogor. Nam *gaſt* (ut poſtea intellexi) adjective *potentem*, ſubſtantive *magnatem* & principem virum ſignificat, quales fuerunt omnino Proceres illi a Prologo memorati, penes quos ante Reges conſtitutos ſumma Reipubl. fuit. Recte igitur WENDELINUS *gaſt* toparcham ejus loci, cui annectitur, interpretatur, etiamſi multa admiſceat, quæ mihi non probantur, in Lib. de Solo natali Legis Sal. Cap. 15. Hunc ſequitur alterum Jurisprudentiæ

dentiæ lumen SCHILTERUS in Præfatione ad Legem Sal. §. 5. ubi *gaſt* præfectum, comitem, principem interpretatur. Et *gaſtos* quidem illos regionum præfectos fuiſſe, ipſe Prologus fatis indicat: *Salicam Legem dictaverunt* PROCERES *ipſius Gentis, qui tunc temporis apud eandem erant* RECTORES. Ubi per *Rectores* Duces Comitesque ſive provinciarum rectores & judices intelligendos eſſe, WENDELINO concedit ECCARDUS, quamvis alterius interpretationis auctor, qua *gaſt* componitur ex *gau* & *iſt*, & vi compoſiti incolam provinciæ vel provincialem ſignificat, in not. ad Leg. Sal. pag 5. Hinc illi *Salogaſt* eſt incola regionis ad Salam, quamvis in Prologo non de incolis, ſed de rectoribus regionum agatur, quos incolas appellari, aut cum plebe confundi, non placet. Ut de mira & inſolita compoſitionis ratione, quæ in tota Lingua Germanica non habet exemplum, nunc nihil dicam.

SAL-GOW, pagus Salicus, ab amne *Sale* ſic dictus. Plures fuiſſe ejusdem nominis, ex multitudine *Salarum* colligitur. Nam quot *Salæ*, tot etiam *pagi Salici*. Horum vetuſtiſſimus eſt *Salagheve*, Prologo Legis Sal. memoratus. Quo ſitu, adhuc ſub judice lis eſt. Nam in quæſtione *de Solo natali Legis Salicæ*, unusquisque eum ſibi fingit ſitum, quem optat: alii in Belgio, alii in Franconia inter Salam & Mœnum, alii & veroſimilius infra Luppiam in Velavia inter Iſalam & Rhenum. Nec deſunt, qui pro *gheve* in voce Salica ſubſtituant *heim*, ut Geſta Francorum & WENDELINUS, vel *hove* ut alii, vel *hagin* ut SCHILTERUS, quod fide antiquiſſimi Codicis cæteris præfert in Præf. ad Leg. Sal. §. 6. *Hag* autem mallum & pagum ſignificat. Hinc illi

Salebagin eſt provincia inter Salam & Amaſim,
Wiſobagin tractus inter Amaſim & Viſurgim,
Bodobagin Batavia, ubi Haga Comitum.

Quæ certe ſolidiora ſunt iis, quibus alii vetuſtiſſimas Francorum ſedes ab Oceano & inferiori Germania contra omnium Hiſtoriarum fidem avellere conantur.

SALIBURGIO, fidejuſſor, qui ſponſionem præſtitit in Judicio, a *bürg* ſponſor, & *ſal* prætorium, tribunal, interprete CANGIO. Aliis eſt ſponſor ſolutionis, a *zalen* ſolvere.

SALICUS, ſalecus, qui lege Salica vivit, ſive Francus fuerit, ſive Romanus, ſive Barbarus. Lex Sal. Tit. XXXII. 19. *Si quis Salecus Salecum caſtraverit.* Tit. XLIV. 1. *Si quis ingenuus Francum aut Barbarum, aut hominem qui Salica lege vivit, occiderit.* Tit. L. *de filiortis qui Salica Lege vivunt.*

SALICUS, homo nobilis, qui Salica Lege vivit. Primis temporibus omnes Salicæ Legis cuſtodes, nobiles & ignobiles, dicti ſunt *Salici*. Poſtquam vero Lex Salica in deſuetudinem venit, noviſſime *Salici* dicti ſunt ſæculo XII. quidam nobiles & optimates, ut *Conradus Salicus*, & alii, qui uſum Legis Salicæ conſtanter retinuerunt. Hos indicat OTTO Friſingenſis Lib. IV. Cap. 32. de Lege Salica ſcribens: *Hac nobiliſſimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc utuntur.* Loquitur autem de *Salicis* ſui temporis, & non de Salicis antiquis. WENDELINUS dictum Ottonis ad Salicos antiquos extendit, tanquam & ipſi fuerint *Francorum nobiliſſimi*, & a *ſala* aula ſic dicti. Sed non perſuadet. Nam in Lege Salica nullum extat *nobilitatis Francicæ* veſtigium, nulla *nobilium* mentio, nulla ingenuorum in *nobiles* & *plebejos* diviſio. Omnibus paria jura ſtatuuntur, exceptis iis, quos fortuna ad miniſterium aulicum evexit, quia jura habent particularia Tit. I. 3. Tit. LVII. 1. ſeq. Tit. LXXVI. 1. ſeq. non quod nobiles ſint, ſed quod in dignitate & officio conſtituti.

SALII, pars Francorum, Iſalæ quondam accola, quos a Quadis expulſos, & in proxima Taxandriæ loca profugos, in deditionem accepit Julianus, prout commemorant ZOSIMUS, & MARCELLINUS Lib. XVII. Cap. 8. & ipſe JULIANUS in Epiſtola ad Athenienſes. Videntur a ſede priori *Salland*, *Sal-gow*, *Sal-hagen*, vel a flumine ſedes illas alluente, ſic dicti. Quamvis etiam nomen qualitatis eſſe poſſit. Nam *ſel* & *god* apud priſcos ſunt ſynonyma. Hinc *Salii* & *Gothi* poſſunt eſſe boni, ſicut *Quadi* mali. SIDONIUS Apollinaris videtur exiſtimaſſe, *Salios* a ſaliendo dictos eſſe, niſi me fallant verba ejus Carm. VII.

\- - - *Vincitur illic*
Curſu Herulus, Chunus jaculis, Francuſque natatu,
Sauromata clypeo, Saltus pede, falce Gelonus.

Salios leporum inſtar levipedes fuiſſe, dubito. Nam hoc credere vetant vaſta eorum corpora, quæ *turribus* æquiparantur a LIBANIO Orat. II. in necem Juliani Cap. 32.

SAL-LAND, pars Geldriæ, ſic dicta, ſive a fluvio *Sala*, qui hodie *Iſala*, ſive ab aquis ſtagnantibus, quaſi terra paluſtris, de quo ſignificatu actum ſupra in *ſal* ſpurcus.

SAL-LAND, terra Salica. Gloſſ. Florent. *ſelilant* terra ſalica. Lex Sal. Tit. LXII. 6. *De terra Salica in mulierem nulla portio hæreditatis tranſit.* Lex Salica inſcribitur *de Alodis*. Et terra Salica dicitur *Alode* Art. 6. Hinc admodum veriſimile eſt, *terram allodialem* & *terram ſalicam* eſſe ſynonyma, & non niſi nominibus differre. Quo, ut par eſt, conceſſo, cauſa, cur nomina permutentur, facile inveſtigari poteſt. Quemadmodum enim terra militaris recte vocatur *Alodum*, a *lot* ſors, quod forte fuerit diſtributa: ita eadem terra recte vocatur *Salica*, hoc eſt, ſtipendiaria, a *ſelen* dare, tradere, offerre, quod primo poſſeſſori in diſtributione hoſtici, & ſorte data, & ſtipendii loco conceſſa ſit. De diviſione terrarum inter milites, vide plura in voce *Feu-*

dum circa finem. Hactenus terræ Salicæ erant prædia militaria & præmia militiæ, tam peractæ, quam peragendæ, a quibus mulieres jure meritoque excludi, quia nec arma tractant, nec vulnera excipiunt pro Republica, omnibus perſuaſum eſt. Quemadmodum autem *allodium* primo fuit terra militaris, & poſtea omnis poſſeſſio avita, ut ex Lege Ripuaria oſtendi in voce: ita *terra Salica* paulatim dicta eſt omnis terra paterna, quam *Salicus homo* poſſidet, non *nobilis* tantum, quod WENDELINUS præſumpſit, quia nullas niſi *nobilium poſſeſſiones* pro terris Salicis habet, errori quidem ſuo convenienter, ſed ſtrictius quam par eſt, quia *Salicus*, ut ſupra oſtenſum, eſt omnis homo qui Lege Salica vivit, & conſequenter omnis liberi hominis inter Francos poſſeſſio, fuit fundus Salicus, cujus portio nulla tranſit ad mulieres. Ad hunc ſignificatum haud dubie reſpexit MARCULPUS Lib. II. Form. 12. quando ſcribit: *Diuturna, ſed impia, inter nos conſuetudo tenetur, ut de Terra paterna ſorores cum fratribus portionem non habeant.* Nam ſorores a prædiis militaribus arceri, conſuetudo non *impia*, ſed omnino juſta eſt. Quo ipſo manifeſtum eſt, Marculſum loqui de Terris, quæ militares non ſunt. Quidam in controverſia de regnorum ſucceſſione provocant ad Legem Salicam, quaſi hanc animo præcepiſſent opinionem, Regna eſſe *regum patrimonia*, vel ſaltim *feuda militaria*. Ipſi viderint, quo jure. Mihi perſuaſum eſt, Legem Salicam tractare de bonis privatorum, & hactenus in diſputatione de jure ſuccedendi in imperio, perperam ad Legem Salicam provocari.

SAL-LAND, quævis terra domui ruſticæ adhærens, vel ad illam pertinens, a *ſal* domus. Hunc vocis ſenſum prolixe tuetur ECCARDUS in notis ad Leg. Sal. pag. 107.

SAL-MANN, ſignificat quantum poteſt, (1) villicum, & cujusvis domus poſſeſſorem, (2) hominem Salicum, (3) patronum cauſæ in curia, (4) aſſeſſorem in curia, (5) executorem juris curialis, (6) traditorem fiduciarium, ſi derivetur a *ſelen* tradere. Hunc ſenſum tuetur FAEHERUS in Explic. Orat. Dom. & CANGIUS in Gloſſ. Et huc etiam ſpectat *fides Salamannica*, apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 697.

SAL-RECHT, *ſaliſch recht*, Lex Salica. Hanc Legem a Proceribus Gentis inclytæ *Francorum*, & univerſe a Germanicæ Linguæ hominibus conditam eſſe, patet partim ex *Prologo*, partim ex ipſis Legis verbis, Latino-Barbaris & Malebergicis, quæ paſſim explicamus, partim etiam ex multis Germanismis, quibus contextus Legis abundat; cujusmodi ſunt, ut obiter quosdam attingam,

de intus curte aut latus curte, Tit. VIII. 1. *innerhalb des hofes oder auſſerhalb.* Nam *halb* priſcis eſt *latus*.

nocere aliquem, Tit. X. 4. *einen beſchädigen.*

ducere ad maritum, Tit. XIV. 10. *zum man ziehen.*

ſupervenire aliquem, Tit. XVI. 1. *über einen kommen.*

remanere in incendio, Tit. XIX. 3. *im feur bleiben.*

vulnus currit, Tit. XX. 6. *die wunde lauft.* Etc.

Sed non convenit inter Eruditos, qua primum Lingua Lex Salica conſcripta ſit, a quatuor illis Francorum Dictatoribus, in Prologo memoratis, *Germanica*, an *Latino-Barbara?* Priorem ſententiam amplectitur Abbas de VERTOT in Diſſertatione de Origine Legum Salicarum: Poſteriorem ſuſtinet ECCARDUS in notis ad Origines Francorum Leibnitianas pag. 256. Scire velim, unde ſint tot voces *Malbergicæ*, textui Latino inſertæ, niſi ſint ex Codice antiquiori & pure Germanico hauſtæ? Vulgo quidem creditur, Germanos uſum Scripturæ in propria Lingua ante CAROLUM M. non habuiſſe. Sed hæc perſuaſio popularis magis quam vera eſt. Quo pacto enim Carolus M. potuiſſet antiqua Carmina colligere, niſi jam olim ſuiſſent ſcripta? Et nonne Literæ Runicæ ab antiquo fuerunt in Germania? Quod ſi id verum eſt, ſicut alibi oſtendo, nulla ratio excogitari poteſt, cur Proceres illi ſcripturam Legis voluerint in alienæ Linguæ gloriam transferre. Niſi quis forte exiſtimet, Linguam ejus ævi tam feram fuiſſe, ut in Literas referri ægre potuerit. Video, hoc a multis incaute prædicari. Mihi vero hoc placitum, non ſolum in Gentem & Linguam Germanicam injuriosum, ſed etiam falſum eſſe videtur. Nam ſi voces Germanicæ Latina flexione veſtitæ ſcribi potuerunt a Francis, cur non etiam per ſe? An difficilius eſt ſcribere *marskalk* quam *mariſcalcus? Skinko* quam *Scantio?* Nugæ. Hoc unum Germanicæ ſcripturæ obſtare videtur, quod Lingua Latina Francis non ſolum fuerit valde familiaris, ſed etiam tanto in pretio & admiratione habita, ut, ſi ſcribendum eſſet, mallent Latine, quam Germanice ſcribere. Hoc illis exprobrat OTFRIDUS in Epiſtola ad Liutbertum Archiepiſc. Mogunt. At primos illos & vetuſtiſſimos Francorum ex ingenio poſteriorum meriri velle in re tam gravi, qualis eſt rogatio & publicatio Legum, quæ primis temporibus non debuit nec potuit alia Lingua fieri, quam patria, temerarium exiſtimo.

Ab initio Lex Salica dicta videtur MALBERG, h. e. judicium montanum, ob rationes alibi expoſitas. Fuiſſe autem MALBERG nomen ipſius Legis, non ullius loci, etiamſi appellatio a loco petita ſit, multa & perſpicua indicia declarant. Nam primo MALBERG in Lege Salica paſſim exponitur per *landewa*, hoc eſt, lex patria, jus publicum. Tit. XIX. 1. *Illi vero qui ex incendio evaſerint, unusquisque ex ipſis eum mallare debent per* MALBERG *ſeu* LANDEVEVAS, Tit.

Tit. XX. 1. *Malb. ſeu Landovevas.* Tit. XXI. 1. *Malb. ſeu Landovevas.* Tit. XXXI. 2. *Malb. ſeu Lando Efa.* Ibid. §. 4. *Malb. ſeu Lando Efa.* Et hujus Legis propria & barbara verba citantur in ſingulis fere paragraphis ſub titulo MALB. modo ſana & hodienum intelligibilia, modo afflicta & inſigniter depravata. Quæ, ſi quis ad conventum quendam, & non ad Codicem Antiquum referre velit, næ ille in difficiles & inexplicabiles nugas ſe conjiciet.

Poſtea eadem Lex dicta eſt *Salica*, quum ſcil. in gratiam Romanorum, qui Lege illa vivere vellent ſub imperio Francorum, in Latinum ſermonem traducta eſſet ex Codice toties citato MALBERG. Quod videtur auſpiciis CHLODOVEI, primi Monarchiæ Francicæ in Gallia ſtatoris, factum. Dici autem potuit *Salica*, ſive a *ſala* aula, velut Lex palatina, vel a *ſala* traditio, velut Liber veterum traditionum. Quorum illud WENDELINO, hoc FREHERO ſe probavit. Reliqui, qui hunc titulum tanquam primævum extollunt, ejusque rationem vel a *Salio*, vel a pago quodam *Sala*, ubi rectores Gentis ad dictandam Legem convenerint, deducunt, videntur mihi aliena loqui, & circa fores errare.

Lata autem eſt hæc Lex in Gente Francorum, *cum adhuc Barbarie* (id eſt, gentilismo) *teneretur*, & nec Chriſtum haberet, nec Reges. Idque ex *Prologo Legis* nimis manifeſtum eſt, & ab omnibus (quod ſciam) Eruditis agnoſcitur. Inſtar omnium ſit LEIBNITIUS *de Origine Francorum* §. XVIII. *Legem Salicam, quæ cum aliis Germanicarum gentium antiquis legibus dudum edita extat; a Francis fuiſſe latam conſtat, cum nondum Chriſtum recepiſſent. Manifeſtum etiam eſt, tunc nondum Reges habuiſſe, ſed, ut poſtea Saxones in hac noſtra Germania*

\- - - *Quot pagos, tot pene duces,*

ut ait antiquiſſimus poëta Saxo. Nam in ipſa præfatione Legis refertur ex diverſis pagis Legatos conveniſſe ad condendam Legem: Regis aut Principis ibi mentio nulla eſt. Et Ofridus loco ſupra citato dicere videtur, antiquos Francos Regem non tuliſſe. Nam quod in Lege Salica de Rege, de legibus Dominicis, de Ambaſcia Dominica, & ſimilibus legitur, manifeſte a poſterioribus inſertum eſt; cum legem hanc jam antea ſcriptam, ſub Clodovæo, Theodorico, Childeberto, Chlotario, Dagoberto recenſitam & interpolatam conſtet ex ipſa illa præfatione. Verba OTFRIDI, ad quæ digitum intendit vir illuſtris, exſtant Lib. I. Cap. I. 185. ubi de Francis, e Macedonia in patriam reverſis, dicitur:

N'iſt untar in taz thulte,
Thaz Kuning iro unalte.

Vertit SCHILTERUS:

Non fuit inter eos, qui toleravit,
Ut Rex iis imperaret.

Quamvis enim Panegyrici Veteres *Francorum Regum* paſſim mentionem injiciant, certum tamen eſt, non fuiſſe Reges, ſed Duces regali pene poteſtate præditos, prout optime obſervatum ECCARDO in Annotatiunculis ad Origines Leibnitianas.

Denique & hoc auſim aſſerere, Legem Salicam in ipſa Germania natam eſſe. WENDELINUS hoc Decus Germaniæ eripere, & Toxandriæ vindicare ſtudet; ſed majore eruditionis apparatu, quam pondere. Enimvero Francos *Salios*, priusquam e Germania in ſolum Romanum ſecederent, & omnes univerſe *Francos*, præcipue maritimos, ante res cum JULIANO Imperatore geſtas, LEGEM literis conſignatam habuiſſe, colligo ex LIBANIO, ſcriptore coævo, qui *Legis* ejus aliquoties meminit. Semel in Baſilico pag. 130. *Celtarum Gens eſt ſupra Rhenum fluv. ad Oceanum pertingens, tam præclare a natura ad bellorum uſus munita, ut appellationem ab ipſis actis nacti* FRANCI *nominentur, quaſi a Græcanica dictione* Φραχτὸι (*hoc eſt, ſepti munitive*) *ab imperito vulgo corrupta. Hi multitudine numerum pene omnem excedunt: robore autem multitudinis immenſitatem ſuperant. His maris procelloſi æſtus non magis terrori eſt, quam continens terra: & frigus ſeptentrionale ſuavius quam aëris temperies: calamitas vero maxima eſt vita absque negotiis: & felicitatis apex belli tempora ſunt. Quod ſi quis mutilatus fuerit, parte reliqua integra præliatur: & vincentium perſecutio non admittit finem: at ſi contigerit ut ſuperentur, extremum fugæ invaſionis initium faciunt. Porro inſanæ pervicacitatis præmia & audaciæ honores,* LEGIBUS *apud ipſos* SANCITIS, *obtinent.* Iterum Orat. II. in necem Juliani Cap. 32. LEX *apud eos eſt, aut vincere, aut mortem oppetere.* Nimirum, nolle ſcutum ſuum projicere, & potius mori quam fugere, hoc ille pervicaciam Francicam vocat. Videtur ergo reſpexiſſe ad Titulum Legis XXXIII. 5. *Si quis homo ingenuus alio improperaverit, quod ſcutum ſuum jactaſſet, & fuga lapſus fuiſſet, & non potuerit approbare, XV. Sol. culpabilis judicetur.* Nam ex hac Lege homo Græcus infamiam fugæ, & reliqua colligere poterat. Verum cum Lex illa primitiva poſtea a Chlodovæo aliisque Francorum Regibus mirum in modum aucta, emendata, & in aliam plane formam & linguam, quæ ſola hodie ſuperſtes, redacta ſit: hinc WENDELINO concedendum eſt, Legem Salicam, prout hodie eſt, non in Germania, ſed in ſolo Romano natam eſſe. Id quod ex *Ligeris* fluvii, & *ſilvæ Carbonariæ* mentione, aliisque permultis ex ipſa Lege depromptis argumentis operoſe demonſtrat vir doctiſſimus in eleganti opuſculo *de Solo natali Legum Salicarum.*

SALZ, palatium. Vide *ſalen* manere.

SALZ, mare. Scandis antiquis *ſalt*, Græc. ἅλς, Lat. *ſalum.* VEREL. in Ind. *ſalt* ſalum,

mare, *i eyſtra ſalte* in mari baltico. Cuncta haud dubie affinia, quia ſpiritus & ſibilus in omnibus Linguis permutantur. Senſus tamen obſcurus, ea maxime de cauſa, quia neſcimus, uter ſignificatus prior ſit, *ſali* an *ſalz*. Inde eſt, quod *ſalum* aliis a ſapore ſalino aquæ marinæ, aliis contra *ſal* a *ſalo* dicitur, quia ex aquis marinis fit. Quæ cum ita ſint, notio generalis quærenda eſt, in qua *ſal* & *ſalum* conveniant. Conveniunt autem in ſaliendo. Nam & mare ſalit, & fontes ſalientes producit, & ſal in ignem conjectum exilit. Refer ergo ad *ſalzen* ſurſum moveri. Alii *ſalum* ducunt a σαλεύω quatio, ob perpetuam maris agitationem, ſenſu quidem commodo, ſed a *ſale* alieno, & conſequenter falſo.

SALZ, aqua ſalſa concreta. Græc. ἅλς, Lat. *ſal*, Cambris *halen*, Gothis, Præcopenſibus, Scandis & Anglis *ſalt*, Angloſax. *ſealt*, Franc. *ſalz*, Gall. *ſel*, Sorab. *ſel*, *ſol*, *ſul* apud FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 921. Belgis *zout* per ſyncopen. Ex eodem cum præcedenti fonte. Inde

ſalzen, ſale condire, Lat. *ſallere*, *ſalire*, Armoricis *ſalla* apud PEZRONIUM in Antiq. Celt. pag. 415. Gothis *ſaltan* Marc. IX. 49. Angloſaxonibus *ſyltan* ibid. Francis *ſalzan*, Sorabis *ſeliu*, Gall. *ſeler*. Gloſſ. Pez. ſalita *giſalzaniu*. A *ſalzen* rurſus fit *ſulze*, Gallice *ſauſſe*, ſalſamentum vel condimentum ex ſale, & *ſilſa* lacrymæ, quia ſalſæ, vox Sorabis propria apud FRENZEL. loc. cit.

ungeſalzen, inſulſus. Gothis *unſaltan* Marc. IX. 50. Angloſax. *unſealt* ibid.

ſalz-ſudde, ſalina, puteus vel fodina ſalis. A *ſudde* foſſa, quod vide.

ſalz-ſole, aqua ſalſa, unde ſal conficitur, alias muria vel ſalſugo. Vox hybrida, ex Germanica & Sorabica compoſita. Et prior quidem compoſiti pars ſal concretum, poſterior ſal fluidum denotat.

ſalz-bund, fœdus firmum validumque ratione durationis. Utitur MATHESIUS Conc. VII. de geſtis & ſcriptis Luth. pag. 67. *diſer* SALTZBUND *helt und beſtehet unſer lebenlang*. Loquitur de fœdere baptismali. Proprie eſt fœdus incorruptibile, ducta allegoria a ſale, quod putredini reſiſtit, & res integritati vindicat. Hinc LUTHERUS *pactum ſalis*, quod extat Num. XVIII. 19. vertit *ein unverweſentlich bund*, h. e. fœdus incorruptibile.

SALZEN, ſurſum ferri, in altum moveri, ſive pedibus id fiat, ſive alio modo. Græc. ἅλλομαι, Lat. *ſalio*, *exilio*, *ſalto*, *exulto*, Armoric. *ſailla* apud PEZRON. Angloſax. *ſaltan* vel *ſyltan*, Francis *ſalzan*, Gall *ſaillir*, Angl. *to ſalt*. Hinc verba Domini Luc. VII. 32. *cantavimus vobis & non ſaltaſtis*: ab interprete Angloſaxonico ſic redduntur: *we ſungon eow be hearpan and ge ne ſaltudun*. Et ab interprete TATIANI cap. LXIV. 12. *uuir ſungun ju inti ir ni ſalzotut*. PALTHENIUS in notis ad hunc locum, ridiculum errorem interpreti Francico transſcribit, quaſi diverſiſſimos verbi *ſalire* ſignificatus confundenti, cum *ſalzen* proprie ſit ſale condire, non exultare. Sed hæc cenſura prorſus iniqua eſt, & in auctorem jure meritoque retorquetur.

SALZMESTE, vas ſalinum. Forte ferculum ſalis. Nam diſcus, patina, menſa, & ſimilia geſtamina, in quibus aliquid apponitur, Gothis dicitur *mes*, Angloſax. *meſe*, *myſe*, Alam. *mias* in Gloſſis Keronianis, Anglis *meſs of meat*, Hiſp. *meſa*. Olim videntur hoc genus condimenti non in conchis, ut hodie, ſed in patinis apportaſſe.

SAM, ſemi, ἡμι. Inde Angloſaxonibus *ſamlered* ſemidoctus, *ſam-wiſe* ſemiſapiens, *ſam-cuce* ſemivivus, & alia apud SOMNERUM in Dictionario. Hodie non habet exemplum.

SAM, velut, acſi, ſimiliter. Adverb. comparandi, Francis & Alamannis proprium. Gloſſ. Keron. acſi *ſama ſo*, quaſi *ſo ſama*, velut *ſamo ſo*, *ſo ſamo*, ſimiliter *ſo ſama*. TATIANUS Cap. XIV. 4. *giſiuni ſama ſo tuhun*, ſpecie ſicut columba. Gothi dicunt *ſamaleiko*, nos inverſo compoſitionis ordine *gleichſam*. Utrumque pleonaſmum ſapit, quia *leik* & *gleich* per ſe jam ſimilitudinem inferunt. Græci habent ὁμὸς & ὅμαιος par, æqualis, Latini *ſimilis*, *ſimulare*, *ſimulacrum* &c. An ab ὁμοῦ vel *ſimul*? Sed hæc ſunt adverbia congregandi, non comparandi. Hinc ὁμὸς, & reliqua rectius referuntur ad Barbarum *ſam*.

SAM, ſimilis, terminatio adjectivis propria, & a præcedenti *ſam* orta, cujus ea vis eſt, ut toti compoſito ſimilitudinem conferat ejus rei cui annectitur, ut demonſtravi in PROLEG. Sect. VI.

SAM, una, pariter, cum, Græc. σὺν, σὺμ, ἅμα, ὁμοῦ, Lat. *ſimul*, Gothis *ſama* in compoſitis, *ſamana* extra compoſita, Angloſaxonibus *ſam* in compoſitis, *ſame* extra compoſita, Francis & Alamannis *ſamen*, Island. *ſam*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſame* ſimul, una, pariter, *ſam-hwan* conjuges, *ſam-wiſte* conjugium, *ſam-mæle* concordes, *ſam-wyrkan* cooperari. TATIANUS Cap. V. 12. de Joſepho: *thaz her jahi ſaman mit Mariun*, ut profiteretur (nomen ſuum) una cum Maria. VEREL. in Ind. *ſam* & *ſaman* in compoſitis eandem vim habet ac Latinorum con, ſimul, una, *ſamfara* ſocietas, *ſamlag* conjugium, *ſamlendur* popularis, *ſammala* concordes &c. Hodie utimur compoſito *zuſamen*, quod eadem vi pollet ut ſimplex. Inde *zuſamenkommen* convenire, *zuſamenſchlagen* complodere, & alia ſatis vetuſta. TATIANUS Cap. V. 7. *er thiu ziſamane quamun*, antequam convenirent. Gloſſ. Boxh. *ciſamane ghùlaganem* compoſis.

SAME, *ſamen*, ſubſtantia prolifica, principium hominis, animalis, plantæ. Latinis

ſemen

ſemen, Francis & Alam. *ſamo*, Polon *ſiemie*, Bohem. *ſemeno*, Ruſſis *ſeime*, Dalmat. *ſzime*. TATIAN. Cap. LXXI. 1. *ſenu gieng tho uz thie thar ſauuit, zi ſauuenne ſamon finan*, ecce exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. ISIDOR. Cap. IX. 1. *ſún ſamo ardot in euuin*, ſemen ejus manebit in æternum. An a Lat. *ſemen?* Dubito, quia quid ſit ſemen, aut cur ita dicatur, Philologi ignorant. Nam *ſemen* ex *ſeremen* contractum eſſe, conjectura parum probabilis eſt. Apud Barbaros vero habet ſenſum & intellectum, ſi derivetur a *ſammen* colligere. Nam ſemen eſt compendium hominis, animalis, plantæ, & natura ſua ens collectivum, ex ſubſtantia, vi inſita, & idea compoſitum, in quo tota ſpecies plantæ & animantis, & omnes ejus partes, admirando & inexplicabili Dei artificio jam ſunt deſignatæ, ita ut naturæ rerum nihil relictum ſit, niſi divini hujus involucri in ſerie & ordine evolutio. Dici non poteſt, quantam hæc una vox ſpiret ſapientiam. Neceſſe enim eſt eos, qui id nominis ſemini impoſuerunt (quos Scythas fuiſſe credibile eſt), agnoviſſe Mentem quandam divinam, creatricem & per omnia diffuſam, cum formas illas ſubſtantiales vel a ſeipſis eſſe, vel ab atomis brutis produci, impoſſibile ſit. Extra hanc conſiderationem, *ſamen* legitime deduci poteſt a *ſæen* ſerere, quia M. apud Germanos eſt medium derivandi, ſic ut primo fuerit ſemen quod ſeritur, poſtea omne ſemen. Gallis eadem res dicitur *ſemence*, Italis *ſeme*, Hiſpanis *ſimiente*, utrum a Latinis, an populis Germanicis accepto vocabulo, incertum. Allegorice ponitur pro cauſa & principio rei, tam bonæ, quam malæ. Gothi ſemen vocant *fraiw*, Angloſaxones *ſæd*, Marc. IV. 3. Luc. XX. 31.

SAMLEN, colligere, congregare. Belg. *zamelen*, Suec. *ſambla*, Gall. *aſſembler*. Frequentativum, ſed novum, & ex vetuſtiori *ſammen* factum, quod ſtatim ſiſtam. Ejusdem ætatis ſunt *ſamlung*, *verſamlung*, *ſammelplaz*, & alia inde orta, quæ, quia nullam habent difficultatem, & ab omnibus intelliguntur, nunc miſſa facio.

SAMMEN, colligere, congregare. Cognoſcitur ex derivatis. Gloſſ. Lipſ. *ſammung* ſynagoga, *ſammungun* cleros. Nos inde habemus *ſumme* collectio numerorum, *ſamt* collective. Unde, niſi a ſimplici *ſam* ſimul, una, pariter, per verbum inde ortum *ſammen* colligere?

SAMNEN, eadem notione. Angloſax. *ſamnan*, *geſamnian*, Francis & Alam. *ſamanon*, *giſamanon*. NOTKERUS Pſal. CXXVIII. 7. *der die garba ſamenota*, qui manipulos collegit. Gloſſ. Keron. recolligendas *za ſamanonne*, eccleſia romana *rumiskiu ſamanunga*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 65.

Thie buacharo ouh tho thare
Ciſamanota er ſare.
Scribas etiam tunc
Congregabat ocyus.

Unde, niſi a Gothico *ſamana* ſimul, una, pariter, quod extat in Cod. Arg. Luc. XV. 13. *brahta ſamana allata*, comportavit omnia. Hodie non amplius occurrit.

SAMSTAG, *ſambstag*, dies Sarurni. Proprie dies Sabbati, puta Judæorum. Non a *ſammen* congregare, etiamſi Judæi eo die in Synagogis congregentur; ſed a Francico *ſambaz-tag*, quo utitur interpres TATIANI Cap. XVIII. 1. *ingieng after ſinero giuuonu in Sambaztag in thie ſamanunga*, intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in Synagogam. Nimirum Franci ex *Sabbato* fecerunt *ſambaz* per epentheſin, ſicut Æthiopes *ſanbat*. Solent enim voces Hebrææ in ore extero pari corruptionem. Plures ejusdem generis corruptelas vide apud BOCHARTUM in Geographia Sacra Part. II. Lib. II. Cap. 17. & MARESCHALLUM in Obſervationibus ad Verſionem Angloſaxonicam pag. 514. Appellationem, etiamſi Chriſtianis moribus ejus diei non reſpondeat, retenuerunt tamen Germani, præcipue ſuperiores. Nam inferiores eundem diem appellare ſolent *ſonn-abend*.

SAMT, ſimul, una, pariter. Æolice ἅμυδις, Gothice *ſamath* in compoſito *ſamathrinnan* concurrere, quod de multitudine dicitur Marc. IX. 25. Angloſaxonice *ſamod*, Francis & Alam. *ſamant*, Islandis *ſamt* in Ind. VERELII ISIDORUS Cap. IX. 4. *ſamant uuonent*, ſimul morantur. Et mox: *ſamant ezſſant*, ſimul comedunt. Quamvis autem *ſam* & *ſamt* in ſignificatu conveniant, videntur tamen origine differre. *Sam* eſt primitivum, unde fit *ſammen* colligere. A *ſammen* rurſus fit *ſamt*, *ſamath*, *ſamod* &c. per medium derivandi T. Inde Angloſaxonibus *ſamod-cyman* convenire, *ſamod-weorpan* conjicere: Francis *alſamant* univerſe vel ſimul omnes, apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. IX. 12. *ſamani ferti* comitatus itineris, apud TATIANUM Cap. XII. 3. & alia. Germanis *ſamt* modo præpoſitio eſt, regens dativum, modo adverbium. Habent & compoſita, *geſamt*, *alleſamt*, *ſæmtlich*, & ſimilia, quorum ſignificatio in vulgus nota.

SAMMET, pannus holoſericus. Græcis recentioribus ἑξάμιτος, Latinis inferioribus *exametum*, *ſamitum*, *ſamis* &c. apud CANGIUM in Gloſſario, qui has voces ſequenti nota illuſtravit: „Ejusmodi voca„bulorum, inquit, primigenia quibusdam „videtur *ſamit*, cum & hodie *ahuſam*, ſeu „corium tenue, & pilis ademptis emolli„rum, & in uſum veſtium concinnatum, „*ſæmiſch* vocent Belgæ, inferioris Germa„niæ Dialectus *ſemen*, ut auctor eſt Cluve„rius Lib. I. Germ. Antiq. Cap. 16. unde „poſtea traducta vox ad quosvis pannos „læviores, atque adeo holoſericos. Kilia„nus *ſammet* Theutonicum ſeu noſtrum „*ſamit*, quaſi *Samnitum ſericum* dictum pu„tat. Sed & Barthius ad Lib. 12. Philipp. „vocem a loco quodam ortam putavit. Ve-

„rum hæ videntur levioris momenti con„jecturæ, cum potius Græcæ originis cen„seri debeat vocabulum, ut ἑξάμιτος dictus „fuerit ſex liciis ſeu filis textus, quemad„modum μονόμιτος ſimplici licio, τρίμιτος ter„nis liciis, πολύμιτος multis liciis &c. Ebrar„dus Bethunienſis in Græciſmo Cap. 10.

Eſt, mihi crede, Mitos filum: Sed fabula Mithos:
A Mitos Examitum, de Mithos Mithologia.

Hæc ille. Quibus confirmationis cauſa addo, quod apud nos plures textorum appellationes a numero liciorum oriantur, quas vide in *zwilch* & *trilch*.

SAND, calculus, arena, ſabulum. Conveniunt in voce Angloſaxones, Franci, Belgæ, Angli, Sueci, Islandi. Gloſſ. Pez. ſabulo *ſante*. VEREL. in Ind. *ſandbrecka* crepido arenoſa. Quemadmodum *gries* ejusdem ſignificatus eſt a *griiſen* comminuere, ita Græcis ψάμμος & ψαμμίον arena & arenula a ψάειν comminuere, ſive quia attritu lapidum fit arena, ſive quia primi nominis impoſitores crediderunt, loca arenoſa ex petris vetuſtate comminutis orta eſſe. Ex eodem fonte derivari poteſt *ſand*, ſi Græcus adſit interpres, nec hoc tantum, ſed etiam Angloſaxonicum *punian* conterere, unde Anglis *to pound*. Nam in literis compoſitis, cujusmodi eſt ψ, ſæpe alterutra rejicitur ab iis, qui dictiones Græcas in linguam ſuam transferunt. Sicut igitur *punian* oriri potuit a ψάειν, exploſo S. ira etiam *ſand* exploſo P. Confer *Prolegom.* in litera PS. Sect. III.

SANE, flos & cremor lactis, optimum ex lacte, atque hinc adj. *ſanicht* pinguis, opimus, qualis eſt cremor lactis. Ira STILERUS in Theſ. L. Germ. pag. 1679. & recte, quamvis cauſarum, a quibus *ſan* producitur, ignarus. Eſt autem vox vitiata e genuina *ſeim* pinguedo. M. & N. ſunt crepundia vulgi, & multo magis vocales.

SANFT, flexilis, mollis, lentus. Angloſaxones dicunt *ſoft*. Utrumque oriri potuit a Græc. ἔντονος, præpoſito ſibilo. Reliqui ſignificatus ſunt metaphorici. Nam a *flexili* ſenſus translatus eſt ad facilem: a *molli* ad mitem & placidum: a *lento* ad tardum & pigrum. Quod probe notari velim.

SANFT, facilis, poſſibilis. Utitur ni fallor Luth. Matth. XI. 30. Franci & Alamanni hoc ſenſu dicunt *ſenft*, & mutato N. in M. *ſamft*. Gloſſ. Keron. facilis *ſamfter*, facile *ſampto*, difficilem *unſemfta*, poſſibile *ſamfies*. Gloſſ. Boxh. *ſamfti* facultatem. NOTKERUS in Symbolo Athanaſiano non procul ab initio: *Perſonam iſt unſenfte ze diutenne*, quid ſit perſona difficile eſt explicatu.

SANFT, mitis, lenis, manſuetus. Gloſſ. Lipſ. *ſenifte* mitis, *ſenifti* manſueti, *ſenihte* (mutato F. in CH.) manſuetudinis. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *ſoft* & *ſoftnyſſe*.

SANFT, placidus, tranquillus, quietus, *ſanfter ſchlaf* ſomnus placidus, nullisque inſomniis turbatus, *beſenftigen* placare, tranquillare.

SANFT, tardus, & piger. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſoft* mollis, manſuetus, piger, *ſofte* gradatim, pedetentim, cunctanter. Hodie pro *ſoft* dicimus *ſacht*, elemento F. in CH. mutato, dum Belgæ promiſcue dicunt *zaft* & *zacht* pro *doucement*. Francis quoque *ſanft* tardum & pigrum denotaſſe, patet ex ſubſtantivo *ſunſt* palus, aqua ſtagnans, quod uſus vocabulorum tyrannus detorſit in *ſumpf*.

SANFTMUT, ſignificat quantum poteſt, (1.) animum facilem & ad obſequia paratum, (2.) animum mitem & manſuetum, (3.) animum placidum & tranquillum, (4.) animum ad iram & vindictam tardum. Hem, quanta virtutis copia in una voce, & quanta dicendi materia! At hæc neceſſe eſt neſcire eos, qui ſcalam ſignificationum ignorant.

SANG, cantus. Ita veteres univerſe in omnibus Dialectis. Gloſſ. Keron. canticum *ſanc*, modulatio *ſange*. Gloſſ. Boxhorn. *mazzaz ſanc* melodia. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 366. *uht-ſang* cantus antelucanus, *primſang* cantus matutinus, *undernſang* cantus tertianus, *middagſang* cantus meridianus, *nonſang* cantus nonalis, *æfenſang* cantus veſpertinus, *nihtſang* cantus nocturnus. MARTINIUS in voce *cano* deduxit a *ſonicum* vel *tonicum*, præter neceſſitatem, cum ſit verbale a *ſingen* cantare. Hodie utimur compoſito *geſang*, & nihilominus oſcines vocamus *ſangvögel*, & muſicum *ſangmeiſter*.

SANGEN, ſpicæ toſtæ. A *ſengen* uſtulare. Vox Provincialis, qua utitur Luth. Lev. II. 14.

SAPER, ſpuma, *ſaperen*, *ſabberen* ſpumam ore emittere. V. *ſeifer*.

SARG, *ſark*, arca ſepulcralis. HELVIGIUS longo rudente petit ab Heb. *ſagar* clauſir. Mihi videtur noviſſime abſciſſum a σαρκοφάγος, ſarcophagus, i. e. carnivorus, & ſubſtantive loculus, quia carnem defuncti abſumit. Vocem vetuſtam & domi natam vide in *trube*.

SASSEN, incolæ. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſeta* incola. SOMNER. in Dict. *ſæta* in compoſitione habitatores, colonos, cultores, ſive incolas ſignificat. e. g. *dun-ſæta* monticolæ, *deneſæta* vallicolæ. Hinc etiam nemoris incolæ in Germania *Holtſaſſen* dicti. Hæc ille. Alamanni, qui Speculum Suevicum condiderunt, incolas vocant *ſazzen*. Unde, niſi a *ſitzen* ſedere, reſidere? Sedent enim haud dubie, reſidentque, qui domicilium ſuum in regione aliqua collocarunt, & fundos ibi poſſident, ſive parvos ſive magnos. Et hunc ſenſum obtinet quoque in compoſitis, cujusmodi ſunt, *Land-*

Saſſen

Saſſen ſubditi, Latino-Barbaris *Lancetæ* & *Lanceti* apud Gloſſographos, *Schrift-Saſſen* a ſcriptura Cancellariæ, quæ ad illos dirigitur, ſic dicti, *Reichs-Saſſen*, *Ambts-Saſſen*, &c. quorum explicationem Jureconſultis & Lexicographis permittimus. Hoc nomen vulgo male confunditur cum *Saxonico*.

SAT, *ſaat*, quatenus derivatur a *ſæen* ſerere per medium derivandi T. ſignificat quantum poteſt, actionem ſerendi, ſementem, & ipſum ſemen. Gloſſ. Pez. ſationes *ſati*. TATIANUS Cap. LXVIII. 1. *mit thiu ther Heilant fuor ubar ſati*, cum tranſiret Jeſus per ſata. Evang. Angloſax. Matth. XIII. 3. *uteode ſe ſædere hys ſæde to ſawenne*, exiit ſeminator ad ſeminandum ſemen ſuum. *Sed* in ore Cambrico fit *had*, quia ſcil. H. & S. frequenter permutantur. Sed a *ſæd* Slavonica Lingua videtur formaſſe *ſiati* ſerere.

SATAN, ſpiritus infernalis, hoſtis ſecundum Hebræos. Vox in omnes Linguas Germanicæ originis, Gothicam, Angloſaxonicam, Francicam, ab interpretibus translata.

SATT, ſatur, *ſættigen* ſaturare. Lingua Gothica *ſad itan* eſt edere ad ſatietatem Luc. XV. 16. *ſad wairthan* ſaturari Matth. VII. 27. Francica *ſih ſaton* ſaturari, apud NOTKERUM Pſal. XVI. 14. Alamannica *ſetii* ſatietas, apud KERONEM in Gloſſis, Islandica *ſaddur* ſatiatus, apud VERELIUM in Ind. Veroſimile eſt, dicendi initium eſſe a Gr. ἀδὸς ſatietas, unde Latinis *ſat* & *ſatur*, & ab illis reliqua, quod etiam notavit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 286. Angloſaxones tuto carent his vocibus, & apud illos ſatur dicitur *ſylled* Luc VI. 25. i. e. plenus, expletus, a *ſyllan* expiere.

SATTEL, ephippium. Angloſax *ſadl*, *ſadol*, Francis *ſatal*, Cambris *ſadell*, Island. *ſadull*. Gloſſ. Pez. jumentorum cingula *ſatalgiziugi*. Duobus modis conſiderari poteſt, vel ut ſella equeſtris, & tunc originem referet ad *ſitten*, *ſitzen* ſedere, vel ut clitella, cui onus imponitur, & tunc erit a σάτ-λω onero. Hic ſenſus videtur antiquior, quia CÆSAR de Germanis, Germanorumque ferociſſimis, Suevis inquam, ſive Chattis, diſerte ſcribit: *Neque eorum moribus turpius quicquam, aut inertius habetur, quam ephippiis uti*. Lib. IV. de Bell. Gall. Cap. 2.

SATURNUS, Urano genitus, Titanum noviſſimus & potentiſſimus, imperium in occiduis Orbis partibus primus conſtituit, teſte DIODORO Lib. III. Cap. 61. Videamus ergo, quid in Linguis Occidentis vetuſtiſſimis, *Celtica* & *Germanica*, ſignificare poſſit. Nam hoc oſtenſo, veriſimiliter patebit, unde Latini illud nomen, quod Græcis ignotum, acceperint? *Saturnum* Celtica Lingua denotare poſſe *regem*, pridem ſuſpicatus ſum e Cambrica voce *teyrn* rex, quam infra cum univerſa familia produxi in voce *tyrann*. BAXTERUS eandem tradit originem in voce *Brennus*. Poſtquam enim monuerat *teyrn* ſignificare regem, & TURNACUM regiam, mox ita pergit: *Huc etiam referenda videntur Romana nomina* TURNUS *&* SATURNUS, *appoſito Celtico articulo* SA, *ut ſit idem* SATURNUS *quod* MOLOCH *vel* REX. De articulo Celtico *ſa* mihi non conſtat. Hoc autem ſcio, *ſa* eſſe Gothorum, & *ſe* Angloſaxonum articulum. Solent autem articuli cum ſuis nominibus interdum coaleſcere, præſertim in ore Latino, quod multis exemplis oſtendit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 63. Idque non ſemel accidit appellativis in nomina propria mutatis. Sic OSIRIS quibusdam apud PLUTARCHUM de Iſide creditur ſic dictus quaſi ὁ σείριος. Sic etiam PHARAO concrevit ex *pha* & *ro*. Illud Coptica Lingua eſt articulus, hoc regem ſignificat, ut me quondam docuit LACROSIUS vir celeberrimus & Philologorum noſtro ævo facile princeps. Ratio, cur Saturnus per excellentiam dicatur rex, in promptu eſt. Erat enim primus Rex non ſolum Aboriginum in Italia, ſed etiam totius Occidentis, nomenque regium primus adſcivit, & ante omnes fertur coronatus, teſte Pherecyde apud TERTULLIANUM Libro de Corona Cap. 7. PEZRONIUS verum Saturni nomen *Sadorn* fuiſſe ſcribit, cum dies Saturni etiamnum appelletur *Di-Sadorn* apud Armoricos. Hoc *bellicoſum* interpretatur, a *dorna* pugnare, prima tamen ſyllaba neglecta. Vide Antiquitates ejus Celticas pag. 72. 288. 415. Cæterum nec hoc omittendum, quod Janus ſimulacro Saturni falcem, inſigne meſſis, adjecit, teſte MACROBIO Lib. I. Saturnal. Cap. 7. quod Saturnus in quodam Achate meſſoris ſpecie viſitur, ſacco inſidens, cum falce in dextra, & faſciculo ſpicarum ante pedes, apud GORLÆUM Part. II. Dactyliothecæ num. 64 & quod filiæ Saturni, Iſis & Ceres, vel modium geſtent in capite, vel coronam ex ariſtis. Nam hinc videtur colligi poſſe, Saturnum ætatis ſuæ homines cum per ſe, tum per liberos, ab agreſti victu ad cultiorem vitam traduxiſſe, & ab his meritis *Saturni* nomen accepiſſe. Nam *ſædere* Dial. Angloſax. eſt ſator, ſeminator. Habes hic tres conjecturas valde opinabiles, cur celebris ille CRONUS in Linguis Occidentis dictus ſit *Saturnus*. Quæ etiamſi omnes falſæ eſſent, certum tamen eſt, *diem Saturni* in Verſione Angloſaxonica vocari *ſæternes-dæg* Marc. XVI. 1. Belgis vero *ſater-dag*, ſive in honorem Saturni, ſive imitatione Romanorum. TACITUM, qui Saturnum pro conditore Judaicæ gentis venditat Hiſt. V. 4. religioſa Judæorum iſtius diei obſervatione deceptum eſſe patet.

SATYRISCH, ſatyricus, dicax, mordax, riſui aut odio movendo aptus. A *Satyra* dictum vel ſcriptum mordax, & hoc a *Satyrus* comes Bacchi, qui in obvium quemque dicteria procaciter jactat. NATALIS COMES Lib. V. Mythol. Cap. 7.

„Satyri

„Satyri dicebantur eſſe Bacchi ſocii, ut Si„leni, ſicut teſtatur Plato in illo Epigram„mate in Satyrum:

Nam ſum ego cornuti gratus ſervus Dionyſi.

„Hos etiam convitiorum amicos appella„vit Nilus in eo carmine:

Πάντες μὲν Σάτυροι φιλοκέρτομοι.
Omnis amat Satyrus convitia.

„Dicti autem ſunt Satyri a ſalacitate, ut ait „Theocriti enarrator, cum σάθη tentigo „ſit, & titillatio ad Venerem. Hi cum „eſſent ſeniores, dicebantur Sileni. Huc usque NATALIS. Mallem autem *Satyros* ſic appellatos a *ſatyrus*, quod Laconica lingua hircum vel arietem ſignificat, teſte SERVIO. Nota hircorum laſcivia. Et hinc *Satyrus* homo laſcivus & ingenii laſcivientis, dignum comite Bacchi vocabulum. Eamque ob cauſam caprina facie & hircinis pedibus pingitur & fingitur, teſte HERODOTO Lib. II. Cap. 46. Ratio, cur ita ſentiam, hæc eſt, quia alia quoque Græcorum vocabula, quæ vel ſannam vel irriſorem ſignificant, ex animalium nominibus deſumta ſunt. Ita μῶνος irriſor, judice PEZRONIO eſt a Celtico *moch* ſus, γαυρόω illudo, ſubſanno e Celtico *gore* porca, quia irriſor nares attollit & corrugat, ut ſus roſtrum. A *moch* Armoricos habere *moccio*, Gallos *mocquer*, a *gore* Græcos χοῖρος porcus, idem animadvertit, in Antiq. Celt. pag. 354. Hæc, quamvis ab inſtituto meo aliena, longius proſequi placuit, quia multi viri doctiſſimi videbantur mihi adhuc ignorare, quid ſit *ſatyra* & *ſatyricus*, quas voces invitis Muſis a *ſatura* deducunt.

SATZ, quatenus derivatur a *ſetzen*, ſignificat quantum poteſt.

SAU, porcus & porca. Angl. *ſow*. Vox ex antiquiori quadam abſciſſa. Hebræis *chuz* eſt porcus. Hoc imitantur vetuſtiſſimæ linguæ per varias & conſuetas literarum mutationes. Inde Græcis ὗς, & σῦς, Laconibus σίκα, Latinis *ſus*, *ſucula*, Cambris *huch*, Armoricis *bouch*, Angloſaxonibus *ſugu*, Belgis *zog*, Anglis *hog*, Gallis *cochon*. Horum aliqua videntur convenire in radice *ſeugen* lactare. Vocem Gothicam & Francicam vide in *ſchwein*.

SAU, *ſaw*, aqua. Turcis *ſu* in hunc usque diem eſt aqua, teſte CLODIO in Lexico Turcico: & fortaſſe ab *a*, *aa*, aqua, præpoſito ſibilo. De hoc vetuſtiſſimo nomine vide plura in *ach*. Interim *ſaw* pro aqua vel amne, valde antiquum eſt, & ab illo ſunt vetuſtiſſima fluviorum nomina SABIS & SABA in Gallia Belgica, qui nunc *Sambre* eſt, SAVO in Campania, hodie *Saone*, SAVUS & SABUS in Pannonia, hodie SAU. Plura fluviorum nomina, quæ præter aquam nihil ſignificant, vide in *Dur* & *Iſter*. Obſervari meretur, quod etiam Celtarum lingua *avon* & *ſavon* amnem ſignificent, ab *au* unda, & quod inde nomina ſua ducant SAVAUDI & SABAUDI fluminis accolæ, judice BAXTERO in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 222. Sed undecumque ſit hæc vocula aquæ, rectius ſcribitur *ſaw*, cum labiali in fine, quam *ſau*. Nam W. natura ſua convertibile eſt in B. & V. & reliquas labiales, quas in derivatis videmus.

SAUBER, purus, mundus. Angloſax. *ſifer*, Franc. & Alam. *ſubro*, Belg. *zuiſer*. Gloſſ. Pez. venuſtate *ſupri*, illuvie *unſupridо*. Gloſſ. Keron. ſordide *unſubro*. Proprie eſt purus inſtar aquæ, a *ſaw* aqua, mutato W. in B. Ita *limpidus* a *limpha*.

SAUBER, moderatus, caſtus, temperans. Angloſax. *ſifer*, Angl. *ſober*. Senſus a munditie externa ad ſobrietatem & caſtimoniam translatus, quia ſobrii & caſti, dum potu & venere, aliisque corporis & animi inquinamentis, abſtinent, haud dubie puriores ſunt cæteris, qui illis polluuntur. Alii tamen derivant a Græc. σώφρων vel Lat. *ſobrius*. Hodie utimur adverbio *ſeuberlich* caſte, moderate, comiter, quod Angloſaxonibus effertur *ſiferlic*, Anglis *ſoberly*.

SAUBERN, *ſeubern*, purgare, mundare. Francis *ſubran*, *ſupron*, Belgis *zuiveren*. Gloſſ. Pez. tergeret *giſuprati*. Refer ad *ſauber* purus, mundus. Quamvis etiam ἀμέσως oriri poſſit a *ſaw* aqua, ſicut *waſchen* lavare, ab *isca* aqua. Quo pacto *ſeubern* erit frequentativi generis ab antiquiori *ſuben*, quod tempus delevit.

SAUFEN, *ſupen*, quatenus derivatur a *ſaw* aqua per literas convertibiles, ſignificat quantum poteſt, (1.) *fluere*, *manare*, (2.) *fundere*, *effundere*, (3.) *humectare*, *irrigare*, (4.) *humidum attrahere*, (5.) *bibere*, *potare*, (6.) *mergere & mergi*. Hos ſignificatus a natura humida recte & decenter derivari, nemini, qui meditari voluerit, dubium eſſe poteſt. Horum alii ſunt extincti, relictis tamen priſtini uſus veſtigiis, alii conſtanter ſervati.

SAUFEN, *ſupen*, fluere, manare. Heb. *zuph* fluxit, effluxit, emanavit. Ad reliquias verbi extincti ſpectant, *ſeifer* ſaliva, *ſippeln*, *zippeln* ſtillare, guttatim fluere, & inde *zipperlein* gutta, pravi humoris affluentia.

SAUFEN, *ſupen*, fundere, effundere. Hoc ſenſu Sorabi dicunt *ſipu*, primo de humidis, poſtea etiam de aridis, apud FRENZELIUM in Orig. Sor. pag. 153. qui Hebræorum *ſchaphach* effudit, tanquam conſonum adducit. Græci inde habent σίφων tubus quo humidum emittitur, nos *zapf* ſiphunculus, effuſor.

SAUFEN, *ſupen*, macerare, humectare. Forma verbi Angloſaxonica eſt *ſipan*, *ſypan*, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Et inde *ſype* humectatio, quam vocem ex Alvredi Regis Paraphraſi Boethiana ſiſtit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 300. Eſt & Latinis *ſipare* ſpargere aquam. Cuncta a notione aquæ.

Quid

Quid enim eſt macerare, niſi aqua vel humore perfundere? Sic a *waſſer* fit *wæſſern* irrigare. Nos inde derivamus *ſaft* ſuccus, Itali *ſuppa* panis vino maceratus.

SAUFEN, *ſupen*, ſorbere, humidum attrahere. Angloſax. ut ſupra, Franc. & Alam. *ſaufen*, *ſoufen*, Anglis *to ſup*, Suec. *ſupa*. Gloſſ. Keron. abſorbeatur *piſaufit ſi*. Inde derivatum omnibus Dialectis commune *ſuppe* juſculum, ſorbillum.

SAUFEN, *ſupen*, bibere, potare. Angloſax. *ſupan*, Franc. *ſufan*. Gloſſ. Pez. bibere *ſufan*. Idem Cambris *yfed* absque ſibilo. Cuncta ab aqua, qui primus fuit hominum potus.

SAUFEN, *ſupen*, immodice bibere, græcari. Belgis *zuipen*. Hebræis *ſabba* (interprete HELVIGIO) eſt potavit, helluatus eſt, *ſobbe* potator, convivator, ebrius. Neque aliud eſt (eodem judice) apud JUVENALEM *Sauffejæ* nomen, quam bibaculæ, ait enim: *Pro populo faciens, quantum Sauſeja bibebat.* Sic & Cambris *yſwr* eſt bibax, qui Germanis *ſeufer*.

SAUFEN, *ſupen*, mergere & mergi. TATIANUS Cap. XIX. 7. *gifultum beite ſheff, ſo thaz ſi ſuffun*, impleverunt ambas naviculas ita ut mergerentur. Gloſſ. Keron. mergit *pûuuffit*. Lege *piſauffit*. Gloſſ. Pez. demerſerunt *piſouftun*, ſepultus *piſoufter*. Hodie utimur compoſitis, *erſaufen* ſuffocari in aqua, *erſeufen* ſuffocare, facere ut mergatur.

SAUGEN, ſugere. Angloſax. *ſycan*, *ſugan*, *ſuccan*, *ſucian*, Franc. *ſugan*, Belg. *zuigen*, Angl. *ſuck*, Suec. *ſuga*, Gall. *ſuccer*, Ital. *ſucchiare*. TATIANUS Cap. LVIII. 2. *Salig thie manzon thie thu ſugi*, beata ubera quæ ſuxiſti. WILLERAMUS Cap. VIII. 1. *ſugan die ſpunne miner muoter*, ſugere ubera matris meæ. Omnia a Lat. *ſugere*, inquit SKINNERUS. Sed unde *ſugere?* Silet hic MARTINIUS, imo vocem omittit. Cuncta fortaſſe a Sarmatico *cic* mamma.

SAUL, *ſeul*, baſis, fundamentum. Cambri hoc ſenſu dicunt *ſail*, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Angloſaxones *ſyl*, apud SOMNER. & BENSON. Inde Gothis *ſulan* fundare Matth. VII. 25. *razn was gaſulith ana ſteina*, domus erat fundata ſuper petram. Non columnarum ſubſtructionibus firmata & ſuffulta, quæ JUNII interpretatio eſt. Hic primus vocis ſignificatus, & a Lat. *ſolum* deſumptus. Nam ſi verum eſt, quod ſcribit SERVIUS in 5. Æn. *unicuique rei quod ſubjacet, ſolum eſt ei, cui ſubjacet:* fundamentum eſt ſolum ædificii, & baſis ſolum columnæ. Ob eandem cauſam vox antiquitus translata eſt ad *columnam*, *limen*, & *aſſerem* ſignificandum, quia columna faſtigio, limen januæ, aſſer pedibus ſubjicitur. Quæ cum una cogitatione complecti non poſſent interpretes, nec omnia ad unum reducere, ad ſtridulas & futiles etymologias prolapſi ſunt.

SAUL, *ſeul*, columna. Gloſſ. Lipſ. *ſule* columna, *ſuli* columnas. SOMNER. in Dict. AS. *ſyl* columna, *Hercoles ſyla* Herculis columnæ. HELVIGIUS ducit a Gr. σύλος, unde per ſyncopen fit *ſylos*. JUNIUS a Gr. ξύλον lignum, vel ὕλη lignea materies. Quid nobis videatur, jam diximus in præcedenti ſignificatu. Compoſita antiqua vide in *fürſt* culmen, & *irminſula*.

SAUL, *ſole*, limen. Angloſax. *ſyl*, Angl. *ſill*, Ital. *ſoglia*, Gall. *ſolive au*, Lat. Barb. *ſolium*. Hodie dicimus *ſchwel*, per epentheſin, inſigni depravatione, & nullo apud veteres exemplo.

SAUL, *ſole*, aſſer, *ſolen* tabulare. Gloſſ. antiq. apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 122. *ſuliu* tabulas, *kiſulit* tabulata.

SAUL, macula, *ſal* ſpurcus & ſpurcities, *ſülen* contaminare. Vide ſingula ſuis locis.

SAUM, impedimentum jumenti, onus, ſarcina, clitellæ. Vox Celtica, & omnium conſenſu a Gr. σάγμα ducta, quæ Armoricis effertur *ſam*, teſte PEZRONIO in Antiq. Celt. pag. 437. Angloſax. *ſeam*, Francis *ſaum*, Gall. *ſomme*, Ital. *ſoma*. Gloſſ. Pez. ſagma *ſaum*. Gloſſ. Boxh. ſarcinnulæ *ſaumma*. SOMNER. in Dict. AS. *ſeam* onus, ſarcina jumentaria, *ſeam-byrden* ſaccus ſarcinarius. Hinc jumentum ſarcinarium, ſive equus ſit, ſive mulus, Francis vocatur *ſoumari*, Latino-Barbaris *ſoumarius*, Gallis prioribus *ſommier*, Italis hodiernis *ſomaro*, manifeſta Francicæ vocis imitatione. Gloſſ. Pez. burdo *ſoumari*. *Burdo* autem eſt jumentum dorſuarium, quod equa gignit e conjugio aſini, & ſic dicitur a *bürde* onus, ut *ſoumari* a *ſoum* onus. Hodie utimur compoſitis, *ſaum-roſs* equus clitellarius, *ſaum-ſattel* clitellæ, quibus ſarcinæ imponuntur, & aliis noti ſignificatus.

SAUM, impedimentum hominis. Senſus vocis allegoricus, ab impedimento jumenti petitus, & jam antiquitus uſurpatus. Lex Salica ab initio: *Si quis ad Mallum Legibus dominicis mannitus fuerit, & non venerit, ſi eum ſumis non detinuerit, ſolidorum XV. culpabilis judicetur.* Legitima autem impedimenta, quæ abſentiam a Mallo excuſant, ſecundum Legem Salicam Tit. XIX. 6. hæc ſunt: *Si in Mallum vocatus fueris, & is qui vocatus eſt, non venit, ſi eum aut infirmitas, aut Ambaſcia dominica detinuerit, vel forte aliquem de proximis mortuum intra domum ſuam habuerit, per iſtas* SUMIS *ſe poterit homo excuſare.*

SAUM, impedimentum frivolum & ſponte contractum, ut eſt deſidia & incuria. Hoc ſenſu ſuperat in derivatis *ſeumig*, *ſaumſelig*, & *ſeumen*, quod vide.

SAUM, ſutura. Angloſax. & Anglis *ſeam*. Haud dubie a Lat. *ſuo*, per medium derivandi M. A *ſeam* rurſus fit *ſöma* ſuere, ſuturam facere, Dial. Suecica.

SAUM, fimbria, limbus, ora veſtimenti, *ſeumen*, *beſeumen* prætexere, limbo circumdare. Gloſſ. Pez. ora *ſoum*. Belgæ eodem ſenſu dicunt *zoom* & *zoomen*. Græcis ζῶμα

eſt cingulum veſtis, a ζώννυμι cingo. Hoc etymo utitur HELVIGIUS, & meo judicio appoſite, quia limbus, dum veſtem cingit, cingulo ſimilis eſt. SKINNERUS tamen & STADENIUS hunc ſenſum cum præcedenti confundunt.

SAUR, acidus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ſur* acidus, *ſuro* aceſcere, acere. SOMN. in Dict. AS. *ſur, ſurig* acidus, *ſurigan, aſurian* acere, aceſcere, *ſurelic* acerbe, *ſurneſſe* aciditas, acor, acrimonia, acerbitas. Plurium linguarum conſenſum exhibet BAXTER. in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 208. cujus verba hic deſcribam: Sunt autem Britannis *ſar, ſor, ſur*, & Scotobrigantum *ſearv*, idem quod & Armeniis *xaur*, Perſis *ſciur*, Angloſaxonibus *ſur*, hodiernisque Anglis *ſour*, quod quidem *acerbum*, & figurate etiam *iracundum* ſonat. Hæc ille. HELVIGIUS & MARTINIUS, viri in ſtudiis etymologiæ magni & celebrati nominis, *ſaur* deducunt a Lat. *ſeverus*. Quod probare non poſſum. Nam quando auſterum & vultuoſum vocamus *ſaur*, tunc metaphora utimur ab acido deſumpta. Et cum hoc demum ſignificatu, qui natura poſterior eſt altero, conveniet Lat. *ſeverus*. Qui ſecus ſtatuunt, ordinem nuncupandi pervertunt, & rebus naturalibus imponunt nomina moralia, quæ apud omnes gentes ex naturalibus deſumuntur.

SAUR, metaphorice dicitur de auſtero & ſevero, de moribus aſperis, & univerſe de moleſto, laborioſo & ærumnoſo, ducta ſimilitudine ab ingrato acidi ſapore.

SAUR, quatenus eſt ſubſtantivum ab adjectivo ortum, ſignificat quantum poteſt, acetum & fermentum. Cum poſteriori ſignificatu convenit Hebræorum *ſcheor*, & Sorabicum *zur, ſchur*, utrumque fermenti ſignificatu, apud FRENZELIUM in Orig. Sorab. pag. 238.

SAURAMPFER. vide ſimplex.

SAUSEN, ſtrepitum edere. Hoc murmur venti vel aquæ cadentis docuit. Inde *ſaus* ſtrepitus, præcipue potantium. Convenit Gr. ἰαύειν reſonare.

SCARTEKE, fruſtum inutile papyri, & per contemptum ſcriptum breve & frivolum. Ab Italico *ſcartoccio* involucrum, cucullus, quod eſt a Lat. *chartaceum* judice FERRARIO.

SCHABEN, radere, ſcalpere, corticem auferre, *ſchabe* tinea, vermiculus rodens, *ſchabig* ſcaber, cujus aſpera cutis ſcabi poteſt. SOMNER. in Dict. AS. *ſcæſan* tondere, radere, polire, *ſcæſere* tonſor, politor, *ſcab* ſcabies. Gloſſ. Pez. corroſus *giſcapaner*, eradam *apaſcapo*, radendum *apazauarſcapanne*. Cuncta a Lat. *ſcabere*. Hinc porro oriuntur frequentativa *ſchaberen* & *chapeler*, quorum illud Francis, hoc Gallis uſitatum. Inde OTFRIDO *irſcaboron* corradere, quod dicitur de Juda Lib. IV. Cap. II. 59.

Er uuas thiob hebiger,
loh ſekilari ſiner.
Uuolt er thar uuaz irſcaboron,
Bithiu brzam er ſulih redinon.

Lege *bigan* ex reſtitutione cel. SCHERZII, & ſic verte: Erat ſur inſignis, ejusque diſpenſator, voluit aliquid corradere, idcirco cœpit ſic ſermocinari. Radere autem dicitur avarus metaphorice, quia de pecunia aliena ſemper aliquid detrahit.

SCHABERNACK, illuſio. An a *nack* cervix, & *ſchaben* ſcabere, quia illuſores eis, quos vexare volunt, cervicem ſcabunt a tergo? Ita quidem ſentit STADENIUS in Epiſtola ad ECCARDUM, SCHERZIO laudatus in notis ad locum OTFRIDI ſupra allegatum. Mihi videtur *nack* derivandum a *næcken* vexare, & *ſchaber* a *gapen* illudere, præpoſito S. Et ſic totum compoſitum non illuſionem digitalem, ſed vexationem illuſoriam denotabit.

SCHABRACK, tegumentum equi. Vox caſtrenſis, quam milites noſtri didicerunt a Turcis, ſive pridem in Expeditionibus ſacris, ſive nuper in Bellis Hungaricis. CLODIUS in Lexico Turcico: ſtragulum *ciaprack*. Præfige ſibilum vocabulo Turcico, & habebis Germanicum.

SCHACH, ſpolium, rapina, furtum. Francis & Alam. *ſcach*, Island. *ſkaak*, Lat. Barb. *ſcachus*. Dicitur ſenſu latiſſimo de rebus omnibus, ſive furto ablatis, ſive bello aut latrocinio captis. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Animadv. ad Will. pag. 161. *herihunta, ſcab* præda. ISIDORUS Cap. III. 6. *ſee ih hepſu mina hant ubar ſie, endi ſie uueridant zi ſcaahche dhem im aer dheonondon*, ecce levabo manum meam ſuper eos, & erunt præda his, qui prius ſerviebant illis. Lex Longobard. Lib. II. Tit. LV. 37. *De ſurto, aut ſchacho, ſi ultra VI. Sol fuerit, ſimiliter ut per pugnam veritas inveniatur, præcipimus.* Refer ad *ſchæcken* rapere. *Schach* rapinam denotare, perperam negat SKINNERUS in voce *check*.

SCHACHERN, quatenus eſt frequentativ. a *ſchæcken* rapere, ſignificat latrocinari, prædari, furari, etiamſi eo ſenſu non amplius occurrat. Et cum illo convenit Heb. *ſchakar* ſcelerate agere.

SCHACHERN, transferri ſolet ad mercaturæ & uſuræ fraudes, quæ a compendio latronum non re ipſa, ſed nocendi modo differunt. Ita Cel. PALTHENIUS in not. ad Tatian. pag. 404.

SCHACHERN, rem furtivam vendere. Hoc fere ſenſu utuntur Judæi inter Chriſtianos degentes.

SCHACHMAN, fur, latro, eadem notione qua *ſchæcher*, de quo poſtea. Vocem fiſtit GOLDASTUS in Animad. ad Script. Parænet. pag. 431. Dicitur & *ſackman*, quamvis ex alio fonte.

SCHACH-MATT, vox Perſica, a Mauris in Europa profeminata, & cum ludo ſchachico Hiſpanis tradita, quæ Hiſpanis & & Portugallis effertur *xaque mate*, Italis *ſcacco matto*, Anglis *check-mate*. Plerique Eruditorum conſentiunt, priorem compoſiti partem *Regem* denotare, a Perſico *ſhah* rex.

rex. Et hoc vocabulum apud Orientales (a quibus ſcachiludium ad nos venit) inter ludendum frequenter pronunciari, tanquam monitorium, ut Rex ab imminenti periculo ſibi caveat, auctor mihi celeberrimus HYDE in Tract. de *Scachiludio* pag. 3. Sed quid ſit *mat*, non æque convenit inter omnes. MENAGIUS & poſt illum ECCARDUS interpretantur *mortuus*, ut totum compoſitum idem ſit quod *rex mortuus*, *cæſus*, *interfectus*. Et huic interpretationi videtur favere, quod Hebræis *mat* mortem & interitum ſignificat, Arabibus *mata* mori, Hiſpanis *matar* occidere, facere ut moriatur. Verum cum hic ludus non ſit origine Hebræus, nec Arabicus, nec Hiſpanicus, ſed Perſicus; hinc e Perſica Lingua non ſolum priorem, ſed etiam poſteriorem nominis partem arceſſendam eſſe, res ipſa declarat. Perſis autem *mat* eſt debilitatus, enervatus, labefactatus, victus, ſuperatus, & hinc *ſchahmat* res victus, interceptus, & ad impotentiam agendi redactus. Ita me docuit HYDIUS loco citato pag. 151. qui hoc argumentum funditus examinavit. Germanis *matt* etiamnum eſt languidus, debilis, feſſus, & *ſchach-matt* enervatus, viribus exhauſtus, ſenſu a regulo ludi deſumpto. ERICUS in *Myſterio Philologiæ* aliam comminiſcitur etymologiam, cujus ſumma hæc eſt: Ludum latrunculorum iis ſorte temporibus inventum eſſe, quibus latrocinia gloriæ habebantur: in hoc ludo duos figurari latrunculos, quorum nomina Rex albus & Rex niger, & abduci quatuor tauros totidemque juvencas: ſub his figuris *Herculem* abactorem & *Cacum* abigeum repræſentari: hinc verba *ſcacco matto* ſignificare *Cacus mactus eſt*: Italos vero ad evitandam ſordidiorem vocis *cacco* ſignificationem, literam S. præfixiſſe. Quæ ſicut ingenio non carent, prout nec cætera hujus viri inventa; ita iis ſolis placere poſſunt, qui Perſicas origines ignorant aut faſtidiunt.

SCHACH-SPIL, ludus regius. Vox hybrida, e Perſica & Germanica compoſita, cujus verum ſenſum primus vidit WEICKMANNUS Suevus, HYDIO laudatus, qui hunc ludum appellavit *Königſpil*, h. e. regiludium. Vulgo tamen interpretantur *ludum latrunculorum*, i. e. prædonum, quod (ut OVIDIUS ait) *latrocinii ſub imagine calculus iret*, & *ſchach* Germanis ſit latrunculus. Qua interpretatione admiſſa, *ſchachſpil* erit vox ex aſſe Germanica. GROTIUS in Indice: *Scaccum*, *rapina*, *unde & ludo latrunculorum nomen*, *quod a Germanis ad Græcos & Perſas usque pervenit*. Hæc ille. Sed multa hic opponit HYDIUS, quæ ſententiam vulgarem evertunt. Primo univerſe negat, *ſcachludum* Romanis innotuiſſe, etiamſi ſuperiori ſæculo multum bonæ Latinitatis profuſum fuerit ad hoc probandum. Ex authenticis & indubitatiſſimis teſtimoniis illius ludi inventionem vel ſaltem ex India in Perſidem miſſionem referri ad tempora Regis NUSHIRRAVANI, qui JUSTINIANO Imp. coævus fuerit: Et hanc inventionem deberi Indis, minime vero Germanis. Qua in re conſentientem habet D. WILLISIUM in Tractatu *de Algebra* Cap. 3. Secundo, ludum illum Romanum, quem veteres *latrunculorum* vocant, ludum fuiſſe *militum* ait, non *furum* aut *prædonum*. Hoc ut evincat, prolixe oſtendit, tempore ENNII & PLAUTI *latrocinari* idem fuiſſe ac militare, *latrocinium* idem quod militiam, & milites univerſe dictos eſſe *latrunculos* a Gr. λάτρις ſervus, famulus, quod in bello ſervirent. Vide præclarum Auctorem in *Scachiludio* pag. 17. & in *Damiludio* pag. 177. Uterque tractatus multa continet ſingularia, & hoc inter alia, quod ludus ſchachicus in Americanis Inſulis primo Europæorum adventu inventus fuerit, unde illarum incolas antea cum Orientalibus commercium habuiſſe colligit.

SCHACHT, ſpecus, puteus rei metallicæ. Corruptum ex genuino *ſchaft*, quod eſt a σκάπτω fodio, prout optime judicat JUNIUS in Animad. ad Will. pag. 218. F. mutare in CH. vitium commune in Dialectis. Quod originum ſcrutatoribus ſcitu apprime neceſſarium, ne falſos fontes pro veris arripiant. Exempla vide in Obſervationibus ad hanc literam. *Schaft* tribuitur Belgis a JUNIO. Et cum illo convenit *Scaptenſula* locus in Macedonia, ubi argentum effoditur.

SCHACHTEL, capſa, ex tenuiſſimis tabellis confecta. Depravatum per epentheſin ex Italico & magis genuino *ſcatola*, quod eſt diminutiv. a *ſcheide* theca, qua aliquid reconditur.

SCHAD, noxa, damnum, detrimentum. Angloſax. *ſcathe*, Franc. *ſcado*. Gloſſ. Pez. læſio *ſcado*, damno *ſcedan*, calumniam *ſcadun*. Idem Græcis ἄτη, ab ἄω noceo. Noſtros præfixo *ſchin* inde formaſſe *ſchade* & *ſchaden*, ſatis clarum arbitror. Nam & Græci interdum S. & K. immiſcent. Inde illis ἄδη detrimentum, ἀάσασθαι nocere, & ἀάσκοθος illæſus.

SCHADEN, lædere, nocere. Goth. *ſkathjan*, *gaskathjan* Luc. X. 19. Angloſax. *ſcæthan*, Franc. *ſcadan*. Gloſſ. Boxh. *ſchadoet* fraudatus. Gloſſ. Lipſ. *ſcathan ſal* damnabit. Id eſt, damnum inferet. Hoc enim Latino-Barbaris ſignificat *damnare*.

SCHADEN, per ſynecdochen generis ſignificat quantum poteſt, & dicitur de omnis generis læſione, ſive fiat in corpore, ſive in fama, ſive in bonis. Hebræis *ſchadad* eſt vaſtavit, *ſched* ſpiritus malus, auctor omnis noxæ & miſeriæ. Græcis σκεδᾶν diſſipare, diſcerpere. Angloſaxonibus *ſcathian* furari, furtum facere, *geſceathian* ſpoliare, *ſceatha* latro & quivis adverſarius, *theodſceath* graſſator, prædo popularis, *ſcæth-man* pirata.

SCHÆDLICH, noxius. Græcis miro conſenſu κέτλιος.

SCHÆCHER, latro, prædo, graſſator. Angloſaxonibus *ſceocca*, *ſcucca* eſt Satanas, inimicus, *ſceacere* latro. Apud OTFRIDUM occurrit *ſcahari hebiger* latro inſignis, quod dicitur de Barraba Lib. IV. Cap. XXII. 26. *ſcahero luage* ſpelunca latronum Lib. II. Cap. XI. 46. *ſcachara urmare* latrones famoſi Lib. IV. Cap. XXVII. 6. Quæ certe non ſunt a Lat. *ſica*, vel *ſicarius*, ut GOLDASTUS & alii opinantur, ſed potius a *ſchach* rapina, vel *ſchæcken* rapere, quod ex lingua veteri Belgarum attulit KILIANUS. Latino-Barbari *ſcachatorem* vocant, quod ſupponit verbum *ſcachcare*. Capitulum XIV. Caroli Calvi in Fragment. *Iſtud jurabunt Centenarii. Si quem ſcio, qui nunc latro aut ſcachcator eſt, vobis Miſſis Dominicis non celabo.*

SCHÆCK, equus varius, *ſchæckicht* verſicolor. Ab Italico *ſcacchato*, quo ſignificatur id, quod inſtar tabulæ ſcachicæ coloribus diſtinctum eſt. Anglis *checkerwork* eſt opus teſſellatum, omnino a *check* ludus ſcachicus, cujus alveolus alternis teſſellis variegatur.

SCHÆCKEN, rapere. KILIANUS in Etymol. Belgico: *ſchaecken* rapere, *ſchaeck* raptus, raptus virginum, *ſchaecker* ſicarius, latro, latrunculus, prædo. Factum ab Angloſax. *ſcathian* furari, mutato T. in K, quod genus mutationis valde frequens eſt in Dialectis. De ortu & cognatione verbi Angloſaxonici vide dicta in *ſchaden*, & confer *ſchach* & *ſchæcher*. Hodie utimur frequentativo *ſchachern*.

SCHÆFLEIN. Vide *ſchæſilein*.

SCHÆFTEN. Vide *ſchaft*.

SCHÆFTLEIN, jaculum, lanceola. Diminutiv. a *ſchaft* haſta. Hoc imitantur Galli in *javeline*, ſed vitioſe, nos ruſſus Gallos in *ſchæflin*, cum deberemus dicere *ſchæftlin*.

SCHÆKERN, *ſchökern*, ludere, laſcivire, petulanter agere. A Lat. *jocari*, quod interdum idem ſignificat, & non ſolum de dictis facetis, ſed etiam de factis petulantibus dicitur. CATULLUS Epigr. 2. *Cum deſiderio meo nitenti carum neſcio quid lubet jocari.* Epigr. 18. *Pædicare cupis meos amores, nec clam: nam & ſimul jocaris una, hærens ad latus omnia experiris fruſtra.* Apud eundem aliosque Scriptores impuros *joci* ſæpe ſunt luctæ laſcivæ & præludia Veneris. Quicquid horum eſt, Germanica quoque voce exprimitur.

SCHÆL, *ſchiel*, obliquus, tortus, inflexus. Gr. ἰλλὸς, σιλλὸς, σκολιὸς, Lat. *ſcolius*, Belg. *ſcheel*. Ab ἴλλω verto, contorqueo, per præfixa S. & SC. Hinc fortaſſe etiam oculo nomen quæſitum, quia oblique verti & moveri poteſt. Nam ἴλλος Ionice eſt oculus. Dicitur (1) de rebus omnibus, quæ obliquitatem patiuntur. Inde Belgis *ſcheel hout* lignum flexum, curvum, intortum. (2) de oculis diſtortis. Inde Angloſaxonibus *ſceol-eag*, *ſcyl-eag*, *ſcul-eaged* ſtrabo. (3) de torvo aſpectu, quia torvi pæros imitantur. Inde *ſchæl ſehen* limis oculis adſpicere, quo utitur Luth. Matth. XX. 15. Et huc etiam ſpectat ex Indice Vereliano: *ſkæla fig* torvum intueri, ringere. Quamvis autem *ſchæl* & *ſchiel* reapſe non differant, hodie tamen ita diſtinguimus, ut *ſchiel* ad vitium oculorum, *ſchæl* ad pravum intuentis animum referatur. A *ſchiel* eſt *ſchielen* intorquere oculos, transverſum videre, & hinc *ſchieler* ſtrabus. Sic etiam Græcis a σκολιὸς fit σκολιόω & σκολιάω intorqueo, & ab ἰλλὸς ἰλλαίω torve inſpicio. Gallos a *ſchæl* habere *jaloux*, ſunt qui exiſtiment.

SCHÆLHENGST. v. *ſchale* concha venerea.

SCHÆMEN. v. *ſcham*.

SCHÆNDEN. v. *ſchand*.

SCHÆREN. v. *ſcheren*.

SCHÆRFEN. v. *ſcharf*.

SCHÆTZEN. v. *ſchatz*.

SCHAF, pecus balans, Gr. ὄϊς, Lat. *ovis*, Angloſax. *eowe*, Anglis *ew*, Belgis prioribus *ouwe*, *oye*. Ab his primitivis plebs ruſtica, quæ ſibilis & gutturalibus delectatur, efformavit *ſaf*, *ſcaf*, *ſchaf*, non nuper quidem, ſed jam ante multa ſæcula. Hinc ovis Angloſax. dicitur *ſceap*, plur. *ſceapa* Joh. X. 1. 2. Franc. & Alam. *ſcaf*, Belg. hod. *ſchaap*, Angl. *ſcheep*. Gloſſ. Keron. oves *ſcaf*, ovibus *ſcaffum*. NOTKERUS Pſal. LXXVIII. 13. *uuir din liut unde ſcaf dinero herto*, nos populus tuus & oves gregis tui. Extat & *feſiſchefo*, h. e. oves pingues, inter voces Malbergicas in Lege Sal. Tit. IV. 3. Si quis tamen malit vocem Germanicam derivare cum aliis ab Arabica *ſcha* ovis, vel a Græc. σκέπω tego, operio, quia multa lana tegitur, & lana ſua etiam nos tegit, non reclamabo. Mihi ſufficit, originem, quam dedi, innumeris vocabulis, eadem ratione factis, probabilem reddi. A *ſchaf* eſt *ſchafrekel* moloſſus, qui oves impellit, a *recken* agere, pellere, *ſchæfer* opilio, & alia per ſe manifeſta.

SCHAFF, cadus, vas ligneum & concavum. Gloſſ. Pez. ſummiſſo vaſe *inginomanemo ſceffe*. Videtur eſſe a σκάφος, *ſcaphus*, quod Lexicographis exponitur *cavitas*, & derivatur a σκάπτω excavare.

SCHAFF, menſura aridorum, modius, medimnus, ob ſimilitudinem cadi ſic dictus, Latino-Barbaris *ſcapha* apud CANGIUM, in Legibus Weſtrogothicis *ſkappe*, memorante LOCCENIO in Lex. Jur. Sueo-Goth. Hic ſignificatus probe notandus, quia inde habemus diminutivum *ſcheffel*. Extat *ſcheffila* ordei, avenæ, ſecalis, in Lege Saxonum titulo ultimo.

SCHAFF, *ſchapp*, armarium, in quo aliquid reponitur vel reconditur. VERELIUS in Ind. *ſkap* repoſitorium, *ſkapkiær* pocula. In Verſione Angloſax. Luc. XXI. 1. *ſceoppe* ponitur pro gazophylacio. Ubi Luth. habet *gotteskaſten*. Forte a σκέπω tego.

SCHAF-

SCHAFFEN, multos habet ſignificatus, a Lexicographis male digeſtos, quorum potiores nunc delibabo, cæteris aliorum diligentiæ relictis. Gothis effertur *ſkapan*, Angloſax. *ſcapan*, *ſceapan*, *ſceopan*, *ſceppan*, *ſcippan*, *ſcyppan*, Franc. & Alam. *ſcaffen*, *ſkaffon*, *ſcephan*, Belg. *ſcheppen*, Scand. & Island. *ſkapa*, *ſkipa*, Angl. *ſhape*. Sed non apud omnes æque lato patet ſignificatu.

SCHAFFEN, facere. Hic primus verbi latiſſime patentis ſignificatus, in quo omnes faciendi modi tanquam ſpecies in genere conveniunt. Utitur Luth. Phil. II. 12. Joh. VI. 10. Utitur quoque WILLERAMUS Cap. IV. 8. *ich geſcaffo, daz die Keiſere unte die Cuninga adorabunt veſtigia pedum tuorum.* Inde Gothis *gaſkapans* factum Marc. II. 27. *ſabbato warth gaſkapans in mans*, ſabbatum propter hominem factum eſt. Puto a σκευῶ parare, inquit MARTINIUS. Quod magis probo quam a *cavare*, quo etymo utitur SKINNERUS, ducta a ſculptoribus metaphora.

SCHAFFEN, laborare, operari. Utitur Luth. Epheſ. IV. 28. Inde Anglis *ſhop* officina, Germanis *ſchaft* occupatio, quod obſolefcit, *ſchæftig* induſtrius, negotioſus, aſſiduus in opere, quo rurſus utitur Luth. Prov. XIV. 4. *geſchæft* occupatio, labor, negotium &c.

SCHAFFEN, parare, præparare cauſas. Evang. Goth. Joh. XII. 4. de Juda proditore: *ſkaftida ſik du galewjan ina*, parabat ſe ad tradendum eum. WILLERAMUS Cap. IV. 4. *an dero uuere hangent duſent ſkilte, daz ſint diu innumera præſidia, die ih dir ze ſkirme unte ze uuarnungo habe geſcaffet*, in propugnaculo pendent mille ſcuta, hæc ſunt innumera præſidia, quæ tibi ad tutelam & munimen præparavi. Cum hoc ſignificatu convenit Gr. σκευάζω paro, & παρασκευὴ præparatio.

SCHAFFEN, formare, producere, quod dicitur de arte & natura, *beſchaffen* a natura vel arte conſtitutus, *beſchaffenheit* qualitas, conditio, & natura rei, *wolgeſchaffen* formoſus, *ungeſchaffen* deformis, *rechtſchaffen* probus, quaſi recte & ad legem factus. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſceapan* formare, *geſceapen* formatus, *geſceapu* forma. Gloſſæ Junianæ in Obſerv. ad Will. pag. 78. *kiſcaffota* formatum, *kaſcaffot ſint* deformati ſunt. Inde Francis *ſcaffe* forma *geſcaft* formatio, productio, germinatio. RUODPERTUS Magiſter S. Galli Epiſt. VII. informis materia *ſcaffeloſa zimber*. WILLERAMUS Cap. VI. 10. *roton epfele in geſcaffede*, mala punica in germinatione.

SCHAFFEN, procreare, quod dicitur de parentibus utriusque ſexus, ut *parere* apud Latinos, & τίκτω apud Græcos. Utitur Luth. Gen. XXX. 1. Pſal. CII. 19. Hinc mulier gravida Francis dicitur *ſcaffante* procreans, quia fœtum in utero format TATIANUS Cap. V. 7. *uuas fundan ſcaffaniu*, inventa eſt gravida. Hoc eſt, (ut optime exponit PALTHENIUS) inventa eſt formans prolem, quam ſuſceperat. Ideoque legendum *ſcaffantu*. Et ſic etiam legit SCHILTERUS. Ad hunc ſignificatum ſpectat, quod pudenda, quæ generationi inſerviunt, Angloſaxonibus dicuntur *geſceapa*, & membrum genitale Islandis *ſkap*, apud VEREL. in Ind.

SCHAFFEN, fingere, quod dicitur de ingenio. BENSON. in Voc. AS. *ſcyppan* fingere, *ſcop* poëta, *ſcopcræft* poëſis, poëtica, *ſcop-leoth* carmen. Inde Francis & Alam. *pſalmſcof* pſalmiſta, auctor cantici, apud ISIDORUM Cap. VII. *ſona imu quhad dher pſalmſcof*, de quo pſalmiſta ait.

SCHAFFEN, *ſchöpfen*, creare, quod dicitur de Deo, rerum omnium conditore, qui cæteris negotium fecit. BENSON. loc. cit. *ſcapan*, *ſceapan*, *ſceppan* creare, *ſcapen* creatus, *ſcippend*, *ſcyppende* creator, *ſceapennyſſe* creatio, *geſceaſe* conditio, creatura. Gloſſ. Keron. creatori *ſceffantin*. Gloſſ. Pez. creans *gſcephenter*. OTFRIDUS. Lib. II. Cap. I. 11. de ſtatu mundi antemundano:

Thaz uuir nu ſehen offan,
Thaz uuas thanne ungiſcafan.
Vertit SCHILTERUS:
Quæ nunc conſpicimus palam,
Erant tunc nondum creata.

VEREL. in Ind. *ſkapa* creare, ingenio & indole donare, *eingi ſkapar ſig ſialfr* nemo ſeipſum creat, h. e. ingenii dotes & vitia a natura inſunt cuique. Ex eodem fonte deſumta ſunt creationis, creaturæ, & conditionis naturalis vocabula in omnibus pene Dialectis. Inde

Gothis *gaskaft* creatio, & creatura. Joh. XVII. 24. *ſaur gotkoſt fairhwaus* ante conſtitutionem mundi. Marc. XIII. 19. *fram anaſtodeinai gaskaftais* ab initio creaturæ,

Francis *gaskaft* eadem notione. Gloſſ. Boxh. *gaskaft* condicio. OTFRIDUS habet *giſceft* Lib. II. Cap. I. 114. quod idem.

Alamannis *chiſcaft* eadem notione. ISIDORUS Cap. II. 2. *dhazs angil Gotes ni uuiſta, nob einic chiſcaft ni archennida*, quod nec angelus Dei ſcivit, nec ulla creatura cognovit. Et paulo poſt: *dhiu zifarande chiſcaft dhero dodlihhono*, conditio caduca mortalium.

Islandis *skap* indoles, natura, ingenium, animus, *skepna* animal, creatum, apud VEREL. in Ind.

Germanis *ſchöpfung*, *erſchaffung* creatio, *geſchöpf* creatura, & alia ſatis manifeſta.

SCHAFFEN, exequi, facere ut fiat ſecundum imperata. Utitur Luth. Hiob. XXXVII. 12.

SCHAFFEN, curare ut fiat, procurare, providere. Utitur Luth. Joſ. I. 11. Inde *ſchaffer* & *ſchaſner* œconomus, procurator, dispenſator in monaſteriis. Cum hoc ſignificatu

ficatu videtur convenire Gr. σκοπεῖν obſervare.

SCHAFFEN, ſtatuere, ordinare, diſponere. VEREL. in Ind. *ſkipa* conſtituere, ordinare, collocare, *ſkapa oc ſkera* pro libitu & arbitrio omnia diſponere, *ſkipan* ordinatio, conſtitutio, lex, *ſkepna* fatum, *ſkepnolag* fato præfinitum. Spec. Sax. Lib. II. Cap. 55. *wat ſo de burmeſter ſcheppet des dorpes vromen*, quicquid ſcultetus paganæ utilitatis cauſa ordinaverit. Utitur Luth. 1. Corinth. VII. 17. Inde *abſchaffen* exauctorare.

SCHAFFEN, *ſchöpfen*, ordinare decernendo, *rechs ſchaffen* jus dicere, *urtel ſchöpfen* ſententiam pronunciare. Suecis *ſkipa rætt* eſt juſtitiam adminiſtrare. Priſcos inde formaſſe nomen Judicis, poſtea videbimus in *ſchöppen*.

SCHAFFEN, ordinare teſtando, *geſchæft* teſtamentum, ultimæ voluntatis ſignificatio. Alius ſenſus forenſis, & Alamannis recentioribus proprius. Jus prov. Alam. Cap. VI. 2. *iſt der vater aun geſchæft vervarn*, ſi pater inteſtatus deceſſerit. Cap. XVI. 2. *und gis im Got geſchæft*, ſi Deus illi teſtandi facultatem induſerit. Cap. XXIII. 1. *iſt daz ain man ſinen friunden gut ſchaffen uuil*, ſi quis amicis ſuis bona teſtari velit. Cap. CLX. *der aun geſchæft tot lit*, qui inteſtatus deceſſit.

SCHAFNER. v. *ſchaffen* procurare.

SCHAFFEN, agere, trudere, pellere. Angloſax. *ſceofan*, *ſcufan*, *ſcufan*, Angl. *ſhove*, Belg. *ſchuiven*. A Græc. σοβεῖν ſummovere, abigere, urgere. Inde Angloſax. *aſceafan*, *aſceofan* explodere, *aſceafen* exploſus, *beſcufon* detrudere, præcipitare. Evang. Angloſax. Luc. IV. 29. *and hig ariſon and ſcufon hine of thære ceaſtre, and læddon hyne ofer thæs muntes cnæpp, ofer thone hyra burh getimbrud wæs, that hi hyne nythær-beſcufon*, & inſurrexerunt ejeceruntque eum e civitate, & duxerunt illum usque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Hodie *ſchaffen* de priſtina violentia aliquid remittit, nec niſi in compoſitis dicitur, cujusmodi ſunt *von-ſich-ſchaffen* Marc. VI. 46. *weg-ſchaffen* Exod. VIII. 31. Zeph. III. 18. *fort-ſchaffen*, & ſimilia. Conſer verba ſororia *ſchieben* & *ſchupfen*.

SCHAFT, ſagitta, & omne telum miſſile. SONNER. in Dict. Angloſax. *ſcæft*, *ſceft*, *ſceaft* ſagitta, jaculum, haſta. Gloſſ. Lipſ. *ſceftt* vel *ſcepſti* ſagittæ. Idem Anglis *ſhaft*. Omnino a *ſchaffen* trudere, pellere. Quid enim eſt ſagitta, niſi telum miſſile, quod ex arcu vi exploditur? Belgæ ſagittam vocant *ſchicht*, Sueci *ſkæchta*; ſed vitioſe, quia literam radicalem F. mutant in CH. Interim *ſchaft*, quod genuinum, & apud Anglos unice obvium, nos quaſi manu ducit ad emendationem alterius vocis, antiquæ & difficilis *ſcaftlegi*, quæ mire torſit ingenia eruditorum, quo magis vitium ſuum occultat. Capitulum Caroli Calvi Tit. XXXVI. Cap. 33. *Poſtquam Comes & Pagenſes de qualibet expeditione reverſi fuerint, ex eo die ſuper XL. noctes ſit bannus reſiſus, quod in lingua Theodiſca* SCASTLEGI, *id eſt*, ARMORUM DEPOSITIO *vocatur*. Bannus, id eſt, interdictum de deponendis armis, quod hic *ſcaftlegi* vocatur, dicitur reſcindi poſt reditum Comitis ex caſtris, quia ante Comitis reditum capitale erat, arma deponere, ut dixi in *Hersliz*, hoc autem reverſo cuivis liberum erat, arma deponere, citra crimen Banni violati. Quid ſit *ſcaft* in voce Theotiſca, LINDENBROGIUS ingenue fatetur ſe neſcire. Ego vero, inquit SPELMANNUS, qui e Saxonico noſtro omnia quæro, reor *ſcaft* dici pro *cæſt* contentio, lis, jurgium, ut ſit *ſcaftlegi* quaſi contentionis depoſitio. Sed hæc etymologia nullam habet rationem literæ S. ab initio vocis, & litem cum armis confundit. Legeatque *ſcaftlegi*, & concordabit interpretamentum Capituli. Nam *legi* eſt depoſitio, a *legen* deponere, & *ſcaft* ſagitta, quæ, cum illis temporibus præcipuum eſſet belli inſtrumentum, ſynecdochice ponitur pro armis. PONTANUS in Chorographia Daniæ legit *ſchiltlegi*, quod *ſcutum reliquiſſe præcipuum flagitrum* fuerit apud veteres Germanos, teſte TACITO Cap. VI. Quæ lectio, etiamſi non ſit contemnenda, durior tamen eſt, & licentioſior, quia præter conſonantem etiam vocalem mutat. Adde, quod flagitium utrinque diſpar ſit. TACITUS agit de homine, qui fuga ex prælio elapſus ſcutum hoſti reliquit; Capitulum Calvi de eo, qui Duce inſalutato exercitum deſerit, & arma domi ſuſpendit.

SCHAFT, haſtile, cuſpis haſtæ. Uſu ſagittarum & jaculorum antiquato, nomen haſtilibus relictum. Hinc *ſceaft* exponitur etiam *cuſpis* apud SOMNERUM. Et *ſchæften* aliquando eſt cuſpide vel ferro munire.

SCHAFT, lignum telo affixum, *büchſenſchaft* pars lignea bombardæ. Ducam a Lat. *ſcapus*, donec lux aliunde affulſerit. Inde porro *ſchæften* manubrio inſtruere, *ſchæfter* faber manubriorum, *geſchæft* manubriatus. VEREL. in Ind. *ſkept* quod manubrium habet. Aliud eſt *ſchæften* ferro munire, de quo paulo ante.

SCHAFT, ſubfixum. V. *Proleg.* Sect. VI.

SCHAL, inſipidus. Forte a Gr. ἠλεὸς inſipiens per proſtheſin. Nam inſipiens & inſipidus ſæpe habent communia vocabula. Hujusmodi ſunt, *fatuus* apud Latinos, *dumb* apud Germanos. Aliud vocabulo domicilium invenire non poſſum.

SCHALE, phiala, patera, poculum patulum. Vox Longobardica. P. WARNEFRIDUS Lib. I. de Geſt. Long. Cap. 27. *In eo prælio Alboin Cunimundum occidit, caputque illius ſublatum, ad bibendum ex eo, poculum fecit, quod genus poculi apud eos* SCHALA *dicitur, Lingua vero Latina patera vocatur*. GOLDASTUS ducit a Lat. *calyx*, in not. ad Script.

Præ-

Parænet. pag. 380. HELVIGIUS a Gr. χάλυς, χάλιξ, quod illi Bacchum & merum ſignificat. Alii a κάλαμος lignum, quod calices olim ex ligno fierent. Longobardos hanc vocem e Græcia reportaſſe, valde credibile eſt. HESYCHIO enim σκαλὶς exponitur σκαφίον, quod pro *vaſe potorio* ponitur apud ATHENÆUM Lib. 4. & σκαλλίον, κυλίκιον μικρὸν parvus calix. Quam obſervationem debemus JUNIO in not. ad Will. pag 217.

SCHALE, lanx libræ, *wag-ſchalen* lances libræ, quarum uni pondus, alteri res ponderanda imponitur. Gloſſ. Ælf. pag. 67. lanx *ſcale*, bilances *twa ſcale*. SOMNER. in Dict. AS. *ſceale* lanx, ſtatera, trutina, *weag-ſceala* lanx, bilanx. VEREL. in Ind. *ſkal* bilanx. Tacet hic SKINNERUS in voce Anglica *ſcales*, quod miror, cum etymon ſatis clarum ſit. Nam libra cum ſuis lancibus eſt arbiter rerum ponderandarum, & ſuum cuique tribuit, unde etiam Juſtitiæ ſymbolum eſt. Refer ergo ad *ſchelen* diſtinguere, dividere, ſeparare.

SCHALE, plures habet ſignificatus, a notione tegendi deſumptos, & hæc notio oritur a verbo Scandico antiquiſſimo *ſkyla ſkiule*, tegere, quo Dani & Sueci etiamnum utuntur, ut oſtendi in *ſchild*. Dicitur *primo* de artefactis. Inde Gothis *ſkalja* tegula Luc. V. 19. Islandis *ſkiul* latebra, tectum ſine parietibus ad arcendam pluviam a ſubſtantibus, Suecis *ſkiul* teges, tegmen, tegulum, Germanis *meſſerſchale* oſſiculum quo manubrium cultri tegitur. *Secundo* de rebus naturalibus. Inde Græcis σκῦλος corium, pellis, naturale animalis tegumentum, σκυλοδέψης coriarius, pellium præparator. In reliquis Dialectis ſignificat tegumenta piſcium, conchas, teſtas, ſquammas, nec non tegumenta fructuum, putamina, folliculos, ſiliquas &c. SOMNER. in Dict. Angloſ. *ſcala* glumula, *ſceala* putamina, cortices, teſtæ, conchæ, cruſtæ, ſquamæ, *ſciell*, *ſcyll* concha, teſta, cortex, *bean-ſceala* ſiliquæ fabarum. VEREL. in Ind. *ſkal* putamen, item cruſta, tegumentum, ſquamma, vox valde communis, & tam de animalibus, ut conchyliis & piſcibus, quam de diverſis fructibus dicitur: inde Italis *ſcaglia* ſquamma, *ſcagliare* deſquammare. Addo, nec aliunde Gallis *eſcaille* & *eſcailler*. FERRARIUS & MENAGIUS, qui has voces auctoritate SCALIGERI a Lat. *ſquamma* deducunt, corruptis elementis, non ſunt audiendi. Hodie eadem voce, & eadem latitudine utimur. Inde compoſita, *eyerſchale* teſta ovi, *hirnſchale* cranium, os quo cerebrum tegitur, *nußſchale* cortex nucis, *ſchalfiſch* piſcis teſtaceus, & alia multa, a notione tegendi manifeſto deſumpta.

SCHALE, concha venerea. Dicitur de parte genitiva equæ ob conchæ marinæ ſimilitudinem. Inde *ſchælen*, *beſchælen* equam inire, *beſchæler* admiſſarius. Latino-Barbari *emiſſarium* vocant. Inde Gloſſa Peziana: emiſſarius *ſcelo*. Ex eodem fonte eſt *ſchælhengſt*, quo utitur Luth. Sir. XXXIII. 6. *wie der ſchelhengſt ſchreyet gegen alle meren* &c. Alii ſcribunt *ſchellhengſt*, tanquam eſſet a teſticulis, vel tintinnabulis collo appenſis.

SCHALK, ſervus, a ſuprema ad infimam conditionem. Goth. *ſkalks* Matth. X. 24. Angloſax. *ſcalc*, *ſcealc*, Franc. & Alam. *ſcalc*, *ſcalch*, Ital. *ſcalco*, Lat. Barb. *ſcalcus*. Gloſſ. Keron. ſervus *ſcalch*. VEREL. in Ind. *ſkalkar* ſervi, famuli. TATIANUS Cap. CLVI. 4. *niſt ſcalc mere thanne ſin herro*, non eſt ſervus major domino ſuo. Significat propric hominem obnoxium, qui imperata facere debet, a verbo antiquo *ſcolan* debere, per medium derivandi K. Gloſſ. Keron. debere *ſcolan*, debet *ſcal*. Hinc verba populi apud Joh. XIX. 7. *debet mori*, Gothicus interpres vertit *ſkal gaswiltan*, Angloſaxonicus *ſceal ſweltan*, Francicus *ſcal ſterban* in Harm. Evang. Tat. Cap. CXCVII. 6. Suecicus *ſkal dö*, Islandicus *ſkal deyja*. De priſca hujus verbi forma vide plura in *ſollen* debere. Servus autem, definiente Domino, eſt is, qui debet facere quod facit Luc XVII. 10. & qui facit quod alter vult fieri Joh. VIII. 34. Cui definitioni conſentit deſcriptio Centurionis: *ſi dixero ſervo meo fac hoc, & facit, vade & vadit, veni & venit.* Luc. VII. 8. Tribuitur autem nonſolum mancipiis, ſed etiam liberi obſequii hominibus, nec liberis tantum, ſed etiam honoratioribus & in dignitate conſtitutis, ut patet ex compoſitis *Seniſcalcus* & *Mariſcalcus*, quorum illud ſplendorem ſuum habet ab antiquis, hoc a recentioribus. Et huc etiam ſpectant Burgundionum *Witiſcalci*, id eſt, miniſtri ab exactionibus, quorum ſecuritati proſpexit Lex Burg. Tit. LXXVI. 1. ubi *pueri regii* vocantur, *qui judicia exſequuntur & mulctas exigunt*, idem prodente nomine, quod a *wette* mulcta manifeſto petitum eſt. In nominibus propriis, quoties occurrit apud Veteres, ſimiliter honeſtam & minime ſervilem ſignificationem habet. Hujusmodi ſunt,

GODISCILCUS, miniſter bonus, Rex Vandalorum apud PROCOPIUM, qui eundem GODIGISCLUM vocat, literis ni fallor transpoſitis.

GOTSCHALK, eadem notione, ut antecedens, ſi nomen Chriſtiana religione antiquius ſit. At ſi cum illa demum cœperit, ſignificabit id quod GROTIUS voluit, nempe *Dei ſervum.*

ADELSCHALK, nobilis miniſter.

Et alia ſatis clara. A *ſkalk* antiquitas fecit *ſkalkinon* ſervire, & *ſcalclich* ſervilis. Illud Gothis, hoc Francis proprium. Italos *ſcalco* a Germanis accepiſſe, fatetur FERRARIUS, Italorum doctiſſimus.

SCHALK,

SCHALK, uſus deflexit a ſervo ad hominem callidum, ſubdolum, & malitioſe ingenioſum, quod fere tales eſſent ſervi. Inde *ſchalkheit* aſtus & nequitia, *ſchalksknecht* ſervus nequam &c. Ejusmodi vocabula in deteriorem ſenſum vitio hominum prolapſa, proſtant fere in omnibus Linguis. Sic τύραννος, quod Græcis ab initio erat nomen Regis, ita ut Jupiter ipſe Deorum Tyrannus dicatur ab ARISTOPHANE, creſcente deinceps regum potentia & crudelitate, factum eſt principis iniqui & in ſubditos ſævientis. Sic *hoſtis* & *furis* vocabula, cum antea nihil continerent pravitatis, poſtea ob pravos hominum mores cœperunt vituperari. De vocabulis Germanicis ſimilia fata perpeſſis, paſſim agitur in hoc Gloſſario. Et in ſervili genere occurrit *dieb*, quod primo ſervum, poſtea furem denotavit. Imo etiam *ſchalk* videtur aliquando furem denotaſſe. Nam hujus ſignificationis manifeſtum veſtigium extat in derivato *ſchalchum*, quod in Additamentis ad Legem Salicam ab Ottone I. factis, Tit. VI. § 2. ponitur pro furto.

SCHALL, ſonus. NOTKERUS Pſal. IX. 7. *do zegieng dero geuuaht mit demo ſcalle*, tunc periit memoria eorum cum ſonitu. Pſal. XVIII. 5. *in alliu lant fuor iro ſcal*, in omnem terram exivit ſonus eorum. Præter Francos habent etiam Sueci *ſkall* eadem notione. Quod eſt verbale a *ſchallen*.

SCHALLEN, ſonare, ſonum edere, *erſchallen* perſonare, percrepare. NOTKERUS Pſal. CXLVI. 1. *Pſalterium ſcillit alſo ein lira*, pſalterium ſonat inſtar lyræ. Pſal. CL. 5. *lobont in mit zymbon uuola ſkellenten*, laudate eum cymbalis bene ſonantibus. WILLERAMUS Cap. II. 14. *din ſtimma ſchelle in minen oron*, ſonet vox tua in auribus meis. Gloſſ. Lipſ. *irſcal* increpuit. Cuncta præpoſito ſibilo a ſimpliciori *gellen* vel *ballen* ſonare.

SCHALMEI, tibia gingrina. Belg. *ſchalmei*, Gall. *chalumeau*, Pol. *ſzalamoia*, Angl. *ſhalm*. Non quod in *Majo* ſonet, ſed a *galm* ſonus, ſibilo præfixo, vel a Lat. *calamus*, per terminationem Gothicam *ei*.

SCHALTEN, trudere, propellere, promovere. Verbum ab interitu vindicavit interpres TATIANI Cap XIX. 6. ubi Dominus Petro ait: *ſcalt thaz ſhef in tiufi*, propelle navem in altum. In qua lectione nihil omnino mutandum, etiamſi celebri Tatiani Commentatori aliter videatur. Navicula enim Petri erat truſatilis, & ejusmodi navibus idem verbum hodieque aptatur apud Helvetios. PICTORIUS in Dict. *ſchalten* promovere, *ein ſchif das waſſer auf oder ob ſich ſchalten* ratem conto ſubigere, *er ſchalt ob ſich das waſſer auf, er fart wider das waſſer*, adverſo flumine lembum ſubigit, *anſchalten* oram ſolvere. Qua ſit ab origine natum, hactenus deprehendere non potui. In Gloſſario Schilteriano *ſchalten* male exponitur *ſeparare*, *removere*, cum proprie ſit trudere, vel in locum, vel de loco. Teſtis NOTKERUS ibidem citatus Pſal. XX. 3. *du ſcalteſt ſie ze rukke*, trudes eos retrorſum. Alter Notkeri locus nihil facit ad rem, ſed ſpectat ad verbum *ſchelten* criminari. Hodie libentius dicimus *ſchieben*, *treiben*, *ſtoſſen*, *drengen*, *ſchergen* &c. Sed a ſimplici componimus *einſchalten* intrudere, intercalare.

SCHALTEN, regere, dirigere. Proprie eſt urgere imperio, & dicitur de poteſtate civili, quia cogit & compellit, ducta metaphora vel a remigantibus qui adverſo flumine lembos ſubigunt, quo pacto conveniet cum *ſteuren* & *raten*, ejusdem ingenii verbis, & eadem ratione factis; vel a motu trudentium in genere. Nam regere eſt trudere, cogere, impellere. Hinc ſcil. vice-rex nobis dicitur *ſchalt-könig* quaſi exactor regis, & rector loci *ſchulze*, quia mulctas a delinquentibus exigit, & litigantes ad officium compellit. Unde antiquitatem verbi ſtabiliam, in iſta monumentorum, quæ ad nos venerunt, paucitate, non invenio. Supplet tamen hunc defectum conſenſus Linguarum Orientalium. Nam *ſchultan* & *ſchelat* Chaldæis ſignificat *dominium* & *dominari*. Et Turcis atque Tartaris *Sultan* eſt dominus & imperator. Similia habent Hebræi. Cauſa, cur in his linguis tot occurrant voces Germanicis ſimiles, hæc eſſe poteſt, quod progenitores Abrahæ, gentis Judaicæ conditoris, ſorte fuerint e Scythis Nomadibus oriundi. Nam vitæ genus ab HERODOTO deſcriptum, perfecte reſpondet moribus Patriarcharum. Similiter & ea, quæ in Arabica lingua noſtris ſimilia ſunt, videntur ab iis, qui e Scythia in Arabiam migrarunt, terræ iſtius incolis relicta. Omitto circumciſionem, quæ Scythis quibusdam tribuitur ab HERODOTO Lib. II. Cap. 102. & DIODORO SICULO Lib. I. pag. 17. Hoc loco nobis ſufficere poteſt, quod ſenſus metaphoricus ſemper poſterior ſit proprio, & conſequenter quod *ſchalten* pro regnare, in quacunque gente reperiatur, proprium ſit ejus linguæ, in qua ſignificat *trudere*.

SCHALTJAHR, annus biſſextilis, ab intercalario die ſic dictus. Originem hujus anni deſcripſit SUETONIUS in vita Jul. Cæſaris Cap. XL. *Converſus hinc ad ordinandum Reſp. ſtatum, Faſtos correxit, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque meſſium feriæ Æſtati, neque vindemiarum Autumno competerent. Annumque ad curſum ſolis accommodavit, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur.* Id eſt, intruderetur, ſtylo Germanico. Nam *ſchalten* eſt trudere, *einſchalten* intrudere, & hinc *ſchalt-tag* dies intercalarius, *ſchaltjahr* annus biſſextilis, quem Suetonius non accurate ſatis deſcripſit. Nam annus Julianus erat 365. dierum & 6. horarum, ſive unius

diei

diei quadrantis ſpatium, quod non erat omittendum, quia hinc cauſa cognoſcitur, cur quarto quoque anno unus atque integer dies a Cæſare intruſus ſit. MARTINIUS, qui vocem Germanicam interpretatur *annum ſcalatum*, tanquam a *ſcalis* vel gradibus ſic dictum, videtur proprietatem verbi *ſchalten* ignoraſſe.

SCHAM, pudor, verecundia, timor probri. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſcame, ſceamu* pudor, verecundia, *ſceam-leas* inverecundus, impudens, effrons, *ſcamfæſt* verecundus, pudicus. Gloſſ. Keron. verecundia *ſcamu*. Gloſſ. Boxh. *unſcama* impudentia. Gloſſ. Pez. impudens *ſcamaloſer*. VEREL. in Ind. *ſkaum, ſkom, ſkam* verecundia, pudor, *ſkamlaus* ſine verecundia, inverecundus. MARTINIUS in voce *ſcematio* derivat a Gr. σχῆμα, quia is, quem pudet, formam vultus mutat erubeſcendo. Mallem, ſi Græca origine opus ſit, cum HELVIGIO deflectere ab αἰσχύνη pudor. Nam N. converti in M. ſæpiſſime contingit. A *ſcham* fit *ſchæmen* pudere, pudefieri & pudefacere, & ab his rurſus fit *ſcham* pudendi & propudii ſignificatu. Pudorem pulcherrimis verſibus ornavit MARNERUS, vetus Poëta, quos, quia prodeſſe & delectare poſſunt, ex GOLDASTO de Script. Parænet. pag. 445. hic deſcribam:

Der eren ſpegel iſt dú ſcham,
Swer ſich darinne erſiht
Der wirt unzemen bliken gram:
Dú ſcham iſt argen worten vigent, untruwen has, vnſteten fluch:
Scham iſt ein Tugent dú mannes namen gegen frowen priſes giht,
Dú reinen Wib tunt man alſam ir beider lieb mit ſchame geſchibt:
Schame get edelen geſteinen vor, und túret bas danne ſidin tuch,
Scham iſt mit beſcheidenheit de werden minne bi;
Dú ſcham in erengarten iſt ein blüendes zwi;
Dú ſchame iſt erenſchilt;
Dú ſcham alſam ein reines kint in ſchoner frowen ſchozen ſpilt;
Schame zieret reinú wib und wirdet edelen man,
Schame kan leiden uf den ban
Da nie ſchandentrit kam an.

SCHAM, pudendum, cujus aliquem pudeat. SOMNER. loc. cit. *ſcama* veretrum, pudenda. Suecis *ſkam*. Refer ad *ſchæmen* pudere.

SCHAM, propudium, dedecus ex turpi facinore. SOMNERUS loc. cit. *ſcame* propudium, *ſceamlic* turpis, inhoneſtus, dedecorus. VEREL. loc. cit. *ſkam* dedecus, *ſkem* turpe, *ſkambund* impudens canis, *ſkamſamliga* turpiter, *ſkamdarfullr* impudentiſſimus. Suecis *ſkam* etiamnum eſt pudor & propudium, *ſkamlig* turpis, *ſkamlighet* turpitudo. Anglis *ſhame* pudorem notat, ſed in compoſitis propudium, cujusmodi ſunt, *ſhameful* probroſus, *ſhamefulneſs* turpitudo, probrum. Franci videntur *ſcama* eodem ſenſu uſurpaſſe. NOTKERUS Pſal. LXX. 3. *pedechet uuerden mit ſcamo unde mit midungo*, operiantur pudore (dedecore) & confuſione. Pſal. CVIII. 29. *ſcama umbefahe die mir argchoſoien*, induantur pudore (propudio) qui detrahunt mihi. Et mox: *inuuert ioh uzuuert ſcamig*, intus & foris confuſi. Refer ad *ſchæmen* pudefieri. Hodie pro *ſcham* dicimus *ſchimpf*, quia ſcil. labiales ſe mutuo attrahunt in ore noſtro.

SCHÆMEN, *ſich ſchæmen*, pudere, verecundari, erubeſcere. Evang. Goth. Luc. XVI. 3. *bidjan ſkama mik*, mendicare erubeſco. Similiter & Angloſaxonibus *ſceamian* eſt pudere, *me ſceamath* pudet. Quibus conſentiunt Franci. NOTKERUS Pſal. VI. 11. *ſcamen ſih* erubeſcant. Pſal. XXIV. 2. *ne ſcamo mih*, non erubeſcam. A *ſcham* pudor.

SCHÆMEN, pudefieri, confundi. Græc. αἰσχύνεσθαι, Suec. *ſkæmmas*. Ex eodem fonte.

SCHÆMEN, pudefacere, facere ut confundatur. Græc. αἰσχύνειν, Angl. *to ſhame*, & inde *ſhamed* pudefactus, confuſus. Ex eodem fonte. Hodie utimur compoſitis *beſchæmen* & *beſchimpfen*.

SCHAND, dedecus, turpitudo, ignominia: Angloſax. & Franc. *ſcande*. Scriptores medii ævi *confuſionem* vocant ab effectu, quia ignominia animum patientis reddit perplexum, & vultum rubore ſuffundit. NOTKERUS Pſal. XXI. 6. *ne uuurden ſie ze ſcandon*, non ſunt confuſi. Pſal. XXXIX. 16. *ſar tragen iro ſcanda*, ferant confeſtim confuſionem ſuam. Pſal. LXXXVIII. 46. *habeſt in irfullet ſcandon*, perfudiſti eum confuſione. Proprie eſt probrum vel propudium, & manavit (judice HELVIGIO) a Gr. αἰσχρὸν pudendum, ſicut *ſcham* ab αἰσχύνη. Et quemadmodum hæc apud Græcos ſunt cognata, ita *ſchand* & *ſcham*, quatenus propudium notat, ſunt ejusdem parentelæ.

SCHÆNDEN, *ſchenden*, dedecorare, probro afficere. A *ſchand* probrum. Latini rurſus vocant *confundere*, ob rationes allegatas. SOMNERUS loc. cit. *ſcendan* confundere, dedecorare, *geſcænd* confuſus, contumelia affectus. Gloſſ. Keron. confuſus *keſcanter*. NOTKERUS Pſal. XLIII. 8. *die unſih hazzent, die habeſt du geſcendet*, qui oderunt nos, confudiſti. Poſtea, ut fieri ſolet, ſenſus ad omnes corruptelas, ob ſimilitudinem cum probris, translatus eſt, tributusque etiam iis rebus, quæ ſenſu & pudore carent. Hinc *ſcendan* Angloſaxonibus non ſolum eſt confundere, dedecorare, contumelia afficere, ſed etiam *vitiare, corrumpere, perdere*, interprete SOMNERO. Et hic verbi ſenſus etiamnum perennat.

SCHÆNDEN, *ſchenden*, convitia evomere. Angloſaxonibus *ſcendan* eſt reprehendere. Utrumque a *ſchand* probrum.

SCHÆNDEN, *ſchenden*, vitiare virginem. Miro iterum Græcorum conſenſu, quibus αἰσχύνειν non ſolum eſt confundere, & dedecore afficere, ſed etiam ſtuprum inferre.

SCHÆNDTLICH, *ſchendlich*, turpis, probroſus. Angloſax. & Franc. *ſcandlic*. Gloſſ. Pez. probroſæ *ſcantlibes*. Græcis αἰσχυντηλὸν idem ſignificare poteſt. Nihil hic facit *ſcandalum*, quod alii pro etymo obtrudunt.

SCHANDLOS, impudens, expers pudoris. Proprie *ſchanlos*, a Gr. αἰσχύνη pudor, poſtea *ſchandlos*, quia D. attrahi ſolet ab N. Exempla vide in *Proleg.* Sect. III. Vox ita concepta eſt, acſi contrarium denotaret. Hinc *ſchandlos* apud ATILERUM exponitur *illibatus, omni nota, macula, & opprobrio vacuus*. Sed hic ſenſus ab uſu non agnoſcitur.

SCHANK, venditio potus, cereviſiæ *bierſchank*, vini *weinſchank*. Refer ad *ſchenken* vendere potulenta.

SCHANZ, vallum, agger, munimen. Belg. *ſchans*, Suec. *ſkantz*. In reliquis Dialectis tam priſcis quam recentioribus vox deſideratur; quæ alioqui tam obſcura, ut omnes pene aditus excludat. Dabo tamen, ne quid intentatum relinquam, duplicem conjecturam. Prima mihi offertur a verbo *ſchütten* jacere, unde primo fit *ſchutt* congeries, terra conjecta, & poſtea *ſchanz* per epentheſin. Altera a Lingua Græca. Nam χῶμα Græcis eſt agger, humus egeſta, & χώννυμι aggerem educere. Et hinc quoque oriri poterat *ſchanz* per proſtheſin & epentheſin. Quidam ab illo SCANZIÆ nomen deducunt, quia JORNANDES Cap. 3. de reb. Get. ſcribit, quosdam Scanziæ populos *exeſis rupibus tanquam caſtellis inhabitare ritu beluino*. GROTIUS legit *exciſis*, & hinc colligit, munimenta illa dicta antiquitus eſſe *ſchanzen*, & ab illis *Scanziam* Inſulam, in Proleg ad Script. Goth. pag. 3. Sed non perſuadet. Nam per *ſchanz* omnes intelligunt locum manu factum & e terra egeſtum, non naturalem, & multo minus petroſum, cavernoſum, aut e petra exciſum. Nec ejusmodi loca erant in proximo Germaniæ littore, quæ a Gothis noviter appulſis nominari poſſent *Gothiſcanzia*. Alia igitur nomini *Scandico* origo quærenda. Hoc quidam ducunt a *ſcandendis navibus*, alii ab ipſo *Aſcenace*. CLUVERIUS vero exiſtimat, *Scandicum* nomen e *Scanico* factum eſſe, per literæ D. inſertionem, idque a milite Romanorum, qui poſt diſperſam Germanici claſſem, forte in littore maris Baltici ſervitutem egerat, Lib. III. Germ. Ant. pag. 654. Sed hæc conjectura nodum ſecat, non ſolvit. Nam *Scania* & *Scandia* differunt ut pars & totum, quod etiam monuit GROTIUS in Prolegomenis. SCANIA in Vocabulariis Angloſaxonicis vocatur *Scon-eg*, h. e. inſula amœna; quod ingenti illi Peninſulæ, immenſis montibus horridæ, aptari nequit. Sed ut breviſſime me expediam, quis neſcit, nomina Regionum formari a nominibus populorum? Ergo ſicut *Dania* dicitur a *Danis*, *Gallia* a *Gallis*, *Germania* a *Germanis*; Ita *Scandia* vel *Scanzia* a *Scandis*. SCANDI autem interpretatione Græca ſunt σκηνῖται, h. e. tabernaculorum inhabitatores, a σκηνῆν habitare, caſtrametari, tentoria ponere. Et tales etiamnum ſunt *Lappones*, vetuſtiſſimi Scandiæ incolæ, a Saxonibus in interiora pulſi. Ex hac etymologia patet, (1) cur Gothi Scanziam egreſſi, proxima Germaniæ loca (fides ſit penes JORNANDEM Cap. 4. de reb. Get.) appellaverint GOTISCANZIAM, quia ſcil. tabernacula ſua ibi fixerant. (2) Cur Scanzia dicatur SCANDINAVIA. Nam *au* in nominibus regionum ſignificat *terram*. Et hinc *Scandenau* eſt terra Scandorum. Hoc ut ſtabiliam, utar GROTII auctoritate, qui loco citato ita ſcribit: *Ex* SCANDIA *addito* AU *vocabulo, quod terram ſignificat* (*ut oſtendunt* MORAU, BATAU, NASSAU, VELAU, *aliaque infinita nomina*) *factum eſt* SCANDINAVIÆ *vocabulum, ad modum nominis* BATAVIÆ *ſimiliumque. Quomodo &* AUSTRAVIA *Plinio, id eſt,* OSTERAU, *terra Orientalis ea eſt, quam nunc* ESTONIAM *dicimus, pronunciatione ad Saxonicam propius accedente, ut mox dicetur. Nam eandem eſſe Auſtraviam Plinii, quæ nunc, ut dixi, Eſtonia, olim* ESTIORUM *terra, dubitare nos non patitur ſuccinum* (*gleſum ipſi olim vocabant*) *quod in Auſtravia legi dicit Plinius, apud Eſtios Tacitus, & ipſi Eſtii in Epiſtola ad Theuderichum & in reſpondente Epiſtola Theuderichus.*

SCHAPP, armarium. Vide *ſchaff*.

SCHAR, quatenus eſt a *ſcheren* ſecare, ſignificat quantum poteſt, (1) vulnus vel inciſionem. Inde vox Malbergica *charfrido* vel potius *ſcharfrido* compoſitio vulneris, in Lege Sal. Tit. XX. 3. ex obſervatione ECCARDI in notis ad locum. In reliquis veterum Germanorum Legibus vulnus vocatur *ſcharte*, quod in nulla re differt a *ſchar*, niſi modo naſcendi. Illud eſt derivativum, hoc verbale a *ſcheren*. (2) inſtrumentum ſecandi. Gloſſ. Florent. MS. vomer *ſcaro*. Id eſt, ferrum aratri, quo terra proſcinditur. Inde Gallis *charrüe*, & Latino-Barbaris *carruca* pro aratro. Hodie utimur compoſito *pflug ſchar*, quod vide.

SCHAR, globus militum, parvus vel magnus. Vox a Francis relicta. Gloſſ. Pez. phalanges *ſcara*, acie *ſcaro*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XVI. 23. de Juda proditore:

Skara filu breita
Joh ſie thara leita.
Duxit eo cohortem magnam.

Suecis prioribus *ſkæra* erat certare, *ſkærd* pugna, quæ, cum illis nunc obſoleſcant, in Præfatione Bibliorum an. 1703. explicantur, obſervante STADENIO in Voc. Bibl. pag. 528. Hinc ipſe judicat, quod *ſchar* ſit a *ſkæra*, & proprie

proprie denotet multitudinem belligerantem. Mirum eſt, hujus ſignificatus nullum apud antiquiores reperiri veſtigium, ne quidem in Indice VERELII. Ergo donec in lucem melius collocetur hæc radix, nos aliam inveſtigabimus. Primo ſignificare poteſt *partem exercitus diviſam*, ſi derivetur a *ſcheren* dividere, ſecernere. Secundo *manum militarem*, ſi oriatur a Gr. χείρ manus, vis bellica, quod fieri poterat ſibilo præfixo. Tertio *multitudinem belligerantem*, ſi ſit a Lat. *cors*, *chors*, *cohors*. Francos linguam patriam innumeris vocibus e ſermone Græco & Latino locupletaſſe, vidimus hactenus. Sed undecunque ſit obſcuræ vocis origo, ſuos certe habuit imitatores. Inde Latino-Barbaris *ſcara* bellatorum turma, Italis *ſchiera*, Gallis olim *eſquierre*. Præcipua compoſita ſunt,

zeltſcara, turma caſtrenſis, agmen ſub tentoriis militantium, quo utitur WILLERAMUS Cap. VI. 3. 9.

ſcaraguayta, excubiæ cohortis, hodie *ſchar-wacht*.

SCHAR, villa, pagus, ager. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *caer*, Angloſax. *ſcir*, Anglis *ſhire*. Antiquiſſimis temporibus latius patuit, & communem habitandi locum denotavit, ut demonſtravi in *Kerl*. Poſtea ad villam reſtringi cœpit. Inde Latino-Barbaris *ſcararii* ruſtici, villani, *ſcaramanni* judices & præpoſiti villarum. CANGIUS *ſcaramannos* cum *ſcararii*s confundit, ſed ex lingua Angloſaxonica noſſe poterat, *ſcyr-man* denotare centuriæ præfectum. LEIBNITIUS *ſcararios* confundit cum militibus, quod ex *Regiſtro Prumienſi* refellit ESTOR in Commentario *de Miniſterialibus*. Sed ruſticos *ſcararios* ipſe male derivat a *ſchar* cohors, turma, cum manifeſto ſit a *ſchar* villa. Quod vel hinc colligere poterat vir doctiſſimus, quia *ſchaurwerk* etiamnum dicitur *opera ruſtica* in Palatinatu ſup. Boioariisque, prout ipſe refert pag. 282.

SCHAR, multitudo ruſtica. Dictio metonymica, qua ſubjectum ponitur pro adjuncto, continens pro contento, villa pro villanis. Hic ſenſus deinceps ad omnes cœtus transferri cœpit. Inde Islandis *ſkara* turba apud VERELIUM in Ind. & Angloſaxonibus *ſcir-gemot* conventus multitudinis.

SCHARBEN, ſecare, putare, amputare. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſcearpan* ſcindere, ſecare. Gloſſ. Pez. concidit *ſcarpota*. Conſentit Lat. *ſarpere*, quod judice MARTINIO eſt ab ἄρπη falx, unde Gallis *ſarpe*, *ſerpe*, & Dialectis Slavonicis *ſirp* falx arborea vel meſſoria.

SCHARBOCK, morbus ex acrimonia ſanguinis. Belg. *ſcheurbuick*, Suec. *ſkörbiug*, Gall. *ſcorbut*, Angl. *ſcurvy*. Vox Belgica exponi ſolet *venter ruptus*, a *ſcheuren* rumpere, quamvis etiam *puſtulam inflammantem*, ſi SKINNERUM audiamus, denotare poſſit, a *ſchüren* incendere. Credo vocem ſimplicem & minime compoſitam eſſe, cum quia compoſitores iſti non ſatisfaciunt, tum quia compoſitione non indigemus. Nam *ſcharbock*, & reliqua vocabulorum monſtra, huic ſimilia, ſunt abortus a Lat. *ſcorbutus*, litera T. in K. transeunte. Latina autem vox, quam Galli imitantur, ita concepta eſt, ut pateat illam a filiis medicorum factam eſſe e Belgica *ſcherpte*, vel Danica *ſkarphed*, acrimonia. Vox Anglica eſt a Germ. *ſchärfe*, quæ non ſolum de acie ferri, ſed etiam de acrimonia ſanguinis dicitur.

SCHARF, acutus. Angloſax. *ſcearp*, Franc. & Alam. *ſarf*, *ſarph*, Belg. *ſcharp*, *ſcherp*, Angl. *ſharp*, Suec. *ſkarp*. Proprie eſt ſecans, vel ad ſecandum aptus, a *ſcharben* ſcindere, ſecare: & non a *ſcheren*, ut quidam arbitrantur, quia de litera F. in fine vocis ratio reddenda eſt. Dicitur proprie de ferro ejûsque acie: tropice vero de omnibus rebus, quæ ſecare videntur, & a natura acie quadam ſunt inſtructæ; vel ad diſcernendum, ut viſus & cogitatus præſtantior; vel ad pungendum, ut acetum & frigus; vel ad corrumpendum, ut particulæ rodentes; vel ad dolorem augendum, ut lex & pœna ſevera, verba & verbera atrocia &c. Ad primam claſſem ſpectat Angloſax. *ſcearp* ſagax, & ex hodierno idiomate *ſcharf* perſpicax, acutus in videndo, *ſcharf geſichtt* viſus aquilinus, *ſcharfſichtig* lynceus, *ſcharfſinnig* ingenuoſus, ſubtilis. Cuncta ab acumine vel oculi vel ingenii. Ad ſecundam, *ſcharf* acidus, acerbus, auſterus, *eſſig ſcharf* acidus inſtar aceti, *ſcharfe kælte* frigus atrox. Ad tertiam *ſcharfe ſæfte* acres humores, *ſcharf geblüt* ſanguis ſcorbuticus. Quarti generis ſunt, *ſcharfe ſtraffe* pœna ſevera, *ſcharfer verweis* gravis reprehenſio, *ſcharfer befelh* edictum rigoroſum &c. KERO in Gloſſis apud Goldaſtum: aſperum *ſarfes*. Idem in Reg. S. Bened. Cap. 30. apud Schilterum: acris verberibus *ſarfeem ſiloom*.

SCHÆRFE, quatenus eſt ſubſt. ab adj. *ſcharf* factum, ſignificat quantum poteſt, *aciem* in ferro, *acumen* in intellectu, *acredinem* in aceto, *acrimoniam* in ſanguine, *rigorem* in legibus, pœnis, mandatis, modo procedendi &c.

SCHÆRFEN, acuere, acutum reddere. Angloſax. *ſcearpan*, *ſcyrpan*, Belg. *ſcherpen*, Angl. *to ſharpen*, Suec. *ſkærpa*. Verbum Franc. vide in *wetzen*.

SCHARLACH, color & pannus coccineus. Arabibus *yxquerlat* apud CANGIUM in Gloſſ. Cambris *ysgarlad* apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Turcis *ükerlet* apud CLODIUM in Lex. Turc. Gallis *eſcarlate*, Italis *ſcarlato*, Anglis *ſcarlet*, Islandis *ſkarlatz* apud VERELIUM in Ind. Belgis *ſcharlaken*, Suecis *ſkarlakan*. Vocem origine Celticam eſſe, & *Galaticum ruborem* deſignare contendit PEZRONIUS in Antiq. Celt. pag. 69. 70. ſed partes compoſiti non docet. Veteres Hiſpanos coccum ilicis appellaſſe *quiquilium* vel *cuſculium* (varie enim legitur)

tradit PLINIUS Lib. XVI. Cap. 8. Hinc quidam viri docti, quos nominat ſequiturque PERRARIUS, inde fecerunt *veſtem quiſquiliatam*, & ex quiſquiliata *ſcarlatam*, neſcio quo literarum miraculo. Quibus magis adſentirer, ſi alteram Plinii vocem, *ſcolecion* inquam, quæ cocco ilicis tribuitur Lib. XXIV. Cap. 3. attuliſſent. Tolle enim caninum R. e medio vocis Belgicæ, & habebis Atticam vocem σκωλήκιον, vermiculus. Coccum autem eſt color e vermiculis rubicundis. Alii exiſtimant, *ſkar* in principio vocis eſſe abſciſſum ab Arab. *kermes* vermis, & ſibilo auctum. Huc propendet CANGIUS in Gloſſario, & ſecundum hanc etymologiam *ſcharlack* erit vel rubrum vermiculare, vel pannus vermicularis. Illud a *lack* rubrum, hoc a *laken* pannus. Hoc fortaſſe movit MENAGIUM, ut vocem, cujus partem aliquam noſtri idiomatis eſſe noverat, a Germanis factam ſcriberet. Nec deſunt inter nos, qui mere Germanicam putent. STILERUS in Theſ. L. Germ. *ſcharlach* ab antiquo *ſchor* ignis, & *lak* pannus, quaſi *feuertuch* coccum.

SCHARMUTZEL, *ſcharmützel*, pugna velitaris. Ab Italico *ſcaramuccia*, quod eſt a Gr. χάρμη pugna, conflictus, per notam diminutivi *uccia*, & non a Germ. *ſchar* turma, quia radice opus eſt quæ in fine habeat M. Quod etiam vidit is, qui vocem a *ſcararum mixtione* deduxit. Quamvis id non probem, ſicut nec hoc, quod alii ſcaris inhærentes poſteriorem compoſiti partem derivant a *meitzen* vel *metzeln*, cædere, trucidare. Ipſi viderint, quo pacto velitatio *turmarum mactatio* appellari poſſit.

SCHARMUTZEL, *ſcharmützel*, involucrum chartaceum. A *ſchirmen* tegere, quia rem involutam tegit. Vox ita concepta eſt, ut pateat eſſe diminutivum alterius, quam tempus delevit.

SCHARMUTZIEREN, velitari, leviter pugnare. Ab Italico *ſcaramucciare*, quod eſt a ſubſt. *ſcaramuccia* levis conflictus.

SCHARRE, radula, inſtrumentum radendi hortenſe, doliare &c. Vox legitime facta a *ſcheren* ſcindere, ſecare, radere, quia ſuperficiem terræ vel alterius rei radit, ſecat, quamvis nullius Dialecti conſenſu ſpectabilis. Ab illa fecimus verbum *ſcharren*, noſtro idiomati proprium.

SCHARREN, radere. Proprie radula. Inde *ſchar-eiſen* radula, ferrum radens. Poſtea amplificato ſignificatu etiam de manibus, pedibus, & quibuscunque inſtrumentis, quæ officium radulæ faciunt, uſurpari cœpit. Inde *ſcharren mit den füſſen* radere humum pedibus, *zuſammen ſcharren* corradere, manibus & pala &c.

SCHARREN, ſcamna publica piſtorum & lanionum, compoſite *brot-ſcharren*, *fleiſch-ſcharren* ſcamna ubi panes & carnes proſtant.. Factum per metatheſin ab antiquiori *ſchranne*. Gloſſ. Keron. ſcamnis *ſirannon*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XI. 33.

Ziſtiaz er thie ſkrannon
Thenſelbon koufmannon.
Subvertebat ſcamna
Illis mercatoribus.

Italis quoque *ſcranna* eſt ſcamnum, haud dubie ex traditione Francorum. Francica autem vox eſt a Lat. *ſcrinium*. Nam ſcamna apud veteres duplicem uſum præbebant, ſedendi & claudendi. Ejusmodi ſcamna, quamvis ab hodierna architectura proſcripta, viſuntur adhuc paſſim in ædibus publicis & privatis apud Suevos, qui tale ſcamnum in quo aliquid reconditur, vocare ſolent *ſidel*, a Lat. *ſedile*. In his ſcamnis veteres & ſedebant & quæcunque vellent ſervabant, privatim quidem vaſa, veſtes, impedimenta, publice vero libros, tabulas, litteras &c. Unde poſtea factum, ut ſcholæ publicæ, imo etiam tribunalia ab his ſcriniis vocarentur ſcamna. MORHOF. de Ling. Germ. *ſchrannen* ſcholæ. FRISEHIUS in voce land: *landſchranne* forum provinciale. Hæc vera vocis originatio; falſa autem & conficta, quæ a *Sarrone* Celtarum Rege petitur.

SCHARTE, duas notiones diverſas & e diverſis dicendi fontibus oriundas involvit, *rupturam* & *cæſuram*. Illa eſt a verbo Belgico *ſcheuren* rumpere, hæc a *ſcheren* ſecare. Vulgo has notiones docti & indocti confundimus, ſed male, & contra rerum teſtimonia.

SCHARTE, quatenus eſt a *ſcheuren* rumpere, frangere, quod uſus in Belgio etiamnum cuſtodit, ſignificat quantum poteſt, (1.) *fragmentum*, (2.) *rem fractam*, (3.) *fracturam*, ſeu quamcunque læſionem ruinpendo factam. Inde Angloſaxonibus *ſceard* fragmen apud SOMNER. & BENSON. Anglis *ſhard* teſta fracta, Islandis *ſkard* hiatus montium & rupium terræ motu vel fulmine fiſſorum, apud VEREL. in Ind. Germanis *ſcharte* ruptura aciei in ferro vel chalybe, & allegorice damnum famæ.

SCHARTE, quatenus eſt a *ſcheren* ſecare, ſignificat quantum poteſt, (1.) inciſuram. VEREL. in Ind. *ſkaurd* inciſura. Inde nobis *ſcharte* crena, *ſcharticht* dentatus, ſerratus, *haſenſchart* crena oris leporina. (2.) inciſum. Inde Francis *ſkarte* ſcapula, ala, quia ea parte, qua brachia junguntur, inciſa eſt. NOTKERUS Pſal. XC. 4. *mit ſinen ſkerten ſcateuuet er dir*, ſcapulis ſuis obumbrabit tibi. Priſcos a ſectione nomina membrorum formaſſe, jam ſæpe monui, & præcipue in *hamm* poples. Hodie utimur in re militari. Inde *ſchieß-ſcharte* pluteus, foramen in vallo vel muro exciſum, cui tormentum bellicum tanquam ſcapulæ incurvabit. (3.) *inciſionem*, *abſciſſionem*, *præciſionem*. Inde Islandis *ſkurdur* ſectio, *ſkurdar-ſkirn* circumciſio, *ſkurdgod* Dii ſculpti: Suecia *ſkyrd* meſſio, *ſkiordetyd* tempus meſſis, *ſkördeman* meſſor. (4.) *quamcunque læſionem ſecando factam*, ſive in armis, ſive

ſive in corpore, ſive in bonis. Ita *ſkard* in Indice Vereliano vocatur omnis læſio vel inciſio in clypeo, gladio, bipenni, ab hoſte facta, & allegorice interfectio propinqui, quam niſi alter vindicaret, pro inteſtabili habebatur. Vix alia vox eſt, cujus occurſus frequentior ſit in Legibus Veterum Germanorum. Hinc ſcil. exiſtunt,

orſcardi, læſio auris, in Lege Alam. Tit. LX. 3. *Si medietatem auris abſciderit, quod Alamanni orſcardi dicunt.*

lidiſcarti, læſio membri, in Lege Bojor. Tit. III. Cap. I. 21. *Si aurem maculaverit, ut exinde turpis adpareat, quod lidiſcarti vocant.* Confer *lid* membrum.

aranſcarti, læſio ſegetum, in Lege Bojor. Tit. XII. 8. *Si quis meſſes alterius iniciaverit maleficis artibus, & inventus fuerit, cum XII. Sol. componat, quod aranscardi vocant.* Confer *arn* meſis.

SCHART, interdum ponitur adjective pro eo qui ſecando læſus eſt. VEREL. in Ind. *ſkardur* violatus. Gloſſ. Pez. murcos *lidaſcarta*. Extat quoque in monumentis Theotiſcis *ſcartlidi* membrum mutilum, quo utitur NOTKERUS pro circumciſione Pſal. XCIV. 4.

SCHARTEKE. Vide *ſcarteke*.

SCHARWACHT. Vide *ſchar* cohors.

SCHARWERCK, opera ruſtica. Vide *ſchar* villa. Aliam de voce conjecturam exhibet Gloſſarium Schilterianum pag. 710.

SCHATTEN, umbra & obſcuritas. Gothis *ſkadau* Marc. IV. 32. Luc. I. 79. Angloſax. *ſcua*, *ſceade*, *ſcadu*, *ſcaduwe*, Francis *ſcuwa*, *ſcata*, *ſcado*, *ſcatue*, Belg *ſchaduw* Angl. hod. *ſhadow*, antiq. *ſhaw* teſte SKINNERO. TATIANUS Cap. IV. 18. *in ſcuuuen todes ſizzent*, in umbra mortis ſedent. NOTKERUS Pſal. XXII. 4. *in mittemo ſcatue des todes*, in medio umbræ mortis. Pſal. LVI. 2. *ih kedingo an den ſcado dinero fettacho*, ſpero in umbra alarum tuarum. Pſal. CI. 12. *mine taga uuanchoon alſo ſcato*, dies mei declinaverunt ſicut umbra. Cuncta Græcæ originis omnium eruditorum conſenſu, & *ſcua* quidem a *σκιὰ* umbra, *ſcato* vero & reliqua huic ſimilia a *σκότος* tenebræ, vel a *ſtua* per epentheſin. Quæcunque ab his ſimplicibus vel componuntur vel derivantur, cum vulgo nota ſint, non debent me detinere. Hoc unum indicio opus habet, quod paucis aut nullis perſpicuum, Belgas a *ſcato* umbra, quod Francicum eſſe vidimus, formaſſe verbum *ſchetſen* adumbrare, rudibus ſignis exprimere, & inde *ſchets* inchoati operis rudis delineatio, creta, carbone vel penicillo facta. Pictores noſtri ejusmodi delineationem vocant *ſchutz* vel *ſkitze* imitatione Belgarum, qui artem pingendi præ cæteris excoluerunt. Italicum *ſchizzo* & Gallicum *esquiſſe* ex eodem fonte ſunt.

SCHATZ, poſſeſſio, mobilis & immobilis. Gloſſ. Pez. ſubſtantias *ſcaza*, mobilia *varenter ſcaz*, immobilia *unvarenta ſcaz*. NOTKERUS Pſal. XLVIII. 9. *der nertuot imo friunt ſone unrehtes ſcazze*, qui non facit ſibi amicos de mammona iniquitatis. Certe a notione habendi, tenendi, poſſidendi. Græcis enim *Κέκτημαι* eſt habere, tenere, Perſis *chazan* poſſidere. Ab alterutro eſt *ſchatz* eo quo dixi ſenſu. Ita *vieh*, quatenus peculium notat, multorum judicio eſt a *πάω* poſſideo. Verbum Perſicum produxit MENAGIUS ex BOCHARTO in voce *magazin*.

SCHATZ, nummus, pecunia, cujuscunque moduli & valoris. Gothis *ſkatts*, Angloſax. *ſceat*, Francis *ſcaz*. Cod. Arg. Luc. VII. 41. *ains ſkulda ſkatte fimf hunda*, unus debebat denarios quingentos. TATIANUS Cap. XXVII. 3. *ni ges thu thanan uz, er thanne thu giltis then jungiſton ſcaz*, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem. Cap. CLIV. 2. *inti giſatzun imo thrizzuc ſcazo*, & conſtituerunt ei 30. argenteos. Cauſa dictionis non eſt a *gaza*, quia unus nummus non facit ærarium, nec a *ſchieſſen* conjicere, quod nummo tantum centuali convenit, ſed a translatione primi ſignificatus ad nummum, cum quia nummus eſt poſſeſſio mobilis, tum quia eſt poſſeſſio per excellentiam, quoniam nummos habens omnia habet. Hic ſignificatus altero longe recentior eſt, quia ante fuerunt poſſeſſiones quam nummi in Germania, quos conſtat nuper demum acceſſiſſe. TACITUS Cap. XV. de M. G. *Jam & pecuniam accipere docuimus.* Ab hoc ſignificatu, quamvis pridem extincto, habemus *ſchætzen* pecunia taxare, quod recte animadvertit PALTHENIUS. Præcipua veterum compoſita ſunt,

ferieſcaz naulum in Gloſſ. Boxh.

ſcazſeckil marſupium, ibidem.

mietſcaz largitio, munus ad corrumpendos hominum animos exhibitum, apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 243.

SCHATZ, ærarium, theſaurus, & quælibet ſubſtantia pretioſa. Evang. Goth. Luc. XIX. 24. *nimith af imma thana ſkatt*, auferte ab illo minam. Id eſt, poudus auri vel argenti. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXV. circa fin. de corpore Chriſti ſepulto:

Erda bialt uns tho in uuar
Scazzo diuroſton thar.
Tunc cuſtodiebat terra
Theſaurum pretioſiſſimum.

Hic verſiculus extat in Editione *Flaciana*, deficit in *Schilteriana*. Cum theſaurus ſit amplisſima & ditisſima poſſeſſio, nova etymologia opus non eſt præter eam, quam ab initio dedimus. In quibusdam Dialectis litera S. non agnoſcitur. Hinc theſaurus Perſis dicitur *gaza*; Turcis *hazna*, Gothis *huzda* Matth. VI. 20. Sed ex iis, quæ ab initio diximus, abunde patet, quod ſibilus in fronte vocis ſalvo & integro ſenſu adeſſe & abeſſe poſſit.

SCHÆTZEN, quatenus eſt a *ſchatz* pecunia, ſignificat *pecunia taxare*. Inde *ſchatzung* tribu-

do. Terminatio *ig* ſupponit ſubſtantivum inuſitatum *ſchaur* tepor, quod videtur deſcendere ab adjectivo Græco χλιαρὸς tepidus, præpoſito ſibilo, expulſo L. *Lauw* ex eodem fonte eſt, quamvis alia mutationis lege, ut oſtendi in loco.

SCHAURWERK. Vide *ſcharwerk*.

SCHAUW, quatenus eſt verbale a *ſchauwen*, ſignificat quantum poteſt, (1.) locum proſpiciendi ſeu *ſpeculam*, & Græcis dicitur σκοπή. (2.) rem viſendam ſeu *ſpectaculum*. (3.) actum videndi ſeu *inſpectionem* &c. Exempla vide apud Lexicographos.

SCHAUWEN, ſpectare. Angloſax. *ſceawian*, Francis *ſcouuon*, Alam. *ſcauwon*, Belgis *ſchouwen*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VI. 29.

Ét tho mit ſinen ougon
Then liut bigonda ſcouuon.
Tunc oculis ſuis
Populum cœpit reſpicere.

Græcarum literarum peritiſſimi, HELVIGIUS, MARTINIUS, & noviſſime REIZIUS, derivant a Gr. σκοπεῖν intueri, mutato P. in W. Malim ab *aug* oculus, mutato G. in W. & ſibilo præpoſito. Nam primo verba ſenſuum apud nos deſumuntur ab inſtrumentis, vel certe a ſubſtantivis, ut *hören* audire ab *ohr* auris, *riechen* odorari a *ruch* odor, *ſchmecken* guſtare a *ſchmack* ſapor, *fülen* tangere a *vola* manus. De viſu idem oſtendimus in *augen* & *ſehen*. Secundo, illæ, quas dixi, mutationes, ſunt ſatis frequentes in negotio videndi. Ita monſtrare ſive ad oculum oſtendere, quod Gothis, Francis & Alam. dicitur *augen*, omnino ab oculo, Angloſaxonice effertur *eawan* & *ywan* apud BENSON. manifeſta τῦ G. in W. mutatione. Contra quod Angloſaxonibus eſt *eawan*, id Anglis dicitur *to ſhew*, præpoſito ſchin vel ſibilo. Simili prorſus mutatione Sueci ab εἶδω video formarunt *ſkoda* ſpecto. Ex his manifeſtum eſſe reor, verbum Græcum σκοπῶ non ad etymon pertinere, ſed ad conſenſum. Itaque *ſchauwen* proprie eſt oculis uſurpare. Et hoc ſenſu *ſcouuon* plus quam centies occurrit apud OTFRIDUM. Poſtea ſenſus ab oculo corporeo ad oculum mentis translatus eſt. Inde *ſchauwen* conſiderare, contemplari. Gloſſ. Keron. ſcrutans *ſcauuonti*, ſpeculantur *ſcauuont*, conſideratio *ſcauuunka*. Gloſſ. Boxh. *ſcauunga* contemplatio. Hodie utimur compoſitis *beſchauwen* & *beſchauwung*, quæ vide.

SCHEDEL. vide *ſcheitel*.

SCHEEF. vide *ſchief*.

SCHEEL. vide *ſchæl*.

SCHEFFEL, modius. vide *ſchaff*.

SCHEFLIN, lanceola. vide *ſchæfilein*.

SCHEIBE, globus, ſphæra, Dial. Francica. Gloſſ. Pez. ſphærulas *ſcipun*, globum *ſcipun*. Refero ad *ſchieben* agere, trudere, impellere. Nam ſphæra, cum ſit perfecte rotunda, & planum tangat in uno tantum puncto, cæteris figuris mobilior eſt.

SCHEIBE, planum rotundum. Proprie circulus, a *ſchieben* obliquare, quia per declinationem a linea recta in ſe redit. Per ſynecdochen generis transfertur ad omnes orbitas, ligneas, vitreas &c. Hinc omne tenue & rotundum Belgis vocatur *ſchyf*, *ſchuif*, nobis *ſcheibe*, inprimis rota figularis, orbiculi feneſtrarum, imo etiam poplites, & flores Sambuci, & quicquid orbicularem figuram imitatur.

SCHEIBE, meta jaculantis. Hunc ſenſum MARTINIUS eleganter deduxit a Lat. *ſcopus*. Quamvis fortaſſe præter neceſſitatem. Nam metæ noſtræ plerumque ſunt tenues & rotundæ tabulæ, & hactenus ad orbitas ſpectare videntur.

SCHEIDE, quatenus eſt verbale a *ſcheiden*, ſignificat quantum poteſt, *diviſionem*, *ſeparationem*, *diſtinctionem* &c.

SCHEIDE, intervallum temporis & loci. A *ſcheiden* dividere intervallo. VEREL. in Ind. *ſkeid* ſpatium loci & temporis, *um ſolar falls ſkeid* circa occaſum ſolis, *um midnættis ſkeid* media nocte, *ſkede* ſtadium. Hodie utimur derivatis, cujusmodi ſunt, *beſcheiden* indicere diem & locum, *vorbeſcheid* terminus judicialis.

SCHEIDE, vagina. Evang. Angloſax. Matth. XXVI. 52. *do thin ſwurd on hys ſcæthe*, reconde gladium tuum in vaginam ſuam. TATIANUS Cap. CLXXXV. 3. *ſenti thin ſuuert in ſceidun*, mitte gladium tuum in vaginam. Proprie eſt quævis ſeparatio, & quævis theca, in qua aliquid reconditur, ut patet ex diminutivo Italico *ſcatola* arcula, capſula. Recondere autem eſt ſeparare & loco disjungere. Refer ergo ad *ſcheiden* ſeparare. Dicitur autem de vagina, non quia a gladio facile ſeparatur, ut plerisque placet, ſed quia gladium condit & ſeparem facit.

SCHEIDEN, proprie eſt *ſeparare*, *dividere*, quocunque modo id fiat. Fit autem modis infinitis. Hinc natura ſua tot ſeparationes & diviſiones ſignificat, quot concipi ab intellectu humano poſſunt. Gothis effertur *ſkaidan*, Angloſax. *ſcadan*, *ſceadan*, Franc. & Alam. *ſkeiden*, Belg. *ſcheiden*, Island. *ſkida*.

SCHEIDEN, dividere ſecando, findendo, rumpendo, vel alio violento modo, quæ naturaliter conjuncta ſunt. Hæc diviſio partem ſeparat a toto, & totum minuit aut deſtruit. Cum hoc verbum in multis Linguis Orientalibus, & Occidentalibus quoque reperiatur: hinc ſuſpicor, illud a Scythis in Perſide & Græcia, & ſic porro in Latio & Germania proſeminatum eſſe. Perſis, ut a Doctiſſ. CLODIO accepi, *giuda* (quod pronunciatur ut *tſchiuda*) dicitur ſeparatus, diviſus, & *giuda kerden* ſeparare, vel ſeparationem facere. Nam *kerden* eſt facere. Similiter Arabibus *dſchadda* eſt diviſit. Græcis χίζω findo. Latinis *ſcindo* ſeco, per epenth. pro *ſcido*, & hinc *ſciſſus*. Ab hoc verbo pars diviſa apud omnes, quos nominavi populos, nomen accepit. Arabibus

bus *ſchedad* fragmentum ſonat, Græcis Κίδη, Κίδιον, Κίδαξ aſſulam & ſegmentum e ligno, Angloſaxonibus *ſcide* ſcindulam, Islandis *ſkidi* ligna fiſſa, Germanis *ſcheit* ſegmentum ligni vel lignum fiſſum. Imo etiam Latinis *ſcheda*, *ſchedula*, & *ſcindula*, nihil aliud notant, quam partes a toto avulſas, ut conſideranti patet. Huc etiam ſpectat ſeparatio artificialis, quatenus naturæ vim facit. Hinc Chymia vulgo dicitur *ſcheide-kunſt*, ars ſeparandi, quia partes naturaliter conjunctas a deſtructo ſecernit, & aqua fortis *ſcheide-waſſer*, quia aurum & argentum in minutiſſimas partes ſecat.

SCHEIDEN, dividere intervallo. Dicitur de omnibus rebus, quæ ſalva & integra ſubſtantia a ſe mutuo ſejungi & ſeparari poſſunt. Quales ſunt, quæ naturaliter quidem conjunctæ non ſunt, aliquo tamen vinculo, ſive ſociali, ſive artificiali, ſive fortuito cohærent. Sic homo ab homine ejusdem familiæ, contubernii, ſocietatis, lapis a lapide ejusdem ædificii ſeparatur. TATIANUS Cap. XII. 16. *mitthiu ſi iuuih kiſkeident*, cum ſeparaverint vos. Exempla ubivis obvia ſunt, nec egent inductione. Ab hoc verbo intervallum tam temporis quam ſpatii, quo res ſeparatæ intercipiuntur, olim dictum eſt *ſcheid*, ut paulo ante docui, & hodie bivium vocatur *wegſcheide*, quia peregrinantes ſeparat intervallis.

SCHEIDEN, ſegregare. Dicitur de paſtore, qui pecus ſuum ſegregat apud OTFRIDUM Lib. V. Cap. XX. 60. *thie ſceidit er in uuar min*, hos ſegregat per fidem meam.

SCHEIDEN, divortium facere inter conjuges, vinculo matrimonii diſſoluto. Codex Arg. Marc. X. 9. *thatei Goth gawath, manna ni ſkadai*, quod Deus conjunxit, homo ne ſeparet. Inde *eheſcheidung* divortium, *ſcheide-brief* libellus repudii.

SCHEIDEN, diſcedere, *ſich ſcheiden* ſeparari, *abſchied* abitus, diſceſſus, ſeparatio. WILLERAMUS Cap. VIII. 14. *ſkeide von mir*, diſcede a me. Reciprocum *ſich ſcheiden* agnoſcunt etiam Gothi & Franci. Codex Arg. Luc. IX. 33. *affkaidun ſik af imma*, diſceſſerunt ab eo. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XX. 85.

Giſceident ſih in ala uuar
Herero inti thegan thar.
Tunc diſcedent ab invicem
Dominus atque ſervus.

Et mox: *Sih ſceidit ſo ih thir zellu,*
Sus thiu uuorolt ellu.

Id eſt: ita ſeparabitur omnis mundus, ut tibi narro. Latina *cedere* & *diſcedere* reliquis ſono & ſignificatu conveniunt.

SCHEIDEN, ceſſare, tenorem inſtituti abrumpere. Idem Græcis Καίζω. Belgæ utuntur compoſito *uytſcheiden* deſiſtere.

SCHEIDEN, mori, excedere e vita, ſeparari a rebus humanis & conſortio viventium.

SCHEIDEN, diſtribuere, partiri, *halbſcheid* pars dimidia, *beſcheiden teil* portio, quæ cuivis ſive jure, ſive legato, ſive alia diviſionis lege competit, modica, ſed debita. Hinc etiam modeſtus dicitur *beſcheiden*, quia intra modulum ſui ſtatus, fortunæ, ingenii, tanquam intra portionem ſuam ſe continet, & in diſtributione laudis plus ſemper aliorum meritis quam ſibi tribuit. Quæ, etiamſi nova ſint, non carent probitate & venuſtate, ſi interpres adſit facundus & linguæ peritus.

SCHEIDEN, notis diſtinguere. Dicitur de omnibus rebus, quæ vel a natura vel aliunde ita diſcriminatæ ſunt, ut pateat, eas non eſſe idem, ſed diverſa ſive genere ſive ſpecie &c. WILLERAMUS Cap. III. 4. *nu habo ih vundan, uuie verro er geſkeiden iſt von anderen heiligon*, nunc inveni, quam diſcrepet ſponſus meus ab aliis ſanctis. Hodie utimur compoſitis, *unterſcheiden* diſtinguere, *unterſcheid* diſtinctio, *unterſchiedlich* diverſus, *unterſchieden* diſtinctus, *verſchieden* varius, *verſchiedene ſachen* res variæ, *verſchieden mal* diverſis vicibus. Sed a ſimplici habemus *grænz-ſcheide* diſtinctio terminalis.

SCHEIDEN, diſcernere, mente diſtinguere, cogitatione ſeparare. Sic cauſam a cauſa, materiam a forma, ſubſtantiam ab attributis, ſimplicia a compoſitis, bona a malis aut melioribus, alia ab aliis diſcernimus. Gloſſ. Keron. diſcernere *ſkeidan*, diſcernit *keſkeidit*, diſcernimur *pirumes kiſkeidan*, diſcernitur *ſi kiſkeidan*. Hinc porro rationi & diſcretioni nomen inditum apud Veteres, nec non prudentibus, qui ratione & diſcretione utuntur. SOMNER. in Dict. Angloſax. *geſcade* diſcretio, ratio, diſtinctio, diſcrimen, prudentia, *geſcead agyldan* rationem reddere, *geſcadwis* diſcretus, rationalis, prudens. Gloſſ. Boxh. *traumſcheidarer* conjector. Et huc etiam ſpectant ex hodierno idiomate, *beſcheid* ratio, *geſcheid* ſolers & diſcernendi peritus, *unterſcheiden* diſcernere.

SCHEIDEN, judicare, litigantes in foro ſeparare, non vi, ſed prudenti cauſæ cognitione, *beſcheid* judicatum. Dicitur etiam de ordalio ſeu judicio Dei. Jus Prov. Alam. Cap. CCXIX. 4. *ſo muz ez Got ſchaiden mit kampfe under in*, tunc neceſſe eſt, rem judicio Dei per duellum committere.

SCHEIDEN, pacare, ſeparare pacando, *geſchieden* pacatus, *ſchiedlich* pacate, absque lite & querimonia.

SCHEIDEN, dividere animos hominum. Gloſſ. Boxh. *ſkeitunga* diſcidium. Convenit Græc. Χίσμα.

SCHEIDEBRIEF, libellus repudii. Apud veteres alia occurrunt nomina, eandem rem, quamvis diverſis modis exprimentia. Francis dicitur *buob thanatribes*, quaſi libellus expulſionis, apud interpretem TATIANI Cap. XXIX. 1 Angloſaxonibus *biw-gedales boc* Matth. V. 31. ab *hiwe* domus, familia,

lia, & *gedale* diviſio. Gothis *afſtaſſais boks*, ibidem. JUNIUS nihil notavit ad hanc vocem. Senſus tamen haud obſcurus eſt, & ex genio Linguæ Gothicæ in faciendis derivatis facile cognoſcitur. Quemadmodum enim reſurrectio vocatur *uſtaſt* Joh. XI. 25. ab *uſtandan* reſurgere Joh. VIII. 31. ita divortium *afſtaſs*, velut diſceſſus, receſſus, ab *afſtandan* recedere Luc. VIII. 13.

SCHEIDEMUNZ, *ſcheidemünz*, moneta minoris moduli. Sic dicta, ſive a *ſcheiden* partiri, quia majorem monetam in partes minores dividit, ſive a *ſcheiden* pacare, quia commercia hominum, quæ alias eſſent litigioſa, absque querela dirimit. Utrumque dici poſſe, res ipſa docet. Nam hæc moneta non ſolum eſt pars modica majoris monetæ, ſed etiam negotiorum conciliatrix, & emptorem venditoremque amicabiliter ſeparat.

SCHEIDUNG, repudium. Gloſſ. Pez. repudii *ſceitungo*. Hodie dicimus *ehescheidung*. Ipſum vero ſimplex latius patet, & quamvis ſeparationem ſignificat.

SCHEIN, ſplendor, *ſonnen-ſchein* ſplendor ſolis. NOTKERUS Pſal. LXXXIX. 16. *Gotes ſkino ſi uber unſih*, ſplendor Dei ſit ſupra nos. Proprie eſt *candor*, ab adject. Celtico *cann*, *cain* albus, candidus, præpoſito ſibilo, & dicitur de ſplendore per metonymiam cauſæ, quia album præ reliquis coloribus lucem reflectit copioſiſſime. Hinc in aliis quoque Linguis & vocibus nomen ſplendori ab albedine, & vice verſa albo a ſplendore creatur, ſicut paſſim oſtendo. De radice Celtica vide plura in *gans*. Allegorice dicitur (1) de intellectu, quia eſt radius quidam divinus, cujus ope verum a falſo, bonum a malo diſcernimus. VEREL. in Ind. *ſkyn* intellectus, ratio, diſcretio, ſcientia, *ſkyn gods oc illæ* dijudicatio boni & mali, *ſkynlaus ſkiepna* brutum creatum ſine ratione. (2) de evidentia. Inde *augenſchein* evidentia ocularis.

SCHEINEN, quatenus eſt a *ſchein* ſplendor, qui poteſt eſſe clarus vel obſcurus, ſignificat quantum poteſt, *ſplendere*, *videri*, *clareſcere*, *oſtendere*.

SCHEINEN, ſplendere, fulgere, radiare. Gothis *ſkeinan* Luc. XVII. 24. Angloſax. Franc. & Alam. *ſcinan*, Angl. *ſhine*, Belg. *ſchynen*, Suec. *ſkyna*. Evang. Angloſax. Matth. XIII. 43. *thonne ſcinath tha rihtwiſan ſwa ſwa ſunne*, tunc juſti fulgebunt ſicut ſol. TATIANUS Cap. CCXVIII. 2. *zuene man ſtuontun in ſcinentemo giuuate*, duo viri ſteterunt in veſte fulgenti. Conſentit Lat. *candere*, quod non ſolum de ferro ignito, ſed etiam de aliis rebus inſigni candore & ſplendore præditis dicitur. Conſenſum Arabicæ Linguæ vide in *ſonne*.

SCHEINEN, videri, apparere, obſcure lucere. Inde Angloſax. *ſcin* viſum, phantasma, ſpectrum, *ſcin-cræft* magia. Nobis *ſchein* ſæpe eſt ſpecies apparens, obſcura, & incerta, *ſchein rechtens* prætextus juris, *ſcheinbar* probabilis, *warſcheinlich* veriſimilis, apparenter verus, *erſcheinung* apparitio, vera & falſa. Suecis *ſkeen* eſt falſus color.

SCHEINEN, clareſcere, clarum fieri. Gloſſ. Keron. clarueris *ſkinit*, clareſcentibus *ſkinentem*. Nota formula: *hieraus erſcheinet* hinc elucet, exinde pateſcit.

SCHEINEN, oſtendere, manifeſtare, facere ut eluceſcat. NOTKERUS Pſal. XLI. 9. *tages kebot truhten ſina gnada*, *unde nahtes ſceinda er ſia*, in die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte declaravit eam. Pſal. LXXIX. 3. *uuecche dina maht*, *ſceina ſia*, excita potentiam tuam, oſtende eam. Gloſſæ Junianæ in Obſerv. ad Will. pag. 74. *ſkeinan* oſtendere, *ich ſkeinon* oſtendo, *her ſkeynet* oſtendit &c. Inde nobis verbale *ſchein* teſtimonium debiti, liberati vel liberandi, & frequentativum *beſcheinigen* probare, cujus gratia hic verbi ſenſus erat excitandus, & ab oblivione vindicandus.

SCHEISSEN, ſtercus excernere. Belg. *ſchyten*. Vel idem eſt quod *ſchieſſen* emittere, vel derivandum a Græc. χέζω cacare. Inde varia excrementorum nomina *ſcheiſſe*, *ſchyte*, σκατὸν, & alia Dialecto *ſchund*, puta per epentheſin ex aliquo præcedentium. Vox Hebræa *ſchath*, *ſheth* podex, videtur reliquis cognata.

SCHEIT, ſegmentum ligni, *ſcheiter-hauffen* ſtrues lignorum fiſſorum. Originem & conſenſum linguarum vide in *ſcheiden* dividere ſecando. Recentiores inde formarunt *ſcheitern*, *zerſcheitern* naufragium pati, in fruſta confringi.

SCHEITEL, *ſchedel*, vertex. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. vertex *ſcheitila*. Gloſſ. Lipſ. *ſceithlon*, *ſceelon* verticem. Derivari ſolet a *ſcheiden* partiri, dividere, quod cæſaries ibi in duas partes ſeparetur. Cui etymo favet AGATHIAS de reb. Juſt. Lib. I. *Solemne eſt Francorum Regibus nunquam tonderi, ſed a pueris intonſi manent. Cæſaries tota eis in humeros decenter propendet. Anterior coma e fronte diſcriminata in utrumque latus deflexa.* Verum, cum vox Germanica non ſolum de capite comato, ſed etiam calvo & depili uſurpetur, ut patet ex compoſito *ſchedelſtett* locus calvariæ, locus ſupplicii, ubi malefici capite plectuntur, & crania eorum inſepulta jacent, quo utitur Luth. Matth. XXVII. 33. Hinc ſuſpicor, verticem capitis ſic appellari, non a *ſcheiden* partiri, ſed a *ſcheiden* ſcindere, findere. Natura enim cranium in anteriore capitis regione in duas partes ſecavit, & ſutura rurſus conjunxit. Et ab hac fiſſura potius, quam a cæſarie diviſa, veteres nomen vertici impoſuiſſe puto. Mos ille ſeparandi crines, quamvis hodie vulgaris, olim Regibus Francorum tam proprius fuit, ut nemo auderet imitari. Scribit enim Agathias loc. cit. *Subditi orbiculatim tondentur, nec eis prolixiorem comam alere facile permittitur.*

SCHELE, cortex, putamen &c. Vide *ſchale.*

SCHELEN, decorticare. TATIANUS Cap. LXVIII. 1. de ſpicis ab eſurientibus diſcipulis decerptis: *ſchelente iz mit iro hanton*, decorticantes eas manibus ſuis. Vulgata habet: *confricantes manibus.* Quod modum decortandi exprimit. Sed vox interpretis ſignificat *decorticantes.* Et hoc ſenſu Sueci etiamnum dicunt *ſkala*, Belgæ *ſchellen, ſchillen.* ECCARDUS in Cat. Theot. *ſchelen* derivat a *ſcheen* ſeparare, quod quale ſit ignoro. HELVIGIUS ab Heb. *tſakal*, a quo prope abeſſe putat Græc. σκέλλειν attenuare. Sed his tam longe quæſitis non indigemus. Nam a ſubſt. *ſchale* cortex, putamen, quod a notione tegendi petitum, recte formatur *ſchelen* decorticare, tegmen detrahere. Exemplum ſimilis derivationis vide in ſignificatu ſequenti.

SCHELEN, excoriare, deglubere, pellem detrahere. Suecis *ſkala.* Utrumque a Gr. σκύλος corium, pellis. Ita a *fell* pellis fit *fillen* deglubere, & a ῥέφος pellis *ſtreifen* deglubere. Hic ſignificatus probe eſt notandus. Nam ab illo, & non a præcedenti, oritur *ſchelm* cadaver excoriatum, per medium derivandi M.

SCHELEN, differre, diſtingui. Belgæ utuntur compoſ. *verſcheelen, verſchillen*, cujus ſynonymum eſt *onderſcheiden zyn.* Sic vulgo dicunt, *dat verſchillt wenig* hoc parum differt, *verſchill* differentia, *groot verſchill* magna differentia. Forte a notione inæqualitatis. Nam Græcis σκολιὸς non ſolum eſt obliquus, ſed etiam inæqualis, & inde σκαληνὸς figura triangularis, cujus latera ſunt inæqualia, *ſcalenus.*

SCHELEN, dividere, diſtinguere, ſeparare, facere ut differat. Angloſax. *ſcylan*, Belg. *ſcheelen*, Suecis & Island. *ſkylia.* SOMNER. in Dict. AS. *ſcylan* diſtinguere, dividere, ſeparare, *ſcyle*, *ſcylung* diſtinctio, diſcrimen. Apud Berolinenſes *ſchelung* etiamnum ſignificat diſcrimen & ſeparationem, præſertim in architectura. Allegorice dicitur (1) de liberatione. SOMNERUS loc. cit. *Edwerd cing ſcylode IX. ſcypa of male*, Edoardus Rex IX. naves a tributo liberavit. (2) de cognitione. VEREL. in Ind. *ſkilia* diſtinguere, *ecki ſkil eg af* hinc non intelligo, *ſkil* diſtinctio, cognitio intellectus, ratio, *ſkilningr* intellectus, *ſkilningarlaus* irrationalis. (3) de cognitione judiciali. VEREL. loc. cit. *ſkilia lag* cauſam per leges decidere, *ſkiællia menn* arbitri. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. pag. 135. *ſkiliaman* vel *ſkiliaman* arbiter, qui rixam inter amicos decidit & dirimit, *ſculna* veteribus Latinis apud GELLIUM Lib XX. Cap. 10. Plures verbi ſignificatus apud Islandos occurrunt, quos vero nunc mittere cogor ob anguſtiam temporis.

SCHELEN, tegere. Verbum Germanis inuſitatum, ſed propter innumera derivata cognitu neceſſarium. Septemtrionales dicunt *ſkyla*, *ſkiula.* De hac verbi forma vide plura in *ſchild.*

SCHELFE, putamen. Duci ſolet a Græc. κέλυφος cortex exterior, præpoſito ſibilo. Neſcio, an neceſſario. Enim vero ſi ſcribamus *ſchelwe*, patebit eſſe a *ſchelen* dividere, ſeparare, per medium derivandi W. Quamvis etiam a *ſchelen* tegere, deſumptum eſſe poſſit, quo pacto erit affine cum *ſchale* cortex. Ita κέλυφος eſt a καλύπτω tego.

SCHELHENGST. Vide *ſchale* concha venerea.

SCHELLE, tintinnabulum. Gloſſ. Pez. tintinnabulis *ſcellinun.* VEREL. in Ind. *ſkella* tintinnabulum. Non ab Italico *ſquilla*, quod ex aſſe noſtrum: nec a Lat. *cochlea*, quod in opprobrium Germanicæ Linguæ confinxit FERRARIUS; ſed a *ſchallen, ſchellen* ſonare, tinnitum edere. Uſum priſcorum indicat Lex Salica a Carol. M. emendata Tit. XXIX. 3. *ſi quis ſkellam de caballis furaverit.* De nolis in veſtitu Veterum pulcram Diſſertationem edidit SCHEFFGENIUS V. D. Stargardiæ 1725. Et primo quidem ærea tintinnabula oſtendit in veſtitu ſummi Pontificis, mulierum, virginum, & puerorum apud Hebræos, in veſtitu regio apud Perſas, in ſcutis Heroum & belli Ducum apud Æſchylum, & noviſſime apud Germanos in veſtibus, cingulis & humeralibus procerum & magnatum. Quibus addere poterat nolas in calceis roſtratis, ex Sebaſtiani BRANDTS *Narrenſchiff*, Edit. 1499. Quod ornamenti genus, etiamſi ſerius & vix ante ſæculum XV. in aulis Principum Germaniæ invaluerit, mire tamen illuſtrat veteris hymni verba:

Da die ſchellen klingen
In regis curia.

Hodie ejusmodi campanulæ non niſi veſtibus, mitris, & ſcipionibus morionum appenduntur, ornatu ex ſatietate in ludibrium converſo.

SCHELLEN, teſticuli. Angloſax. *ſcalan* apud BENSON. Camb. *caill.* Sumptum a præcedenti ob ſimilitudinem.

SCHELLEN, ſonare. Vide *ſchallen.*

SCHELLEN, quatere, concutere, percutere, *maulſchelle* alapa, *zerſchellen* ita concutere ut diſſolutio inde ſequatur. Utimur etiam paſſivo ſignificatu. Inde Luth. *zuſchellen* conquaſſari Luc. XX. 18. Ubi ſimilia inveniam, aut unde deducam, neſcio. Formari tamen potuit a Lat. *cellere, percellere* ſibilo præfixo, vel ab Island. *ſla* percutere, per metatheſin.

SCHELM, cadaver projecti canis vel alterius animalis. PICTORIUS in Dict. Helvet. *ſchelm, abgangen vych, cadaver.* Plura teſtimonia, in quibus *ſchelm* & *todt thier* tanquam ſynonyma conjunguntur, vide apud ECCARDUM in not. ad Leg. Sal. pag. 66. Proprie autem eſt *cadaver excoriatum*, a *ſchelen* deglubere, ſicut optime vidit MARTINIUS & poſt eum ECCARDUS. Poſtea

torqueri

torqueri cœpit in hominem projectum, & cadaveris inſtar abominandum. Inde *ſchelm* talis homo, quem omnes tanquam morticinium, ſepultura indignum, execrantur. Quod convicium inde ortum videtur, quod in quibusdam delictis, & inprimis in deſertione obſtagii, corpora mortuorum inſepulta projicerentur. Quidam exiſtimant *ſchelm* contractum eſſe ex *ſchiltnem*, quod perperam interpretantur, *cui ſcutum ademptum*, cum potius contrarium ſignificet, nempe eum, *qui ſcutum detraxit.* STILERUS, qui hæc futilia merito explodit, in alio errore verſatur, dum *ſchelm* derivat a *ſchæl* obliquus, perverſus.

SCHELTEN, derivari ſolet a Gr. χετλιάζω indignari, moleſte ferre, ſed invito ſignificatu, & præter neceſſitatem. Quemadmodum enim apud Latinos a *culpa* fit *culpare*, a *crimen criminari*, a *cauſa incuſare*; Ita ab Angloſax. *ſcelde*, *ſcylde* culpa, reatus, juſta lege derivatur *ſchelten* culpam objicere. Hic verus & proprius verbi ſignificatus, quamvis late patens, prout culpa, quæ objicitur, vel levis eſſe poteſt, vel gravis, vel vera, vel falſa & conficta. De voce Angloſax. *ſcelde* vide plura in *ſchuld* reatus.

SCHELTEN, criminari, crimen objicere, delictum imputare, vere an falſo nihil refert. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſcyldan* criminari. NOTKERUS Pſal. XXXVI. 33. de juſto: *ſone Gote iſt er unferſchalten*, Deus ei non imputat delictum.

SCHELTEN, conviciari, verbis injurioſis infamare, laceſſere, ſuggillare &c. Gloſſ. Pez. convitiatur *ſciltit*, ſugillat *ſciltit*, laceſſentes *ſceltenta*. Hinc verbum injurioſum vocatur *ſchelt-wort*. Gloſſ. Boxh. *ſkelt-uuordt* convicia. Et blaſphemus *gotſcelto* apud NOTKERUM Pſal. LV. 10.

SCHELTEN, maculam nativitatis objicere. Hinc Alamannis in Jure Prov. Cap. CCCLXXXIV. 1. *unbeſcholten* dicitur integer origine, cui ratione originis paternæ & maternæ nihil objectari poteſt. Talis eſt, qui ex libero patre & libera matre genitus eſt. Qui ſecus naſcuntur, cenſentur maculati, & vitio naſcendi affecti, quales ſunt liberi Dominorum ex complexu ſervarum nati, quos Romana dicacitas per ludibrium *Equites vernas* appellavit. MARTIALIS Lib. I. Epigr. Ep. 85. *futuit ancillas, Domumque & agros implet Equitibus vernis.*

SCHELTEN, arguere, reprehendere, increpare. Dicitur de iis, quibus jus competit formandi mores alienos, vel publicos, ut ſacerdotibus, vel privatos, ut parentibus & præceptoribus.

SCHELTEN, ſenſu forenſi eſt vituperare judicatum, tanquam præter jus & fas dictum, & provocare a ſententia ad judicem ſuperiorem. Jus Prov. Alam. Cap. XCIX. 10. *Wir haizzen daz* BESCHOLTEN URTAIL, *ſuuer alſo ſpricht: ich uuideruuürf die urtail, uuan ſi iſt unreht, und ziuh ſi da hin, da ich ſie mit reht ziehen ſol, daz iſt an die hant von der der Rihter daz geriht hat enphangen.* Sententia vituperata dicitur, cum quis ita loquitur: rejicio ſententiam, quia injuſta eſt, & traho eam, quo jure trahere poſſum, nempe ad eam manum, a qua judex ipſe jurisdictionem accepit. Galli aliis verbis, ſed eodem ſenſu dicunt *blamer la ſentence*, ſcriptores medii Ævi *increpare ſententiam.*

SCHELTEN, verbale a *ſchelten*, ſequitur in ſignificatu parentem. Hodie tamen invectivam tantum ſignificat, olim aliquid durius. Gloſſ. Boxh. *ſkelta* infamatio. Gloſſ. Pez. convicia *ſcelta.*

SCHEME, ſplendor refractus. Vide *ſchimen* obſcure lucere.

SCHEMEL, ſcabellum. Gloſſ. Keron ſubſelliis *ſcamelum.* Habent & Saxones *ſcamol* & *ſcamul*, a Lat. *ſcamillum*, *ſcamnellum.*

SCHENDEN. Vide poſt *ſchand.*

SCHENK, hoſpes, qui migrantes domo vel hoſpitio excipit. A Gr. ξεναγὸς hoſpes, vel ductor hoſpitum, quod eſt a ξεναγῶ hoſpitio excipere & prehenſa manu ducere. Cauſa, cur ξ. mutetur in *ſ*, eſt a Dialecto Attica & Æolica, in qua hoſpes σκέος & σκεναγὸς dicitur, ut probat DIKINSONIUS in Delphis Phœniciſſantibus Cap. III. Ejusmodi mutatio ſatis frequens eſt in omnibus Dialectis. Nam *x.* eſt litera compoſita ex *gs.* vel *ks*, & in ore vulgi ſæpe transponitur in *sk.* In compoſitis ſignificat *cauponem* ſeu venditorem ejus potulenti cui annectitur. Inde *bier-ſchenk*, *weinſchenk*, caupo cerevisiarius, vinarius &c.

SCHENK, pocillator. Gloſſa Juniana in Obſerv. ad Will. pag. 164. *ſcinko* pincerna. Gloſſ. Pez. vini fuſor *uuinſcencho.* Sic autem dicitur, quia idem facit quod hoſpes, infundendo potulenta, libando, & præbendo. Primis temporibus erat ſervus a poculis, nec melioris quam reliqui famuli conditionis. Hinc *ſcantio* in Lege Salica Tit. XI. 6. inter dapiferum & equiſonem medio loco nominatur, quem mox excipiunt ſtrator, faber ferrarius, carpentarius, & alii ignobilioris ſervitii homines, omnes ex ſervis oriundi, ut ex æſtimatione XXV. ſolidorum liquet. Quam Legem haud dubie dictarunt *Proceres* illi, qui ante Chlodoveum Francorum Rectores erant, Prologo Legis Sal. memorati. Poſteaquam vero Franci ſub uno capite uniri, & Rege communi uti cœperunt, tunc non niſi magnates & ſummi viri ad miniſteria regiæ domus lecti ſunt. Ab illo tempore non minus glorioſum & honorificum cenſebatur apud Francos, accumbenti Regi poculum adminiſtrare, quam Jovi apud Gentiles, quod officium Ganymedis fuiſſe Poëtæ fabulantur. Idem invaluit apud Viſigothos, quantum ex ſubſcriptionibus Concilii Toletani VIII. ubi *Comes ſcanciarum* inter viros illuſtres occurrit, conjicere licet. Hunc enim credere fas eſt eundem eſſe cum iis, qui apud Francos a poculis Regum erant, cum quia *Scancie* hoc loco vix aliud quam cellas Regis

vinarias denotare poſſunt, tum quia *Scantionum* apud Francos, qui & *Buticularii* vocantur, præcipuum ſemper munus fuit, menſæ regiæ de potu proſpicere. A Francis mos relictus eſt Germanis, apud quos inſignem obiit mutationem. Nam quod ante erat nomen officii Palatini, poſtea mutato Reip. ſtatu, & creſcente Principum potentia, facta eſt dignitas hæreditaria, quæ hodie Regi Bohemiæ propria eſt, qui ideo vocatur *des H. R. R. Erz-Schenk*, id eſt, S. R. I. Architriclinus, quia in ſolemnibus Coronationis Imperatori publice epulanti primum poculum præbet. Mox etiam Principes ad imaginem regii ſplendoris ſuos habere cœperunt officiales hæreditarios. Inde *erb-ſchenk* pincerna hæreditarius. V. Clariſſ. MASCOVII Differt. *de Originibus Officiorum Aulicorum S. R. I.* & doctiſſ. HORNII Tract. *von den Sechſiſchen Erbæmbtern*.

SCHENKE, diverſorium, locus ubi hoſpites excipiuntur. A Gr. ξενικὸν hoſpitium, Attice σχηνικὸν.

SCHENKEL, crus. Diminutiv. a *ſchink*, quod vide.

SCHENKEN, vendere potulenta. A *ſchenk* caupo, non vice verſa. Inde *ſchank* venditio potus.

SCHENKEN, ſignificat omnes actus, qui a pocillatore exerceri ſolent, *infundere, propinare, infuſa præbere*. Et hactenus manifeſto derivatur a *ſchenk* pocillator, non vice verſa.

SCHENKEN, infundere. Gloſſ. Pez. fundant *ſcenchent*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VIII. 73. *tho quad er thaz ſi ſcanctin*, tunc dixit ut infunderent.

SCHENKEN, propinare, prælibare infuſa. Gloſſ. Pez. propinabis *ſcenches*, propinavit *ſcancta*. Inde Hiſpanis *eſcanciar* præguſtare vinum a Principe bibendum.

SCHENKEN, potare, potum præbere, porrigere infuſa. OTFRIDUS Lib. II. Cap. IX. 30. *ſie ſcenkent uns mit uuunnon*, potant nos voluptatibus. Et mox: *ſie ſcenkent uns then guaten uuin*, porrigunt nobis optimum vinum. Angloſaxonibus quoque *ſcencan* eſt potum miniſtrare, interprete SOMNERO.

SCHENKEN, donare, *geſchenk* donum. Græcis ξένια ſunt dona hoſpitibus dari ſolita, & ξενίζω non ſolum hoſpitio excipere, ſed etiam munerare & munerari. Apud Veteres deſideratur.

SCHENKFASS, frigidarium, vel ſimile vas, diluendis aut recipiendis minoribus potus receptaculis deſtinatum. Ab Angloſax. *ſcenc* potus. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 164. *ſcinkeuaz* pinacium.

SCHEPPEN, judices. Vide *ſchöppen*.

SCHEPPER. Vide *ſchopf*.

SCHEPS, *ſchöps*, vervex, aries caſtratus, Dialect. Misnica. Veriſimiliter a *kappen* (κοπτεῖν) præſecare, amputare, ſibilo præpoſito, vel ab Anglico *chippe* (*tſchippe*) ejusd. ſignif. Figurate dicitur de ſimplici & fatuo. Inde *dummer ſcheps* ſtupidum caput, vervecum in patria craſſoque ſub aere natus. Vervex in capite vermes habere creditur. Hinc fortaſſe ſtupidi capitis a vervece appellatio.

SCHERBE, teſta. Gloſſ. Pez. teſta *ſcirpi*, item *hauanſcirpi*. Suevis *hafenſcherbe* eſt fragmentum ollæ fictilis. Belgis *ſcherf*, *ſcherve* teſta fracta, non integra. Hic ſenſus HELVIGIO judice oritur ab Heb. *ſcabbar* fregit, vel *ſchebber* fractura. In quibusdam Dialectis ſignificat vas fictile. Inde diminutivum *ſcherbel* matula, teſtula. Forte quia ab initio non niſi fictilia fracta ad ſordidos uſus adhibebantur.

SCHERE, forfex. Vi originis a *ſcheren* ſcindere, eſt quodvis inſtrumentum ſecandi aut tondendi. Hinc etiam de vomere dicitur. SOMNERUS in Dict. AS. *ſcear* vomer, *ſceara* forfices. Confer *ſchar*.

SCHEREN, ſcindere, ſecare. BENSON. in Voc. AS. *ſcyrian* ſcindere, *aſcyrian* reſecare. Gloſſ. Pez. deputaverunt *ſceriun*. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth *ſkæra* ſecare. Idem Græcis κείρειν, & hinc fortaſſe χεὶρ manus, quia in digitos fiſſa, & σκιρὸς fruſtum marmoris quod inter ſcalpendum decidit. Suecis *ſkæra* eſt crena, ſeu pars inciſa. Nos inſtrumenta inde denominamus. Hinc *ſchar* & *ſcher* vomer & forfex.

SCHEREN, plures accipit ſignificatus, partim a *ſynecdoche generis*, partim a *metaphora*, partim a *metonymia*.

SCHEREN, per ſynecdochen generis ſignificat (1) *radere, tondere*, (2) *depilare*, (3) *rumpere*.

SCHEREN, radere, tondere. SOMNERUS in Dict. AS. *ſcearan* tondere, *ſceape ſcyran* oves tondere, *ſceare* tonſura, *cyrlican ſcearе* tonſura eccleſiaſtica, *ſcer-ſex* novacula. Gloſſ. Keron. eradere *ſkerran*, tunſuram *ſcurt*. Gloſſ. Pez. radere *apaſceran*, novacula *ſcaraſahſe*. Similiter & Græcis κείρειν eſt radere, χαρὰ tonſura, ξυρὸς novacula, mira literarum permutatione.

SCHEREN, depilare. Gloſſ. Pez. depilatus *piſcoraniu* vel *giroupbtiu*.

SCHEREN, rumpere, *ſchermaus* talpa, mus terram rumpens. Belgæ dicunt *ſcheuren*, quod poſtea producam.

SCHEREN, metaphorice ſignificat (1) *dividere, partiri*, quia dividentes ſecantibus ſimiles ſunt. (2) *damno afficere*, quia violantes videntur idem facere quod depilantes.

SCHEREN, dividere, partiri, *beſcheren* impertiri. LOCCEN. loco citato: *ſkiæra* dividere in partes, *hans ſkiær* portio ejus legitima jure hæreditario divisa. Septemtrionales hunc ſenſum transferre ſolent ad officium judicis, qui dum lites prudenter dirimit, dividere & ſecernere videtur. Inde *ſkera oc ſkipa* pro libitu docernere, *ſkera ur* litem finire, *ſkiera or mali* litem ſententia dirimere, apud VEREL. in Ind.

SCHE-

SCHEREN, damno afficere. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 95. *piſceran* privare. VEREL. in Ind. *berſkar* armis damna inferens. Ita etiam Græcis κείρειν non ſolum eſt ſecare, tondere, ſed etiam vaſtare & depopulari.

SCHEREN, per metonymiam antecedentis pro conſequente ſignificat *ſerviliter punire*, quia tonſuram mox excipiebat fuſtigatio. Morem veterum Germanorum notavit cel. SCHILTERUS in Animadverſ. ad Epinicium Ludovico R. dictum. Nimirum ſervis, antequam ad pœnam raperentur, tondebatur caput, non totum, ſed dimidium capitis, majoris contumeliæ cauſa. Prius patet ex Legibus Longobard. Lib. I. Tit. XXV. 63. *Si poſtea ipſe in furto tentus fuerit, decalvet eum, & cædat per diſciplinam, ſicut decet furem, & ponat in eo ſignum in frontem & in facie.* Poſterius ex Capitulari I. Caroli M. an. 809. *Si ſervus* (forbannitum, id eſt, profligatum vel proſcriptum ſuſceperit) *centum viginti ictus accipiat, & inſuper dimidium caput ejus tondeatur.* Apud Græcos ſervi omnes tondebantur. Hinc natum proverbium: δοῦλος ὢν, κόμην ἔχεις, ſervus cum ſis, comam habes. Apud Germanos vero ſervi quoque erant comati, nec tondebantur niſi in pœnam. Poſtea ſenſus a pœna ſervili, hoc eſt, a tonſura, fuſtigatione, & perforatione frontis, translatus eſt ad omnem liberi hominis gravem afflictionem, & ad pœnas quoque nobilium, ut oſtendi in voce *harmiſcara*.

SCHEREN, vexare, dictis & factis contumelioſis. Gloſſ. Keron. ſcurrilitate *ſkerne*. Gloſſ. Lipſ. *ſcern* illuſio, *ſcerni* ſubſannatio. Idem Anglis *ſcorn*, Italis *ſcherno*, a Gothis aut Longobardis relictum. Senſum a tonſura & vexatione ſervili ad contumeliam liberi hominis translatum eſſe, dubitari non poteſt.

SCHEREN, ſcopuli prominentes in littore Suecico. MORHOFIUS exiſtimavit, hac voce nihil aliud deſignari, quam littora diſſecta, a *ſkera* ſecare, ſenſu Suecis familiari. Sed huic interpretationi adverſatur HELMOLDUS in Chron. Slav. Lib. III. Cap. 4. ejusque continuator ARNOLDUS Lubecenſis Lib. II. Cap. 4. quibus *ſcheren* ſunt ſcopuli immaniſſimi inſtar montium ex aquis prominentes. Refer ergo ad *ſchoren* prominere.

SCHERF, *ſcherflein*, leviſſima moneta. Id eſt *ſcrupularis*, vel *ſcrupuli* pondus habens. Utitur Luth. Luc. XII. 59.

SCHERGEN, trudere, pellere, impellere. A Lat. *urgere* præpoſito ſibilo, auctoribus Francis. Gloſſ. Lipſ. *ſcurgi* averte, *giſcurgidi* expuliſti, *biſcurgi* præcipita. Gloſſ. Pez. propellentibus *ſcurgentem*, *uzcorgenten*. Gloſſa Juniana in Gloſſ. Goth. pag. 316. *ſtozzit*, *ſcurgit* impulerunt. Inde *ſcherge* lictor, qui nolentem trahit, pellit, præcipitat. Radicem hodie cuſtodiunt Miſnici & Sileſii, dum cæteris Germanis obſoleſcit. Figurate ſignificat *compellere ad officium*. Inde *ſcherge* exactor regius, quod patrum noſtrorum memoria adhuc fuit nomen dignitatis. Vocem habet Luth. Dan. XI. 20. *der wird in königlichen ehren ſitzen wie ein ſcherge*; ſenſu magnifico, ſed hodie obſoleto. FRISCHIUS in Vocibus Biblicis huc etiam refert tanquam cognata, Anglicum *ſherif*, & Gallicum *ſergent*. Sane miles ille, qui cæteris inſtat, melius vocatur *impulſor*, quam *ſerviens*, etiamſi a *ſerviente* deducat MENAGIUS. Sed de Anglica voce aliter ſtatuendum. Illa enim contracta eſt ex Angloſaxonica *ſcir-gereſa* vicecomes, comes provinciæ vel pagi, ut recte docet SKINNERUS.

SCHERPE, faſcia militaris. Opinor a Gr. σπάργανον faſcia, transpoſito capite, præciſa cauda.

SCHERREN, idem quod *ſchergen*. FRISCHIUS loc. cit. *wir ſagen im groben ſtilo: ſcher dich weg; iſt ſo viel, als: ſcherg dich weg.*

SCHERZEN, jocari. Belg. *ſcherſſen*. Ital. *ſcherzare*. Hujus verbi princeps ſignificatus eſt *ludere, ſalire, laſcivire*, a Gr. σκιρτάω ejusd. ſignif. & dicitur de Iſaaco Gen. XXVI. 8. Poſtea a geſtibus ludibundis translatio facta ad verba jucunda & luſus verborum. Inde *ſcherzen* jocari, facete nugari, *ſcherz* jocus, facetiæ, *ſcherzhafftig* feſtivus, jucundus. Qui hæc & talia vel a Lat. *ſcurra*, vel a Germ. *ſcheren* illudere, ſubſannare, deducunt, ut hactenus viri docti, videntur mihi naturam joci ignorare. Qui ſane non procedit ex animo amaro, nec unquam fit lædendi cauſa, ut ſales mordaces, irriſio, & ſubſannatio; ſed ut animum audientis oblectet. Scurræ autem & ſanniones riſum captant ex contumelia aliorum. Cum vero ex joco intempeſtivo ſæpe naſcatur offenſa, ob cauſas alibi memoratas, tutiſſimum eſt, quam parciſſime jocari.

SCHERZEN, dicitur etiam (ni fallor) de ſerio ſtudio, & fortaſſe a Lat. *curare*, præmiſſo ſibilo. Nam hoc ſuppoſito intelligimus, quid ſit *verſcherzen* in formula vulgata *ſein glück verſcherzen*, qua ſignificare volumus, fortunam negligentia perdere, quod fit, quando cura debita non adhibetur. *Ver* ſæpe ſenſum remittit.

SCHEU, quatenus eſt verbale a *ſcheuen* vitare, fugere, declinare, ſubſtantive fugam, metum, averſionem, & conatum declinandi, adjective fugientem & metuentem ſignificat. Inde *abſcheu* horror, *one ſcheu* abſque formidine, *leut-ſcheu* miſanthropos, congreſſus hominum fugiens, *ſcheu machen* deterrere, pavidum & fugacem reddere &c.

SCHEUEL, res deteſtabilis & abominanda. Utitur Luth. Ezech. VII. 20. Ex eod. fonte. Simile eſt *greuel* a *grauen*.

SCHEUEN, vitare, fugere, declinare. Francis *ſcuwan*, *ſciuhan*, *ſkien*, Belgis *ſchuwen*, Italis *ſchifare*, Gallis prior. *eſchever*,

Angl. *eſchew*, Suecis *ſkyy*. Gloſſæ Jurianæ ex Willeramo in Obſervatis pag. 90. *ſcuuuan* vitare, *thu ne ſcuuueſt* non vitas. NOTKERUS Pſal. C. 7. *ſo uuar er mih keſah, dar ſkieta er, dannan ſloh er*, ubi me vidit, ibi conſpectum meum vitavit, & inde fugit. OTFRIDUS Lib. I. Cap. IV. 52.

Ther engil imo zua ſprach,
Tho er nan ſciuben giſah.
Vertit SCHILTERUS:
Angelus ipſum allocutus,
Quum ipſum expaveſcere videret.

JUNIUS neſcio quibus machinis traxit a Græc. σκευάζω inſtruere ſe inſtrumentis ad propulſanda vitæ incommoda. Veriſimilius eſt, Francos hoc verbi formaſſe a Lat. *cavere*, ſibilo præfixo. Nam qui cavet, vitat, fugit, declinat. Vox Suecica nimia brevitate laborat. Anglica eſt a Gallica, quod bene animadvertit SKINNERUS. Gallica & Italica a Francica *ſcuwen*. Cæteræ Francorum formæ ſunt deformes & corruptæ, ſcitu tamen neceſſariæ. Nam a *ſciuhen* habemus *ſcheuch* & *ſchüchter* meticuloſus.

SCHEUCHEN, terrere, pavidum & fugacem reddere, facere ut fugiar. Verbum faceſſens ab Otfridino *ſciuben* vitare, formidare, quod paulo ante produxi. Utitur Luth. Gen. XV. 11.

SCHEUER, poculum, *gulden ſchewer* poculum aureum. Utitur Luth. Sir. L. 10. Proprie eſt vas, a ſimpliciori *kier*, ſibilo præpoſito, & hoc a χαρέω capio, ut *faſs* a *faſſen*. VEREL. in Ind. *kier* vaſculum, *ſkapkier* pocula. Sueci omnis generis vaſa etiamnum vocant *allahanda kaar*, & diminutive *kærle*. Miras STADENII de voce noſtra conjecturas vide apud ipſum in Voc. Bibl. pag. 539.

SCHEUER, horreum. vide *ſcheur*.

SCHEUMEN, eſt a *ſchaum* ſpuma, & hinc ſignificat quantum poteſt, *ſpumam emittere* & *ſpumam auferre*.

SCHEUNE, horreum, granarium, fœnile. Forte a Græc. σκηνή, tabernaculum, vel a σκηνόω habito, quia priſca paupertas ſub eodem tecto, quo fruges condebat, etiam habitabat, ſic ut una habitatio *& pecus & dominos communi clauderet umbra*. Vocem in nullis Dialectis invenio; eam tamen a priſcis illis, qui ſedes quotannis mutabant, nobis traditam eſſe auguror. Vide CLUVERIUM Lib. I. Germ. Ant. Cap. 13. HELVIGIUS eandem tradit etymologiam in voce *ſchewr*. Qui *ſcheune* ex *ſcheure* depravatum cenſent, & hanc corruptelam pro etymologia vendunt, non ſunt audiendi. Nam R. mutare in N. Germanis prorſus inſolens.

SCHEUR, horreum. Vox a Francis proſeminata. TATIANUS Cap. XIII. 24. *giſamanot ſinan uueizzi in ſina ſhiura*, congregabit rriticum ſuum in horreum ſuum. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XIV. 215.

Thaz fruma thie gibura
Fuaren in thia ſciura.
Vertit SCHILTERUS:
Ut fructus agricolæ
Ducant in horreum.

Idem Belgis *ſchuur*, Latino-Barbaris *ſcuria*. Olim inter exteras voces retuli. Modo enim videbatur mihi provenire a Gr. σωρὸς, σιρὸς, ſcrobs, in quo frumenta ſervantur, de quo more ſcribit PLINIUS Lib. XVIII. Cap. 30. *Utiliſſime ſervantur in ſcrobibus, quos* SIROS *vocant, ut in Cappadocia & Thracia*. Modo a Lat. *horreum*, præpoſito ſibilo. Sed in progreſſu operis intellexi, nos meliores domi origines habere. Nam horreum eſt locus tectus, & receptaculum frugum, ubi a cœli & hominum injuria tutæ ſervantur. Idque ſignificare poteſt *ſcheur*, ſi derivetur a *ſchauren* tegere. Hoc ante omnes vidit & notavit SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 721. *Schuren, ſchirmen, defendere. Inde ſcheur horreum.*

SCHEUR, ſtabulum. Lex Sal. Tit. XIX. 9. *Si quis Suden cum porcis*, SCURIAM *cum animalibus, vel fœnile incenderit*. Cauſa, cur horreo & ſtabulo idem nomen eſſe poſſit, hæc eſt, quod ſicut horreum fruges & fœnum, ita ſtabulum animalia domeſtica tegat, & quod hæc loca plerumque ſint contigua ſub eodem tecto. Gallos inde habere *eſcurie* pro equili, fatetur CANGIUS.

SCHEUR, verbale a *ſcheuren* purgare, mundare, ſignificat (1) aream, in qua manipuli excutiuntur, & grana excuſſa a paleis & retrimentis purgantur. (2) inſtrumentum purgandi.

SCHEUR, area, locus triturandi, & trituratа ventilabro purgandi. Occurrit in Capitularibus Caroli Calvi Tit. XXXVI. Cap. 29. ubi mandatur, ut coloni, *qui in ſcuria battere nolunt*, ſine ulla differentia id faciant.

SCHEUR, inſtrumentum purgandi. Huc referri poteſt compoſitum vetus *windſchaur* ventilabrum, quo utitur Codex Argent. Luc. III. 17. *habands winthiſ kauron in handau ſeinai*, habens ventilabrum in manu ſua. Hoc optimæ notæ vocabulum & Gothicæ antiquitatis cimelium, dignum fane eſt, quod ab oratoribus & poëtis noſtro ſæculo reſtituatur.

SCHEUREN, polire. VEREL. in Ind. *ſkura* polire. Idem Belgis *ſchuuren*, Gallis prior. *eſcurer*, Italis *ſgurare*. FERRARIUS in Orig. Ital. *ſgurare* æs tergere & in ſplendorem dare; vel a pellenda ærugine quaſi *exæruginare*, vel ab *exſcoriare*, quia ſcoriæ attritu æra ſplendeſcunt. In eandem etymologiam propendet JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 404. exiſtimans, hæc & ſimilia verba a *ſcoria* ſeu fæcibus metalli, quæ fricando auferuntur, deſumpta eſſe. Sed has ſcorias tanquam inutiles fæces merito rejicimus, & *ſcheuren* rectius derivamus a *ſchier*, quod, ut infra patebit, in antiquiſſimis Linguis

guis primo *album*, poſtea *lucidum* & *ſplendidum* denotavit. Quid enim eſt polire, niſi lucidum reddere, facere ut ſplendeat?

SCHEUREN, purgare, mundare. VEREL. in Ind. *ſkira* purgare, *ſkura* mundare. Idem Belgis *ſchuuren*, Anglis *to ſcour*. Gothos *ſkauran* eodem ſignificatu uſurpaſſe, colligit JUNIUS ex compoſito *winthiſkauro* ventilabrum. Oritur autem non a Lat. *ſcoria*, ut ipſe exiſtimavit, ſed a *ſchier* purus, mundus, quod poſtea producam. Et quemadmodum *purgamentum* a *purgando* dicitur; ita σκῶρ ſtercus, & σκωρία *ſcoria*, ſunt hujus verbi derivata. Metaphorice dicitur multis modis, (1.) de emendatione morum & doctrinæ. MATHESIUS Conc. 4. de vita Luth. *von anfang der geſchewerten lehre*, ab initio reformationis. (2.) de initiatione per baptiſmum. VEREL. in Ind. *ſkira* baptizare, *ſkirdur* baptizatus, *ſkirn* baptiſmus. (3.) de exculpatione ſeu liberatione a reatu, quia culpa ſimilis eſt ſordibus. Inde *ſkirsla* purgatio criminis imputati per geſtationem ferri candentis, apud VEREL. in Ind. & *ſkærſeedh* juramentum purgatorium, apud LOCCENIUM in Lex. Jur. Sueo-Goth.

SCHEUREN, interpretari, exponere. Codex Argent. Marc. XV. 22. *jah attauhun ina ana Gaulgautha ſtath, thatei iſt gaſkeirith hwairneins ſtaths*, & perducunt eum in Golgotha locum, quod eſt interpretarum Calvariæ locus. VEREL. in Ind. *ſkyra* explicare. Proprie eſt *elucidare*, a *ſchier* lucidus.

SCHEUREN, rumpere, Dial. Belgica. Angloſaxonibus *ſcoren* eſt ruprus, abruptus, Gallis *deſchirer* disrumpere, nobis *ſcharte* ruprura. Originem & cognationem hujus verbi vide in *ſcheren*.

SCHEUREN, incendere. vide *ſchüren*.

SCHEUSAL, quatenus eſt a *ſcheuen* vitare, fugere, formidare, ſignificat terriculamentum, execramenrum, & quicquid adſpicientes in ſugam vertit. In Codice Arg. *ſkohsla* dicitur de dæmonibus Matth. VIII. 31. forte a *ſcheuchen* terrere. Idem denotare poteſt *ſcheuchſal*, ſi ita ſcribere fas eſt, ut certe eſt.

SCHEUSLICH, aſpectu fœdus & metuendus. STILERUS conrrahit ex *ſcheuſælig*, quod neſcio an unquam fuerit in uſu. Mihi videtur factum ex obſoleto *ekiſlich* præpoſito ſibilo, quod eſt ab *ekiſo* terror. Gloſſ. Keron. terror *ekiſo*, rerribilem *ekiſlihhun*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *egeſa* horror, terror, *egeslice* horribilis, terribilis, *egeſian* terrere, terrorem inferre. Gothis quoque *agis* eſt timor Luc. I. 12. & Græcis ἄγη terror. Confer *heſslich*.

SCHEUT, genus navigii. Belgice *ſchuit*. MARTINIUS in voce *linter* deduxit a Græc. Σκάφια navis ex tabulis tumultuarie confecta. Quamvis etiam *equum ligneum* denotare poſſit, quia *ſkiut* Islandis eſt equa, teſte VERELIO in Ind. Solent enim equorum & navigiorum nomina eſſe communia, ut oſtendi in voce *nache* linter. Belgis *treckſchuit* eſt navis tractoria, Islandis *rodrarſkuta* navis actuaria.

SCHIBIKENS, flores ſambuci. Diminutiv. a *ſcheibe*.

SCHICHT, ordo, ſeries, claſſis, *in ſchichten ſetzen* ordine collocare, ſtruem facere ordinatam, *ſie ſatzten ſich nach ſchichten* diſcubuerunt diviſi, centeni, quinquageni Marc. VI. 40. Proprie eſt diviſio, depravatumque a *ſcheide* ejusdem ſignificatus, per gutturalem CH. cujus inſertio in aliis quoque vocibus præter rarionem increbuit, ut oſtendi in *Proleg.* Sect. IV. in *Epentheſi*. Alius fortaſſe mallet derivare a *ſchiſten* dividere, ob frequentem literarum F. & CH. permutationem. Sed res eodem veniet. Nam quid ſit *ſchiſten* intelligi nequit, niſi reducatur ad *ſcheiden*.

SCHICHT, interdum idem eſt quod *ſchacht* puteus metallicus; inde *ſchichs-meiſter* præfectus ſodinæ.

SCHICHTEN, dividere, diſponere, ordinare, *ſchichtung* diviſio, diſpoſitio, ordinatio, *güterſchicht* diviſio bonorum, *erbſchichter* arbiter hæreditatis, diviſor bonorum Luc. XII. 14. Hoc quoque corruptum eſt ex *ſcheiden* dividere, partiri, & nullo pacto differt ab illo, niſi quod prava conſuetudo gutturalem immiſcuit. Verbum Saxonicum vide in *ſchiften*.

SCHICK, aptitudo rei ad rem, *es hat kein geſchick* non quadrat, *ſchicklich* aprus & apte, *ungeſchicklich* ineprus & inepte. Cuncta e recentiori fabrica a *ſchicken* aptare. A *ſchick* rurſus fit *ſchicken* convenire, quadrare, congruere.

SCHICKEN, cujuscunque ſit ſignificatus, eſt verbum novum, & ab uſu veterum alienum, quantum ex ſilentio monumentorum, quæ a Gothis, Saxonibus, & Francis, nobis ſunt relicta, colligere licet. Nam in his nullum hujus verbi apparet veſtigium. Quamvis, ut verum fatear, a ſilentio ad novitatem tuto concludi non poſſit, quia multa potuerunt eſſe uſitata, etiamſi in literas, quæ ad nos venerunt, non ſint relata. Vulgo ſignificatus ejus temere confundunt. Er hujus confuſionis rei ſunt Lexicographi noſtri in ſingulis pene vocabulis; neceſſariæ quidem inter cauſarum ignaros, ſed contumelioſæ nobis apud extraneos, qui dum in Dictionaria noſtra incidunt, in quibus nihil ordine digeſtum eſt, quid aliud cogitare poſſunt, quam linguam noſtram feram & diſcordem eſſe, & nihil abs nobis cum ratione dici?

SCHICKEN, aptare, accommodare, *ſich in die zeit und leut ſchicken* accommodare ſe tempori & perſonis. Novum, ſed eleganter factum a Lat. *ſequi*. Enim vero, ſive res rebus, ſive nos ipſos ad ingenium rerum & perſonarum accommodemus, ſemper naturam ſequimur a tergo, & ab illa nequicquam recedimus. Vel ſi hoc non placet, quamvis ſit pulcherrimum, derivetur a Gr. ἱκανὸς

ικανὸς idoneus, congruus, conveniens, vel ικανόω idoneum facio. Quod fieri poteſt præpoſito ſibilo.

SCHICKEN, ordinare, diſponere, præparare, *beſchicke dein haus* diſpone domum tuam 2. Reg. XX. 1. Suecis *ſkicka*. Senſus ad diſponentes extenſus, quia aptantibus ſimiles ſunt. Inde *ſchickung* & *ſchickſal* fatum & providentia, quia providentia eſt divina diſpoſitio.

SCHICKEN, convenire, quadrare, congruere, *es ſchickt ſich nicht* non convenit, non quadrat, non decet. A *ſchick* aptitudo. Cum hoc ſignificatu convenit Græc. ἔικειν aſſimilari, conveniens eſſe.

SCHICKEN, mittere. *Forte a ſequi*, inquit MARTINIUS, *ut ſit facere ſequi*. Dubito. Nam mittere non eſt *facere ſequi*, ſed *facere ut eat vel veniat*. Ergo ab ικάνω, quod apud HESYCHIUM exponitur ἔρχεσθαι venire, accedere. Verbum antiquum vide in *ſenden*.

SCHICKEN, facere, *viel zubeſchicken haben* multa habere agenda, *ſechs tage ſoltu alle deine ding beſchicken*, ſex diebus facies omnia opera tua, Exod. XX. 9. Ab ικάω, quod inter alia apud HESYCHIUM exponitur καταλαμβάνεσθαι capere, occupare.

SCHIEBEN, agere, trudere, impellere. Angloſax *ſceofan*, *ſcofan*, *ſcufan*, Belg *ſchuiven*, Angl. *to ſhove*. Dicitur & *ſchaffen*. Utrumque a Græc. σοβεῖν ſubmovere. Ab hoc verbo accipiunt nomina ſua (1.) actus impellendi. Inde *ſchub* ictus, impulſus, *ſchippe*, *ſchüppe* amotio, repulſa, *vorſchub* promotio. (2.) res facile mobiles. Inde *ſcheibe* ſphæra, *ſchublade*, *ſchubkæſtlein* foruli mobiles, *ſchubkarr* carrus truſatilis. Præterea notandum, quod hujus verbi frequentativum ſit *ſchupfen*, de quo infra.

SCHIEBEN, ſenſu forenſi ſignificat *culpam in alium transferre*, quia translatio culpæ eſt actio ſimilis ei, qua rem amovemus, & alteri obtrudimus. Jus prov. Alam. Cap. CCXIX. 3. *kumpt jener fur, und ſchiubet erz uf in, er muz ez enpfahen*, ſi alter comparuerit, & culpam in eum conjecerit, cogitur illam agnoſcere. Inde *ſchub* translatio culpæ in alium, ibidem §. 2. De hoc derivato vide plura in *ſchup*.

SCHIEBEN, rem rei immittere. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VI. 50. de Adamo: *er nan ſcoub in ſinan mund*, immiſit pomum in os ſuum. Inde *ſchubſack* ſacculus in veſte, cui aliquid immitti poteſt.

SCHIEBEN, obliquare, e recto cernuum facere, *geſchoben vierung* trapezium, menſula geometrica, *verſchoben* irregularis, transverſus. A *ſchief* obliquus. Differt a *ſchieben* trudere. Nam qui trudit, movet in linea recta, qui vero obliquat, movet in latus.

SCHIEDLICH. vide *ſcheiden* pacare.

SCHIEF, obliquus, a linea recta declinans. Belg. *ſcheef*. Utrumque a Lat. *ſcævus*, & hoc a Græc. σκαιὸς lævus, ſiniſter, interpoſito V. digamma Æolico, ut docet MARTINIUS.

SCHIEFER, *ſchieferſtein*, lapis quidam foſſilis, quem Gallice balbutientes *ardeſiam* vocant. Opinor a cœruleo colore, in ſuperficie ejus concreto, quem Latini *ſaphirum*, pictores *ſchieferblau* vocant. HÜBNERUS in Lex. rer. natural. *ſchieferblau*, *eine gar feine gattung Berg-Blau, ſo wie ſand oder erde am ſchiefer-ſteine hanget*. Hic lapis natura fectilis eſt, & ſerra dividi poteſt aſſulatim in uſum tectorum. Inde natum verbum *ſchiefern* findere, ſcindere, STILERO memoratum; unde rurſus fit *ſchiefer* ſegmentum, aſſula, lamella, & hinc compoſitum *ſchiefer-weiſs* album ex laminis plumbi præparatum. Modum præparandi tradit diligentiſſimus, quem modo laudavi, ſcriptor.

SCHIEL, ſtrabus, transverſum videns, *ſchielen* oblique reſpicere, Græc. σιλλῶν. Utitur hoc verbo NOTKERUS Pſal. XX. 12. obſervante SCHILTERO in Gloſſ. Vide plura in *ſchæl*. Metaphorice dicitur de vino pallido. Inde *ſchieler*, *bleicher*, vinum helvolum, in quo rubrum & album transverſis radiis oculum feriunt.

SCHIELEBOLD, *ſchielebol*, inſectum e genere papilionum, magnis & prominentibus e capite oculis. Proprie *caput ſtrabum*. Simile compoſitum vide in *trunkenbold*.

SCHIENE, pars cruris anterior, *ſchienbein* crus, os tibiæ. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſcina* cruris vel tibiæ pars anterior, *ſcinban* os tibiæ, *ſcin-hoſe* ocreæ. Similiter & Angli dicunt *ſhin* & *ſhin-bone*, Belgæ *ſchеen* & *ſchеenbeen*, Sueci *ſkeen* & *ſkenbeen*, & in Indice VEGELII *ſkinnleiker* eſt ludus quidam in quo crus facile frangitur. MARTINIUS a Lat. *canna*, præpoſito S. facit *ſchene*, *ſchinne*, quia tibia eſt canna pedis, & hinc Latinis *tibia*, quaſi *tubia*, a *tubo*, & Hiſpanis *canilla de la pierna* dicitur. Docte & ingenioſe, ſed nondum ad veritatem. Nam *ſchiene* non eſt ipſa tibia, ſed pars tibiæ anterior, ſuræ oppoſita, & carne deſtituta. Hinc ſcil. nomenclatura, ut dicatur *ſcina* & reliqua, vel a Belgico *ſchinnen* deglubere, vel a Scandico *ſkinna* abradere, quia natura ea parte tibiam decarnavit. Vitium, quod in his verbis latet, vide in *ſchinden*.

SCHIER, prope, proxime, *aufs ſchierſte* mox, brevi, quam proxime Act. XVII. 15. Primo fuit Adverb. temporis, a *ſcheuren* rumpere, quia mora brevis eſt mora abrupta, poſtea etiam loci, ob ſimilitudinem, quæ eſt inter locum & tempus. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XIX. 90.

Bizeinta thaz ſin uuirdi
Zi niuuihti ſcioro uuurdi.
Oſtendit, dignitatem ſuam
Prope in nihilum redigi.

SCHIER, albus, candidus, Dial. Friſica. Inde *Schier-monik-oog* Inſula Monachorum albicantium, vel alba veſte utentium. Quam inter-

interpretationem debeo MENSONI ALTINGIO, Antiquitatum patriæ ſuæ indagatori ſagaciſſimo, cujus judicium & acumen ingenii merito ſuſpicit orbis eruditus. Ductum videtur ex Linguis orientalibus, & ſibilo auctum in occidentalibus. Nam albus Perſis dicitur *car*, ſaltim antiquis, idemque Hebræis *chur*.

SCHIER, lucidus, ſplendidus. Gloſſ. Lipſ. *ſcieri* lucidum. Cum album præ cæteris coloribus lucem reflectat copioſiſſimam, hinc nomen ſuum ſæpe communicat rebus ſplendidis, aut accipit ab illis. Exempla vide in *blank* & *ſchein*. Subſtantive poſitum, ſignificat (1.) ſubſtantiam lucidam. Inde Perſis *chur* Sol. Quam vocem in Lexico Clodiano invenio. Græcis quoque σείριος interdum pro ſole eſt, ut *Oſiris* Ægyptiis. Et σειρία ſunt aſtra. Id eſt, lumina, luces, ignes. (2.) ſubſtantiam pellucidam. Inde Islandis *ſkiar* feneſtra ex tenui & pellucida membrana confecta.

SCHIER, clarus, illuſtris. Quia lucido & ſplendido ſimilis. SOMNER. in Dict. AS. *ſcire* clarus, illuſtris. VEREL. in Ind. *ſkir* clarus. Gloſſ. Lipſ. *ſiloſcire* præclarus. Idem ſignificare poteſt CYRUS, ſi æſtimatio nominis, ut par eſt, ex cognatione utriusque Linguæ, Perſicæ & Germanicæ deſumatur. Quamvis enim veteres Scriptores, Cteſias, Plutarchus, Heſychius, & alii, *Cyrum* Perſarum Monarcham a Sole ſic dictum tradiderint: non tamen perſuadent. Quis ſanus hominem appellet Solem? Aut quis Solis cultor auſit nomen Dei ad hominem transferre, etiamſi fuerit Rex, aut filius Regis? Error inde natus videtur, quod eadem vox adjective *lucidum* & *illuſtrem*, ſubſtantive *ſolem* ſignificet.

SCHIER, purus, mundus. Quia albo & ſplendido ſimilis. Idem Angloſax. *ſcire*, teſte SOMNER. & BENSON. Suecis *ſkær*. Germani inde habent *ſcheuren* purgare, mundare.

SCHIERLING, cicuta, herba venenata, ad multa tamen uſus non omittendi, teſte PLINIO Lib. XXVI. Cap. 13. Gloſſ. Pez. cicuta *ſcerilinh*. Fortaſſe a *ſcheuren* purgare. Huc me ducit HORATIUS Epiſt. 2. *Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ?*

SCHIESSEN, duplicem habet ſignificatum, *activum* & *paſſivum*.

SCHIESSEN, *active*.

SCHIESSEN jaculari, ſagittare, explodere telum. NOTKERUS Pſal. LXXVII. 9. *ſie ſpienin bogen unde ſcuzzin mitte*, intendebant arcus & mittebant ſagittas. Pſal. CXLIII. 6. *ſciuz ſie ana dine ſtrala*, emitte in eos ſagittas tuas. SOMNER. in Dict. AS. *ſceotan*, *ſcytan* ſagittare, jaculari, projicere, emittere, *ſcoten* emiſſus, jactus, *ſcotu* jacula, ſagittæ, quicquid jaculando emittitur, *ſcytta* ſagittarius, *ſcyte-finger* digitus index, ſagittarius, cujus ope arcus intenditur, *Scythithia* Scythia. VEREL. in Ind. *ſkiota* jaculare, *ſkot* telum, jaculum, ſagitta. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſchieten*, Angli *to ſhoot*, Sueci *ſkiuta*, Tartari Præcop. *ſchieten*, Cambri *ſaethu*, & inde *ſaeth* ſagitta, & *ſaethydd* ſagittarius, ſpiculator. Quibus conſonant quædam Hebræa, ut ſunt, *chets* ſagitta, jaculum, apud BOXHORN. in Orig. Gall. pag. 23. *chatsats* ſagittavit, ejaculatus eſt, *keſcheth* arcus, apud HELVIGIUM in Orig. Germ. Imo *ſagitta*, etiamſi neſciamus an ſit a Celtico *ſaeth*, an ἀμύνας a Scythico *ſcytan*, meliorem a Barbara affinitate ſenſum accipit, quam ſi componatur a *ſagaci ictu*. SCYTHAS ſic dictos eſſe quaſi ſagittarios, quod primi ferro alas addidiſſent, & artem jaculandi per arcum oſtendiſſent, ex Angloſaxonica voce *ſcytta* ſagittarius, veroſimiliter cognoſcimus. Cui conjecturæ, quousque faveant antiqui Scriptores, monſtravi in *Præfat. ad German.* §. XL. SOMNERUS eos non ab invento, ſed a jaculandi peritia appellatos exiſtimat, & nomen SCOTIS reliquiſſe putat, quod veroſimile ſit, colonias quasdam e *Scythia* in Britanniam deductas eſſe. BAXTERO vero *Scoti* non ſunt *Scythæ*, ſed *viri ſylveſtres*, a *coed* ſylva. Sed miſſa hac diſputatione ad verbum revertor. Hoc e Scythicæ linguæ hæreditate nobis relictum, & a ſtridore teli volantis formatum cenſeri poteſt. Quod, ſi acceptetur, primus verbi latiſſime patentis ſenſus erit is quem dixi, & ab illo reliqui dependebunt. Nam a jactu ſagittæ facilis erat verbi ad omnes emiſſiones cum impulſu factas translatio. Ad familiam ejus ſpectant, *ſchuſs* jactus, ictus, exploſio teli, *ſchütze* ſagittarius, *geſchoſs* miſſilia, *geſchütz* machinæ jaculatoriæ &c.

SCHIESSEN, metaphorice ſignificat *vi emittere*, quia vi emiſſa ſagittis, quæ ab arcu exploduntur, ſimilia ſunt. Talia ſunt (1.) res omnes miſſiles, cujuscunque generis ſint. (2.) vegetabilia, quia vi inſita protruduntur, lenta quidem, ſed impulſiva. (3.) gravia, quia pondere naturali ex alto moventur in imum. (4.) celeria, quia feruntur cum impetu. Hinc *ſchieſſen* in genere dicendi allegorico ſignificat quantum poteſt, *jacere*, *conjicere*, *fruticari*, *cadere*, *præcipitari*, *celeriter moveri* &c.

SCHIESSEN, jacere, jactare, projicere, ejicere, emittere. Gloſſ. Pez. jactando *ſciozanto*.

SCHIESSEN, conjicere. Hodie dicimus *zuſamen ſchieſſen*. Sed a ſimplici habemus *ſchoſs* tributum, id eſt, pecunia conjecta.

SCHIESSEN, fruticari. Id eſt, ſurculos, gemmas, folia, flores, ſemina, fructus emittere, & vi inſita protrudere. Confer *ſchieſſen* emitti, & cum utroque contende *ſprieſſen* fruticari.

SCHIESSEN, *paſſive*.

SCHIESSEN, vi emitti, protrudi a natura. Inde *ſchuſs* incrementum, & omnis propulſio naturalis, *ſchoſs* ſurculus, propago, *ſchutz* (*monkind*) mola, moles carnea utero accreta, item fœtus abortivus, apud Luth.

in Colloq. Menſ. ab Aurifabro editis Francof. ad Mœn. 1567. Part. I. pag. 140.

SCHIESSEN, labi, præcipitari. SOMNERUS in Dict. AS. *ſcytan* dilabi, *Tiber ſe-ea ſcyt on wendel-ſæ*, Tibris fluvius dilabitur in mare mediterraneum, *ſcyte-ræſe* ruens, præceps, *ſcytheald* obliquus, præceps. Quibus addi poteſt ex hodierno idiomate *geſchoß* præcipitium, quod dicitur de edita domus parte.

SCHIESSEN, celeriter moveri. VEREL. in Ind *ſkiotur* celer, *ſkiotlyndur* præceps animi.

SCHIFF, navis. Gothis *ſkip* Marc. I. 19. Angloſax. *ſcyp* ibidem, Franc. *ſkeff*, *ſhef*, Belg. *ſchip*, Angl. *ſhip*, Isl. *ſkip*, Suec. *ſkepp*. NOTKERUS Pſal. CVI. 23. *die den mere ferrent in ſkeffen*, qui deſcendunt mare in navibus. TATIANUS Cap. XIX. 6. *ſcalt thaz ſhef in tiuſi*, propelle navem in altum. Affinia ſunt Gr. σκαφὴ & Lat. *ſcapha*, quæ tamen a quibusdam male pro etymo obtruduntur. Nam hæc ipſa, quæ noſtris adeo ſimilia ſunt, ex eodem cum illis fonte manarunt. Hoc ut oſtendam, obſervare jubeo, quod primæ naves fuerint alvei truſatiles, ex ligno cavati, & ſic dicti a *ſchieben*, *ſchaffen*, agere, trudere, pellere, quod remis impellerentur. Tales fuiſſe veterum Germanorum naves, teſtis PLINIUS Lib. XVI. Cap. 40. *Germaniæ prædones ſingulis arboribus cavatis navigant, quarum quædam & triginta homines ferunt.* Hic primus & antiquiſſimus Germanicæ vocis ſenſus. Inde Græcis σκαφὴ, Lat. *ſcapha*, Armoricis *ſcaff*, Gall. *esquif*, Italis *ſchifo*, pro cymba vel navicula ex arbore cavata. Poſtea idem nomen navibus communicari cœpit, quod ut ſcaphæ remis, & triremes trabibus, ſic naves ventis & velis impellerentur. Qui ſimpliciſſima rerum initia mecum conſiderant, de veritate etymi vix dubitare poſſunt. FERRARIUS quidem exiſtimat, a poculo *ſcypho* Germanos formaſſe *ſchiff* pro navi, Italos *ſchifo* pro cymba. Sed meminiſſe poterat vir inligniter doctus, poculorum nomina plerumque a re navali peti, non navigiorum a poculis, quod pulcre docet MACROBIUS Lib. 5. Saturnaliorum, exemplo *cymbii* & *carcheſii*, imo etiam *ſcyphi*. Nam *ſcyphum* ante navigium quam poculum denotaſſe, hinc ſolerter probat, quod fabula vetuſtiſſima fingit, Herculem *ſcypho* vectum in Hiſpaniam penetraſſe, qui certe non poculo, ſed navigio mare trajecit. Ergo σκύφος Græcis aliquando fuit navis. Et unde, niſi a Scythico *ſkif*, *ſkip*, quod natura ſua machinam notat, quæ ventis aut remis impellitur. Cætera, tam derivata, quam compoſita, ut ſunt *ſchiffen* navigare, *ſchiffer* nauta, *ſchiffart* iter navale, & alia innumera, cum ſua luce radient, auxilio meo nequicquam opus habent.

SCHIFTEN, manubriare, *geſchift* manubriatus, *büxen-ſchifter* faber manubriorum. Alia Dial. dicitur *ſchæften*. Utrumque a *ſchaft* ſcapus, pars lignea teli.

SCHIFTEN, partiri. SOMNERUS in Dict. AS. *ſcyftan* dividere, partiri, *land ſcyftan* herciſcere, ſundum partiri, *ſcyfte* diviſio, partitio. VERELIUS in Ind. *ſkipta* dividere. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſchiften*, Sueci *ſkifta*. Quo genere corruptelæ incertum, quia plures eſſe poſſunt. Verum verbum eſt *ſcheiden*. Vulgus inde formavit *ſchichten* per epentheſin, & *ſchiften* per aliam epentheſin, aut certe CH. mutavit in F. Quam frequens ſit utraque mutatio, *Prolegomena* docebunt.

SCHILD, tectum, operimentum, latebra. Gloſſ. Pez. tegumenta *ſcilti*. Oritur per medium derivandi *D.* a verbo antiquiſſimo & toti Septemtrioni uſitato *ſkyla*, *ſkiula* tegere, operire, facere ut lateat. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *ſkiul* latebræ, *ſkiula* tegere, obtegere, latere. Verſio ſacra Suecorum Luc. VIII. 16. *men ingen uptænder ett liuſ och ſkyler thet under nægot kaar*, nemo lucernam accendens operit eam vaſe. Dani eodem ſenſu dicunt *ſkiule*. Quam late regnet hoc verbum in vetuſtiſſimis Dialectis, id vide in *ſchale*. Hodie *ſchild* pro tecto vel latebra ſuperat in comp. *ſchildkröte*, *ſchildpadde*, teſtudo, bufo tectus, vel ſub tegmine latens, non bufo ſcutatus, quia teſta totum animal condit, & latebræ quam ſcuto (quod ſuperne tantum tegit) ſimilior eſt. Dicitur autem bufo, quia genera animalium ſolent confundi.

SCHILD, ſcutum, clypeus, umbo. Vox antiquiſſima & omnium Dialectorum concentu conſpicua. Gloſſ. Ælf. in nom. armor. ſcutum vel clypeus vel parma *ſcyld*, pelta *lytel ſcyld*. Gloſſ. Pez. ſcutum *ſcilt*, clypeis *ſcilton*, clypeum *chamſſcilt*, pelta *halpſcild*. Epinic. R. Ludov. verſ. 83.

Tho nam her ſkild indi ſper
Ellianlicho reit her.
Tunc arripuit ſcutum & lanceam,
Et equitavit feſtinanter.

Idem Belgis *ſchildt*, Angl. *ſhield*, Suec. *ſköld*, Island. *ſkioldur*, Heb. *ſcheleth*. Rurſus a notione tegendi, ut ex dictis manifeſtum. Res & nomen rei Germanis traditum a Scythis videtur. Nam ſcutum eſt inventum Sacarum e genere Scythico, ſecundum TZETZEM Chiliad. XIII. *Gens nobilis Sacarum eſt, qui ſcuta repererunt.* GOLDASTUS vocem Germanicam eſſe negat in Animadverſ. ad Script. Paræn. pag. 380. hac ſola & leviſſima ratione adductus, quod videatur formata a Lat. *clipeus* per metatheſin. At qualis iſta metatheſis eſt? JUNIUS ortum ducit a σκύλον, σκύλος pellis feræ detracta, quod clypei veterum plerumque exuviis ferarum veſtirentur in Obſerv. ad Will. pag. 122. Alii *ſcutum* & *ſcyld* ex eodem fonte derivant, nempe a σκύτος corium, quod ſcuta ex tergore bovino antiquitus fierent. Utrumque etymon ab inſtituto Scytha-

Scytharum & veterum Germanorum, qui cratibus ſalignis pro umbonibus utebantur, plane alienum. TACITUS Annal. II. 14. *Non loricam Germano, non galeam, ne ſcuta quidem ferro nervove firmata, ſed viminum textu, ſed tenues & fucatas colore tabulas.* Præcipua compoſita ſunt, *herſchild* quod vide, *ſchildknap*, *ſchildknecht*, de quibus poſtea. Item *ſchildwacht* excubitor, miles ſtationarius, a priſco inſtituto, cuſtodia inquam ſcutorum, quamvis armis mutatis, ſic dictus. Inde *verlorne ſchildwachs* ſtatio extrema, non quia pro perdita habetur, quamvis hoſti proxime expoſita, ſed quia amittitur e conſpectu. Et huc etiam ſpectat vox Longobardica *ſchilpor* armiger, ſcutiger apud P. DIACONUM Lib. II. de Geſtis Long. Cap. 28. *Helmichis, qui Regis* SCHILPOR, *hoc eſt armiger & collactaneus erat.* In qua lectione nihil mutandum. Nam *ſchil* pro clypeo eſt verbale a *ſkyla* tegere, & in nulla re differt a *ſchild*, niſi modo derivandi. Deinde *por* non eſt *puer*, ut tradit SPELMANNUS, ſed *ferens*, & Angloſaxonice vocatur *bora* in compoſitis. Gloſſ. Ælf. in nom. armorum: ſpatarius *ſwyrd-bora*, armiger *wæpen-bora*, ſignifer, vexilliſer *tacn-bora*. Cuncta a *bæren* ferre. Vocem Celticam vide in *tartſch*. Verba a ſubſtantivo oriunda, quamvis uno excepto ſint deſita, non debent hic taceri.

SCHILDEN, protegere, Dial. Saxonica. SOMNERUS in Dict. AS. *ſcyldan*, *ſceoldan*, *beſcyldigan* tueri, protegere, defendere, *ſcyldend* vindex, protector.

SCHILDEN, trudere, impellere, Dial. Alamannica. Wolfram von Eſchelbach im Heldenbuch citante GOLDASTO in Animadv. ad Script. Parænet. pag. 379.

Er valt in dem walde
Mim heren ſehzeg man,
Und ſchilt mich an gar balde
Das ich im köm entran.

Aliud trudendi verbum a ſcuto formatum vide in *drengen*.

SCHILDEREN, pingere, *ſchilderei* opus pictum. A primo & vetuſtiſſimo picturæ Germanicæ objecto, quod erat *ſchild* ſcutum. TACITUS Cap. VI. de M. G. *ſcuta lectiſſimis coloribus diſtinguunt.* Annal. II. 14. *Tenues & fucatæ colore tabulæ.* Latent hic Inſignium primordia, & artis Heraldicæ initia, ut pridem a viris doctis obſervatum.

SCHILDKNAP, armiger, ſed cingulo militari nondum initiatus. SPELMANNUS Angloſaxonibus tribuit *ſcild-cnawa*, quod eſt quaſi tyro a ſcuto ferendo, ſive ut Plautina voce utar *ſcutigerulus*. Geſtabat autem arma non ſua, ſed aliena. Ratio inſtituti hæc eſt. Cum Germania adhuc tota eſſet militaris, præcipua Principum cura fuit, ne miles unquam deficeret. Hinc juniores, quam primum per ætatem licuit, armis militum bajulandis adhibiti, ut ſic militiam mature addiſcerent, qui in militum numerum aliquando eſſent cooptandi. Acceſſit progreſſu temporis nova ratio ex gravi equitum armatura. Qua ſemel uſu recepta, tyronibus opus erat, qui ſcuta & haſtam ſuis impoſita humeris tamdiu geſtarent, donec ad pugnam ventum eſſet. Primos Francorum *armigeros* ſiſtit CANGIUS ex Tabula Caroli Calvi in voce. Sed veſtigia ejus inſtituti jam occurrunt in Exercitu *Arioviſti* in mixtis illis equeſtri ordini peditibus apud CÆSAREM Lib. I. de B. G. Cap. 48. SPELMANNUS & CANGIUS nullos videntur agnoſcere in bello armigeros, niſi nobili genere ſatos; Quod neſcio, an verum ſit. Nam præter illos, qui arma Regum portabant (quos optimatum filios, & regibus ſæpe proximos fuiſſe, ex JORNANDE Cap. LVIII. & LX. & aliunde diſcimus) alii erant innumeri, qui latera equitum ſtipabant, & arma eorum portabant, non ex nobilitate, ſed ex progenie militum gregariorum lecti, de quibus vide docte differentem Cl. ESTOREM in Comment. *de Miniſterialibus* pag. 496. ſeq. De voce *knap* vide plura in *knab*.

SCHILDKNECHT, armiger. SPELMANNUS Angloſaxonibus tribuit *ſchildknight*, quod interpretatur *ſcuti miniſtrum*, ſenſu ad nobiles reſtricto. Sed nihil obſtat, ut etiam de plebejis dicatur. Et tunc erit vel *ſervus equitis*, qui equiti arma miniſtrat, vel *miles a pedibus*, qui ſua portat arma, non aliena. Nam *knecht* ſervum & militem, *ſchild* ſcutum & clypeum ſignificat. *Scutum* ad equites, *clypeus* ad pedites ſpectat.

SCHILDLEHN, feudum militare, nobile & ignobile. Ob rationes in *herſchild* explicatas.

SCHILF, gramen quoddam paluſtre. Forte a Lat. *ulva*, ſibilo, ut ſæpe alias, præpoſito.

SCHILLING, vox multiplex ſub iisdem literarum elementis.

SCHILLING, mulcta, pecunia judici ob reatum ſolvenda. VEREL, in Ind. *ſkilling* mulcta, *laga-ſkilling* mulcta lege definita. Oritur a *ſcollen* debere, quod hodie effertur *ſollen*, vel potius ab ejus derivato *ſkula* reus, ſic dictus, quod pœnam legibus debeat, unde recte fit *ſkilling* pecunia reatus. De verbo vidimus infra. De ſubſtantivo teſtem habemus Codicem Argent. Matth. V. 22. *ſkula ſkauai* reus judicio, *ſkula gaquumthai* reus concilio, *ſkula funins* reus ignis. Hujus primævæ & forenſis acceptionis veſtigium occurrit etiamnum in pœna ferulæ & baculi, quæ in Scholis vocatur *ſchilling*, in Curiis *ſtockſchilling*, ſenſu a ſatisfactione judiciali petito.

SCHILLING, ſolidus major. Diviſionem ſolidi in *mojorem* & *minorem* ex Lege Saxonum Tit. XVIII. hic ſuppono. Majorem Vulgata vocat *argenteum*, Verſio Angloſaxonica *ſcylling*, ætas Francorum *ſcellinc*, ætas Saxonum recentiorum *ſchillingh*. Evang. AS. Matth. XXVI. 15. *tha beheton hig him thrittig ſcyllinga*, tunc promiſerunt ei tri-

ginta argenteos. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 81. *ſcellinc* ſolidus. Statuta Goslarienſia Tit. *van vrede brake*, Leg. 55. *we ſtelet, dat vif ſcillinghe wuert is, de vorſchuld des galgen.* Ubi Gloſſa manuſcripta addit: *viff ſcillinghe das ſindt fünf gülden.* Locum obſervavit & adduxit ECCARDUS in not. ad L. Sal. pag. 13. ut oſtendat, ſolidum hic majorem intelligi. Et conſentit WENDELINUS in Gloſſario Salico, ubi *Solidum Salicum* æquiparat *Floreno Rhenenſi.* Idque probe notandum, quia notitia hujus valoris plurimum confert ad Leges Veterum intelligendas, in quibus *Solidorum* in pœnis dictandis perpetua mentio. De ortu nominis non omnibus idem videtur. Omitto nunc etymologias eorum, qui Solidum majorem cum minori confundunt, & eas afferunt originationes, quæ minoribus tantum & minutiſſimis ſolidis conveniunt. JUNIUS loco proxime citato *ſolidum* iis rebus accenſet, quæ a tinnitu nomen habent, ut ſunt *ſchellen* tintinnabula, a *ſchallen* ſonare. Hunc præceſſit KILIANUS, ejusdem conjecturæ autor. Utrumque ſequitur alius vir doctus, exiſtimans, ſolidum ſic appellari in oppoſitione ad *bracteatum*, quo nomine denarium ex tenuiſſima minimeque ſonora lamina cuſum intelligimus. Sed hic nummus recentior eſt, & a ſolidorum ætate remotior, quam ut ab ejus intuitu appellari potuerint. Præterea & ipſe ſonum edit, quamvis pro modulo exiguum, nec ita acutum, ut ſolidus major. Nam *bracteatus* dicitur a *bractea*, & *bractea* a βράχειν ſonare, crepare, omnium eruditorum conſenſu. ECCARDI ſententia eſt, a *ſolidus* paulatim factum eſſe *ſcholigus* & *ſcholingus;* Quod acceptari poſſet, niſi ad Latinos confugere ſupervacaneum eſſet. SKINNERUS rationem nominis in typo quærit, & ſolidum interpretatur *ſcutatum*, a *ſchild* ſcutum, unde etiam Gallis *eſcu.* Viderint alii, unde de hoc typo conſtet, quem nemo prudens in nummis veterum absque demonſtratione admittet. Reſtat, ut meam de hoc nomine conjecturam paucis exponam. *Solidus* in Legibus Antiquis Germanorum ubique eſt nummus pro compoſitione ſolvendus. Hinc auguror, vocem a mulcta paulatim ad pecuniam, qua mulcta ſolvebatur, translatam eſſe.

SCHILLING, ſolidus minor & minutiſſimus. Vulgata ſolidum minorem vocat *drachmam.* Verſio Angloſaxonica *ſcylling* Luc. XV. 8. *hwylc wif hæfth tyn ſcyllingas*, quænam mulier habet decem drachmas? Et mox: *ic funde nimne ſcylling the ic forleas*, inveni drachmam meam quam perdideram. In eadem Verſione minores nummi non vocantur *ſcyllingas*, ſed *peninge* Matth. X. 29. & minutiſſimi *ſtycas* Marc. XII. 42. & *ſeorthlingas* Luc. XII. 59. Luc. XXI. 2. At poſtera Saxonum ætas non ſolum minores ſolidos, ſed etiam minutiſſimos *ſcillinghe* appellare inſtituit. ECCARDUS loco citato: „Minores ſolidi in Statu„tis Goslarienſibus ſæpius occurrunt, vo„canturque paſſim *lüttighe ſchillinghe & ſcil„linghe lüttiker penninghe.*„ In Juris Suevici MSto Ambraſiano ad Lib. I. Cap. 20. SCHILTERUS Gloſſam hanc invenit: *und wo dis buch von ſchilling ſaget, das ſind ſchilling der ie zwölff ein ſchilling iſt.* Unde ECCARDUS colligit, poſteriora tempora ſolidum in duodecim partes, & denarium in totidem quoque diviſiſſe. Hic ſignificatus aliam etymologiam exigit, quia eadem vox ad ſolidum minorem transferri non potuit, & multo minus ad minutiſſimum. SCHILTERO placet contorſio vocis e *ſiliqua*, leviſſimi ponderis moneta. Quod acceptari poſſit, niſi melior origo domi occurreret. Nam *ſcylan* Angloſaxonibus eſt *dividere, diſtinguere, ſeparare*, teſte SOMNERO & BENSONIO, & *ſchilling* proprie eſt diviſor, ſeu, quod idem, pars ſolidi majoris in plures minores diviſi, eoque nomine tanto magis digna, quod in commerciis hunc præbet uſum, ut emptorem & venditorem ſeparet. Et his quoque de cauſis omnis moneta minor Danis *ſkill-mynt*, Germanis *ſcheidemüntz* appellatur. DIECMANNUS, qui natales vocis a verbo Belgico *ſchillen* differre deducit, eo quo dixi modo intelligendus & explicandus eſt. Nam ſola differentia nihil facit ad rem, niſi accedat diviſio & ſeparatio. De verbo Angloſaxonico *ſcylan* vide plura in *ſchelen* dividere.

SCHILLING, nummus bracteatus, non quivis, ſed ſcutellæ inſtar cavatus. Opinor ab Angloſax. *ſcyll* concha, quod concham cavitate referret, quales plus quam centum eximiæ pulchritudinis & ſoliditatis vidi Berolini in Muſeo HVNITSCHII Conſiliarii regii, amici mei, dum viveret, conjunctiſſimi, qui hæc & talia habuit in deliciis.

SCHILLING, quicquid datur vel traditur ſolvendi, confirmandi, vel oppignorandi cauſa, ſive res ſit, ſive valor rei. Inde *kauf ſchilling* pretium rei venditæ, item arrha emptionis & venditionis, *fridſchilling* pecunia quæ Senatui civitatis pro quieta domus emptæ poſſeſſione ſolvitur, apud LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *pfandſchilling* res oppignorata, mobilis & immobilis. Hic ſenſus videtur oriri a *ſelen* tradere, cujus antiquitatem infra adſtruxi.

SCHIMEN, lucere, ſplendere. SOMNERUS in Dict. AS. *ſciman* ſplendere, *ſcima* ſplendor, fulgor, radii. Gloſſ. Lipſ. *ſcimo* ſplendor. Dicitur alias *ſcheinen*, rectius & antiquius, ut oſtenſum in loco. Hinc *ſchimen* in nulla re differt a *ſcheinen*, niſi literarum N. & M. permutatione, quæ ſatis frequens in Dialectis. Interim a *ſchimen* habemus *ſchime* limbus ſanctorum, & *ſchimmel* duplici ſenſu, ut mox patebit.

SCHIMEN, obſcure lucere. Ita *ſcheinen* non ſolum lucere, ſed etiam obſcure lucere ſignificat. Utrumque verbum ſimilia habet derivata. Inde

Gothis

Gothis *ſkeima* laterna, Joh. XVIII. 3.
Belgis *ſchim* apparitio, ſpectrum.
Germ. *ſcheme* ſplendor refractus, qualis eſt imaginis in aqua vel ſpeculo, Prov. XXVII. 19. *ſchummer* obſcurus, idemque Gallis *ſombre*.
Suecis *ſkymning* crepuſculum.

SCHIMMEL, equus albus. A *ſchimen* ſplendere, quia color albus eſt luminoſus, & lucem plus cæteris coloribus reflectit.

SCHIMMEL, mucor panis & caſei. Ex eodem fonte. Nam mucor eſt alba lanugo ſitu contracta, & omne album eſt lucidum.

SCHIMMERN, radiare, micare, ſublucere. Angloſax. *ſcymrian*, Belg. *ſchemeren*. Frequentativ. a *ſchimen* obſcure lucere. Inde *ſchimmer* coruſcatio, *ſchimmerig*, *ſchummerig* ſublucanus, *ſchimmerung* crepuſculum.

SCHIMPF, jocus, ſales, facetiæ, *ſchimpf und ernſt* mixta nugis feria, *ernſt in ſchimpf keren* vertere ludo ſeria, *ſchimpflich* jucundus & jucunde. LAZIUS deduxit a Græc. σκώμμα dicterium, dictum feſtivum, quod etiam placuit MARTINIO. Suecis *ſkæmpt* eſt jocus, & *ſkæmpta* jocari, manifeſto ſatis a σκώπτειν cavillari.

SCHIMPFEN, *beſchimpfen*, dehoneſtare, dictis aut factis. Proprie dedecore afficere, a *ſcham* propudium, vel *ſchæmen* pudefacere, confundere. Labiales ſe mutuò attrahunt, & originem reddunt obſcuram, quæ per ſe ſatis manifeſta. Inde *ſchimpf* ignominia, dictum aut factum contumelioſum, quod cum præcedenti non debet confundi. Nam & diverſas habent matrices, & diverſos fines atque effectus. Jocus fit ridendi cauſa, & exhilarat etiam eum, in quem jacitur. Dictum vero amarum torquetur lædendi cauſa, & ſemper parit offenſam. Quodſi ſimilis offenſa ex dictione ludicra naſcatur, id caſu contingit, quia ſi alio loco aut aliis præſentibus prolata eſſet, non offenderet. Vide MACROBIUM Lib. 7. Saturnaliorum. A *ſchimpf* eſt *ſchimpflich* ignominioſus, quod rurſus tota natura differt a *ſchimpflich* jucundus.

SCHINDEL, aſſula, tabula fectilis. Latinis *ſcandula*, *ſcindula*, a *ſcindendo*. Poſtea etiam tegulam denotavit, ob ſimilitudinem cum aſſulis, primo quidem ligneam, deinde etiam luteam. Gloſſ. Pez. laterculis *ſcintalun*.

SCHINDEN, deglubere. Gloſſ. Pez. decorticavit *piſcinta*, eradat *apaſcintit*. Non a Lat. *ſcindere*, etiamſi ſono conveniat, ſed potius a Gr. σκύτος pellis, corium, per epentheſin literæ N. Quid enim eſt deglubere, niſi pellem detrahere? In quibusdam Dialectis litera D. in medio vocis eliditur, quamvis vitioſe. Inde Belgis *ſchinnen* deglubere, Suecis *ſkinna* abradere, decorticare.

SCHINK, crus, tibia. Gloſſ. Pez. tibiæ *ſcinchun*. SOMNERUS in Dict. AS. *ſcanca* crus, tibia, *earm-ſcanca* os brachii. Verſio Angloſax. Joh. XIX. 31. *tha Judeas bædon Pilatum, thæt man forbræce hyra ſceancan*, Judæi rogaverunt Pilatum, ut frangerentur crura eorum. Proprie eſt os alteri infertum, R ſimpliciori *anke*, præpoſito ſibilo. Hinc non ſolum de crure, ſed etiam de brachio dicitur apud Saxones antiquos. Vox Italica *ſchincha* crus, tibia, eſt a Francica *ſcincho*, & non a Latina *ſpina*, ut exiſtimat FERRARIUS, mirus originum faber, qui, dum Germanicas vitare laborat, in monſtroſas incidit. Belgis *ſchink* & *ſchonk* etiamnum os ſignificat.

SCHINK, perna. Angloſax. *ſcenc*, Belg. *ſchink*, Suec. *ſkinka*. Proprie eſt crus ſuis, prætereaque nihil.

SCHIPPE, ſcaphium. Vide *ſchüppe*.

SCHIPPE, amotio. Vide *ſchieben*.

SCHIRM, cujuscunque ſit ſignificatus, non eſt verbale a *ſchirmen*, ſed derivativum a *ſchauren* tegere. Ita a *bæren* levare fit *berm* fæx, alia ab aliis. Dicitur (1) de tectis & umbraculis, quia nos ſuperne regunt, & a ſole vel pluvia defendunt. (2) de ſeptis & ſcutis, quia latera noſtra regunt. Prior ſenſus etiamnum eſt uſitatus, alter apud Francos obvius. Gloſſ. Pez. pro muro *zi ſcirmun*. NOTKERUS Pſal. V. 13. *din guot uuillo iſt uns ſkerm und era*, bona voluntas tua eſt noſtrum ſcutum & corona. Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſ. Teut.

SCHIRM, defenſio, tutela, protectio, auxilium & patrocinium potentioris. NOTKERUS Pſal. XXVI. 5. *an imo haben uuir ſcerm*, in ipſo habemus protectionem. WILLERAMUS Cap. IV. 4. de armis ſpiritualibus: *die ih dir ze ſkirme habe geſcaffet*, quæ tibi ad defenſionem præparavi. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 25. *ſkirm* auxilium, protectio. Refer ad *ſchauren* defendere. Metaphoram, quæ in dicto eſt, ibidem oſtendi. Italis quoque *ſchermo* pro defenſione eſt, & fatente FERRARIO e Germanico fonte.

SCHIRMEN, defendere, protegere, tueri. Gloſſ. Keron. defendere *ſkirmeen*. Gloſſæ Otfridinæ apud JUNIUM loco citato: *ſcirmit* defendit, *ſcirmu* protegam, *ſcirmi* defende, *ſcirme* protegat, *kaſcirmi* defendas, *ſcirmanto* defenſor, *ſcirmo* defenſor. Idem Suecis *ſkærma*, Italis *ſchermire*. A *ſchirm* defenſio, non vice verſa. Dicitur etiam *biſcirmen*, transpoſita canina, pro *biſcirmen*, apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. XXIII. 92. & inde *ſcrimbre* protector, in Gloſſis LIPSII.

SCHIRMEN, pugilare. Rhythmus de S. Annone §. 9. *Ninus leirti ſini man ſchiezin unti ſchirmin*, Ninus docuit milites ſuos jaculari & pugilare. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſchermen*, & inde *ſcherm-meeſter* laniſta. Hoc verbum cum præcedenti non debet confundi, quia pugilare plus eſt quam ab ictu defendere. JUNIUS illud deduxit a Gr. χάρμη pugna, præpoſito ſibilo, MARTINIUS a *ſcrama*, quod in Lege Wiſigothorum

thorum Lib. IX. Tit. II. 9. ponitur pro telo, & forte pro gladio. Uterque ea verisimilitudine, ut nescias, cui potissimum adsentiaris. Pro MARTINIO est, quod idem verbum apud Antiquos non solum *scirmen*, sed etiam *scrimen* efferri consuevit. Inde Gallis *escrimer* pugilare, & Anglosaxonibus *scrimbre* gladiator, apud SOMNERUM & BENSONIUM.

SCHIRR. Vide *geschirr*.

SCHITZ, delineatio. Vide *schatten*.

SCHLACHT, cujuscunque sit acceptionis, derivatur ab aliquo significatu verbi *schlagen*, *schlahen*.

SCHLACHT, prælium, pugna exercitus cum exercitu. Anglosax. *slehte*, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Refer ad *schlagen* pugnare.

SCHLACHT, cædes. Gloss. Keron. occisio *slahta*. Inde Anglosaxonibus *man-slibt* homicidium. Refer ad *schlagen* occidere.

SCHLACHT, clades, strages. Anglosax. *slibt* apud SOMNERUM & BENSONIUM. Non differt origine a præcedenti, nisi quod cædes est unius, clades multorum occisio.

SCHLACHT, genus, generatio, natura. Gloss. Lipf. *slahta* generatio, *slahten* semini. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXIII. 98. *iuuuera slahta* vestri generis. Lib. III. Cap. III. 32. *manno scalk slahta* homines servilis generis. WILLERAMUS Cap. III. 6. *allerslahto* omnis generis. Et mox, *manigerslahte* varii generis. Jus Prov. Alam. Cap. 185. *von vierslaht erben*, de quatuor generibus heredum. Adsentior STADENIO, qui hoc substantivum derivat a *schlagen* progerminare, ducta metaphora ab arboribus, quæ flores & fructus sui generis producunt. Belgæ compositе dicunt *geslacht*, nos *geschlecht:* Sueci antiquius *slæcht*.

SCHLACHTEN, a *schlacht* genus, significat quantum potest, (1) *naturam exprimere*; (2) *imitari naturam & mores parentum*.

SCHLACHTEN, naturam exprimere, *geschlacht* similis, naturalis, nativus, *ungeschlacht* dissimilis, degener, *aus der art schlachten* degenerare, descisсere a natura. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XXIII. 29.

Ubil boum birit thaz,
Thaz imo ist io gislahtaz.
Mala arbor profert id,
Quod naturæ suæ conveniens.

WINSBEKIUS ad Fil. 28.

Leb du in tugendlicher aht,
Vnd la den kranken also leben, als im von arte ist geslabt.
Tu vive virtutis memor,
Et sine ægrotum vivere pro morbi sui indole

SCHLACHTEN, imitari naturam & mores parentum, *er schlacht dem vater nach* patrissat, *er schlacht der muter nach* matrissat. Dicitur autem non solum de virtutibus, sed etiam de vitiis parentum. Nam ut bene QUINTILIANUS in Inst. Orat. Lib. V. 10. *Similes majoribus ac parentibus suis liberi plerumque creduntur* (& reperiuntur), *& non nunquam ad honeste turpiterque vivendum inde causæ fluunt.* Hinc quo meliore unusquisque stirpe prognatus est, eo magis ad optima quæque patrum virtute incitabitur. Qui hunc stimulum non sentiunt, non sunt nobiles, sed *nobilia portenta*, uti vocat VALERIUS MAX. Lib. III. 5.

SCHLACHTEN, mactare, *schlæchter* lanio, mactator pecudum. A *schlacht* occisio.

SCHLACK, laxus, remissus. Anglosax. *slæc*, Angl. *slack*, Suec. *slaak*. Etymon vide in *luck* remissus. Metaphorice dicitur de tempestate. Inde *schlack wetter* tempestas remissa, & in pluviam soluta.

SCHLACK, scoria, fæx metalli. Suec. *slagg*. Id est, excrementum, ejectamentum, a *schlagen* ejicere, excernere.

SCHLACK-WURST, genus farciminis. Prior compositi pars videtur abscissa a Lat. *lucanica*, præposito sibilo. Germanos omnia farcturæ genera ab exteris didicisse, patet ex eorum nominibus, quæ certe sunt peregrina. Vide *wurst* & *knakwurst*.

SCHLAF, tempus capitis, *schlæfen* tempora. Non quod dormientes illis incumbere soleant, ut non nemo nugatur: sed a continuo pulsu. Nam tempus Belgis vocatur *slag*, a *slagen* pulsare, quod in ore Germanico vitiose effertur *schlaf*, mutato G. in F.

SCHLAF, torpor, *schlæferig* torpidus, ignavus, remissus. Gloss Keron. desidiam *slaffii*. Gloss. Pez. remissio *slaffi*, ignavia *slaffi*. Refer ad *schlafen* torpere.

SCHLAF, somnus. Gothis *slep* Joh. XI. 13. Anglosax. *slæp*, Alam. *slaff*. Gloss. Keron. somno *slaffe*. Refer ad *schlafen* dormire.

SCHLAFEN, torpere. Gloss. Pez. torpeant *slaphen*. Proprie est remitti, laxari, a *schlapp* laxus, remissus. Nam ex remissione spirituum vitalium oritur status ille corporis vel animi, qui torpor & ignavia dicitur.

SCHLAFEN, dormire. Gothis *slepan*, Anglosax. *slapan*, *slæpan*, Alam. *slaffen*, Procop. *schlipen*, Belg. *slapen*, Angl. *to sleep*. Gloss. Keron. dormit *slaffit*. Proprie est remittere sensus, & ejusdem originis ut antecedens, nempe a *schlapp* laxus, remissus. Nam desidia & somnolentia gradibus tantum differunt; illa spiritus vitales remittit ex parte, hæc remissos penitus opprimit. Et in omnium sententia animus est instar chordæ, qui somno laxatur, vigilia intenditur, sicut optime observatum KILIANO in Etymologico Belgico, ubi hæc MARONIS verba citat:

\- - *Quies laxaverat artus.*

SCHLAG, verbale a *schlagen*, significat quantum potest, quantumque a primitivo, cujus latissimus significatus, permittitur. Gothis *slaha* est plaga, Marc. V. 29. 34. Anglosaxonibus *sla*, *slag* signum bellicum, tympa-

tympani aut ſimilis inſtrumenti pulſu datum, *ſlege* ictus, alapa, cædes, *ſlegu* lethargus. Francis *ſlab* percuſſura, *ſlegi* plagæ, in Gloſſis Pezianis. Belgis *ſlag* pulſus, ictus, apoplexia, imo etiam genus & modus. Nobis *ſchlag* hæc omnia & multo plura ſive per ſe ſive in compoſitis ſignificat, ut mox patebit.

SCHLAGEN, eſt verbum vetuſtiſſimum, quod Gothis effertur *ſlahan*, Angloſax. *ſlægan*, *ſlean*, Francis & Alam. *ſlahon*, Belg. *ſlaan*, Angl. *ſlay*, Suec. *ſla*, Island. *ſla*. Tam multa & diſcrepantia ſignificat, ut, ſi quis Lexica vulgaria inſpexerit, in quibus nihil ordine aut cum digeſtu dicitur, tricari ea, & linguam ſerarum deſcribere exiſtimet. Quamvis autem difficile ſit ad unum ſimplicemque mentis conceptum ſingula redigere, aut philoſophice exponere, faciam tamen periculum, ne quid intentatum relinquam.

SCHLAGEN, ptoprie eſt *pulſare*, ſive *in loco*, ſive *de loco*, & fortaſſe a *law* manus, mutato W. in G. & ſibilo vehementiæ cauſa præpoſito. Nam omnes iſti motus fiunt a manu, ſive ſe ſola, ſive cum inſtrumento. Quodſi idem motus aliis quoque rebus tribuitur, id exinde eſt, quia ſimiles manui edunt motus. Quando pulſamus *in loco*, tunc dicimur *tundere*, *ferire*, & per ſynecdochen generis *cædere*, *percutere*, *cudere*, *collidere*, *recalcitrare*. Quando pulſamus *de loco*, tunc dicimur *trudere*, *pellere*, *expellere*, *protrudere*, *ejicere*, *de loco in locum volvere*. Reliqui ſignificatus formantur partim a *metonymia*, partim a *metaphora*, ut poſtea oſtendam.

SCHLAGEN, pulſare in loco.

SCHLAGEN, tundere, fetire, pulſare. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſlean* tundere, pulſare, *ſlean tacn* fores pulſare, *ſlecg* malleus ferreus, *ſlege-bytle* tudes, malleus ligneus. Gloſſ. Pez. tunditur *zaſamane ſlok*. Inde nobis *ſchlegel* tudes, *trommel-ſchlag* pulſus tympani, *glocken-ſchlag* pulſus campanæ &c.

SCHLAGEN, cædere, percutere, ſive id fiat manu, ſive gladio, virga, baculo, aut ſimili inſtrumento ad feriendum vel lædendum apto. Gothis *ſlahan* Joh. XVIII. 23. Angloſax. *ſlægan*, Franc. & Alam. *ſlahon*. Gloſſ. Keton. petcute *ſlah*, petcuſi *kiſlagene*. Inde *ſchwerdſchlag* ictus gladii, *ſtaupenſchlag* fuſtigatio. Dicitur etiam de lingua per metaphoram. Inde *zungenſchlag* obtrectatio, verber linguæ.

SCHLAGEN, quatenus ſignificat *percutere*, transfertur pet ſynecdochen genetis ad *pugnam* & *occiſionem*; illud, quia *pugnare* nihil aliud eſt quam ictibus & verberibus ſe mutuo excipere; hoc, quia *occidere* eſt ita percutere, ut mors inde ſequatur. Similiter Latinis *cædere* dicitur primo qui ictum imprimit, mox etiam qui occidit.

SCHLAGEN, pugnare, *mit dem feind ſchlagen* confligere cum hoſte, *ſich ſchlagen* decertare armis. Inde *ſchlæger* campio, duellator, vitilitigator, qui locum verberibus aut vulneribus ex jurgio quærit, offenſum ſe ſimulans, cum minime offenſus ſit.

SCHLAGEN, occidere, trucidare. SOMNER. loc. cit. *ſlean* occidere, interficere, *manſlaga* homicida, *man-ſliht* homicidium. Gloſſ. Keron. occidere *ſlahon*, occiſio *ſlahta*. TATIANUS Cap. XLIV. 20. *ni curet thie forhten, thie thar libbamen ſlahent*, nolite timere eos, qui corpus occidunt.

SCHLAGEN, cudere, fabriliter tractare, *beſchlag* ora vel margo fabrilis. Dicitur etiam de moneta, quia antiquitas nummos ſuos malleo fecit, non machinis, ut hodie. Inde *ſchlagen* aurum & argentum ſignare, *ſchlag* nota monetalis.

SCHLAGEN, collidere. Inde Angloſax. *ſlæge* colliſio. Græca σαλάω & σαλεύω quatere, concutere, videntur affinia. Dicitur autem nonſolum de colliſione lapidum, ſed etiam de plauſu manuum. Gloſſ. Pez. plaude *ſlah*, plaudebant *ſlagetun*. Inde etiam *handſchlag* manus ſtipulata, *kaufſchlagen* contractum emprionis vel venditionis complofis manibus facere.

SCHLAGEN, recalcitrare, calce pulſare. Nunc vulgo dicimus *binden ausſchlagen*. Sed a ſimplici habemus *ſchlegel* clunis, cervi vel capreoli.

SCHLAGEN, metonymice.

SCHLAGEN, canere, cantare. Dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, pulſus pro cantu. Vulgo utimur de luſcinia & citharœdo. Illa nobis dicitur *ſchlagen*, quia pulſu linguæ vocem vibrat acutiſſimam, quæ longe verberat aëtem: hic quia digitis citharam pulſat. VEREL. in Herraudi Saga: *ſla horpu* fidibus canere, *ſlag* pulſatio fidium, teſtudinis vel lyræ, *gygiar ſlag* firenum muſica. Huc etiam ſpectat Angloſax. *ſlegele* plectrum.

SCHLAGEN, tonare, fragorem edere, *donnerſchlag* tonitru, fragor nubium, *ſchlagregen* imber cum ſtrepitu cadens. Hic rurſus cauſa pro effectu, pulſus & colliſio pro fragore ponitur.

SCHLAGEN, figere, facere ut ſtet vel hæreat. Quod cum absque motu impulſivo fieri nequeat, *pulſare* ponitur pro *figere* per metonymiam cauſæ pro effectu. Hinc vulgo dicitur de rebus omnibus, quæ pulſando fiunt, nec aliter fieri poſſunt. Inde *brücken ſchlagen* ſtruere pontem, *zelten aufſchlagen* figere tentoria, *einſchlagen* infigere, *anſchlagen* affigere, *anſchlag* affixum, *hufſchlag* ſolea equina, quia ungulæ affigitur, *unterſchlag* tabulatum, ſeptum ex aſſeribus, in quo aſſet aſſeri affixus eſt, *taubenſchlag* columbarium, compages aſſerum.

SCHLAGEN, pulſare de loco.

SCHLAGEN, trudere, pellere, repellere. Dicitut proprie de vi, quæ vim contrariam loco movet. Inde formulæ, *den feind in die flucht ſchlagen* hoſtem in fugam conjicere, *den ſturm abſchlagen* hoſtem irrumpentem tepri-

reprimere. Poſtea de quacunque repulſa, etiam ea, quæ ſit verbis aut ſilentio, uſurpari cœpit. Sic vulgo dicimus, *die bitte abſchlagen* repulſam dare, reprimere preces ſive verbis ſive tacita obſtinatione.

SCHLAGEN, volvere, vertere, verſare, *die bücher auffſchlagen* evolvere libros, *das blat umſchlagen* vertere paginam, *ſchlagbrücke, ſchlagbaum* pons & arbor verſatilis.

SCHLAGEN, metaphorice.

SCHLAGEN, ejicere, excernere. Dicitur de rebus naturalibus, quæ vi inſita purgamenta ſua expellunt, quod motus eorum impulſivo ſimilis ſit. Inde *ausſchlag* ejectamentum ſanguinis in ſuperficie cutis. Et huc etiam ſpectant ſcoriæ, quæ, cum ſint excrementa æris, recte vocantur *ſchlacken*.

SCHLAGEN, germinare, vernare, *ausſchlagen* progerminare. Id eſt, protrudere gemmas, germina, flores. Dicitur enim de arboribus & plantis, quia motus edunt vitales impulſioni & truſioni ſimiles. Allegorice ſignificat (1) *generare*, quia generatio progerminationi ſimilis eſt. Inde *ſchlacht* & *geſchlecht* genus, generatio, natura. (2) *naturam exprimere*. Inde formula *aus der art ſchlagen* degenerare, deſciſcere a natura. (3) *certa & determinata ratione agere*. Inde *ſchlag* modus & ratio agendi vel exiſtendi. Ita loquuntur Belgæ, Sueci, Germani.

SCHLAGEN, permutare, *umſchlag* permutatio mercium, *Kiler umſchlag* nundinæ Kilonienſes. Ductum per metaphoram a *ſchlagen* vertere, quia permutatio verſuræ ſimilis eſt.

SCHLAGEN, verſare animo. Factum a *ſchlagen* vertere, per metaphoram, ſenſu a motu corporeo ad animi deliberationem translato, quia, dum mens eandem rem ſæpe cogitat, recogitat, & per omnes ſitus contemplatur, eam vertere videtur. Qua in re conſentiunt Græci, quibus σαλάσσειν non ſolum eſt movere, ſed etiam animo agitare. Inde nobis compoſita,

ratſchlagen, conſultare, deliberare, conſilium animo verſare.

überſchlag, ſuppuratio.

anſchlag, conſilium bonum & malum, utile & pernicioſum, ſincerum & doloſum. Utimur tamen plerumque in malam partem, & ſic etiam utitur Luth. Pſ. XXI. 12. etiamſi in particula *an* nulla ſit pravitatis ſuſpicio.

verſchlagen, callidus, aſtutus, qui multas technas & dolos animo verſat. Vitium, quod in actione eſt, præfixo *ver* indicatur. Latini *verſutum* vocant, quia Vertumni inſtar facile in omnes formas vertitur, alio ſono, eodem pene ſenſu, niſi quod vox Germanica ſtatum callidi internum, Latina externum magis exprimit.

Et huc etiam ſpectant quædam Islandica in Ind. VERELII: *ſlægur* verſutus, ſubdolus, *ſlægvitur* idem, *ſlægligt rad* conſilium catum, *ſlægd* dolus, fraus, aſtutia.

SCHLAG-SCHATZ, pecunia quæ ſolvitur pro ſigno monetali. Vox iis temporibus nata, cum cuivis argentum rude habenti liberum eſſet, officinas accedere, & nummos inde fieri facere, aut cum nummis commutare. Poſtea, cum ignobilius metallum argento puro admiſceri cœpiſſet, ſenſus vocis una mutatus eſt, & *ſchlag ſchatz* dici cœpit, atque etiamnum dicitur, reditus qui ex tali mixtione ærario monetali provenit. V. Diſſert. Cel. D. MASCOVII *de jure circa rem monetariam in Saxonia*.

SCHLAHEN, idem quod *ſchlagen*. Illud Gothicum, hoc Saxonicum eſt. G. & H. ſolent permutari.

SCHLAMM, cœnum, molle lutum. Angloſax. *ſlim*, Angl. *ſlime*. A Lat. *limus* præpoſito ſibilo. Ita pronunciant MARTINIUS & SKINNERUS.

SCHLAMPAMPEN, heluari, græcari, calabrare. Vide *ſchlemmen*.

SCHLAMPEN, eadem notione. Frequentativ. a *ſchlemmen*.

SCHLANG, ſerpens. Belgis *ſlang*, & ſolis. Nam reliqua idiomata, tam priſca quam nova, aliis utuntur nominibus, quæ vide in *nater*, *otter*, *wurm*. Hoc de quo agimus, a GESNERO male formatur ab *anguis*, præpoſito SCH. Nam hinc fit *ſchang*, non *ſchlang*. Olim deduxi a *ſchlingen* flexibus ſinuoſis circumdare, duce PLINIO, qui de connubio ſerpentium ſcribit: *Coëunt complexu, adeo circumvolutæ ſibi ipſæ, ut una exiſtimari biceps poſſit*. Lib. X. Cap. 62. Sed nunc magis placet origo a *ſchlingen* ſerpere, repere, quod ex idiomate Angloſax. poſtea producam. Ita Latinis *ſerpens* a *ſerpendo* dicitur. Utimur allegorice in re tormentaria. Inde *feldſchlang* colubrina, tormentum tenue, rotundum & oblongum inſtar colubri, & ignivomum inſtar draconis. Vidi, quæ os rictumque ſerpentis præ ſe ferrent.

SCHLANK, quot modis dicatur, vide in themate verbi *ſchlingen*.

SCHLAPP, laxus, remiſſus, non intenſus. Gloſſ. Pez. remiſſus *ſlaffer*, diſſolutus *ſlaphen*. MARTINIUS in voce *ſomnus* deduxit a Lat. *ſolvo*, ut proprie ſit ſolutus. Malim a χαλᾶν laxare, remittere, præpoſito ſibilo, ut primo fuerit *ſlaw*, per medium derivandi W. poſtea mutatis labialibus *ſlaf* & *ſlap*. Dicitur vulgo de funibus, chordis, nervis, & ſimilibus, quæ intendi & laxari poſſunt; poſtea etiam de aliis rebus, quæ ſimilitudine ad laxas & remiſſas accedunt. Talis eſt (1) torpens & ignavus. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſlaw* tardus, piger. Gloſſ. Keron. acediоſus *ſlaffer*. (2) languidus & infirmus. Hoc ſenſu Belgæ dicunt *ſlap*, Sorabi *ſlaby* apud FRENZEL. in Orig. Sor. pag. 398.

SCHLAPPE, colaphus, ictus in vultum.

Angl.

Angl. *ſlap*. Ab *alapa* præpoſito ſibilo. Allegorice dicitur de damno accepto.

SCHLARAFFENLAND, regio beata ſtultorum. A *Calabria* deduxit ECCARDUS in Diſſert. Inaug. *de uſu & præſt. ſtudii Etymol. in Hiſtoria*. Calabros Italiæ populum quondam luxu celebrem fuiſſe, ex proverbio *Calabri boſpitis xenia*, & quod καλαυρίω apud HESYCHIUM exponitur τρυφῶ genio indulgeo, probat MARTINIUS in voce *Calabris*.

SCHLATER, lignum transverſum, Dial. Helvetica. A Lat. *clathri*, quod C. mutare in SCH. medii ævi conſuetudo fuerit, judice GOLDASTO in Animadverſ. ad Script. Paræn. pag. 380. Confer *klafter*.

SCHLAUCH, uter. Si MARTINII conjecturam ſequamur, primo fuit *venter*, a *ſchlucken* deglutire, quia venter omnia devorat, poſtea *uter*, quia ex ventribus animalium fiunt utres. Allegorice dicitur de bibacibus. Inde *weinſchlauch*, *bierſchlauch*, noto ſignificatu.

SCHLAV, *ſclav*, mancipium, homo proprius. Belg. & Angl. *ſlaf*, *ſlave*, Gall. *eſclave*, Ital. *ſchiavo*, Lat. Barb. *ſclavus*, Græc. inf. σκλαβος. VOSSIUS *de vitiis Latini ſermonis* in voce Sclavus: *Cenſeo apud Germanos id primitus nomen habuiſſe eos, quos e forti Slavorum gente captos in ſervitutem redegiſſent: inde latius extenſam ſignificationem ad cujusvis gentis captivos vel ſervos*. Exterminium infeliciſſimæ gentis in Germania, & captivos undique venditos, occaſionem nomini dediſſe, ut, quod primo erat Slavus in ſervitutem redactus, mox omnis ſervus, valde veriſimile eſt. Germanos eam vocem omnibus Europæ linguis intuliſſe, fatetur MENAGIUS, negat FERRARIUS. Sero tamen obtinuit, nec ante, quam Slavis devictis jugum ſervitutis imponeretur.

SCHLAW, callidus, vafer, aſtutus. Islandi rectius dicunt *ſlægur*, Sueci *ſlug*, & inde *ſlugheet* calliditas. Nam proprie eſt verſutus, a *ſchlagen* verſare animo, unde primo fit *ſchlag*, quod etiamnum cuſtodimus in compoſito *verſchlagen* valde aſtutus, & poſtea *ſchlaw*, mutato G. in W. Lingua ruſtica inprimis delectatur hac mutatione, & ex illa prodiit nonſolum hæc dictio, ſed etiam *klaw* pro *klug*, & alia multa non imitanda.

SCHLEBBE, frontale. Vitiatum e genuino *ſchnebbe* mutato N. in L.

SCHLECHT, opponitur aſpero & inæquali, & tot habet ſignificatus, quot oppoſitio illa admittit. Suecis *ſlet* eſt planus & planities, lævis & politus, *ſleta* æquare, *ſletta* lævigare. Opinor a Græc. λαὸς vel vel λειότης, planus & planities, præpoſito ſibilo barbarico. Ita Angloſaxonibus a Gr. μαδὸς, quod idem ac λαὸς, præpoſito ſibilo fit *ſmethe* planus & lævis, & *ſmethian* planare & lævigare. Hinc porro ſuſpicor, *ſchlecht* factum eſſe per epentheſin ex antiquiori *ſlæt*, quod ad proprietatem Græci vocabuli propius accedit. Et hanc etymologiam confirmare videtur, quod *ſchlecht* totidem modis dicitur ac Græcis λαὸς.

SCHLECHT, planus, æqualis. Dicitur de via plana in omnibus Scripturæ S. Verſionibus excepta Angloſaxonica. Codex Arg. Luc. III. 5. *jah wairſbith usthruſteis du wigam ſlaihtaim*, & aſpera erunt in vias planas. Harm. Evang. Tatian. Cap. XIII. 3. *inti uuerde unebanu in ſlehta uuega*. Verſio Islandica: *og huad oſliett er mun ſnuoſt i ſlitta vegu*. Verſio Suecica: *och thet ojæmt ær, ſkal wændas i ſletta wægar*. Luth. *und was uneben iſt, ſoll ſchlechter weg werden*. Gr. εἰς ὁδὸς λείας. Hodie *ſchlechter weg* non amplius eſt via plana, ſed aſpera & impedita, mutatione incredibili.

SCHLECHT, lævis, politus. Græcis & Suecis ut ſupra. Angloſax. *ſlith*, Franc. *ſleht*. Hinc opera Græcorum & Romanorum vocantur *filu ſlehtaz*, id eſt, valde polita, apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. I. 30. ſenſu allegorico, ſed valde idoneo.

SCHLECHT, facilis, lenis, mitis. Græcis & Suecis ut ſupra, quibus conſentiunt Franci & Alamanni. Gloſſ. Pez. lenis *ſlehter*. Gloſſ. Keron. leniter *ſlehto*, leni *demu ſlehtin*. Senſus a plano & lævi ad mitem translatus, quia mitis affectu ſimilis eſt plano, in cujus ſuperficie nihil eſt aſperi aut ſe extollens. Similem translationem vide in *eben* æquus. A ſimplici habemus compoſ. *geſchlacht* mitis, tractabilis, *ungeſchlacht* immitis, intractabilis.

SCHLECHT, blandus, lævis in verbis. Gloſſ. Keron. blandimenta *ſlehtiu*, blandimentis *ſlehtidoom*. Lex. Run. *ſletsmal* blandiloquus ſermo. MARTINIUS in voce *blandus* obſervat, quod Hebræis una vox *planum*, *lævem*, & *blandum* ſignificet. Hinc *blandum* deducit a *plano*. Is blandus eſt, inquit, qui plana, non aſpera loquirur. Hodie verba blanda vocamus *glatte wortt*, alio ſono, eodem ſenſu.

SCHLECHT, plures habet ſignificationes, ex conſideratione plani haud ineleganter factas. Planum eſt ſuperficies longa & lata, ſed minime profunda. Inde *ſchlecht* ſuperficiarius, *ſchlechtweg* obiter, perfunctorie, alio ſono *obenhin*. Planum eſt, cujus omnes partes ſunt indiſtinctæ, adeo ut ſalva ejus natura nihil illis demi aut addi poſſit. Inde *ſchlecht* ſimplex, *ſchlechterdings* ſimpliciter, abſolute, absque diſtinctione. Planum eſt, quod nullas habet eminentias, & cujus omnes partes ſunt depreſſæ. Inde *ſchlecht* humilis, tritus, vulgaris, *ſchlechte rede* humilis & vulgaris oratio. Planum eſt pars extima & minima ſolidi, non ſolidum ipſum. Inde *ſchlecht* tenuis, exiguus, mediocris &c. Plures ſignificatus invenient, qui varios rerum vultus indagare poſſunt. Sed ad hoc ingenio philoſophico opus eſt, quo qui non ſunt inſtructi, ne hilum quidem invenient. Belgæ eodem & latiſſimo ſenſu dicunt *flecht*.

SCHLECHTE, *ſchlichte*, planities. A Græc. λειότης præpoſito ſibilo factum auctoribus Francis. OTFRIDUS Lib. I Cap. XXIII. 49.

Iſt thar uuiht ſo ſarphes,
Odo ja uuiht ouh ſo gelphes,
Iz uuirdi in girihti,
Zi ſconeru ſlihti.

Vertit SCHILTERUS:

Eſt hic quid aſperius
Aut quid obliqui,
Id evadat in directionem,
In pulchram planitiem.

Metaphorice eſt ſimplicitas. Inde *præſun ſlihti* proſæ ſimplicitas, apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. I. 37. Idem de metro ſuo verſ. 71.

Si habet tho thia rihti
In ſconeru ſlihti.
Habet rectitudinem
In pulchra ſimplicitate.

SCHLECHTEN, planare. Vide *ſchlichten*, quod uſitatius.

SCHLECKEN, lambere, lingere. Belg. *ſlicken*, Suec. *ſlicka*. Factum a ſimpliciori & antiquiori *lecken*, præpoſita dentali S.

SCHLECKEN, ligurire, ſuavia & dulcia appetere. A Græc. γλωσσὶς dulcia, præpoſito ſibilo. Inde *ſchlecker* liguritor. Confer *ſchlieren*.

SCHLEGEL, tudes, malleus ligneus. Vide *ſchlagen* tundere, pulſare.

SCHLEGEL, clunis. Vide *ſchlagen* recalcitrare.

SCHLEH, prunum ſylveſtre. Angloſax. *ſla*, Angl. *ſloe*, Belg. *ſlee*. Judice SOMNERO ſic dicitur, quod facile per ventrem transeat, quaſi eſſet a *ſleacan* ſolvere, laxare, remittere. Atqui contrarium conſtat experientia. Nam & guſtu acerbo os contrahit, & vi ſtiptica ventrem adſtringit. Alia igitur etymologia opus eſt, quæ melius reſpondeat naturæ.

SCHLEICHEN, reptare. Franc. & Alam. *ſlihhan*, Sax. inf. *ſchlycken*, Sorab. *lizu* apud FRENZELIUM in Orig. Sor. pag. 875. Vox Sorabica ducit nos ad Gr. λοξὸν obliquare, torquere. Quid enim eſt reptare, niſi corpus per humum trahere, quod absque tortuoſis flexibus fieri nequit? Serpentes ſane & omnia reptilia ſic incedunt, nec aliter pergere poſſunt. Hinc litera ſerpentina a Francis præfigitur, quod hic majori jure facere videntur, quam alibi. Metaphorice dicitur de rebus & perſonis, quæ furtim & pedetentim accedunt. Gloſſ. Keron. ſubripiar (lege ſubrepar) *untarſlihche*, ſubrepra *untarlihhanera*, lege *untarſlihhanera*. Gloſſ. Pez. ſubripuerunt (lege ſubrepſerunt) *unterſlihhun*, ſubintroductam *ingiſleihtaz*.

SCHLEIER, peplum. Belg. *ſluier*, Suec. *ſlöya*. Vox obſcura, & incerto parenre nata. Hadrianus JUNIUS apud MARTINIUM in voce *flammeum* deduxit a *ſchlæh* tenuis, exilis, ut proprie ſit rela tenuis; ſed cujus linguæ aut domicilii ſit hoc *ſchlæh*, docere neglexit. Suſpicor, vocem hodiernam transpoſitam eſſe e primigenia *ſcheiler*, quæ poſſit eſſe a Scandica *ſkyla*, *ſkiule* tegere, nubere, velare. Rem ipſam priſcis haud ignotam fuiſſe, patet ex imagine *Dææ Nehalenniæ*.

SCHLEIFEN, repere, prorepere. Idem quod *ſchleichen*. Nam *ch.* ſæpe mutatur in *f.* Hodie libentius dicimus *ſchliefen*, quod vide.

SCHLEIFEN, trahere, attrahere. Proprie manu, a *læv* manus, præpoſito S. Inde *ſchleife* nodus, tendicula, quia attrahitur. Angloſaxonibus *ſlief*, *ſlif*, *ſlyfa* eſt manica, forte ex eadem cauſa. Nam laxa indui non poſſunt, niſi attrahendo.

SCHLEIFEN, *ſchleppen*, per humum trahere. Belg. *ſleepen*, Suec. *ſlæpa*. Dictio ſynecdochica, qua genus ponitur pro ſpecie. Inde *ſchleife* traha, *ſchleppe* traha & ſyrma veſtimenti. Et huc etiam ſpectare videntur quædam Angloſaxonica apud BENSON. *ſlop* ſtola, *ſlebe-ſcoh* crepida, *ſlipper* crepida.

SCHLEIFEN, *ſchleppen*, poſt ſe trahere, *groß geſchlepp* magnus comitatus. Alia ſynecdoche, ſed a trahendo petita, quia agmen trahi videtur a principe, quem ſequitur. Ita Gallis *train* comitatus a *trainer* trahere.

SCHLEIFEN, ſolo æquare. HELVIGIUS deduxit ab Heb. *ſilleph* detraxit, pervertit. Sed præter neceſſitarem. Eſt enim dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, trahere per humum pro evertere.

SCHLEIFEN, polire, lævigare, ex aſpero lævem facere. A Gr. γλύφω, vel Lat. *lævo*, præpoſito ſibilo. Angli dicunr *to ſleek*, quia F. mutari ſolet in CH. & poſtea in K.

SCHLEIFEN, acuere, ex obtuſo acutum facere. Belg. & Sax. inf. *ſlypen*. Dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, quia obtuſum lævigando acuitur, nec aliter acui poreſt.

SCHLEIFEN, in lubrico decurrere. Vide *ſchlipfen*.

SCHLEIM, ſordes. Belg & Sax. inf. *ſlym*. A Græc. λῦμα ejusd. ſignif. præpoſito ſibilo. Suecis *ſlem* eſt adjectivum, & uſurparur pro ſordido.

SCHLEISSEN, & *ſchlitzen* ſunr eadem verba, lireris rantum convertibilibus diſcreta. Differunt ramen prole. Ab illo habemus *ſchleiſſe* aſſula, ſegmenrum ligni, ab hoc *ſchlitze* rima, fiſſura. In reliquis idem orrus, idem & ampliſſimus ſignificatus.

SCHLEISSEN, rumpere, ſcindere, findere &c. *federn ſchleiſſen* pennas deplumare, plumas diſrumpere, *abſchleiſſen*, *verſchleiſſen* uſu deterere, conſumere, lacerare, *verſchliſſene kleider* veſtes laceræ vel uſu derritæ. Conſenſum antiquiratis vide in *ſchlitzen*. ECCARDUS hoc verbum deduxit a *letzen* ſcindere, ſecare, auxilio ſibili. Forte tamen

tamen nihil aliud eſt quam λῦσαι ſolvere, diſſolvete, præpoſito ſibilo, ut vis, quæ in ipſa diſſolutione eſt, fortius exprimatur.

SCHLEISSEN, tumpi, &c. *alles fleiſch verſchleißt wie ein kleid*, omnis caro conſumitur ſicut veſtis, Sit. XIV. 18. Apud Belgas *ſlyten* idem valet. Sic vulgo dicunt, *de kleederen ſlyten door 't draagen* veſtes uſu deteruntur. Utuntur etiam compoſitis *verſlyten* & *afſlyten*, ſenſu activo & paſſivo.

SCHLEMMEN, heluari, græcari, *der reiche ſchlemmer* dives heluo. Suecis *ſlæmma* & *ſlæmmare*. STADENIO venit a *ſchleim* fæx, proluvies, quia heluones illi, quicquid devorant, in ſordes convertunt. Malim a Græc. λαιμὸς guttur, ingluvies, præpoſito ſibilo, ut ptoptie ſit rem familiatem ingluvie perdere, ſive, ut vulgo dicunt, *durch die gurgel jagen*. Et hinc etiam eſt *ſchlampampen* per gulam mittere, a Græc. πίμπω mitto. Aliud luxuriæ verbum a faucibus deſumptum vide in *ſchwelgen*.

SCHLENDER, funda. A genuino *ſchleuder* pet epentheſin.

SCHLENDERN, jactare. Proptie funda. Poſtea ſenſus ab excuſſione lapidis ad omnem projectionem translatus eſt. Utimur etiam ſenſu allegorico. Inde *verſchlendern* dilapidare bona, perdere tempus, occaſionem, fortunam &c. Simile compoſitum eſt *verſchleudern*.

SCHLENGEN, jactare. Suec. *ſlængia*. Ptoprie funda, a *ſchlinge* funda. Inde *ſchlenger*, *ſchlinger* funditor, qui funda pugnat. Gloſſ. Pez. fundibulatiis *ſlingarun*. Idem Anglis *ſlinger*, Suec. *ſliungare*, Belg. *ſlingeraar*. Poſtea latiorem ſignificatum obtinuit, & de quavis projectione dici cœpit, etiam ea, quæ fit absque funda.

SCHLENKEN, jactare. Proptie ſunda, ut antecedens, cujus eſt frequentativum. A *ſchlenken* rurſus fit *ſchlenker* funda, quod extat apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 746. col. 2. Poſtea ab excuſſione lapidis ad quemcunque motum abjectandi translatum eſt. Inde *ſchlenken* abjicere, projicere.

SCHLENKERN, lapidem ſunda excutere. A *ſchlenker* funda. Et hoc ſenſu Belgæ etiamnum dicunt *ſlingeren*, a *ſlinger* funda. Poſtea a ſpeciali ad generalem notionem traductum eſt, ut cætera. Inde *ſchlenkern* excutere, quo utitur Luth. Act. XXVIII. 5.

SCHLENTER, eſt a Lat. *lentor*, præpoſito ſibilo, & ſignificat (1) lentorem in inceſſu. Inde Belgis *ſlender* tardus inceſſus, *ſlenderen* tardius progredi, Islandis *ſlentur* otioſorum circumvagatio, nobis *ſchlentern* vagari, quod plerumque fit molli inceſſu. (2) lentorem in agendo. Inde *ſchlenter* deſidia, *ſchlentern* otiari, cunctari, *verſchlentern* otio perdere. Similia extant in Ind. VEREL. *ſlenſa* ignavo otio frui, *ſlenſia* focordia, pigritia, ignavum otium, *ſlenſamur* epitheton pigri.

SCHLENTERGANG, ſignificat quantum poteſt, pigrum inceſſum, viam ignaviæ, & allegorice formulas communes, & communem agendi aut vivendi rationem otioſorum hominum. Dicitur & *ſchleutrian*, ſed vitioſe & imperite.

SCHLENZIG, flexuoſus, plicatilis. A Lat. *lentus*, præpoſ. ſibilo.

SCHLEPPEN, trahere. Vide *ſchleifen*. Nam hæc duo ſunt eadem, literis quidem diſcreta, ſed convertibilibus tantum.

SCHLEUDER, funda, inſtrumentum πετροβόλον. Ab Angloſax. *lythre*, præpoſito ſibilo. Gloſſ. Ælf. in nom. armor. funda *lythre*. Credo vocem Angloſaxonicam factam eſſe a λίθος lapis.

SCHLEUDERN, lapidem funda explodere. A ſubſt. præcedenti. Ita Græcis a λίθος fit λιθάζω lapidem jacto. Allegorice eſt jacturam facere. Inde *verſchleudern*, dilapidare bona, perdere tempus, favorem, opportunitatem &c.

SCHLEUNIG, ſubitus & ſubito, properans & properanter. Ab obſoleto *ſleun*, *ſlaun*, *ſlon*, quod videtur originem ducere, a Græc. ἐλαύνεσθαι impelli, auxilio ſibili. In Francico eloquio occurrit *ſliumo*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XIX. 17.

Ther kuning uuilit ſliumo
Inan ſuachen in girtuno.

Senſus eſt: regem velle puerum quærere perniciter & in occulto. TATIANUS Cap. CLIX. 4. *thaz thu tuoſt tuo ſliumor*, quod facis fac ocyus. Ex his manifeſtum eſt, Francos N. mutaſſe in M. ut ſæpe alias. Exempla vide in *Proleg.* Conſtat, hanc vocem plures & longe duriotes converſiones obiiſſe in vetuſtiſſimis Dialectis, mutato L. in N. VEREL. in Ind. *ſnemma* cito. Gloſſ. Keron. velocitet *ſniumo*, citius *ſniumor*, velocitate *ſniumidu*. Codex Arg. Luc. XIX. 5. *ſniumjands* feſtinans. Luc. II. 16. *ſniumjandans* feſtinantes. Denique & hoc obſervandum, quod vox ptimitiva *ſleun*, *ſlaun*, *ſlon*, tot mutationibus afflicta, poſtremo alterari cœpit in *ſnel*, transpoſitis litetis. Interim a *ſchleunig* fecimus *beſchleunigen* accelerate.

SCHLEUSE, aquæductus. Belg. *ſluis*, Gall. *eſcluſe*. Opus ſtructile, quod triplici munere fungitur, alvei, in quo aqua concluditur, canalis, per quem transmittitur, obicis, quo, ne tranſire poſſit, cohibetur. Plerisque uſibus reſpondet verbum *ſchlieſſen* claudere, aperire, & hinc haud dubie ducta appellatio. Latino-Barbari *ſcluſam* vocant. Lex Salica Tit. XXV. 2. *Si quis ſcluſam de farinario* (molendino) *alieno ruperit.*

SCHLEYER, velum capitis. Vide *ſchleier*.

SCHLICH, plur. *ſchliche*, quatenus derivatut a *ſchleichen* repere, clam & furtim accedere, ſignificat ſemitas occultas, itus reditusque furtivos, & allegorice dolos.

SCHLICHTEN, ſequitur in ſignificando ampliſſimum parentem ſuum *ſchlechs*, de cujus indole & latitudine actum ſupra.

SCHLICHTEN, æquare, planare, complanare. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. V. 105. *thiu ſelba menigi ſlihtit uns then ueg nut oſtin thero ualdo*, hæc multitudo complanat nobis viam ramis ſylvarum. Refer ad *ſchlecht* planus.

SCHLICHTEN, æquare ſolo. Ex eodem fonte. Senſus in Belgio ſuperſtes, ubi, urbem ſolo æquare dicitur *een ſtadt ſlechten*.

SCHLICHTEN, lævigare. Gloſſ. Boxh. *ghiſlihtem* levigatis. Refer ad *ſchlecht* lævis.

SCHLICHTEN, pacare, mitigare, reconciliare. Gloſſ. Pez. demulcet *giſlihtit*. Refer ad *ſchlecht* mitis.

SCHLICHTEN, dirimere litem vel controverſiam juris via æquitatis & amicæ compoſitionis. Senſus forenſis a planitie deſumptus. Nam quo minus homines inter ſe conveniunt, eo magis ab æqualitate recedunt; quo magis vero diſſenſiones deponunt, eo magis ex inæqualibus redduntur æquales. Hinc judex, dum prudentia ſua controverſias dirimit, res & perſonas æquare & ad planitiem redigere videtur. Utitur Luth. 1 Sam. II. 25.

SCHLICK, cœnum, lutum, *ſchlickericht* cœnoſus, lutoſus. Belg. *ſlyk* & *ſlikkerig*. HELVIGIUS in voce *leim* transpoſuit ex ἰλύσιος. Angloſaxonibus *ſlog* & Anglis *ſlough* dicitur volutabrum, quod vel idem, vel a *lacuna* truncatum, præpoſito ſibilo.

SCHLIEFEN, repere, *alle winkel durchſchliefen* omnes angulos perreptare. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXVI. 93.

Ir biginnet thanne ruaſan,
Ioh innan erda ſliafan.
Tunc incipietis clamare,
Et intra terram repere.

Idem quod *ſchleichen* repere. Nam CH. mutari ſolet in F. & hæc mutatio ortum dedit multis vocabulis, alias valde obſcuris.

SCHLIEFEN, elabi, evadere. Angloſax. *ſlippan*, Suec. *ſlipa*. Utitur Luth. 2. Sam. XIV. 14. *wie das waſſer in die erden verſchleuſt*, ſicut aqua dilabitur in terram. Proprie eſt furtim ſe proripere, ducta ſimilitudine a reptilibus, quæ tacito inceſſu oculis noſtris ſe ſubducunt. Huc ſpectat ex compoſitis *unterſchleif* latibulum.

SCHLIEFEN, dicitur etiam de induentibus & exuentibus, ducta ſimilitudine a vermiculis domiportis, quibus teſtulæ quædam ſunt pro veſtimentis, quas exuunt & induunt per vices, dum ex illis prorepunt, & in illas ſe rurſus recipiunt. WILLERAM. Cap. V. 3. *ih bin uze minemo rocche geſloffan*, exui togam meam. Suevi etiamnum ita loquuntur, dum vulgus Saxonicum dicit *in die kleider kriechen*, i. e. reptare in veſtimenta.

SCHLIEREN, ligurire, ſuavia & delicata appetere. Verbum appetitivum a Græc. λαρὸς dulcis, præpoſito ſibilo factum. Ita Latinis a Græc. γλυκερὸς dulcis fit *ligurire*. Suevi utuntur hoc verbo, & inde formant *ſchlierig* cupes, deliciarum appetens, & *verſchlieren* liguriendo conſumere. Plura ejusdem indolis verba ab objecto deſiderii formata, vide in *freyen* amare, *ſchlecken* & *naſchen* ligurire, *ſenen* deſiderare, *hungern* eſurire.

SCHLIESSEN, varie effertur in antiquiſſimis Dialectis. Græci dicunt κλῆσαι, κλεῖδα, κλήϊθρα. Latini inde habent *claudere*, *cludere*, Angloſaxones *clyſan*, *beclyſan*, Angli *to cloſe*, Cambri *achludd*. Ex his primigeniis verbi formis poſtea ortæ ſunt aliæ auxilio ſibili, gratiſſimi illius Germanis auribus ſuſurri: & primo quidem *ſchlieſſen*, quod tempus delevit: poſtea *ſchlieſſen* mutato K. in CH. denique *flueſſen* turbato e ſede ſua CH. Inde Belgis *fluiten*, Suecis *fluta*, quia gutturalibus minus delectantur quam reliqui Germani. Sic autem dicitur ab inſtrumento, hoc eſt, a κλεὶς clavis. Ab hoc parente duplicem accipit ſignificandi poteſtatem, *claudendi* & *aperiendi*, contrariam quidem, ſed manifeſtam, quia utrumque fieri ſolet eodem inſtrumento. Uterque ſignificatus concurrit in derivato *ſchlüſſel* clavis.

SCHLIESSEN, claudere, *geſchloſſen* clauſus. TATIANUS Cap. XL. 2. *giu ſint mino turi bilozeno*, jam oſtium meum clauſum eſt. Cap. CCXXX. 1. *mit thiu iz ſpato uuas inti thuri uuarun bilozzan*, cum ſero eſſet & fores eſſent clauſæ. Dicitur autem duobus modis in omnibus linguis, proprio & figurato. Priori modo *claudere* eſt patula conjungere, & transverſo ferro vel ligno munire: poſteriori *clauſo ſimilem reddere*. Claudit ergo primo clavis, ſera, obex, peſſulus, poſtea etiam ſeptum, foſſa, munimen, circumferentia, linea, latus, conjunctio, coitio, occultatio, finis & extremitas rei. Unde plures naſcuntur ſenſus, ac pene innumeri, quos ſi in ordinem decenter redigere, & vel rationibus vel ſuffragio Antiquitatis firmare vellem, rem nimis operoſam & maximo temporis diſpendio aggrederer. Verbum Gothicum vide in *lucken*.

SCHLIESSEN, aperire, *es ſchlieſſen nichts alle ſchlüſſel* non omnes claves aperiunt. Metaphorice dicitur de Mente, & tunc ſignificat *concludere*, quia mens, dum ratiocinatur, & ex noto ignotum colligit, ſimilis eſt ei, qui clauſa recludit.

SCHLIMM, obliquus & oblique. Belgis *ſlim*, a Lat. *limus* præpoſito S. judice MARTINIO. Per tropum transfertur ad *pravum*. Et hanc translationem habet communem cum omnibus vocibus, quæ *curvum* aut *tortum* ſignificant.

SCHLINDEN, glutire, gula haurire. A γλύζω vel *glutio* perſibilum præfixum, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. glutientes *ſlintante*, deglutiret *fruluntí*. NOTKERUS Pſal. XLI. 2. *der hirz ſlindet den uuurm, unde ilet danne ze demo uuazzere*, cervus deglutit ſerpentem, & tunc properat ad fontes. Pſal. CXXIII. 3. *odeuuano ferſlundin ſie unſih lebende*

bende, forſitan nos vivos abſorbuiſſent. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſlinden*. Litera N. aliis quoque vocibus innegotio gulæ inſeritur. Ita a *ſchlucken* fit *ſchlingen*, ſicut *trinken* a *trecken*.

SCHLINGE, funda, inſtrumentum lapides jaciendi. Angl. *ſling*, Suec. *ſlunga*, Belg. *ſlinger*. A *ſchlingen* torquere, obliquare motum, quia ante exploſionem lapidis funda rotatur & torquetur. VIRGIL. Georg. I. *Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.*

SCHLINGE, nodus. Refer ad *ſchlingen* nectere.

SCHLINGEL. Vide *ſchlingen* repere.

SCHLINGEN, torquere, obliquare, *ſich ſchlingen* torqueri, curvari, flecti, *die ſchlange ſchlinget ſich im gang* ſerpens curvatur inceſſu. Hic primus verbi ſignificatus, in quo reliqui tanquam principe ſuo conveniunt, & ex illo deducuntur per metonymiam cauſæ. Ipſe vero oritur a *ſlink*, quod Belgis nonſolum *ſiniſtre*, ſed etiam (ni fallor) *oblique* ſignificat. Et cum hac radice ejusque progenie conſentit Græc. λοξὸς & λοξόω, σκολιὸς & σκολιόω, obliquus & obliquum facio. Ab hoc ſignificatu derivantur, *ſchlank* tortilis, flexuoſus, mobilis, *ſchlænke* obliquitates, allegorice doli, fallaciæ, pravitates.

SCHLINGEN, circumdare, *ſich um den hals ſchlingen* collum alicujus amplecti, *das epheu ſchlinget ſich um den baum* hedera complectitur arborem. Quod absque ſinuoſo flexu brachiorum fieri nequit, ne hederæ quidem, cui brachia tribuit PLINIUS Lib. XVI. 34. Inde *ſchlank* gracilis, complexu facilis.

SCHLINGEN, nectere, ſtringere, *ſchlinge* nodus. Nodus autem ſtringi non poteſt niſi obliquando laqueum, aut rem laqueo ſimilem. TACITUS Cap. XXXVIII. de M. G. *Inſigne Gentis obliquare crinem nodoque ſubſtringere* Ubi SALMASIUS in notis: *Ex ipſo crine nodum facere non datur niſi obliquato & torto.*

SCHLINGEN, repere, ſerpere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſlincan* repere, ſerpere, *ſclincend* reptile. Serpit autem animal, dum corpus per humum trahit flexu ſinuoſo. Inde *ſchlange* ſerpens, *ſchlingel* homo piger & lentus, qui ægre corpus trahit inceſſu præ ignavia. Hinc vulgo dicunt *fauler ſchlingel*, ut ſenſus obſcuræ vocis juncto epitheto melius pateat.

SCHLINGEN, glutire, *verſchlingen* deglutire, devorare. Factum a *ſchlucken* per inſertionem literæ N. quæ ſæpe abundat. Confer *ſchlinden*.

SCHLINGEN, jactare. Vide *ſchlengen*.

SCHLIPFE, ſuperficies lubrica. SOMNER in Dict. Angloſax. *ſlipe*, *ſlype* lubricum, *ſlipeg* lubricus. Pueri Suevorum lubricum in glacie congelata etiamnum vocant *ſchleife*. Haud dubie a *ſchleifen* lævigare. Talia enim ſunt lubrica, nempe polita & lævigata, vel a natura, ut glacies, vel ab arte, ut marmora.

SCHLIPFEN, quatenus formatur a ſubſtantivo præcedenti, ſignificat quantum poteſt, (1) in lubrico decurrere. Hoc vulgus in Suevia vocat *ſchleifen*. (2) lubricitate ſua elabi, ut ſolent anguillæ. Hoc ſenſu Angloſaxones dicunt *ſlippan*, *ſlupan*, *aſlupan*, Belgæ *ſlippen*, noſtri *ſchlipfen* & *ſchlupfen*. (3) labi ex lubricitate. Gloſſ. Pez. labatur *ſlifpbe*. Idem Angloſax. *ſlippan* & reliqua, Anglis *to ſlip*. A verbo rurſus fit ſubſtantivum *ſchlupfe* lapſus. Utitur hoc ſenſu frequenter NOTKERUS apud ACHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 747. col. 1. (4) labaſcere, non labi, ſed pene labi in lubrico. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 146. *Stiffentem* vergentibus. Id eſt, propendentibus ad lapſum. Similiter & Belgis *ſlippen* eſt lapſare, titubare, vacillare greſſu, quod fieri ſolet in lubrico, ubi pes firmiter conſiſtere nequit.

SCHLIPFER, lubricus. Id eſt, lævigatus, a natura vel arte. Vetus Francicum, ex eodem fonte cum planitie lubrica petitum. Hymnus antiquus apud JUNIUM loco cit. *ſleffura ſunta* lubricam culpam. Ab adjectivo rurſus fit ſubſtantivum *fleffari* lubricitas. Alius Hymnus apud eundem: *eogalicha fleffari* omne lubricum. Uſus hodiernus nec hoc nec illud amplius agnoſcit, & nihilominus utitur eorum derivatis, qualia ſunt *ſchlipferig* lubricus, lubricitate præditus, *ſchlipfern* lubricitare, pedibus in lubrico fluere.

SCHLIPFERIG, lubricus. Belg. *ſlibberig*, Suec. *ſlipprig*. Vide retro dicta, & repete memoria, quod *ig* ſit terminatio Germanica. Qui a Lat. *lubricus* præpoſito S. deducunt, non ſunt audiendi. Quamvis enim utriusque vocis maxima ſit in ſono & uſu convenientia, notionibus tamen non confundendis differunt. *Lubricum* nobis dicitur, quod a natura vel arte lævigatum eſt: Latinis, in quo quis labi poteſt, velut *labricum*. Et quamvis *ſchlipfen* aliquando ſit labi: hunc tamen ſignificatum non accipit a Lat. *labi* præpoſito S. ſed a lubrico, ut alia multa, eodem nixu edita, & ſupra expedita.

SCHLIPFERIG, allegorice incipit uſurpari de obſcœno & impudico, imitatione Gallorum, qui hoc ſenſu dicunt *lubrique*, quia obſcœnitas eſt quaſi ſuperficies lubrica, in qua facile labitur mens caſta.

SCHLITTEN, ferri lubricitate ſua, alias *labi*. Angloſax. *ſlidan*, Angl. *to ſlide*. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſlidan* labi, *ſludend* labens, lubricus, *ſliddor* lubricitas. Opinor a notione lævitatis. Nam lævis Angloſaxonibus dicitur *ſlith*, Suecis *ſlæt*. Forte a Gr. λεῖος aut λισσὸς lævis & lævor, præpoſito ſibilo. Hodie nec verbum agnoſcimus, nec verbi parentem; & nihilominus inde derivamus, *ſchlittern* in lubrico decurrere,

rere, & *ſchlittſchuh* calopodium ferro lævigato munitum, cujus ope ſuper glaciem volamus, imo etiam *ſchlitten* rraha.

SCHLITTEN, traha, currus ſine rota. Gloſſ. Pez. trahas *ſlitun*. Idem Suecis *ſleda*, Angl. *ſled*, Belg. *ſleede*, & per ſyncop. *ſlee*, Ital. *ſlitta*, & absque ſibilo *liſſa*. Ab initio non videtur quamvis traham, ſed eam tantum denotaſſe, quæ leviter impulſa per nives & glaciem labitur, & in qua lævor ligni aut ferri vices ſupplet rotarum. Refer ergo ad cognationem verbi præcedentis.

SCHLITZ, quatenus eſt verbale a *ſchlitzen*, ſignificat quantum poteſt, rimam, fiſſuram &c. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſlite* fiſſura, ruptura, ſciſſura, rima, inciſura, morſus, *hundes-ſlite* vulnus morſu canis illatum. TATIANUS Cap. LVI. 7. *mero giſliz*, major (veſtimenti) ſciſſura. Dicitur & metaphorice variis modis. Inde Angloſaxonibus *to-ſlitnis* diſſenſio, & *lab-ſlite* legis violatio.

SCHLITZEN, proprie eſt partes conjunctas *diſſolvere*, quocunque modo id fiat, inciſione, ruptura, attritu &c. & Angloſaxonibus effertur *ſlitan*, Francis *ſlizzan*, Belg. *ſlyten*, Angl. *to ſlit*, Suec. *ſlyta*. SOMNER. loc. cit. *ſlitan* ſcindere, findere, rumpere, lacerare, diſcerpere, diſſolvere, *to-ſlitan* terere, dilacerare, *to-ſliten* ſciſſus, ruptus, diſſipatus, *ſlitnyſſe* diſcerptio, *ſlitham*, *ſlithelican* ſculptilia, *ſlubel* (hoc habet BENSONIUS) ſculptile. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 62. *tho er thia kruſtun firſleiz*, cum cruſtam panis rumperet. Gloſſ. Pez. disrumpere *ſlizzan*, vellicans *ſleizanter*. Gloſſ. Boxh. *ſlizanto* laniando. TATIANUS Cap. CXCI. 1. *ſleiz ſin giuuati*, ſcidit veſtimenta ſua. Cap. CCIX. 1. *laban thes tempales ziſlizzan uuas in zuuei teili*, velum templi ſciſſum eſt in duas partes. Et mox: *inti ſleina giſlizane uuarun*, petræ fiſſæ ſunt. Unde hanc ſignificandi vim habeat, jam dixi in *ſchleiſſen*, quod vide.

SCHLOSS, derivatur a *ſchlieſſen* claudere, & vi originis ſignificat quantum poteſt, (1) ſeram. Gloſſ. Lipſ. *ſclot* ſera. (2) obicem. Gloſſ. Boxh. *ſloz* peſſulum. (3) foſſam. Inde Belgis *ſloot* foſſa, *beinſloot* foſſa inter duos campos. (4.) arcem & quodvis munimen. Claudit enim itinera, ne hoſtes tranſire, aut in interiora penetrare poſſint. Hinc Argentorato in nummis Ludovici XIV. inſcriptum legimus: *Clauſa Germanis Gallia*. Ita Latinis ab *arcendo* fit *arx*. (5) quodvis ædificium caſtello ſimile, ut ſunt palatia Principum.

SCHLOSSE, grando, gutta glacialis. An a *ſchlieſſen* claudere, quia frigore concreta? Dubito. Dicitur alias *hagel*, vel ut Angli enunciant *hail*, quod certe eſt abſciſſum a Græc. χάλαζα, judice CASAUBONO. Eandemque vocem reſpexiſſe videntur ii, qui alterum nomen grandini impoſuere. Nam a χάλαζα facile fit *ſchloze*, *ſchloſſe*, præpoſito ſibilo. Utitur Luth. Sap. XVI. 22.

SCHLOT, caminus. Aliis nominibus *feurmaur*, *ſchorſtein*. Unde conjicio, vocem primævam fuiſſe *rauchſchlot*, eamque poſtea aphæreſin paſſam eſſe. Nam *ſchlot* per ſe lapidem vel murum lapideum denotare poteſt, ſi derivetur a Gr. λίθος lapis, præpoſito ſibilo, vel a Lat. *later*: In compoſitione vero *fumarium* ſeu *capnodochium*.

SCHLOTTER, laxus, remiſſus, ſolutus. Belg. *ſlodder*. Antequam ſibilus præfigeretur, fuit *lotter*, quod vide. Inde *ſchlottern* fluctuare, trepidare, inconſtanter moveri, *ſchlotternde kleider* fluxa veſtimenta, *ſchlotternde knie* genua titubantia &c. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſlodderen*. Anglis *ſloth* eſt ignavia, ducta ſimilitudine a remiſſione.

SCHLUCK, ſingultus. A Gr. λυγξ, præpoſito ſibilo, docente MARTINIO.

SCHLUCKEN, vorare, gula attrahere. Belg. *ſlokken*, Suec. *ſluka*. A γλύζω vel *glutio*, præpoſito ſibilo. Literæ, quæ diſcrepare videntur, revera ſunt permutabiles. Ex eodem fonte vorax & guloſus Cambris dicitur *glwth*, Gallis *glouton*, Belgis *gulzig*, quaſi *gluzig*, transpoſito L.

SCHLUMMER, conatus dormiendi, ſomnus primus & imperfectus, *ſchlummern* dormitare, dormire cupere, *einſchlummern* obdormire. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſlumeran* nictare, dormitare, *ſlumeras* nictantes, dormitantes. Quibus conſentiunt Anglica, *ſlumber* quies, ſomnus ſuſpenſus, *to ſlumber* dormitare, *ſlumbering* dormitatio, & Belgicum *ſluimeren* dormitare. MARTINIO ſe probavit origo a *ſchlimm* obliquus, cum quia dormitantes capite nutant, tum quia per intervalla circumſtantes obliquе reſpiciunt. Secundum hanc etymologiam *ſchlummern* erit obliquare caput vel oculos. SKINNERUS vero mallet arceſſere a *ſomniare*, per epenthefin τῦ L. Forte nec Germanicum eſt, nec Latinum, ſed origine Hunnicum. Hungaris enim, priſcæ Hunnorum Linguæ hæredibus, ſomnus dicitur *alom*; unde præpoſito ſibilo fieri poterat *ſlom*, & denique *ſlummer*. Verbum Francicum vide *naſzen*.

SCHLUMP, mulier ſordida. Belg. *ſlomp*. Forte a Gall. *ſalope* per epenthefin, & hoc a *ſulen* inquinare. Quomodo etiam Angli a *ſalope* videntur formaſſe *ſlubber* conſpurcare, & *ſlubbering* conſpurcario. A *ſchlump* fit *ſchlumpicht* ſpurcus, ſqualidus, lutulentus.

SCHLUMP, *ſchlamp*, mulier pannoſa. Forte a *lamberare*, quod apud FESTUM exponitur *ſcindere*, *laniare*. Sibilum alienis vocibus præfigi, jam centies vidimus. Ab eodem verbo habemus *lump* absque ſibilo, ut Galli *lambeau*. Vulgus a *ſchlump* formavit *ſchlumpen*, *ſchlampen* pannoſum eſſe, lacera veſte incedere, & *ſchlumpicht* pannoſus, negligens in cultu.

SCHLUND, quatenus originem ducit a *ſchlinden* glutire, ſignificat (1) fauces, ſeu meatum

meatum cibi. NOTKERUS Pſal. XXI. 16. *min zunga haftet ze minemo ſlunde*, lingua mea adhæſit faucibus meis. (2) voraginem. Hoc ſenſu Belgæ dicunt *ſlond*.

SCHLUNZ, mulier fordida. Ab Anglico *ſlut* per epentheſin: Quod videtur contractum e participio Angloſax. *ſylæd* maculata. De hoc verbo vide plura in *ſulen* contaminare.

SCHLUPFEN, repere, *durch alle winckel ſchlupfen* omnes angulos perreptare. Idem quod *ſchliefen*. Labiales ſe mutuo adſciſcunt. Et quemadmodum *ſchliefen* non ſolum repere, ſed etiam evadere ſignificat, ducta ſimilitudine a reptilibus, quæ tacito inceſſu ſe propipiunt, ita etiam *ſchlupfen*. Inde *ſchlupfwinkel*, *ſchlupfloch* latibulum, *zaunſchlupfer* trochilus, *entſchlupfen* clanculum ſe ſubducere. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XVI. 56. *ſehet thaz er ju ni intſlupfe*, videte ne vobis elabatur.

SCHLUPFEN, *ſchlüpfen*, quatenus de rebus lubricis dicitur, alterius naturæ eſt, idemque quod *ſchlipfen* lubricitate ſua elabi. Vulgo cum præcedenti confundunt, ſed imperite. Illud de reptili, hoc de lubrico dicitur.

SCHLUSS, quatenus derivatur a *ſchlieſſen* claudere, proprie eſt *clauſura*, metaphorice vero *finis* & *terminus rei*. Claudi enim dicuntur, non ſolum portæ & rivi, ſed etiam orationes, deliberationes, colloquia, & quid non? Inde *ſchluſs* finis, decretum, contractus, & alia innumera: unde rurſus fit *ſchlieſſen* finem imponere, decernere, paciſci &c.

SCHLUSS, quatenus eſt a *ſchlieſſen* aperire, dicitur allegorice tantum, & tunc ſignificat argumentationem ex conceſſis, & ignoti ex noto patefactionem.

SCHLUSSEL, *ſchlüſſel*, clavis. Gloſſ. Pez. clavem *ſlizul*. Alia Gloſſa habet *ſluzil*. Idem Belgis *ſleutel*, & ſolis. Nam in reliquis Dialectis alia occurrunt nomina, e.g. *cæg* in Antiquo-Saxonica, quod imitantur Angli in *key*, & *nyckel* in Suecica. Vox Francica ab utroque ſenſu tam claudendi quam aperiendi participat.

SCHMA, parvus, exiguus, non magnus. A *μαίω* minuo, præpoſito ſibilo. Extat in compoſitis apud VEREL. in Ind. *ſmakongar* reguli, vaſalli, *ſmalaund* provincia parva & anguſta. Hodie dicimus *ſchmal* diminutive, quod vide.

SCHMA, vilis. Senſus a quantitate ad qualitatem translatus, quia minuta ſolent contemni. VEREL. in Ind. *ſmabuender* coloni pauperiores, *ſmavemar* pueri e famulitio aulico, SMALAND Smalandia, ſic dicta, quod in ea provincia nullæ ſunt urbes majores, aut oppida celebritate digna.

SCHMACH, adjective tenuis, ſubſtantive tenuitas. Deflexum a ſimpliciori *ſma*, auctoribus Francis & Alamannis, qui gutturalibus delectantur. Gloſſ. Pez. parvulos *ſmahe*, tenuitate *ſmahi*. Allegorice dicitur de infirmis. Gloſſ. Keron. delicatia *ſchmechaſrem*. Id eſt, infirmis, ut patet ex Regula S. Benedicti Cap. 48. in fine.

SCHMACH, adjective vilis, ſubſtantive vilitas. Ex eadem officina. OTFRIDUS Lib. I. Cap XXV. 10. *ja bin ih ſmaher ſtalc thin*, ego ſum vilis ſervus tuus. NOTKERUS Pſal. XXIX. 13. *min mennifcina ſmahi*, vilitas mea humana.

SCHMACH, ignominia. Vide *ſchmæhen* conviciari.

SCHMACHT, tenuatus, tenuis factus. Participium verbi *ſchmæhen* tenuare. Ab hoc participio, quamvis pridem deleto, habemus *ſchmachten* tenuari, ad tenuitatem redigi, *verſchmachten* extenuari, conſumi, tabeſcere, ſive inedia, ſive ſiti & deſiderio, *ſchmæchtig* tenuis, gracilis, infirmus.

SCHMÆHEN, quatenus derivatur a *ſchmach* tenuis, ſignificat tenuare. Gloſſ. Pez. infirmet *gúmahe*. Poſteritatem vide in *ſchmachti*.

SCHMÆHEN, quatenus derivatur a *ſchmach* vilis, quod Francicum eſſe vidimus, ſignificat (1) vileſcere. Gloſſ. Boxh. *arsmaens* vileſcant. (2) vilipendere. Inde *ſchmæhlich* vilis, *ſchmæhlicher preis* vile pretium. Gloſſ. Keron. vilius *ſmahlichor*; viliorem *ſmahliborun*. Utimur etiam compoſito *verſchmæhen* conremnere.

SCHMACK, guſtus & ſapor. Angloſax. *ſmæc*, Franc. *ſmacho*, Angl. *ſmack*, Belg. & Suec. *ſmaak*, Danis *ſmag*. Gloſſ. Pez. ſaporem *ſmacho*. Vox Danica ducit nos ad Gr. *γεῦμα* guſtus, unde fieri poterat *ſmag* per anaſtrophen, præpoſito ſibilo. Hodie dicimus *geſchmack*. Utitur tamen ſimplici Luth. Exod. XVI. 31. & paſſim.

SCHMADERN, *ſchmattern*, maculare. Belgis *ſmodderen* eſt frequentativ. a ſimpliciori *ſmetten* polluere. De verbo Belgico vide plura in *ſchmitzen*.

SCHMÆCHTIG, tenuis. V. *ſchmachti*.

SCHMÆHEN, contemnere. V. *ſchmach* vilis, & quæ ibidem ſequuntur.

SCHMÆHEN, conviciari. A. Gr. *σμάχω* ejusd. ſignif. judice HELVIGIO. Inde *ſchmach* nota, contumelia, Italis *ſmacco* eodem ſenſu, & a noſtro commercio hauſtum, *ſchmæhlich* ignominioſus. Lexicographi hoc verbum cum præcedenti confundunt.

SCHMÆHLEN, reprehendere, objurgare. Frequentativum verbi præcedentis.

SCHMÆLERN. Vide *ſchmal*.

SCHMÆLZEN. Vide *ſchmalz*.

SCHMÆR. Vide *ſchmer*.

SCHMAL, animal, præcipue domeſticum. Colloq. Chriſti cum Samaritana verſ. 33.

Ioh ſina man, ſiniu ſmale, ér
Truncon fon themo wazzer.
Etiam viri ejus & pecora olim
Bibebant ex hoc fonte.

VEREL. in Ind. *bu-ſmali* animalia domeſtica, præcipue vaccæ, capræ, oves, *ſmalamadur* paſtor, bubulcus. Lex Salica Tit. III 4. *Si quis vaccam vitulo furaverit, Malb. Zymis*

PEDE-

PEDERO MALIA. Lege *cum vitulo.* Nam in ſequenti lege dicitur: *Si quis vaccam ſine vitulo ſuraverit.* Hic ECCARDUS *malia* derivat a *mælen* matrimonio jungere, quaſi primo fuerit *fœmina deſponſata*, poſtea, ſenſu ab homine ad animal translato, *vacca.* Sed fallitur vir alias ſatis perſpiçax, & hic ſe ipſo minor eſt. Nam *pedero malia* ſunt ambo animalia, i.e. vacca & vitulus. *Mal* vero eſt nomen Celticum, omnibus animalibus commune, non vaccæ proprium. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *mil* beſtia, animal irrationale, *goreu un mil march* optimum jumentum equus. Plura vide ibidem. Addere poterat vir inſigniter doctus, quod etiam Græcis μῆλον ſit ovis, pecus, & omne quadrupes. Atque hinc jam intelligimus, unde ſit *ſmal* pecoris ſignificatu in Colloquio Chriſti cum Samaritana, nempe ab antiquiori *mal* vel *mil*, præpoſito ſibilo. Hodie ſuperat in comp. *ſchmalzehenden* decimæ ex pecoribus. Aliud eſt *ſchmal* parvus, quod ab eruditis cum pecude peſſime confunditur.

SCHMAL, parvus, exiguus, non magnus, ſecundum omnes dimenſiones, *ſchmaler weg* via anguſta, *viel teil ſchmal eigen* multæ partes multæ minutiæ. Idem Angloſax. *ſmal, ſmæl*, Franc. & Alam. *ſmal*, Angl. *ſmall*, Belg. & Suec. *ſmaal*, Island. *ſmal.* Oritur a ſimpliciori *ſchma* ejusd. ſignif. per notam diminutivi L. Ita Latinis a parvus fit parvulus, a puſus puſillus. Inde compoſita veterum,

ſmalaſati, legumina, in Gloſis Pezianis. Vitioſe *ſinalaſat* in Gloſis Keronianis Goldaſti.

ſmalholz, arbuſta, cujus oppoſitum *hohpouma* cedri, apud NOTKERUM Pſal. LXXIX. 11.

ſmalfebo, oves, cujus oppoſitum *rint* armentum, apud eundem in Cantico Abacuci verſ. 17.

ſmalfogel, paſſer, cujus oppoſitum *herfogel* herodius, omnium volatilium maximum, apud eundem Pſal. CIII. 17.

Quibus addere licet ex hodierno idiomate *ſchmalthier* cerva, hinnulus cervinus, forte ſic dictus, quod ſit minor cervo.

SCHMAL, tenuis, non ſolidus, quia deficit in quantitate ut parvus. Inde *ſchmale biſſen* tenuis victus. Allegorice dicitur de inopi & parum habente. Inde *ſchmalhans* pauper ſocius, metonymice paupertas & res anguſta domi.

SCHMAL, vilis. Quia vilis eſt parvo ſimilis, & parva ſolemus contemnere tanquam communia, vulgaria, & defectiva. ISIDORUS Cap. IX. 4. *ſcaap ſona ſmalero manno mezſſe*, oves de populari hominum ordine. Gloſſ. Boxh. *ſmal firihi* vulgus.

SCHMÆLEN, quatenus derivatur a *ſchmal* parvus, tenuis, ſignificat (1) minuere, tenuare. Inde Angloſaxonibus *ſmallunge* diminutio, attenuatio. (2) minui, attenuari. Hinc fortaſſe participium *ſmelido* extenuatus, contractus, diminutus, quod extat in Lege Friſionum Addit. Tit. III. 35. *Si brachium aut crus percuſſum fuerit, & ex ipſa percuſſione decreverit a ſua groſſitudine, quam prius habuerit, quod* SMALIDO *dicunt.* Quamvis vox Friſica ſignificare etiam poſſit *membrum juſto minus*, ſi componatur a *ſma* parvus, & *lid* membrum. Priori tamen interpretationi favet SICCAMA, quamquam antiqui participii ignarus legere nos jubeat *geſmales.* Suecis quoque *ſmalna* eſt gracileſcere.

SCHMÆLEN, quatenus derivatur a *ſchmal* vilis, ſignificat (1) vileſcere. Gloſſ. Pez. viluerunt *ſmalietun.* (2) obtrectare, facere ut vileſcat. Belgæ hoc ſenſu dicunt *ſmaalen*, & inde *ſmaaler* obtrectator, *ſmaalſchrift* ſatyra, libellus famoſus.

SCHMÆLERN, frequentativum verborum præcedentium, & ejusdem ſignificationis.

SCHMALZ, pinguedo liqueſacta, liquamen ex butyro, adipe, lardo &c. Belgis *ſmalt*, & per ſyncopen *ſmout*, Italis *ſmalzo.* Refer ad *ſchmelzen* liquefacere. A *ſchmalz* rurſus fit *ſchmælzen* condire butyro, adipe, lardo, aut ſimili pinguedine.

SCHMAROTZEN, menſas alienas ſectari. Quale monſtrum? & quod cubile ejus? Forte ab initio fuit *ſparotzen* a *paraſitari*, & poſtea mutatis labialibus *ſmarotzen.*

SCHMARR, cicatrix, nota rupturæ ex vulnere ſanato, a μίσγω divido, præpoſito ſibilo. Plura verbi Græci derivata vide in *marzal, ſchrammen, ſchmerl, ſchmerz* &c.

SCHMATTERN, maculare. Vide *ſchmadern.*

SCHMATZ, oſculum ſonans. Angl. *ſmack.* Vox a preſſu labiorum facta.

SCHMAUCH, fumus. Angloſax. *ſmoca, ſmyc*, Belg. & Angl. *ſmook, ſmocke*, Camb. *mrug.* A σμύχω cremare deduxit MARTINIUS, quia fumus eſt exhalatio rei combuſtæ.

SCHMAUCHEN, *ſchmeuchen*, quatenus formatur a ſubſt. præcedenti, ſignificat quantum poteſt, fumum emittere, fumum attrahere, fumo torrere, fumo necare &c.

SCHMAUSSEN, compotare. Levi mutatione ex *comeſſari.*

SCHMECKEN, quatenus derivatur a *ſchmack* guſtus, ſapor, quod docendi cauſa ſuppono, ſignificat (1) ſapere, guſtu afficere. Gloſſ. Pez. ſapere *giſmahhan.* WILLERAMUS Cap. VI. 16. *den ſmekkent ſiniu uiort, die der uuillon habent ſie mit uuerchon zeervullene*, his ſapiunt verba ejus, qui voluntatem habent perficiendi ea. Idem Belgis *ſmaaken*, & inde *ſmaakelyk* & *ſmaakeloos* ſapidus & inſipidus. (2) guſtare, guſtu percipere, WILLERAMUS Cap. VII. 6. *uuante du die delicias eternæ dulcedinis ſpe & deſiderio nu iu ſmekkeſt.* Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *ſmæccan*, Angli *to ſmack*, Sueci *ſmaka.*

SCHME-

SCHMECKEN, odorare & odorari, h. e. odorem ſpirare & ſentire. WILLERAMUS Cap. VII. 8. *din chela ſmekchet ſamo der tiuriſto uuin*, gurtur habes lepidum redolens ut præclue vinum. Cum ſapor & odor ſint perceptiones adeo ſimiles, ut quod guſtui acidum, dulce, amarum, idem & olfactui videarur; hinc ſenſus ab uno ad alterum ob ſimilitudinem perceptionum translatus intelligitur. Ob eandem cauſam in veteriſſima Angloſaxonum lingua *ſwæc* odorem & olfactum, guſtum & ſaporem ſignificar. Vani igitur ſunt, qui Suevos veteris linguæ tenaces, tanquam homines quatuor tantum ſenſibus præditos ridere ſolent, ipſi potius riſu digni, qui nec verba vetera nec cauſas dicendi inrelligunt.

SCHMEICHLEN, blandiri, blande dictis mulcere. Vox Germanis hodiernis propria, ſed origine Græca. Nam a μείλιχος ſuavis, comis, factum primo eſt *ſmelich* eadem notione, præpoſito ſibilo. WILLERAMUS Cap. IV. 16. *mit ſmehlichen blandimentis*, ſuavibus blandimentis. Poſtea ab adjectivo formatum eſt verbum *ſmelichen*, *ſmeichlen*, litera L. in poſteriorem locum rejecta. Ita Latinis a blandus fit blandiri. Aliam originem vide in *mieg* lenis, mitis.

SCHMEIDIG, fabrilis, tractabilis, mollis, compoſite *geſchmeidig*, quod vide.

SCHMEISSEN, ferire, percutere. Codex Hattonian. citante MARESCHALLO Matth. V. 39. *gyf hwa the ſmite*, ſi quis te percuſſerit. Idem Anglis *to ſmite*. Apud HESYCHIUM σμῶξαι exponitur πατάξαι percutere, & σμωδιξ paſſim eſt vibex ſeu nota ex percuſſione, obſervante JUNIO in Willeram. pag. 223. Addere poterat σμώτ]ω verbero.

SCHMEISSEN, jacere, *wegſchmeiſſen* projicere, *hin und her ſchmeiſſen* jactare. Belgæ eodem ſenſu dicunr *ſmyten*, & inde *ſmeet* jactus. Haud dubie a Lat. *mittere*, præpoſito ſibilo.

SCHMEISSEN, *beſchmeiſſen*, contaminare. Idem quod *ſchmitzen*.

SCHMELZE, encauſtum. Gloſſ. Pez. ſpecies electri *ſconi ſmelzes*. Habenr & Itali *ſmalto* pro opere encauſtico, & *ſmaltare* pro encauſto obducere. Proprie autem eſt liquamen, a *ſmelten*, *ſchmelzen* fundere, liquare; & dicirur de encauſto, quia liquando illinitur. *Nec mirum eſt*, inquit SKINNERUS, qui hujus etymologiæ auctor, *Germanos, cum Chymiæ & Metallurgiæ in primis ſemper ſtudioſi & periti fuerint, reliquis Europæ gentibus ex ſua lingua hujus artis terminos ſuppeditaſſe*. Gallicum *eſmail* & Anglorum *amell* e reliquis ſunr vitiata, & non a *molen* pingere petita, eriamſi encauſtum ſit pictura per ignem.

SCHMELZEN, fundere, liquare, liquefacere. Belgis *ſmelten*, Suec. *ſmælta*, Island. *ſmalta*, apud VEREL. in Ind. Ab antiquiori *meltan*, *myltan*, præpoſito ſibilo. SOMNER. in Dict. Angloſax. *myltan* fundere, liquefacere, *molten* liquefactus, *meltunge* liquefactio. BENSON. in Voc. AS. *meltan* liquefacere. VEREL. in Ind. *melta* concoquere. Inde Anglis remanſit *to melt* eodem ſenſu. Cui ſimile Græc. μίλδω liquefacio. Hoc SKINNERUS alluſionem vocat. Ar quæ ſonum & ſignificatum habenr communem, ea non alludere, ſed convenire dicimus.

SCHMELZEN, fundi, liqueſcere, liquefieri. NOTKERUS Pſal. XXII. 15. *min herza iſt uuorden alſo ſmelzendez uuahs*, cor meum factum eſt liqueſcens tanquam cera. Idem Belgis *ſmelten*, Suec. *ſmæltas*, Angl. *to melt*, Græc. μίλδομαι. Allegorice dicitur de rebus pereuntibus. Gloſſ. Pez. tabeſcent *virſmelcent*.

SCHMER, omnis generis pinguedo. VEREL. in Ind. *ſmior* pinguedo. Gloſſ. Lipſ. *ſmerenne* adipe, *kuoſmeer* buryrum. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſmero* ſebum, *ſmeoru* unguenrum, *ſmerwe* adeps. Gallis anriquis *marga* eſt terra pinguis, Cambris *mer* medulla, Danis *ſmor* butyrum, Suecis *ſmörta* unguentum, Græcis μύρον pigmenrum & unguenrum. Refer ad *ſchmieren* ungere, illinere. Ita Cypriis ἔλφος eſt butyrum, ab ἀλείφω ungo.

SCHMERGEL, *ſchmirgel*, adeps terræ. A *mærgel* præpoſito ſibilo.

SCHMERL, omne pumilum in genere animalium. VEREL. in Ind. *ſmar* parvus, tenuis, *mior* gracilis, renuis. Arbitror a μίω divido, quia pumili ſunt mutilis & truncatis ſimiles. Litera L. in fine vocis eſt nota deminutivi. Hodie adhærer fundulis, quia ſunr minimi inter piſces. Olim vero etiam avibus tributum legimus. Inde *ſmeriliones* minimi & velociſſimi accipitrum, apud CANGIUM

SCHMERLING, fundulus. Vi terminationis *ing* ſignificar unum ex piſciculis minutis, ſicut *hering* unum ex gregariis, qui nunquam ſoli natant.

SCHMERZ, dolor. Francis *ſmerza*, Belg. & Angl. *ſmart*, Slavon. *mrz*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XV. 95. *thuruh mibila ſmerza*, præ magno dolore. Lib. V. Cap. XXXIII. 507. *leid odo ſmerza*, luctus aut dolor. MARTINIO judice eſt a μίω divido, cum quia dolor lætitiam minuit, tum quia ex diviſione oriri ſolet. Secundum hanc etymologiam cauſa ponitur pro effectu.

SCHMERZEN, dolere, dolore vel moleſtia afficere & affici. Angloſax. *ſmeortan*, apud SOMNER. & BENSON. verbum a ſubſt. factum.

SCHMETTERLING, papilio. Quod ſemine ſuo omnia polluar in hortis, a Belgico *ſmetten* inquinare. De hoc inferioris Germaniæ verbo vide plura in *ſchmitzen*

SCHMETTERN, quatenus eſt frequentativum a Saxonico *ſmiten*, ſignificat *quaſſare*, ſive ictu id fiar, ſive jactu. Inde *zerſchmettern* confringere, ictu vel jactu, h. e. ita quaſſare, ut diſſolutio partium inde ſequatur. Galli dicunt *mettre en pieces* rumpere in fruſta. Germani vero non opus

habent hac deſcriptione, quia deſtructio totius jam continetur in præfixo *zer*. De verbo Saxonico, ejusque duplici ſignificatu, Græco & Latino, vide plura in *ſchmeiſſen*.

SCHMEUCHEN, & *ſchmauchen*, ſunt ejusdem valoris. Hodie tamen ita diſtinguunt, ut *ſchmauchen* ſit fumare, *ſchmeuchen* fumo necare.

SCHMID, faber cujuscunque metalli, inprimis ferri & auri. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſmith* faber ferrarius, *goldſmith* auriſaber, *iren-ſmith* faber ferrarius, *belle-ſmith* Vulcanus. Gloſſ. Pez. malleatoris *ſmides*, aurificibus *goldſmidun*. Refer *ad ſchmiden* cudere, excudere.

SCHMIDEN, tundere, percutere, quocunque inſtrumento id fiat, manu, baculo, malleo, &c. MARESCHALLUS in Obſervationibus ad Verſ. Angloſax. pag. 545. ex Codice Hattoniano Matth. V. 39. hæc verba producit: *gyf hwa the ſmite*, ſi quis te percuſſerit. Angli eodem ſenſu dicunt *to ſmite*, Græci σμωτ]ω, nos alias *ſchmeiſſen*. Hic ſignificatus ideo erat reſtituendus, quia videtur ordine naturæ præcedere ſequentem.

SCHMIDEN, cudere. SOMNERUS loc. cit. *ſmithian* cudere, *ſmith-cræft* ars fabrilis, *ſmith-tang* forceps. Gloſſ. Pez. cudo *ſmid*. Hic ſenſus oritur a præcedenti per ſynecdochen generis. Quid enim eſt cudere, niſi malleo percutere? Ita Latinis *cudo* a *cædo*.

SCHMIDEN, excudere, fabricare. Angloſaxonibus & Francis ut ſupra. WILLERAMUS Cap. VII. 1. *balsziereda die der geſmidot ſint mit geleretes liſtmeſteres hant*, artificis docta fabricata monilia dextra. Inde compoſita, *waffenſchmid*, *meſſerſchmid*, & alia innumera, a rebus fabricandis deſumpta, notique ſignificatus.

SCHMIDEN, mulcere ferrum. Hunc ſignificatum Francis tribuit JUNIUS in Obſervatis ad Willeram. pag. 37. Mollitur autem ferrum, non aſſiduis ictibus (nam percutere eſt *mulcare*, non *mulcere*, & ferrum tuntendo indurari magis quam mitigari, experientia conſtat); ſed igni, absque opera mallei. Et hinc Vulcanus *Mulciber* dictus, non a *mulcando*, ſed potius a *mulcendo*, quod ferrum igne domare primus docuiſſet. Neceſſe ergo eſt, hunc verbi ſenſum a præcedentibus plane diverſum eſſe. Oriri autem potuit, ab Angloſax. *ſmethe* mollis. Quod haud dubie eſt a Gr. μάτ]ις mollis, præpoſito ſibilo. Progeniem hujus verbi vide in *geſchmeide*.

SCHMIDTE, officina fabri ferrarii. Angloſax *ſmithithe*.

SCHMIEGEN, cujuscunque ſit ſignificatus, pluribus autem pollet in Dialectis, eſt a Gr. μικρὸς parvus, humilis, exiguus, præpoſito ſibilo barbarico. Hoc imitantur Islandi in *miuk* humilis, apud VERELIUM in Indice. Vi originis ſignificat (1) contrahere corpus. Inde *ſich ſchmiegen* in arctum contrahi, quo utitur Luth. Eſa. XXVIII. 20. *die decke iſt ſo kurtz, daß man ſich drein ſchmiegen muß*. (2) reptare, quia reptare eſt corpus complicare, & brevibus pedibus incedere, ſaltim in greſſilibus. SOMNERUS in Dict. AS. *ſmugan* ſerpere. VEREL. in Ind. *ſmyga* furtim perreptare, *ſmuga nodrunar* latebræ ſerpentum, *ſuinaſmuga* anguſtum foramen ſepis per quod in ſegetem irrepere poſſunt porci. (3) humiliare. VEREL. loc. cit. *mygia* humiliare. Hodie utimur reciproco *ſich ſchmiegen* humiliari, ſubmittere ſe. (4) ſuppliciter orare. Lingua Belgarum *ſmeeken*.

SCHMIERE, unguentum. Græc. μύρον. Refer ad *ſchmieren*, & conſer dicta in *ſchmer*.

SCHMIEREN, ungere, illinere. Græcis μυρῶν, & hinc præpoſito ſibilo Angloſaxonibus *ſmeran*, *ſmyrian*, Belg *ſmeeren*, Angl. *to ſmear*, Suec. *ſmöria*. Verſio Angloſax. Matth. VI. 17. *thonne thu fæſte, ſmyra thin heafod*, cum jejunas, unge caput tuum.

SCHMIEREN, *beſchmieren*, contaminare, inquinare. Belgis *ſmeuren* eodem ſenſu, & inde *beſmeurt kleed* veſtis maculata. Dictio ſynecdochica, qua genus ponitur pro ſpecie, illinere, pro maculam illinere. Inde *ſchmierig* ſordidus, lutulentus.

SCHMIEREN, *beſchmieren*, illudere, riſu notare, aut alia quacunque contumelia verbali afficere, quia illuſores ſimiles ſunt eorum, qui aliis maculas illinunt. SOMNER. in Dict. Angloſax. *biſmerian* illudere, irridere, ſubſannare, dehonorare, dehoneſtare, *biſmor* opprobrium, *biſmor-leoth* carmen invectivum, libellus famoſus, *biſmorung* illuſio. Gloſſ. Keron. inridet *piſmeret*. TATIANUS Cap. CC. 2. *biſmarotun inan*, illudebant ei. PALTHENIUS deduxit a *mære* fama, quaſi eſſet diffamare; ſed in vanum, quia de literis *bis* rationem reddere non poteſt. Notum omnibus præfixum *bi*, *be*. Quod, ubi annectitur verbo *ſmeren*, ſignificat illinere, contaminare, inquinare, metaphorice autem *illudere*, quia macula honoris, quam quis riſu aliave contumelia alteri adſpergit, omnino ſimilis eſt maculæ quæ veſtibus illinitur. Et hic ſenſus ſapienti veterum inſtituto adhæret omnibus pene verbis, quæ illinendi actum ſignificant. Tale inter alia eſt verbum *ſchmitzen*, quod vide.

SCHMINKE, pigmentum. A *meng*, *mennig* minium, præpoſito ſibilo. De hoc vetuſtiſſimo pigmento vide PLINIUM Lib. XXXIII. Cap. 7. Metaphorice dicitur de quavis ſpecie fallaci. Inde *ſchminken* dicta & facta fucare, *geſchminkte wort* verba fallacia &c.

SCHMISS, ictus & jactus. A *ſchmeiſſen* percutere & jaccre.

SCHMITZ, idem quod *ſchmiß*.

SCHMITZ, macula. Angloſax. *ſmitta* apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 309. Francis & Alam. *ſmiz*, Belg. *ſmet*. Gloſſ. Keron.

Keron. macula *piſmiz*. Refer ad *ſchmitzen* polluere. Hodie libentius dicimus *ſchmutz*.

SCHMITZEN, ungere, illinere. Verbum origine Slavonicum, & a Gothis ſibilo auctum. FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 73. *mazu* lino, ungo, *mazani* unctio, litura. Ibidem vox Slavonica derivatur ab Hebr. *maſchach* unxit. VEREL. in Ind. *ſmeta* illinere. Codex Arg. Joh. IX. 6. *jah gaſmait imma ana augona thata fani*, & linivit lutum ſuper oculos ejus. Et rurſus verſ. 11. *fani gawaurhta, jah biſmait mis augona*, lutum fecit, & unxit oculos meos. Hic princeps verbi ſignificatus, qui reliquos ordine naturæ præcedit. Ab illo in quibusdam Dialectis deſcendit *ſchmotz* pinguedo, haud dubie ab illinendo ſic dicta, ut *ſchmer* a *ſchmieren*.

SCHMITZEN, polluere, contaminare. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſmitan* inquinare, *ſmittan* polluere, *beſmitan* polluere, *beſmitenniſſe* pollutio. Conſentit Belgicum *ſmetten* & *beſmetten*. Cauſam poni pro effectu, aut genus pro ſpecie, ſatis planum eſt, quia polluere nihil aliud eſt, quam maculam illinere. Ita *ſchmieren* primo ſignificat ungere, & poſtea polluere. Hodie utimur compoſito *beſchmitzen*; ſed a ſimplici habemus *ſchmutz* ſordes, ſqualor, macula, & inde *ſchmutzig* ſordidus, ſqualidus.

SCHMITZEN, opprobrio afficere, maculam honoris illinere, *beſchmitzung* contumelia. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſmaaden* & *ſmaat*. Verba injuriarum a notione illinendi formari ſolere, jam ſemel oſtendi in *ſchmieren* illudere.

SCHMOLLEN, ſubridere. Alia Dialecto *ſmilen*, apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 748. Belgis *ſmuylen*, apud KILIANUM in Etymol. Anglis *to ſmile*, Suecis *ſmæla*. Judice SKINNERO alludit ad Græc. *μειδιᾶν* lenius & blandius ridere, præmiſſo S. Quod probarem, ſi D. mutari in L. aliquo exemplo conſtaret, ut fieri quidem ſolet apud Latinos, Italos, Hiſpanos. Apud nos vero talem mutationem raro aut nunquam reperiri, ipſe fatetur SKINNERUS in *Prolegomenis*. Adde, quod *ſchmollen* etiam contrario ſenſu dicitur de eo, qui ob ſecretum rancorem riſu abſtinet. Et hujus quoque ſignificationis ratio habenda eſt etymon inveſtigaturo. Puto autem utramque oriri a *maul* os. Simile verbum vide in *greinen*. Et confer *maulen*.

SCHMORCHEN, perire, conſumi, apud STILERUM in Theſ. L. Germ. Frequentativum a *ſchmoren* tabeſcere.

SCHMOREN, ſuffocare, exhalationem intercipere. Angloſax. *ſmoran*, Belg. *ſmooren*. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *ſmoran* ſuffocare, *for-ſmorod* ſuffocatus. Hodie dicitur tantum de cibis, qui in vaſe clauſo elixantur. Quo parente, aut quibus cognatis, non liquet. Conſer *dæmpfen*.

SCHMOREN, tabeſcere, *verſchmoren in elend und hunger* miſeria & fame conſumi. Ductum videtur a Græc. *μαραίνομαι* marceſco, tabeſco, auxilio ſibili. Compoſitum exhibet SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 719.

SCHMOTZ, pinguedo, *ſchmotzig* pinguedine linitus. Refer ad *ſchmitzen* illinere.

SCHMOTZ, ſordes, *ſchmotzig* ſordidus. Refer ad *ſchmitzen* polluere.

SCHMUCK, ſubſtantive ornatum, adjective venuſtum & elegantem denotat. Et hos ſignificatus accipit a *ſchmücken* ornare.

SCHMUCK, ornatus. Suecis *ſmycke*. STADENIUS retulit ad *ſchmiegen* reptare, quia veſtes ſunt quaſi latebræ, in quas reptamus. Similia tradit LOCCENIUS Lex. Sueo-Goth. in voce *ſmugha*. Et huic etymologiæ videtur conſentire, quod etiam *ſchliefen* apud Francos & Suevos in re veſtiaria uſurpatur. Alius *ſchmuck* deduxit a *κόσμος* per metatheſin. Nos noſtræ etymologiæ inhæremus.

SCHMUCK, elegans, venuſtus, terſus, politus. Angloſax. *ſmicre* apud SOMNERUM & BENSONIUM, Anglis *ſmug*. Eadem Dialecto, Angloſaxonica inquam, *ſmicre* præter elegantem, etiam tenuem & gracilem ſignificat. Sed hoc aliunde eſt, nempe a Græc. *σμικρὸς* parvus.

SCHMUCKEN, *ſchmücken*, ornare. Angl. *to ſmug*. Hauſtum ex Græcitate judice HELVIGIO, vel a *σμήχειν* tergere, purgare, mundare, vel a *κοσμεῖν* ornare, per metatheſin. Si Græca origine opus ſit, ut certe eſſe videtur, malim amplecti priorem, quia verba ornatus formari ſolent a verbis munditiæ, ut oſtendi in *butzen*. Inde *geſchmükt* terſus, ornatus, Græcis *σμηκτὸς*, manifeſto conſenſu.

SCHMUTSEN, ſubridere, blande & placide ridere. Credo a Græc. *μειδιάζω* ſubrideo, præpoſito ſibilo. Inde frequentativa *ſchmutſeln* & *ſchmuntſeln*, ejusd. ſignificatus.

SCHMUTZ, pinguedo, *ſchmutzig* pinguedine linitus. Refer ad *ſchmitzen* ungere.

SCHMUTZ, ſordes. Vide *ſchmitz* macula.

SCHMUTZEN, quatenus formatur a ſubſt. *ſchmutz* ſordes, ſignificat ſordes dare & recipere. Active dicimus *beſchmutzen* conſpurcare, ſordes illinere, paſſive *es ſchmutzt leicht* facile inquinatur.

SCHNABEL, roſtrum. Diminutiv. a *ſchnebbe*, ex officina Francorùm. Gloſſ. Boxh. *ſnabul* roſtrum. Gloſſ. Pez. roſtrum *ſnabul* vel *mula*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXV. 55. de columba:

Mit ſnabilu ni uuinnit,
Ouh fuazin ni krimmit.
Roſtro non dimicat,
Nec pedibus inuncat.

SCHNAK, limax. Vide *ſchnicken* repere.

SCHNAK, gerro, *ſchnaken* jocularia loqui, *ſchnakiſch* feſtivus & feſtive. Suecis *ſnack* eſt fabula, *ſnacka* confabulari, *ſnackare* gerro, *ſnackbror* congerro, *ſnakſyſter* confabu-

fabulatrix. Cuncta a Lat. *nugæ*, *nugax*, *nugari*, præpoſito ſibilo.

SCHNALLE, fibula. Videtur transpoſitum e Gr. σκελὸν incurvum. Aut ſi Germanicæ originis ſit, ſignificabit aciculam, a Suecico *næl* acus, præpoſito ſibilo.

SCHNALLE, papaver cereale, Dial. Suevica. Sic dictum, quod folia ejus complicata ſonum edant, a *ſchnallen* ſonare.

SCHNALLEN, *ſchnellen*, ſonare, crepare, digitis aut ſcutica. Videtur a ſono fictum, ut *knallen* & ſimilia.

SCHNALZEN, crepare. Frequentativum verbi præcedentis. Allegorice dicitur de importunis. Inde *anſchnalzen* increpare, impetuoſe alloqui. Niſi ſit frequentativum ab *anſchnellen* præpropere in aliquem invehi, quod eſt a *ſchnell* præceps.

SCHNAPHAN, clavus bombardæ vel ſclopeti, alias *han* ſimpliciter, i. e. gallus, quia caput galli refert, & erecto collo ſtat ante igniarium. Dicitur autem *ſchnap* a *ſchnappen* reſilire, quia remoto elateris obſtaculo in priſtinum ſtatum relabitur, in quo erat antequam tenderetur. Belgis *ſnaphaan* eſt ipſa bombarda portatilis, haud dubie per ſynecdochen partis.

SCHNAPHAN, miles graſſator. Forte nomen teli ad virum translatum eſt, quod id genus hominum plerumque ſclopetis ſit armatum. Quamvis etiam prædonem ſignificare poſſit, ſi referatur ad *ſchnappen* captare.

SCHNAPPEN, morſu petere. Dicitur proprie de avibus, a *ſchnebbe* roſtrum, qua parte eſcam & prædam arripiunt: poſtea de omnibus animalibus, quibus os aut rictus pro roſtro eſt. Idem Anglis *to ſnap*, & inde *a ſnap* morſus, & *ſnapſack* pera militaris, in qua cibus conditur.

SCHNAPPEN, captare, prenſare, avide & celeriter capere. Anglis *to ſnap*. Ductum ab animalibus per metaphoram, quia avide & celeriter prenſantes morſu petentibus ſimiles ſunt. Nihil autem refert, quo modo fiat prenſatio, manibus an auribus, palam aut furtim, vi aut dolo. Nam verba capiendi transferri ſolent ad omnes prenſandi modos, etiam rapinas & latrocinia, ut oſtendi in *nemen*, *henden*, *greiffen*, & ſimilibus. Inde *ſchnappban* latrunculus, prædator, niſi ſit ab ipſa bombarda.

SCHNAPPEN, reſilire. Dicitur proprie de rebus vehementer preſſis, quæ remoto obſtaculo vi inſita, quam elaſticam vocant, in priſtinum ſtatum reſiliunt, ut aër preſſus, laminæ & ſpiræ e chalybe, brachia arcus tenſi & ſimilia. Hoc verbum diu me dubium tenuit, poſtea vero intellexi, metaphoram illi ſubeſſe, a prenſantibus acceptam, quia preſſa, dum priorem ſitum celeriter capiunt, avide prenſantibus ſimilia ſunt. Latine philoſophantes *reſilire* vocant, haud dubie a celeri motu, qui reſultui ſimilis eſt. Utitur hac voce ANTONIUS LE GRAND, cujus verba ex Inſtit. Philoſ Part. VI. Cap. XVII. 1. hic deſcribam: *Elaterii vocabulo id paſſim intelligitur, quod vel ementius compreſſum, & ad minorem extenſionem redactum, ſeſe explicare, & priorem expanſionem recuperare nititur. Hæc vis in arcu tenſo, tormentorum rotis, ſclopis pneumaticis, chalybis ſpiris, quæ intra tympanum, quo portatilis horologii rotæ agitantur & circumvolvuntur, patet: & multis aliis, quæ ad aliquas anguſtias redacta,* RESILIRE *& dilatare ſe conantur.* Nos illud vocamus *ſchnappen*, h. e. capere, captare, quia niſus recuperandi priſtinum locum ſimilis eſt aviditati, qua aliquid arripitur. Hinc *ſchnepper*, quatenus derivatur a *ſchnappen*, ſignificat quantum poteſt, *laminam elaſticam*, ob rationes paulo ante memoratas, *phlebotomum*, a ferro proſiliente, *arcum*, quia brachia ejus exploſo telo & laxata chorda reſiliunt. Plures ſignificatus conſideratio fontis ſuppeditabit.

SCHNAPPEN, garrire. Vide *ſchnebbe* os.

SCHNAPPEN, crepare digitis. Vide *ſchnippen*.

SCHNAPS, protinus, ſubito. A Belgico *ſnap* celeritas.

SCHNARCHEN, ſtertere. Belg. *ſnorken*, Suec. *ſnarka*. A ſtridore, quem ſtertentes per naſum edunt, adeoque vel a Lat. *naris*, vel ab Heb. *nachar*, præpoſito ſibilo. Ita Græcis a ῥὶς naris fit ῥέγχω & ῥεγκίω ſterto.

SCHNARCHEN, naribus follicare, ut ſolent iracundi. Ira enim nares inflat, & ignem ſuum reciproco anhelitu magis excitat. Ex eodem fonte ut antecedens. Hic æſtus narium metonymice ponitur pro minis. Inde *ſchnarchen* minas ſpirare, *ſchnarcher* feroculus, thraſo, *anſchnarchen* alloqui impetuoſe. Hebræis *nachar* naſum & iram ſignificat. Et qui ingenia hominum ex vultu judicant, patulas nares inter ſigna iracundiæ haud temere referunt.

SCHNARRE, chorda. Belg. *ſnaar*. JUNIUS deduxit a νεῦρον nervus, præfixo ſibilo, in Obſervatis ad Willeram. pag. 223. Malim a νευρὰ, quod Græcis eſt fides citharæ & nervus quo arcus intenditur. Inde *ſchnarren*, *ſchnurren*, ſtridulum ſonum edere. Aliud eſt *ſchnarren* per nares loqui. Id enim a *naribus* fictum eſt, præpoſito ſibilo.

SCHNATTERN, crepitare. Proprium anatum & ciconiarum, a *ſnute* roſtrum, inferioris Saxoniæ voce. Contemtim dicitur de garrulo & nimia loquacitate ſtridulo.

SCHNAUBEN, proprie eſt per nares ſpirare, a *ſchnebbe* naſus. Poſtea etiam fremere, per metonymiam adjuncti, quia animus commotus ſe maxime exerit per naſum, cujus ſpiracula inflat gravi & ſonora reciprocatione ſpiritus. Hinc Hebræis eadem vox naſum & iram ſignificat, ut paulo ante oſtendi in *ſchnarchen*. Utitur hoc ſenſu Luth. Act. IX. 1.

SCHNAUFEN, idem quod *ſchnauben*, Dialecto Suevica.

SCHNAUTZE,

SCHNAUTZE, naſus. Anglis *ſnout*, Sax. inf. *ſnute*. Factum a Lat. *naſus*, præpoſito ſibilo. S. & T. ſunt literæ convertibiles in omnibus Linguis. A *ſchnautze* rurſus fit *ſchneutzen* mungere nares.

SCHNAUTZE, roſtrum ſuis, avis, elephanti, canis &c. quia naſo hominis ſimile. Angl. *ſnout*, Belg. *ſnuit*, Sax. inf. *ſnute*. Inde *anſchnautzen* allatrare, adgrunnire, & metaphorice inciviliter alloqui.

SCHNAUTZE, os, ſed inter amantes tantum. Inde *ſchnutchen* oſculum, quaſi roſtellum.

SCHNEBBE, naſus. Ab antiquiori *nebbe*, præpoſito ſibilo. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *næbbe*, *nebbe* naſus, nares, *neb-gebræc* gravedo. VEXELIUS in Ind. *nef* naſus, *nefbiorg* pars galeæ quæ naſum tegit, *nefgildi* contributio pro cujusque naſo, *nefmikil* qui magno naſo eſt, bene naſutus. A bifori cavitate deduxi in *nabe* modiolus. Hodie videtur extinctum, ſed videtur tantum. Nam ad poſteritatem ejus ſpectant *ſchnauben*, *ſchnaufen*, *ſchnupfen*, *ſchniffeln*, *ſchnippiſch*, & alia, ſuis quæque locis inſerta & elucidata.

SCHNEBBE, roſtrum, quia naſo hominis ſimile. Angloſax. ut ſupra, Belgis *neb*, *ſneb*, Suecis *næff*, *næbb*. Hodie viget diminutivum *ſchnabel*, quod Francicum eſſe vidimus. Et hinc etiam nomina capiunt *ſchnepel* & *ſchnepfe* per ſynecdochen, piſcis & avis roſtro inſignis.

SCHNEBBE, os, quamvis ex contemtu, ut *roſtrum* apud Latinos. Inde Belgis *ſnappen* garrire, nugari, blaterare, ab organo, ut Latinis *orare* pro loqui ab *ore:* Anglis *a merry ſnap* congerro feſtivus: nobis *ſchnappen* nugari, & inde *ſchnapper* nugator, *ſchnæpperin* garrula, *ſich verſchnappen* contradictoria effutire, arcana mentis incaute prodere, in quo compoſito *ver* errorem garrulæ linguæ indicat.

SCHNEBBE, frontale, in roſtrum deſinens. Senſus vocis hodiernus, & a roſtro avis ob ſimilitudinem petitus. Corrupte *ſchlebbe*.

SCHNECKE, cochlea, teſtudo &c. Gloſſ. Boxh. *ſnecko* teſtudine. Gloſſ. Pez. teſtudo *ſnecco*, murex *merſnecco*, teſta *ſneccenhus*. Nomen omnibus reptilibus commune, ut demonſtravi in *ſchnicken* repere. Similitudine duce transfertur ad ſcalas tortiles, lineas ſpirales &c.

SCHNECKEN, ſcindere. Veſtigia verbi deleti haud obſcura præbent veterum derivata in pluribus Dialectis. Hinc ſcil. Angloſaxonibus *threo-ſnæcce* triſulcus, Islandis *ſnauggklæde* veſtes laceratæ, Cambris *ſienigl* lacerus, contritus, apud BOXHORN. in voce *ſerrigl*.

SCHNEE, nix. NOTKERUS Pſ CXLVII. 5. *der den ſne tuot alſo uuolla*, qui facit nivem ut lanam. Gloſſ. Lipſ. *ſneve* nivis. Hoc melius, antiquius, & origini conformius: & cum illo conſentit Gothicum *ſnaiws* Marc. IX. 3. Angloſaxonicum *ſnæw*, Belgicum *ſneeuw*, Anglicum *ſnow*, & vetus Boruſſicum *ſnege*: Quæ certe ſunt a Gr. νιφάς nix, præpoſito ſibilo barbarico.

SCHNEIEN, ningere. Angloſax. *ſnewan*, Belg. *ſneeuwen*, Angl. *to ſnow*. Rurſus a Gr. νίφειν ningere, judice JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 309. *Nihil enim*, inquit, *frequentius quam ut S. præfigatur*.

SCHNEIDE, quatenus eſt verbale a *ſchneiden*, ſignificat quantum poteſt. Angloſaxonibus *ſnide* eſt inciſio, nobis *ſchneide* acies.

SCHNEIDEN, putare, ſecare. Angloſax. Franc. & Alam. *ſnidan*, Belg. *ſnyden*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXIII. 115.

Thaz jagilih bimide,
Inan thu akus ni ſnide.
Ut unusquisque caveat,
Ne eum ſecuris cædat.

Gloſſ. Keron. amputare *abaſnidan*, putandum eſt *abazeſnidanne iſt*, abſciſſionis *abaſnidannes*. Recte MARTINIUS hoc verbum deduxit a Lat. *ſcindo*, tranſpoſito N. A *ſcindo*, inquit, Germanis ſunt duo verba, *ſchneiden* ſecare, & *ſchinden* deglubere.

SCHNEIDEN, per ſynecdochen generis ſignificat (1) mactare. Hoc ſenſu Angloſaxones dicunt *ſnithan*, Gothi *uſfneithan* Joh. X. 10. (2) metere. WILLERAMUS Cap. V. L *ib ſneit da mine mirron*, meſſui myrrham meam. Codex Arg. Matth. VI. 26. *ni ſaiand nih ſneiand*, non ſerunt neque metunt. Literæ T. in medio vocis eliſio ſatis frequens eſt apud Gothos, & alios ignavæ pronunciationis populos. Ex hodierno ſermone huc ſpectat *ſchnitter* meſſor. (3) dolare. Gloſſ. Pez. dolaverunt *ſnitun*. (4) ſculpere. Hodie utimur frequentativo *ſchnitzen*. (5) findere, ſecare ſecundum longitudinem. Differt a ſimplici ſciſſione, quæ nunquam plus ſecat quam ferro tangit. Fiſſio autem ſemper major eſt tactu dividentis. Hinc allegoria petita, ut jactare dicatur *auf ſchneiden*, & vaniloquentia *auf ſchneiderei*, quia plus eſt in verbis quam in cauſis. (6) caſtrare. Inde *verſchnittener* eunuchus, *ſchweinſchneider* caſtrator porcorum. Plures ſignificatus facile inveniet, qui ſcrutari voluerit.

SCHNELL, celer, alacer, velox. Angloſax. Francis & Belgis *ſnel*, Suecis *ſnäll*, Italis *ſnello*. OTFRIDUS in Præf. ad Regem Francorum orientalium: *Ludouuig ther ſnello*, Ludovicus alacer. Idem Lib. I. Cap. I. 127. de Francis: *zi uuafane ſnelle*, alacres ad arma. NOTKERUS Pſal. XIII. 3. *ſie ſint ſnel ze manſlachte*, veloces ſunt ad homicidia. Unde hauſtum ſit, non convenit inter Criticos. HELVIGIUS miris modis derivat ab Heb. *atſal* celeravit: FERRARIUS ab *hinulus*, quia capreolo nihil agilius aut velocius: MARTINIUS a ſono, ut ſit qui cum ſonitu movetur, in voce *celer*. Mihi perſuaſum eſt, vocem inverſam eſſe ex alia ejusdem ſignificatus, quæ hodie perennat in

derivato *ſchleunig* velox. Nimirum ab initio fuit *ſleun*, *ſlaun*, *ſlou*, id eſt, incitatus, ab ἐλαύνω impelli, præpoſito ſibilo. Poſtea *ſnel* per metatheſin. Favet huic mutationi Litera L. quæ cum ſit natura mobilis, in multis vocibus e ſede nativa transponitur, alias valde obſcuris. Exempla vide in *kolb* & *klopfen*, & paſſim. Conditores Linguæ noſtræ verbum illud Græcum haud ignoraſſe, patet etiam ex aliis vocibus, inde deductis, quæ impulſum ſignificant, cujusmodi ſunt *laune* motus animi, *eilen* feſtinare &c.

SCHNELL, præceps, nimis celer. Belgis ut ante. Translatio omnibus vocibus celeritati dicatis communis. Ita *raſch* non ſolum celerem, ſed etiam præcipitem ſignificat. Dicitur autem non ſolum de præcipiti curſu & caſu, ſed etiam de omni rapiditate in verbis & factis.

SCHNELLEN, quatenus derivatur a *ſchnell* celer, ſignificat celerare, accelerare motum, & Angloſaxonibus effertur *ſnellian*, Belgis *ſnellen*. Synecdochice comprehendit omnes celerum motuum ſpecies. Inde *ſchnellen* vibrare, jacere, mittere & emittere cum impetu &c. *zu boden ſchnellen* proſternere, *zurück ſchnellen* repellere & repelli. Et huc etiam ſpectant compoſita, *ſchnellgalgen* patibulum quod ſuſpenſum e terra in acrem vibrat, *ſchnellbank* catapulta, cum ſaxa adhuc in hoſtes jacerentur, *naſenſchneller* talitrum, quia naribus infligitur, *büchſenſchneller* ligula ſclopeti, quia telum explodit.

SCHNELLEN, quatenus derivatur a *ſchnell* præceps, intempeſtive celer, dicitur de animo tantum. Inde compoſita, *anſchnellen* præpropere aliquem invehere durioribus verbis, ut excandeſcentes ſolent, *anſchnellig* promptus ad iram & verba iracunda, *vorſchnellig* præceps & præcipitanter. Et huc etiam ſpectat ex Gloſſis Keronianis: Zelotypus *einſneller*. Hodie dixeris *anſchneller*. Id eſt, celer iraſci. Favet interpretationi ſedes vocabuli in Regula S BENEDICTI Cap. 64. ubi de Abbate: *non ſit turbulentus & anxius, non ſit nimius & obſtinatus, non ſit zelotypus.* Id eſt, præceps ad iram.

SCHNELLEN, in compoſito *beſchnellen*, dicitur de fallacibus & doloſis, omnino a celeritate, qua alios circumveniunt aut præveniunt.

SCHNELLEN, crepare. Vide *ſchnallen*.

SCHNEPFE, gallinago. Belgis & Anglis *ſnip*, *ſnipe*. MARTINIUS in voce *ficedula* formavit a *ſchnappen*, *ſchnapſen* captare, quod hiante ore culices captet. Alius a clamore *ſnep*. Malim a *ſchnebbe*, hoc eſt, a longo roſtro, ut pars ponatur pro toto. Ita Gallis *becaſſe*, a *bec* roſtrum. Olim omnes aves roſtro inſignes denotavit. Gloſſ. Pez. onocrotalum *ſnepha*.

SCHNEPPER, captator, *fliegen-ſchnepper* captator muſcarum, nomen aviculæ ſatis notæ. Refer ad *ſchnappen* captare.

SCHNEPPER, quatenus derivatur a *ſchnappen* reſilire, ſignificat quantum poteſt. Vide plura in fonte.

SCHNEUBEN, idem quod *ſchnauben* & *ſchnaufen*.

SCHNEUTZE, quatenus eſt verbale a *ſchneutzen* mungere nares, duo ſignificat, (1) mucum ſeu purgamentum narium. Hoc ſenſu Belgæ & Angli dicunt *ſnot*, *ſnote*, nos *ſchneutze* & compoſite *naſenſchneutze* mucus narium. JUNIUS vocem Belgicam compoſuit ex præfixo S. & Græc. *νοτις* humor, in Obſervatis ad Willeram. pag. 223. Præter neceſſitatem. Nam *ſnot* eſt a *ſnuiten*, & hoc a *ſnuit* naſus. Er alias ſatis conſtat, non omnem humorem eſſe mucum. (2) gravedinem ſeu ſtillationem narium. Belgis & Anglis ut ſupra. Sed & Angloſaxonibus *ſnote* & *geſnote* idem ſignificat, apud SOMNER. & BENSONIUM. Hic ſenſus obſoleſcit.

SCHNEUTZEN, mungere, emungere. Angloſax. *ſnytan* apud BENSON. Belg. *ſnuiten*, Angl. *to ſnot*, Suec. *ſnyta*. A *ſchnautze*, *ſnute* naſus. Hinc proprie dicitur de excrementis narium, poſtea etiam de aliis ſordibus. Inde formula, *das liecht ſchneutzen* candelam digitis aut inſtrumento emungere.

SCHNEUTZEN, vellicare nares, & metaphorice illudere, ſubſannare. Francos hoc ſenſu dixiſſe *ſnudon* & *naſeſnudon*, multis ex veteri Pſalmorum Verſione Notkeriana teſtimoniis oſtendit SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 626. 749.

SCHNEYEN, ningere. Vide poſt *ſchnee*.

SCHNICKEN, reptare. Verbum inuſitatum, ſed verum & antiquum. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſnican* repere, *ſnicende wyrme* reptile. Videtur cognatum cum *ſchleichen*, *ſlyken*, ejusdem ſignificatus, quia L. & N. ſæpe permutantur. Quamvis etiam a *nicken* trahere, præpoſito ſibilo formari potuerit, quia repere eſt corpus trahere per humum. Veſtigium verbi cuſtodiunt Angli in *to ſneak* clanculum ſe prorepere, quod haud dubie a reptilibus ſumptum, quæ tacito inceſſu ſe ſubducunt. Plura & certiſſima ejusdem verbi documenta præbent derivata, in nominibus omnis generis reptilium conſpicua, cujusmodi ſunt,

ſnaca, anguis, coluber, ſcorpio, apud SOMNERUM. Pro ſcorpione occurrit in Verſione Angloſaxonica Luc. X. 19. *ic ſealde eow anweald to tredenne ofer naddran and ſnacan*, dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones.

ſnagl, limax, *gebuſcd ſnegl* teſtudo, apud BENSON. in Voc. Angloſax.

ſnigill, teſtudo, apud VEREL. in Ind.

ſchnecke, cochlea, Dialecto Francica & hodierna. Et huc etiam ſpectat *ſchnak* limax.

SCHNIE-

SCHNIEBEN, idem quod *ſchnauben* & & *ſchnauſen*.

SCHNIEREN. Vide *ſchnüren*.

SCHNIFFELN, derivatur a *ſchnebbe* naſus, tantumque ſignificat, quantum poteſt, (1) rhonchiſſare, per nares ſibilare. (2) culpare, reprehendere, quia naſus eſt ſymbolum indignationis. (3) illudere, naſo ſuſpendere, quia naſus eſt typus irriſionis. (4) indagare, ſcrutari, ducta ſimilitudine a canibus odoriſequis. Inde formula loquendi, *alles durchſchniffeln* omnia curioſe perquirere. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſchnuffelen*.

SCHNIGEL, ornatus Dial. Miſnica, *ſich ſchniglen* comere ſe & ornare, *ſchnigelfleck*, *ſchnigelhure* ſchœnicula, meretricula ornatus ſtudioſa. VERELIUS in voce *ſnirre* tribuit Suecis *ſnygg i kläder* veſtitu comptus. Unde conjicio, quod etiam *ſnygia* pro comere Scandis uſitatum ſit, vel aliquando fuerit. Promptam facilemque originem præbet vox Latina *nugæ*, ſi ſibilum barbaricum præfixeris. *Nugas* enim veteres Latini vocant, non verba ſolum ſrivola, ſed etiam ornamenta muliebria. Vide MARTINIUM in voce *nugæ*, & SCALIGERUM in Conjectaneis ad Varronem in voce *nugarium* & *nugivendus*. Vox *ſchœnicula* videtur a Barbaris reverſa ad Latinos, & rectius ab ornatu, quam a cœno deduci.

SCHNIPFELN, concidere in minutas partes, Dial. Suevica. Idem Belgis *ſnippelen* & *ſnipperen*. Frequentativum a ſimpliciori *ſchnipfen*.

SCHNIPFEN, ſecare. Belgis *ſnippen*, Anglis *to ſnip*, & inde *a ſnap* & *a ſnip* fruſtum, *barber-ſnap* dentagra, quia tartarum præcidit. In quibusdam Germaniæ Dialectis *ſchnipperling* eſt ſegmentum, *ſchnipflauch* porrum ſectile, & apud Suevos *ſchnipfeln* eſt concidere. Cuncta ab Angloſax. *cnip* culter, præpoſito ſibilo. Plura verba ab hoc ſubſtantivo oriunda vide in *kneif* culter.

SCHNIPPCHEN. Vide *ſchnippen*.

SCHNIPPEN, crepare digitis, *ſchnippchen* crepitus digitorum, talitrum. Idem Anglis *a ſnap with the fingers*. Quod a ſono effingit SKINNERUS.

SCHNIPPISCH, cavillatorius & cavillatorie. A *ſchnebbe* naſus. Naſus enim multarum rerum typus eſt apud omnes gentes, inprimis cavillationis & irriſionis. Inde Græcis *μυκτηρισμὸς* irriſio, a *μυκτὴρ* naſus, & Latinis *naſutus*, (irriſor) a *naſus*.

SCHNIRCKEL, ſpira, ductus ſpiralis, ſimilis cornibus arietinis. *El* eſt nota diminutivi. Cætera videntur transpoſita e Cambro-Britannico *corn* cornu, præfixo ſibilo. Dicitur præcipue de flexuris literarum, de volutis columnarum, & de roſtro elephanti

SCHNITT, quatenus derivatur a *ſchneiden* ſecare, ſignificat quantum poteſt, ſectionem, ſegmentum, ſecabile &c. Gloſſ. Pez. buccella *ſnita*, cepe minor *ſnitilouch*, ſarmentorum *ſnitilingo*. Gloſſ. Boxh. *ſnutazit* tempus potationis. Lege putationis.

SCHNITZ, ſegmentum. Verbale a *ſchnitzen* ſecare.

SCHNITZELN, ſecare. Frequentativum a *ſchnitzen*.

SCHNITZEN, ſecare, & ſynecdochice ſculpere. Frequentativum a *ſchneiden*. Inde *ſchnitzer* ſculptor, *bildſchnitzer* ſtatuarius, & alia recentioris ſabricæ.

SCHNITZER, vitium, erratum, *grober ſchnitzer* turpe erratum. Forte tale, quo quis exiſtimationem ſuam lædit, a Græco-Barbaro *σωότης*. Gloſſ. Phil. vitium *σῶος*, *σφάλμα*, vitioſitas *κακία*, *σωότης*.

SCHNOD, *ſchnöd*, vanus, vilis, deſpicatus. Credo a Lat. *nudus*, præpoſito ſibilo. Nam in vetuſtiſſima Islandorum lingua nudum & egenum ſignificat. VEREL. in Ind. *ſnaudur* nudus, egenus. Nudus autem dicitur non ſolum pauper & intectus, ſed univerſe quoque expers & privatus, ducta ſimilitudine a defectu veſtium. Hinc ſcil. *ſchnöd*, quod ab initio *nudum*, poſtea *vanum* denotavit, quia nudo & deſtituto ſimilis, & denique *vilem*, quia in pretio deficit. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſnood*, & per apocopen *ſnoo*.

SCHNUPFEN. Vide *ſchnuppen*.

SCHNUPPEN, *ſchnupfen*, quatenus eſt a *ſchnebbe* naſus, quod docendi cauſa ſuppono, ſignificat quantum poteſt, (1) naribus attrahere. Inde *ſchnupftoback* pulvis odoratus, quia naribus attrahitur. (2) naribus emittere. Hinc pituita, quæ per nares redditur, & ipſa denique gravedo ſeu deſtillatio narium Angloſaxonibus dicitur *ſnoſt*, Anglis *ſnivel*, Belgis *ſnof*, nobis *ſchnuppen*, *ſchnupfen*, & inde *ſchnupficht* pituitoſus. (3) mungere, emungere. Hoc ſenſu Angli dicunt *to ſnuff*. Nos inde habemus compoſita, *ſchnupftüchlein* muccinium, *liechtſchnuppe* mucus candelæ, & ſimilia.

SCHNUR, uxor filii. Angloſax. *ſnore* Matth. X. 35. A Lat. *nurus*, præpoſito ſibilo.

SCHNUR, funiculus. Belg. *ſnoer*, Angl. *ſnare*, Suec. *ſnara*. Videtur contractum e Gr. *σειρὰ* connectens aliquid ſine intermiſſione, verbi *σειρῶ* connecto, vel *σειραίω* contraho, conſtringo; & hac ratione omne vinculum, & omnem laqueum, etiam inſidioſum denotabit. VERELIUS in Ind. *ſnara* laqueus, inſidiæ. Aliud etymon vide in *ſeil*.

SCHNUR, metaphorice dicitur de *norma*, ducta ſimilitudine a funiculo perpendiculi, vel ab illo funiculo quo fabri lignarii lineam dirigentem in dolando deſcribunt.

SCHNUREN, *ſchnieren*, quatenus formatur a ſubſt. *ſchnur*, ſignificat (1) vincire, ligula vel laqueo conſtringere. (2) irretire, illaqueare. Hoc ſenſu Angli dicunt *to ſnare*.

SCHNURREN, ſtridorem edere. A *ſchnarre* chorda. Niſi ſit a ſono veſparum factum.

SCHNUTCHEN, oſculum. Vide *ſchnautze* os.

SCHNU-

SCHNUTE, naſus. Angl. *ſnout*, Germ. inf *ſnute*, Germ. ſup. *ſchnautze*, quod vide.

SCHNUTER, ſapiens. Codex Arg. Luc. X. 21. *ſaura ſnutraim jah frodamm*, a ſapientibus & prudentibus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſnoter*, *ſnotor* ſapiens, *ſnytro* ſapientia. Memini me etiam legiſſe *weorold-ſnotor* gymnoſophiſta. JUNIUS in Gloſſ. Gothico contrahit e Græc. συνετότερος, h. e. a comparativo poſitivi συνετὸς ſciens, perſpicax, intelligens. STIERNHIELMIUS ab Islandico *ſnotter* celer, ur ſit promptus ad comprehendendum. Revera aurem eſt ſagax, a *ſnudra* indagare, inveſtigare, & hoc a *ſnute* naſus, qui apud omnes Gentes ſagacitaris ſymbolum eſt. Gloſſ. Reenhielm. *ſnudra* indagare. Quod etiamſi canum proprium ſit, qui ferarum cubilia præſentiunt, recte tamen & eleganter dicitur de philoſophis & inventoribus rerum. Nam dum abſtruſa naturæ venantur, canibus ſagacibus ſimiles ſunt.

SCHOBER, acervus manipulorum. Extat in Legibus Bojorum Tit. IX. Cap. II. §. 5. *de minore vero (mita) quod ſcopar appellant.* Videtur oriri a *ſchaub* merges, & proprie denotare collectionem mergitum. Poſtea, ut fieri ſolet, omnibus acervis ob ſimilitudinem tribui cœpit. Inde eſt, quod uſu hodierno etiam de acervo fœni & ſtrue lignorum dicitur.

SCHOCK, ſignificat id unde eſt, nempe *ſexagena.*

SCHOCKEN, quatere, concutere. Angloſax *ſceacan*, Belg. *ſchocken*, Angl. *ſhake*, Gall. *chocquer*, Ital. *ſcoccare.* Convenit Gr. σείσσω, præt. verbi σείω quatio. *Schockeln* & *ſchuckeln* ſunt hujus verbi frequentativa. Vide plura in *ſchucken.*

SCHOKERN, *ſchökern.* Vide *ſchækern.*

SCHOLL, paſſer marinus. Angl. *ſoal*, Belg. *ſchol.* Quia natura tam latus & planus, ut *ſoleæ* quam piſci ſimilior ſit. Nam ob eandem cauſam vocatur etiam *plateis* & *halbfiſch.*

SCHOLL, fruſtum, fragmentum, terræ *erdſcholl*, glaciei *eisſcholl.* MARTINIUS retulit ad σκελλω arefacio, quod glebæ tantum convenit. Potius referendum ad *ſchelen* dividere, ſeparare. Italis *zolla* eſt gleba, non a Lat. *globus* vel *ceſpes*, quæ etymologia plane ferrea eſt, ſed e Germ. fonte. Confer *eis-ſchollen.*

SCHON, cito, ſtatim, actutum. Evang. Angloſax. Matth. IV. 22. *ſona forleton hyra nett*, ſtatim relinquebant retia ſua. Idem Anglis *ſoon*, & inde *ſooner* citius. Hodie ſignificat *jam.*

SCHON, *ſchön*, eſt a *ſcheinen* ſplendere, fulgere, radiare, & dicitur primo de *ſplendido.* Gloſſ Pez. nitor *ſconi.* Poſtea etiam de eo, quod luminis inſtar aſpectu *pulcrum*, *venuſtum*, & *amœnum* eſt, & radiis ſuis humanum ad ſe rapit animum. NOTKERUS Pſal. XLIV. 3. *ſcone ſore allen menniſcon*, ſpecioſus forma præ filiis hominum. WILLERAMUS Cap. I. 15. *ſmo*, *ſcone biſt du fruihtin min*, *ſmo*, *ſcone biſt du*, *din ougon ſint tubon ougon*, ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Idem Angloſax. *ſcona*, Belg. *ſchoon*, Suec. *ſkön.* SOMNER. in Dict. AS. *ſcona* pulcher, *ſcenfeld* tempe, campus amœnus & luculentus. Denique cum per pulchritudinem omnes intelligant decus formæ, gratiam oris, & concinnam partium conjunctionem &c. hinc quidquid ubique *gratioſum*, *decens*, *concinnum*, *harmonicum*, *purum*, *mundum*, *ſuave*, *gratumque* eſt, eodem nomine appellari cœpit. Gloſſ. Boxh. *unskoni* dedecus. ISIDORUS Cap. VII. 7. *mit ſcuonin* cum decore. Gloſſ. R. Mauri apud Diecm. jubilario *ſango ſcaoniſta*, melodiam *ſcaoni ſanc.* WILLERAMUS loc. cit. *ſcone biſt tu an guoten uuerchon*, *ſcone biſt tu an reinen gedankon*, pulchra es bonis operibus, pulchra puris cogitationibus.

SCHONEN, *ſchönen*, ornare, purgare, polire, mundum & terſum reddere, quocunque modo id fiat. Verbum ab adject. factum. Fragment. veteris Verſionis Franco-Theotiſcæ Matth. XII. apud ECCARDUM in *Quaternione* Monumentorum: *beſmon gacherit enti gaſconit*, ſcopis mundatam & purgatam. Hodie utimur compoſito *beſchönen*, ſenſu metaphorico & in malam partem detorto. Dicitur enim de iis, qui malo facto falſam ſpeciem obtendunt, & crimini patrocinium in coloribus quærunt.

SCHONEN, parcere, abſtinere, non lædere, *ſchon* leniter, temperate, indulgenter, *ſchonfaren* leniter cum aliquo agere, *verſchonung* indulgentia, clementia, venia, *verſchont* liber, immunis. MARTINIUS in voce *parco* deduxit a *ſchon* belle, ſcite, neſcio quo ſenſu, aut qua aptitudine? Rectius derivatur a Lat. *ſinere.* Nam *ſinere* eſt miſſum facere, quod parcentibus proprium. Accedit analogia veteris ſermonis, cujus maximum eſſe debet pondus apud peritos. Nam parcere priſcis dicitur *leiben*, hoc eſt, linquere, & *ſeynlaſſen*, h. e. ſinere ut ſit. Vide utrumque in loco.

SCHONBRUDER, affinis. Belgice *ſchoonbroeder.* Proprie eſt frater uxoris, a Sorabica voce *zona*, *ſchona* mulier, fœmina, vel ab Hebræa *ſonah* fœmina, hoſpita. Urriusque vocis interpreratione dedit FRENZELIUS in Orig. Sorab. pag. 234. Quamvis etiam ab Islandico *kona* mulier, per ſibilum præpoſitum oriri poſſit. Nomen imitantur Galli in *beaufrere*, quamvis ſignificatu vocis, quem a pulchro deſumprum exiſtimant, decepti. Similem errorem vide in *Wallach.* Reliqua Belgarum compoſita, *ſchoondochter*, *ſchoonvader*, *ſchoonmoeder*, ejusdem indolis ſunt, & proprie filiam, patrem, & marrem uxoris ſignificant.

SCHONFAREN. Vide *ſchonen* parcere.

SCHOPF, cujuscunque ſit ſignificatus, oritur a Græc. σκέπω tego, & dicitur (1) de tugurio & umbraculo. Hoc ſenſu Græci dicunt

dicunt σκέπα. (2) de ambulacro columnis fulto. Inde *ſchopf* porticus, *vorſchopf* veſtibulum. (3) de horreo perflatili. Lex Bojorum Tit. IX. 2. 2. *Si ſcuria ſepta non fuerit, ſed talis quod Bajuvarii* SCOFFH *dicunt, absque parietibus.* (4) de vellere, quia tegit oves. NOTKERUS Pſal. LXXI. 6. *er feret alſo liſo alſo der regen an den ſcapare*, deſcendet leniter ſicut pluvia in vellus. (5) de capillis, naturali capitis tegumento. Evang. Goth. Joh. XI. 2. *jah biſwarb fotuns is ſkuſta ſeinamma*, & exterſit pedes ejus capillis ſuis. (6) de criſtis & capronis. (7) de omnibus tegumentis & velamentis. Inde Græc. σκέπασμα. Germanis *ſchuppe, ſchoppe* amiculum manicatum, *ſchube, ſchaube* palla, ſtola muliebris, *ſchepper* quod pueris præcingitur.

SCHOPFEN, ſchöpfen, haurire. Verbum Francis proprium, & a ſubſt. *ſchaff* vas cavum, veriſimiliter formatum. Niſi forte ſit ab Heb. *ſcaabh* hauſit, quod HELVIGIO ſe probavit. TATIANUS Cap. XLV. 6. *ſcephet nu, inti bringet themo furiſtſizzenten*, haurite nunc, & offerte architriclino. Et mox: *thie gambahta uueſtun iz, thie thar ſcuofun thaz uazzar*, miniſtri ſciebant, qui hauſerant aquam. Verbum Saxonicum vide in *laden* haurire.

SCHOPFEN, *ſchöpfen*, creare. Vide *ſchaffen*.

SCHOPFEN, *ſchöpfen*, ſtatuere, ordinare, diſponere. Vide *ſchaffen*.

SCHOPFEN, *ſchöpfen*, jus dicere. LOCCENIUS in Lex. Jur. Sueo-Goth. *ſkipa ræt* jus adminiſtrare, jus ſuum cuique tribuere. Viguit adhuc ante trecentos annos. Conſtitut. Friderici III. Imp. an. 1451. *recht ſprechen, ſchöpfen, beſchlieſſen.* Qua ratione hic ſenſus paulatim ortus ſit ex aliis, qui eum præcedunt, collige ex themate verbi *ſchaffen*. Quamvis etiam ab ἔπω dico, tracto, diſpono, præpoſito ſibilo formari potuerit, ſi Græcitate opus ſit.

SCHOPPEN, *ſchöffen, ſcheppen*, judices, arbitri cauſarum, lingua Francorum & Longobardorum. Gloſſ. Lipſ. *ſcepeno* judex. Forte judices. Gloſſa vetus apud Freherum: penes arbitros *ſcefina uualtendi*. Latinc-Barbaros inde formaſſe *Scabinos*, Gallos *eſchevins*, convenit inter omnes. Sed non convenit, unde vox Francica hauſta ſit. Multi eam ex Oriente a majoribus allatam, poſterisque traditam exiſtimant. In qua ſententia videntur verſari omnes, qui eam ab Heb. *ſcaphat* judicavit, deducunt. Aliis Scabini ſic dicti putantur a Græc. σκεπτὴ, quaſi obſervatores & cuſtodes juſtitiæ. Latinæ origines a *ſcabellis* aut aliunde deſumptæ, cum duræ ſint & ineptæ, non merentur hic recenſeri. PASQUIERIUS in Orig. Gall. retulit ad *ſchaffen* curare, quod Scabinorum ſit providere, ne Reſp. aliquid detrimenti capiat. Quod, etiamſi admitti poſſit ab obiter conſiderantibus, nondum tamen ejus probitatis eſt, ut nullam exceptionem patiatur. Nam cura Reip. apud Francos *Miſſis regiis*, non *Scabinis* incumbebat. ECCARDUS in Cat. Theot. pag. 128. deduxit a *ſchaffen* facere, formare, creare, & *Scabinos* interpretatur *factos, conſtitutos, creatos*, ſcil. *judices*, quia nimirum a Miſſis regiis ad hoc conſtituti, electi, & Comiti adjuncti erant, ut una cum ipſo juſtitiam adminiſtrarent. Qua de re inſignis eſt locus in Lege Longobard. Lib. II. Tit. LII. 24. *Miſſi noſtri cum conſenſu totius populi Scabinos bonos eligant, & cum electi fuerint, jurare faciant, ut ſcienter injuſte judicare non debeant.* Secundum hanc etymologiam Judices fuiſſent appellandi *geſchöppen*, vel *geſchaffene richter*, quod a conſuetudine alienum. Alii igitur hoc nomine non conſtitutionem judicis, ſed officium ejus exprimi cenſent, quod volunt eſſe *ſchaffen* ordinare, diſponere, quia judex, dum in jure dicundo verſatur, multa ordinat, diſponit, literis mandat, facienda præſcribit &c. Sed meminiſſe debemus, quod *ſchaffen* & *ſchöpfen* nonſolum ſignificet *ordinare, diſponere*, ſed etiam *jus dicere*, quod, cum judicis proprium ſit, & menſuram nominis atque officii ejus perfecte impleat, cæteris ſignificationibus haud dubie præferendum eſt. Quemadmodum igitur a *ſchaffen* fingere Poëta antiquis vocatur *ſcof* & *ſcop*, ut ſuo loco oſtendi; Ita a *ſchaffen, ſchöpfen* jus dicere, recte formatur *ſcof* & *ſcop* judex, pluraliter *ſcöffen, ſcöppen*. Singularis occurrit in Weichbildo Saxonico art. 100. & paſſim alibi. Hodie res & nomen rei quodammodo ſuperat in Miſnia, quamvis mutatis pomœriis, nec eo ſplendore, ut olim. BRUMMERUS, qui *de Scabinis* medii & recentioris ævi elegantem Exercitationem Hiſtorico-Philologicam conſcripſit, tres Scabinorum hodiernorum ſpecies affert,

Landſchöppen, Scabini provinciales, qui debitorum bona ſubhaſtare aut æſtimare ſolent.

Dorfſchöppen, ſcabini pagenſes, qui villanos leviter peccantes aliquot ſolidis mulctare poſſunt.

Feldſchöppen, ſcabini campeſtres, qui jurgiorum finalium de agris, ſylvis, paſcuis, cognitioni & deciſioni deputantur.

SCHOPPENBAR, *ſchöppenbar*, æqualis Scabino. Dicitur de eo, qui, etiamſi munere publico Scabini non fungatur, Scabinis tamen æquiparatur. More Francorum patrio *ſeptem* tantum erant Scabini. In Capitulo III. Caroli M. an. 803. nominantur *ſeptem Scabini, qui ad omnia Placita adeſſe debent*. In Lege Salica Tit. LIII. 3. *ſeptem Rathimburgii*. Et in Lege Ripuaria Tit. XXXII. 3. *ſeptem Rachinburgii*. Quos a Scabinis haud diverſos fuiſſe, peritiores conſentiunt, & ratio nominis indicat. Hi Comitum in Tribunalibus Provinciarum erant Aſſeſſores, ut conſilium iis, & auctoritas adeſſent, & horum erat judicare de omnibus

bus, omnium vero, judicio eorum ſe ſubmittere. At ne tanti Senatus auctoritas vileſceret, lege cautum erat, ne quis ex plebe ad Scabinatum legeretur, niſi dignus. Digni autem cenſebantur (1) *probi*, quorum pietas, æquitas, & cæteræ virtutes erant perſpectæ. Hinc in Capit. III. Cap. 58. mandatur: *ut Scabini, quales meliores inveniri poſſunt & Deum timentes conſtituantur ad ſua miniſteria exercenda. Cum Comite & populo eligantur manſueti & boni.* Quemcunque vero infamia, aut vitæ turpitudo, aut ſceleris patrati venia notaſſet vel inquinaſſet, ille non poterat legi, nec Scabinatu defungi. (2) *prudentes*, juris legumque periti. Capit. I. Cap. 62. *Primum namque Judici diligenter diſcenda eſt lex, a Sapientibus populi compoſita, ne per ignorantiam a via veritatis aberret, quæ in Capitularibus mandata, ea agere, diſcere, obſervare, & in conſuetudine habere debet.* (3) *indigenæ*, & in ſtatutis ac moribus patriæ educati. Capit. VI. Cap. 269. *Alienæ gentis homines Legibus ad exercitium imbui, & permittimus, & optamus, ad negotiorum vero diſcuſſionem & refutamus & prohibemus. Quamvis enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus hærent.* (4) *ingenui*, & quatuor avis nati. Spec. Sax. Lib. I. Art. 51. *welk ſchepenbar vrig man eynen ſinen Genoten to kampe anſpreket, he bedarff to weten ſine veir anen, und ſin hantgemal, und de to benemene: eder dejene weygert eme kampes myt rechte:* Si quis liber homo & æqualis Scabino ad duellum provocaverit æqualem ſuum, niſi quatuor avos ſuos & ſorum ſuum ordinarium docere & nominare poſſit, alter duellum jure denegabit. Hic ſocius noſcitur ex ſocio, & ex utroque Scabinus. Interpres male vertit: *Si quis bannitus.* Hinc ſi forte vilior aliquis huic muneri præeſſet, a Miſſis regiis poterat amoveri. Lex Longobard. Lib. II. Tit. LII. 24 *Quodſi viles perſonæ & minus idoneæ ad hoc conſtitutæ ſint, ejiciantur.* BRUMMERUS patriciatu non contentus, altiores natales, & ipſam nobilitatem a Scabinis requirit, quod aliis examinandum relinquo. (5) *liberi*, & nullius ſervi. Et ſi forte eſſent alterius homines proprii, debebant prius manumitti, ut docent COCCEJUS, PLOENNIES, aliique illuſtres ab ESTORE laudati in Comment. de Miniſt. pag. 218. (6) *opulenti*, vel ſaltim non indigentes. Nam Carolum M. pauperes Vaſſos noluiſſe ad juſtitias transmittere, teſtantur Annales Lambeciani Tomo II. Bibl. Vindobon. Quicunque his dotibus ornati erant, illis porta dignitatis patebat, & hi vocabantur *ſchöppenbare leute*, i. e. pares Scabinis, vel aptitudine Scabini, etiamſi *Scabinagio* (ut Barbari loquuntur) non fungerentur. De ſignificatu particulæ *bar* vide PROLEG.

SCHOPPENSTUL, *ſchöppenſtul*, ſella Scabini, & functio hæreditaria ſellæ annexa. Jus Prov. Alam. Cap. 282. §. 10. *die ſchoepfen ſuln haben ſunder benke, da ſie uf ſitzen:* Scabini debent habere ſcamna peculiaria, quibus inſideant. §. 11. *ſi ſuln auch urteil ſitzende vinden, und ſtande ueruuerfen, daz ſol ain ieglich man tun:* ſedentes debent ſententiam cognoſcere, & ſtantes rejicere omnes & ſinguli. §. 12. *und hat er nit ſuns, der ſinen ſchoepfenſtul erb, ſo erbs in ſin næhſter vatermage:* ſi Scabinus non habeat filium, qui poſſit ſuccedere in ſella, proximus agnatus muneris ejus hæres eſto.

SCHOPPENSTUL, *ſchöppenſtul*, collegium Jurisconſultorum de jure reſpondentium. Novum inſtitutum, ſed a veteri denominatum, quamvis ſenſu utriusque vocis mutato. Nam prior compoſiti pars non ſignificat *judicem*, ut ſupra, ſed *jurisprudentem* tantum. „Noſtri Scabini, inquit „BRUMMERUS, proprie loquendo non ſunt „Judices, ſed conſulendo tantum lucem in„genii porrigunt judicibus vel litigatoribus, „nulla etiam jurisdictione vel coercitione „pollent, ſed ejusdem fere auctoritatis, cu„jus veteres JCti, qui Judicibus de jure „ſolummodo Principis auctoritate reſpon„debant: Ut proinde rectiſſime Scabini „noſtri definiantur *aſſeſſores de jure reſpon„dentes, a Principe aliove poteſtatem habente „conſtituti.*„ Hæc Brummerus. Similiter & poſterior pars non ſignificat *ſellam*, ſed *confeſſum* tantum. Et quamvis appellatio a ſubſellüs veterum deſumpta, & in memoriam priſtini inſtituti cooptata ſit, in ſimilitudine tamen deficit. Nam ſellæ illæ, quibus priſci Scabini inſidebant, erant hæreditariæ, & cum ipſo munere tranſibant a patre ad filium, dum hodierni Scabini nullo gaudent hæreditatis privilegio.

SCHOPPEN, menſura vinaria. Gall. *choppine*. Putatur ſic dicta velut *cheopina*, a χέω fundere, & πίνω bibere. Quam etymologiam, quamvis multis & eximie doctis viris probatam, MENAGIUS merito ridiculam vocat. Ipſe deduxit a *cuppina*, tanquam diminutivum a *cuppa*. Præter neceſſitatem. Nam *ſcoop* Anglis eſt hauſtrum, & Tartaris Præcopenſibus *ſchkop* calix. Utrumque a *ſchöpfen* haurire. Hic ſenſus menſuræ vinariæ optime convenit, quæ certe eſt hauſtrum, & ob eandem cauſam alio nomine vocatur *etzel*.

SCHOPS, *ſchöps*. Vide *ſcheps*.

SCHOR, altus, eminens, *ſchorſtein* fumarium, lapis ſupra tectum eminens. Hic ſenſus, quamvis a conſuetudine abductus, oriri potuit a Græc. ὄρω attollo, præpoſito ſibilo. Ita a *bæren* levare fit *por* editus.

SCHOREN, eminere, prominere. Gloſſ. Pez. prominentes *framſcorrenta*, eminentes *vuriſcorrenta*, præruptis *uzſcorrentem*. Refer ad *ſchor* eminens, prominens. In derivatis dicitur (1) de terra quæ ſupra aquas eminet. Hinc ſcil. littus & ripa Græcis vocatur χερὸς apud HESYCHIUM, Angloſax. *ſcore*, Angl. *ſhore*, Island. *ſkier*, & inde *ſkiergrippur* avis litora obvolitans, & allegorice

gorice piratæ inter ſinus littorum prædantes, apud VERELIUM in Ind. (2) de ſcopulis e mari prominentibus, quos vulgo *ſcheren* appellamus.

SCHORF, *ſchurf*, ſcabies, cruſta, vel ſquama cutis. Angloſax. *ſceorfa*, Angl. *ſcurf*, Belg. *ſchorft*, *ſchurft*, Suec. *ſkærf* & *ſkærpa*, Isl. *ſkorpa*. VERELIUS in Ind. *ſkorpa* cruſta. Latinis *ſcabrere* eſt ſcabrum eſſe. Et ſcabies quid eſt, niſi ſcabrities cutis? Si quis tamen a ſcabendo potius quam aliunde deducere malit has voces, referat eas, per me licet, ad *ſcharben* vel *ſchrappen* radere, ſcalpere. Ita Latinis a *ſcabendo* fit *ſcabies*. Italos a *ſkorpa* formaſſe *ſgorbare* deglubere, cruſtam & corticem detrahere, exiſtimat VERELIUS loco citato.

SCHORF, in metallifodinis eſt *foſſa*, ni fallor a Lat. *ſcrobs*, & hinc porro *ſchürfen* fodere, *ſchürfer* foſſor. Angloſaxonibus *ſcræf* cryptam & ſpeluncam ſignificat.

SCHORSTEIN, fumarium. A *ſchor* altus, eminens, quia fumarium eſt lapis qui ſupra tectum eminet. Antequam hujus adjectivi notitiam accepiſſem, *ſchor* deduxi a Sorabico *czorny* niger, quocum convenire mihi videbatur *ſcurus* in *obſcurus*. Aliam deinde etymologiam ſuppeditavit GOLIUS in Epiſtolis Boxhornianis pag. 181. ubi *ſchorſtein* derivatur a *ſkior* ignis. Equidem ignem ſic appellari poſſe a vi tam lucendi quam purgandi, absque negotio intelligi poteſt e ſyſtemate verbi *ſcheuren*, ſi conferatur cum *ſchier* lucidus. Verum cum hæc appellatio in nullis Germanorum Dialectis occurrebat, & in compoſitione cum lapide potius *focum* quam *fumarium* ſignificet, hanc conjecturam, doctam & elegantem, ægre dimiſi.

SCHORTEN, deficere, deeſſe. Belg. *ſchorten*, Angl. *to ſhort*, Island. *ſkorta*. VERELIUS in Ind. *ſkorta* deficere, deeſſe, *ſkordur* imminutus, *ſkortur* defectus. Gloſſ. Reenhielm. *ſkorta* deeſſe, *ſcortir* deeſt. Affine eſt Græc. σφάλλω careo, propitio ſono & ſenſu. Derivatum omnibus antiquis commune vide in *kurtz* brevis.

SCHOSS, jaculum. Vide *geſchoß*.

SCHOSS, angulus. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſceat* angulus, *thry-ſceat* triangulus, *fyther-ſceat* quadrangulus. Gloſſ. Pez. quadrangulum *fiorſcozaz*. Referri poteſt ad *ſchieſſen* jacere, jaculari, quia lineæ in angulo tanquam duæ fagittæ coëunt.

SCHOSS, gremium, ſinus. NOTKERUS Pſal. XXVIII. 7. *ne gefulta ſin ſcozza der die garba ſamenota*, non replevit ſinum ſuum qui manipulos collegit. VERELIUS in Ind. *ſköt* ſinus, gremium. HELVIGIUS tribuit Hebræis *chotſen* eodem ſignificatu. Sed quæ notio voci ſubſit, non explicat. Nobis certe *ſchoß* nihil aliud eſt quam *angulus*, ſeu ſpatium cavum ex concurrentibus femorum lineis formatum. Hinc etiam Mathematici ſpatium, ubi linea in lineam incidit, *ſinum* appellare ſolent. Qui Hebræa nobis oſtendunt tanquam ſerpentes in capite Meduſæ, ut ab ulteriori inquiſitione nos abſterreant, ſtupidiores nos reddunt, non doctiores.

SCHOSS, lacinia, ſinus veſtis. Evang. Goth. Luc. VIII. 44. *attaitok ſkauta waſtjos is*, attigit laciniam veſtimenti ejus. VERELIUS in Ind. *ſkott* ſyrma.

SCHOSS, cenſus, tributum, vectigal. Angloſax. *ſceat*, Belg. *ſchot*, Angl. *ſcot*, Suec. *ſkatt*, Island. *ſkot*, *ſkat*, *ſkus*. VERELIUS in Ind. *ſkot* ſymbola, collatio, *ſkus* cenſus, ſymbola paſſim in Legibus, contribution, *ſkat* ſymbola, tributum, vectigal. Proprie eſt pecunia conjecta, a *ſchieſſen* jacere, conjicere. Inde *ſchöſſer* exactor redituum, *ſchoß-frei* immunis a tributis, & alia ſatis nota. Huc etiam ſpectant compoſita veterum,

warſcot, tributum militare, præſtatio belli cauſa, a *wer* bellum, in Legibus Canuti R. apud CANGIUM.

rumpeſkat, tributum pro caudis equorum, a *rump* cauda. Apud CANGIUM vitioſe legitur *rumpeſtat*.

ſkatman exactor, *ſkattland* provincia vectigalis, *ſkattkongur* regulus, vaſallus, *ſkutabot* mulcta a pluribus in unum collata & pro quota ſolvenda, & alia apud VERELIUM in Indice.

SCHOSS, germen, *rebſchoß* palmes. Refer ad *ſchieſſen* fruticari. Nam proprie eſt id, quod motu naturali a frutice protruditur, & quaſi ejaculatur. Ita Græcis βλαστὸς germen eſt a βάλλω jacio, judice MARTINIO.

SCHOSS, contignatio. Vide *geſchoß*.

SCHOSSER, *ſchöſſer*. Vide *ſchoß* tributum.

SCHOTEN, piſa. Dictio metonymica, qua continens ponitur pro contento, ſiliquæ pro piſis intra ſiliquas. Angloſaxonibus *cod* eſt pera, marſupium, & ſaccus teſticulorum, a *kutten* claudere. Hoc poſtea translatum eſt per metaphoram ad folliculos leguminum, ob manifeſtam ſimilitudinem. Inde Anglis *cod* ſiliqua, folliculus. Nos ſibilum præfigimus dicendo *ſcot*, vel *ſchot*.

SCHRABBEN. Vide *ſchrappen*.

SCHRAG, *ſchreg*, oblique. Forte ab initio fuit *ſcheurag*, a Græc. ἐγκάρσιος ex obliquo. Nam S. ſæpe apponitur capiti, ubi minime neceſſarium. Subſtantive dicitur de *perticis & lignis transverſis*, & per metonymiam cauſæ de *fulcris*, quia talibus lignis ad fulciendum utimur. Inde *ſchragen* fulcra, & per ſynecdochen partis pro toto, tabulæ, ſetcula, feretra, & quicquid quatuor pedibus transverſe & varicitus junctis fulcitur. Et hinc etiam eſt *geſchrage* clathra, cancelli, & omnia ſepimenta ex lignis vel perticis transverſis facta. Belgas inde habere *ſchraagen* fulcire, ex dictis manifeſtum.

SCHRAGEN, menſura ligni, a lignis transverſis, quibus tota ſtrues continetur, ſic dicta.

SCHRAMMEN, vulnerare, leviter & graviter. Belg. *ſchrammen*. Opinor a *μαίω* divido, per metathesin. R. eſt litera mobilis, & S. ſæpe præfigitur, ubi minime neceſſarium. Hinc *ſchramme*, quatenus eſt verbale a *ſchrammen*, ſignificat quantum poteſt, (1) vibicem, vulnus, cæſuram. Belg. *ſchramm*, Suec. *ſkræmma*. (2) telum quo vulnus infligitur. Hinc inter arma Gothorum memorantur *ſcramæ* in lege Wiſigothica Lib. IX. Tit. II. 9. De quo genere teli ita exponit CANGIUS in Gloſſario: „*Scrama*, „ſpathæ latioris ſpecies, qua cæſum vulnus „infligebatur, quod *ſchramme* dici annotat „Kilianus: unde apud nos, qui hac ratione vulnera infligunt, *eſcrimer* dicuntur. Hodie *ſchrammen* eſt leviter vulnerare, olim etiam graviter ut ex dictis manifeſtum. Idemque etiam patet ex compoſito *ſcramaſaxus* culter vulnificus, apud GREGORIUM Turonenſem & alios. Quod certe non eſt a *ſcheren* tondere, ut CANGIUS exiſtimare videtur, pugionem cum novacula confundens; ſed a *ſchrammen* vulnerare. Gallos a *ſcramaſaxus* formaſſe *maſſacrer*, credit CASANOVA in Originibus.

SCHRANK. Vide *ſchrenken*.

SCHRANNEN. Vide *ſcharren*.

SCHRANZ, aſſecla, ſectator, *hofſchranzen* aulici, qui commodorum cauſa principes ſectantur. Forte haud inepte duxerim a Græc. *συγχωρῶν* ſequi ſortem alicujus, per metathesin. Ita Latinis *ſcurra* a *ſecando*, h. e. a ſequendo, quaſi *ſecura* dicitur. *Scurræ* enim vocantur non ſolum ſpurcidici, ſed etiam urbani, qui aliis placere ſtudent.

SCHRAPPE, *ſchrapper*, quatenus derivatur a *ſchrappen*, ſignificat (1) radulam, ſcalprum, ſtrigilem, & Angloſaxonibus vocatur *ſcreope*, Suecis *ſkrapa*, Anglis *ſcraper*. (2) actum ſcalpendi & læſionem ſcalpendo factam. Hoc ſenſu Belgæ dicunt *ſchrab*.

SCHRAPPEN, radere, ſcabere, ſcalpere. Angloſax. *ſcreopan*, Belg. *ſchraapen*, *ſchrabben*, Angl. *to ſcrape* & *to ſcrub*. Omnia, vel a Lat. *ſcalpere*, mutato L. in R. (nam hæc mutatio, ſive literam ſpectes, ſive locum ejus, ſæpe contingit) vel a ſimpliciori *graben* ſcalpere, præpoſito S. Suecis *ſkrapa* eſt ſtrigilare, Hiſpanis *eſcarvar* radere humum pedibus, *rapar* radere pilos. Omnia a *ſchrappen* per ſynecdochen generis. Datur etiam ſenſus allegoricus. Inde *ſchrappen* corradere pecuniam, *ſchrobber* avarus.

SCHRAUBE, cochlea, & clavus cochleatus. Belg. *ſchroef*, Angl. *ſcrew*, Gall. *eſcroue*. SKINNERUS Anglicam vocem derivat a Gallica, & Gallicam componit ab *ex* & *roue*, quia ſcil. inſtar rotæ circumvolvitur. MENAGIUS ſe neſcire fatetur, quid ſit *ecroue*. Sic enim ſcribit, ſed perperam. Nam a *ſchraube* fit *eſcroue*, quod genuinum, & origine Germanicum. Nobis autem *ſchraube* ſic dicitur a *σπεῖρα* ſpira, per metathesin, ob figuram & motum ſpiralem. Nam & tortilis eſt inſtar ſpiræ, & flexu ſinuoſo in ſe redit. Litera S. in ore Germanico ſubinde mutatur in SCH. Absque hac ruſtica & aſpera pronunciatione, qua tantopere delectamur, dicendum eſſet *ſtraube*, *ſtrube*, quod origini propinquius.

SCHRAUBEN, clavum conceptaculo immittere, cochleam vertere, cochlea premere. Allegorice vexare.

SCHRECK, terror, pavor. Belg. *ſchrik*. Proprie eſt horror ex metu vel frigore, a Græc. *φρίκη* frigus, præpoſito ſibilo. Angli ex eodem fonte habent *to ſhrug* treme, algeo. In omnibus vero Linguis pavor pro frigore, & frigus pro pavore ponitur. Cujus rei cauſa alia eſſe non poteſt, quam fuga ſpirituum in interiora, effectus communis tam frigoris quam pavoris. Hinc eſſe puto, quod Græcis *Φρίσσειν* ſit horrere, tam frigore quam metu, Belgis *vriezen* algere & *vreezen* timere. Plura exempla aliæ quoque Linguæ, ſi contendantur, ſuppeditabunt. In vetuſtiſſimis Dialectis alia terroris vocabula invenimus. Ita terror Gothis vocatur *agis*, Angloſax. *ege*, *oga*, *egeſa*, Franc. & Alam. *ege*, *egiſo*, Island. *ogn*, *ugga*, *iggur*. Gloſſ. Keron. terror *ekiſo*, terroribus *ekiſom*, terribilem *ekiſlihhun*. VEREL. in Ind. *ogn* terror, *iggur* metus, *ogan* timere, *ugga* malum prætimere, *ugglaus* ſecurus, qui non metuit. Cuncta rurſus a Græc. *ἀγη* terror, quod miror Gloſſatoribus non eſſe obſervatum.

SCHRECKEN, formatur a ſubſt. *ſchreck*, non vice verſa, & vi originis ſignificat (1) terrere, terrorem incutere. Hoc ſenſu Sueci nobiſcum dicunt *ſkræckia*. Quod priſcis ignotum. Nam terrere Angloſaxonibus dicitur *bregean*, Francis *bruogan*. TATIANUS Cap. CCXVII. 3. *erbruogite uuarun thie hirta*, exterriti ſunt cuſtodes. Haud dubie a Græc. *φρίκη* horror ex frigore vel metu. (2) paveſcere, terrore percelli. Hoc ſenſu Belgæ dicunt *ſchricken*, nos compoſite *erſchrecken*, & inde *ich erſchrack* expavi. Hebræum *ſagar* timuit, formidavit, quod ab HELVIGIO pro etymo adducitur, vel alienum eſt a loco, vel ad conſenſum ſpectat.

SCHREG, oblique. Vide *ſchrag*.

SCHREIBEN, exarare litteras. Factum a Lat. *ſcribere*, auctoribus Francis & Alamannis. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 225. *nu uuill ih ſcriban unſer heil*, nunc volo ſcribere ſalutem noſtram. Gloſſ. Keron. ſcriptum *kaſcriben*, ſupra ſcripti *oba kaſcribanes*. Idem Belgis *ſchryfen*, Suecis *ſkrifwa*, Islandis *ſkra*, mira brevitate. JUNIUS in Obſervatis ad Willeramum Francicam vocem derivavit a Græc. *γράφειν*, præfixo S. HELVIGIUS a *σκαριφᾶν* delineare. Angloſaxonibus *ſcrifan* nihil minus ſignificat quam ſcribere. Vocem Gothicam vide in *graben* & *malen*, Saxonicam in *reiſſen*.

SCHREI-

SCHREIEN, clamare, vociferari. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXIV. 7. 8. Edit. Flac. *ſkrei menigi thero liuto*, clamavit multitudo hominum. Et paulo poſt: *irſcriun filu gahun*, clamabant valde acriter. Sic enim legendum, non *irſcrirun*, quod de nihilo eſt, & nullum habet intellectum. TATIANUS Cap. XIII. 25. *managu andariu ſcrihenti* multa alia exhortans. Id eſt, clamans. Quod dicitur de Johanne Baptiſta, qui intenſa voce populum hortabatur, ut pœnitentiam prioris vitæ ageret, prout ipſe de ſe ait: ego ſum vox clamantis in deſerto. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſchreeuwen*, Sueci *ſkrya*. Credo, eſſe origine Celticum, & a Francis ſibilo auctum. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *crio* clamare, *cri* clamor, *criwr* præco. Galli etiamnum dicunt *crier*, absque ſibilo, rectius & antiquius, & Angli *to crie*. Quibus conſentit Heb. *kara* clamavit. Plura de hoc verbo, quatenus ſibilo deſtituitur, vide in *kræben* clamare. Interim a *ſcreien* oritur

Francis *ſcreiot* clamor. NOTKERUS Pſal. CXLIII. 14. *ſcreiot ne iſt in iro ſtrazon*, neque clamor in plateis eorum. *Ot*, *ode* apud Francos eſt medium derivandi in permultis vocabulis a verbo oriundis.

Alamannis *ſchraiat* palus infamis. Jus prov. Alam. Cap. CLXXXVIII. 4. *bat er der pfenning nit ze geben*, *ſo ſol man in an der ſchraiat ſlaben*, ſi non habet unde ſolvat, collocetur ad cippum. Proprie eſt clamor, ut ex voce Notkeriana patet. Dicitur autem de loco conclamato per metonymiam adjuncti, ſive a clamore populi, qui ſpectaculo expoſitia inſultare ſolet vociferando, ſive a clamore præconis. Plura vocis teſtimonia ex Jure Bavarico & Auguſtano convaſavit noviſſimus & doctiſſimus Legum Alamannicarum interpres D. SCHERZIUS in notis, quas vide.

Belgis *ſchreeuw* clamor, exclamatio.

Anglis *ſhrew* mulier clamoſa.

German. *ſchreier* vociferator & præco, *geſchrei* clamor, & quicquid clamori ſimile, fama, rumor &c.

SCHREIN, arca. Gloſſ. Ælf. in nom. vaſorum: arca vel ſcrinium *ſcrin*. Idem Belg. *ſchryn*, Angl. *ſhrine*, Suec. *ſkryn*, Ital. *ſcrigno*, Camb. *ysgrin*, Gall. *eſcrine*, Lat. Barb. *ſcreona*. Lex Salica Tit. XXVII. 15. *Si quis ſcreona, qui clavem habet, infregerit.* Cuncta a Lat. *ſcrinium*. Scrinium autem ſic dicitur quaſi *ſecernium*. Hinc *ſcrin* antiquitus nonſolum de opere ſcriniario, ſed de quovis conditorio, imo etiam de ſacculo dicitur. Verſio Angloſax. Joh. XII. 6. *he wæs theof and hæfde ſcrin*, fur erat & loculum habebat.

SCHREIN, caſa, tugurium, taberna. SOMNER. in Dict. AS. *godes ſcrin* tabernaculum. Proprie eſt ſtructura arcæ ſimilis, & dicitur de tabernaculo, quia tabernaculum eſt locus ex tabulis & aſſeribus in ſimilitudinem arcæ exſtructus.

SCHREIN, camera ſubterranea. Lex Salica Tit. XIV. 1. *Si qui tres homines ingenuam puellam de caſa aut de* SCREONA *rapuerint.* LINDENBROGIUS in Gloſſario: *Ruſticis Campanis etiam hodie* ESCRENES *dicuntur cameræ illæ demerſæ in humum, multo inſuper fimo oneratæ, in quibus hyeme puellæ ſimul convenientes, pervigilant ſæpe ad mediam usque noctem.* Quod ex TACITO jam olim Germanis in uſu fuiſſe, confirmat BIGNONIUS. En verba TACITI Cap. XVI. de M. G. *Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, eosque multo inſuper fimo onerant, ſuffugium hiemi, & receptaculum frugibus.* Si vera eſt Lindenbrogii & Bignonii interpretatio, vox Salica erit a Græc. γρώνη caverna, præpoſito ſibilo.

SCHREINER, ſcriniarius. Belg. *ſchryn-werker*.

SCHREITEN, crura extendere, greſſum facere divaricatis cruribus, *überſchreiten* transgredi, prævaricari, modum excedere. Belgis *ſchryden* & *overſchryden*. Verbum a Francis formatum eſſe a Lat. *gradi*, præpoſito ſibilo, inde colligo, quia inter veteres ſoli utuntur ſubſtantivo *ſchrit* paſſus, ut poſtea videbimus. MARTINIUS in voce *ſcritare* noſtrum verbum deduxit a Græc. σκιρτᾶν ſaltare, quamvis irrito ſignificatu. Angloſaxonibus *ſcrithan* eſt commeare & vagari, ex eodem, ut videtur, fonte, nempe a *gradi*.

SCHRENKEN, obliquare, *die beine über einander ſchrenken* decuſſare pedes. A *ſchrag* oblique, inſerto N.

SCHRENKEN, ſupplantare. Angloſax. *ſcrencean*, *geſcrencan*, Francis *ſkrenken*, *ſcrenchen*, *beſcrenchen*. NOTKERUS Pſal. CXXXIX. 4. *die mih uuellen beſcrenchen*, qui me volunt ſupplantare. Opinor a *rank* dolus, verſutiæ, præpoſito S. Quamvis etiam idem eſſe poſſit ac *oblique circumvenire*, a *ſchrag*, ut antecedens. Inde *binderſchrenkig* inſidioſus & inſidioſe, quod ante centum annos adhuc viguit.

SCHRENKEN, claudere, arcere, cohibere, *einſchrenken* includere, & allegorice refrenare. Quidam referunt ad *ſchrag*, ut ſit quaſi clathris & lignis transverſis cohercere. Mihi videtur contractum a Græc. συνάγειν concludere, cohibere, cohercere, transpoſito R. quod mobilitate ſua ſæpe cunabula verborum occultat. Hinc *ſchrank*, quatenus formatur a *ſchrenken*, tot habet ſignificatus, quot conditio naſcendi permittit. Significat autem (1) arcam. Ita Latinis *arca* a *arcendo* dicitur, vel ab ἴεργω includo. (2) ſeptum, cancellos, repagula. (3) limitem. In notis Eccardinis ad Legem Salicam *ſchranken*, *ſchragen*, *ſchrannen* & *ſchrein*, male confunduntur, cum ſint diverſæ notionis & originis vocabula.

SCHREPFEN, ſcalpello cutem aperire,

ſanguinis emittendi cauſa. A Lat. *ſcarifare*, & hoc ab inſtrumento σκάριφος ſtilus, ſcalpellum, docente MARTINIO in voce *ſcarifico*. Sueci dicunt *koppa*, a *kopp* cucurbita, qua ſanguis extrahitur.

SCHREYEN, clamare. Vide *ſchreien*.

SCHRICKEN, ſalire, ſaltare, proſilire. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXVI. 38. *ſie ſcrigtin fon theru baru*, proſilierunt e feretris. VEREL. in Ind. *ſkricka* petulanter ſaltare Haud dubie a Græc. σκαρίζω ſalio. Inde compoſita

nidarſcrikken, deſilire, apud OTFRIDUM Lib. II. Cap. IV. 158.

ufyrſcrikken, proſilire, ſubſilire, apud eundem Lib. IV. Cap. XIX. 85.

uperſcriftun, tranſiliebant, in Gloſis Pezianis.

beuwſchrecken, locuſtæ, id eſt, ſaltatrices, ut oſtendi in loco.

SKRIKFINNER, ſalientes Finni. Ita Finnos hodieque Danis, Norwegis, Sueonibus, ſibique ipſis appellari, ſcribit CLUVERIUS Lib. III. Germ. Ant. Cap. 41. *Finnus* eſt paluſtris, vel in paluſtribus habitans, a *fen* palus.

Iidem homines vocantur etiam SCRITOFINNI, & eodem ſenſu, interprete PAULO Lib. I. de geſtis Longobard. Cap. 5. *Hi a ſaliendo, juxta linguam barbaram, etymologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte quadam ligno incurvo, ad arcus ſimilitudinem, feras aſſequuntur.* Ergo a σκριτᾶν ſalire, ſaltare, & non a *ſcriden* magnis paſſibus incedere, etiamſi GROTIUS in *Prolegomenis* hanc nominis rationem reddat.

SCHRIFT, ſcriptura. NOTKERUS Pſal. LXXXVI. 6. *in dien ſcriften dero bereſton*, in ſcripturis Principum Synagogæ. A Lat. *ſcriptum*: Vel ſi mavis a *ſchreiben* ſcribere, ut *gift* a *geben*.

SCHRIT, paſſus. Gloſſ. Pez. paſſus *ſcriti*. VEREL. in Ind. *ſkridur* progreſſus tardus. Refer ad *ſchreiten* crura extendere. Quamvis etiam immediate a Lat. *gradus* præpoſito S. formari potuerit. Angloſaxones paſſum vocant *ſtræde*, & Anglis *to ſtride* eſt divaricari, quia ſcilicet SC. & ST. nonnunquam permutantur.

SCHRITT-SCHUH, calopodium ferratum. Id eſt, *ſchlitt-ſchuh*, mutato L. in R. Nam his calceis utimur, non ad gradiendum, ſed ad decurrendum in lubrico. Vide *ſchlitten*.

SCHROBBER, avarus. A *ſchrappen* corradere. Ita a *ſchaben* fit *ſchubert*.

SCHROFF, aſper. Idem quod *ſcharf*, tranſpoſita ſaltim canina.

SCHROFF, petra. Quia aſpera & inæqualis. Quamvis etiam a Lat. *rupes* præpoſito ſibilo eſſe poſſit. Inde *ſchrofficht* petroſus, ſaxoſus, fragoſus.

SCHROT, in re monetaria dicitur liga, pondus, bonitas monetæ extrinſeca, *von gutem ſchrot und korn* ſecundum bonitatem extrinſecam & intrinſecam, id eſt, materia, pondere, & qualitate monetæ. Ita STILERUS in Theſ. L. Germ. Moneta, antequam ſignatur, eſt ſegmentum auri vel argenti. Hinc multis origo placuit a *ſchroten*. LOCCEN. in Antiq. Sueo-Goth. Lib. II. Cap. 18. „*Schrott* a Germanico *ſchrotten* reſecare, ac„cidere appellatur; & inde Belgis *geſchroyt „gelt* dicitur acciſa pecunia; Vel ſecundum „linguæ Sueticæ notionem, *ſkrot* eſt a „*ſkrædda* ſecare, dum de materia monetæ „quid reſecatur, vel in certas partes divi„ditur, donec ad æquale pondus redigatur. Huc usque LOCCENIUS. Secundum hanc interpretationem *gut ſchrot* erit bona ſectio, & ad lancem facta. Quod etiamſi improbare non auſim, dici tamen veriſimiliter poteſt, quod *ſchrot* forte ſit ipſum *carat* (Arabes dicunt *kyrat* apud CLODIUM in Lexico Turcico) præpoſito tantum ſibilo. Nam hac voce deſignari ſolet illud pondus, quo gradus perfectionis auri & argenti purgati æſtimantur. Et hi gradus Lege publica ſunt definiti, ne aurum impurum pro obryzo obtrudatur. Addi autem ſolet *korn*, id eſt, proba, quod certe eſt a *küren* probare. Qua in re cogor a LOCCENIO diſſentire, qui notionem a frumento petitam exiſtimat. Cui conjecturæ opponere poſſum verba HÜBNERI in Lexico: KORN, *iſt das biugen ſilber, ſo ſich im probiren auf die Capelle ſetzet.*

SCHROT, quatenus eſt verbale a *ſchroten*, ſignificat cujusque rei quocunque modo diviſæ particulam. Inde Angloſaxonibus *eppel-ſcreada* putamen pomi, apud ÆLFRICUM in Gloſſario, Anglis *ſhreads* præſegmina, *a ſhread of cloth* pannus, Belgis *ſchroot* grando ferrea, veteris ferri fragmina, nobis *ſchrot* fruſtum quocunque modo factum, ut patet ex compoſitis *weitzenſchrot* fruſta triticea, triticum contritum, *büxenſchrot* globuli e plumbo fuſi, *abſchrötel* præſegmina dapum.

SCHROTEN, dividere, quocunque modo id fiat, rumpendo, ſecando, mutilando, cavando, comminuendo, fundendo &c. Quemadmodum a *ſcheren* fit *ſcharte* cæſura, rupturа; ita a *ſcharte* rurſus fit *ſchroten*, eo quo dixi ſenſu. Varie autem effertur in Dialectis, Gothis *ſkreitan*, Angloſax. *ſcreadan*, Anglis *to ſhread*, Suec. *ſkræda*. Codex Arg. Marc. XIV. 63. *diſkreitands waſtjos ſeinos*, ſcindens veſtimenta ſua. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſcreadan* putare, amputare, reſecare, *beſcreadan* comminuere, diſcindere, *ſcread ſeax* ſcalprum, *ſcreadung* reſectio, mutilatio, amputatio, *ſcreadungas* fruſta. Inde Anglis *ſhred* conciſus, tonſus, *ſhredding* conciſio, Islandis *ſkurdur* ſectio, *ſkurdgod* dii ſculpti, *ſkurdar-ſkirn* circumciſio. Nos ex eodem fonte habemus *ſchröter* ſcarabæus cornutus, quia cornibus tanquam forficibus utitur ad ſecandum. PLINIUS Lib. XI. Cap. 28. *In quodam genere Scarabæorum grandi cornua prælonga biſulcis dentata forcipibus,*

cipibus, in cacumine, cum libuit, ad morſum coëuntibus. Dicitur autem non ſolum de aridis, quorum proprium eſt rumpi, ſecari, comminui, ſed etiam de liquidis, quæ fundendo dividuntur. Inde *ſchrot* globuli e plumbo fuſi, *ſchröter* transfuſor, *einſchroten* infundere, *ausſchroten* transfundere, quibus utitur Luth. Jer. XLVIII. 12.

SCHROTEN, volvere, volutare. A Lat. *rotare*, judice FRISCHIO in Voc. Bibl. pag. 253. Sane S. hoc loco abundat, ut millies alias, nec ab omnibus Dialectis præfigitur. VEREL. in Ind. *rota* circumagere, huc illuc vertere.

SCHROTER, *ſchröter*, rotator doliorum, qui funibus & lignis jugo transverſo junctis, quæ vulgo *ſchrotſeiler* & *ſchrotbeume* vocantur, dolia in cellas demittit, & rurſus e cellis ſurſum trahit. Refer ad *ſchroten* volvere.

SCHROTER, *ſchröter*, molitor, & bajulus molitoris. Refer ad *ſchroten* conterere.

SCHROTER, *ſchröter*, ſcarabæus quidam. Refer ad *ſchroten* ſecare.

SCHRUMPEL, ruga. Angloſax. *hrympelle*, Belg. *rimpel*, Angl. *crumple*. Refer ad *ſchrumpen*.

SCHRUMPEN, corrugari. A *krümpen* contrahi, præpoſito S. Hodie libentius dicimus *ſchrumpeln* frequentative. Confer activum *rümpfen*.

SCHRUND, rima, ruptura, fiſſura. Gloſſ. Pez. fiſſura *ſcruntuſſa*, rimis *ſcruntuſſun*. Forte a *ῥηγνύω* rumpo, hiatum facio, præfixo ſibilo. Quamvis etiam idem eſſe poſſit quod *ſcharte* ruptura, transpoſito R. inferto N.

SCHRUNZ, idem quod *ſchrund*. Litera S. innumeris vocibus præter neceſſitatem annectitur. Vide *Paragogen* in PROLEG. Sect. IV.

SCHU, *ſchuh*, *ſchuch*, calceus. Gothis *ſko*, plur. *ſkobe* Marc. I. 7. Angloſax. *ſco*, *ſceo*, *ſcoh*, plur *geſcy*, Francis & Alam. *ſcu*, *ſcuah*, *ſcuoh*, plur. *geſcuoh*, Belg. *ſchoe*, *ſchoen*, Angl. *ſhoo*, Suec. & Isl. *ſko*. Gloſſæ antiq. apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 162. *ſcu* calceus, *ſcuabrimon* corrigiæ. Gloſſ. Pez. ſandalia *ſcuoha*. TATIANUS Cap. XLIV. 6. *ni curet biſizen giſcuohu noh geria*, nolire poſſidere calceamenta nec virgam. Multa de hac voce ab eruditis tradita ſunt, magis vel minus probabilia, partim etiam frigida. MARTINIUS deduxit a *ſoccus*. JUNIUS primo a *χέω* capio, contineo, quod pedem capiat calceus, poſtea a *σκύτος* corium, quamvis primi calcei non fuerint e corio, ſed potius e ligno. HELVIGIUS originem ex Oriente petit ab Heb. *ſachach* texit, operuit. Contra STIERNHIELMIUS vocem tanquam in Septemtrione natam derivat a *ſkya* tegere, tueri, munire. Quod valde probarem, niſi proprietas verbi obſtaret. Nam *ſkya* proprie eſt obumbrare, umbra tegere, a Græc. *σκιὰ* umbra. Arqui calceus non eſt umbraculum pedis, ſed potius *σκευὴ*, h. e. indumentum. Hinc ſuſpicor, primam ætatem dixiſſe *fot-ſko* indumentum pedis, ſicut hodie dicimus *hand-ſchuh* indumentum manus: poſteros vero *ſko* per aphæreſin, *ſkoh* per paragogen.

SCHUB, quot modis dicatur ſe ſolo & in compoſitis, vide in *ſchieben*.

SCHUBERT, parcus, avarus, interprete STILERO. Si vera interpretatio, convicium ductum eſt a *ſchaben* & *art*, hoc eſt, ab improbo corradendi ſtudio. Nam *art* in multis compoſitis ſignificat eo vitio affectum, cui affigitur.

SCHUCHTER, *ſchüchter*, meticuloſus. Hodie *ſcheuchen* eſt terrere, olim etiam paveſcere, & inde *ſcheuch* & *ſchüchter* pavens. Verbum Otfridinum vide in *ſcheuen*.

SCHUCKEN, quatere, concutere, ſuccutere. Angloſax. *ſceacan*, *ſcacan*, Belg *ſchocken*, Angl. *ſhake*, Suec. & Isl. *ſkaka*, Gall. *chocquer*, Ital. *ſcoccare*, Hiſp. *cocear*. SOMNER. in Dict. AS. *ſceacan* quarere, concutere, agitare, convellere, vibrare, commovere. BENSON. in Voc. AS. *ſcacan* concutere. VEREL. in Ind. *ſkaka* concutere, *ſkeka* excutere. Ortum cenſeri poteſt, vel a Græc. *σείω* per præteritum *σέσεικα*: vel a Lat. *quatio*, quod mallet SKINNERUS. Nam T. mutari ſolet in K. ſæpiſſime. Vox Gallica & reliquæ ſunt origine Germanicæ, & non a Lat. *concha*, ut MENAGIUS exiſtimat. Hodie utimur frequentativo *ſchuckeln*.

SCHUCKELN, frequentativ. ab obſol. *ſchucken*, & ejusd. ſignif. Inde *ſchucklend pferd* ſuccuſſor, equus ſuccutiens, *ſchucklend rad* rota concutiens 2. Macc. XIII. 5. *ſchuckel*, *ſchauckel* oſcillum, alias *ſchwingſeil*, *reitſeil*, quo funi inſidens ultro citroque jactatur, *ſchuckelfeſt* feſtum mobile.

SCHUFT, convicium notum, ſed vagum, & ignoti ſignificatus. HELVIGIUS in Orig. Dict. Germ. „*Schofft ſ. ſchuffi*, olim honeſtum „erat vocabulum præfectorum, in agris aut „oppidis juſtitiam adminiſtrantium. Nunc „verſatur in contemtu, quum vulgo ſic ap„pellamus Nobiles cum re tenui imperio„ſulos. Oritur a *ſchophet*, i. e. judex, præ„tor, *ein ſcheppe*. Hæc ille, & ſimilia BESOLDUS in Theſauro Practico. REIZIUS noviſſime deduxit a Græc. *σοφιστὴς*, quod SUIDÆ exponitur *ἀπατεὼν*, i. e. impoſtor, homo fallax & fraudulentus.

SCHUFUT, noctua. Gallos a *kautz* formaſſe *chouette*, Germanos a *chouette* rurſus *ſchufut*, docet FRISCHIUS in vocibus Bibl. cujus conjecturæ libens adſenſior.

SCHUH, calceus. Vide *ſchu*.

SCHULD, debitum. Oritur ab obſol. *ſcolen* debere, pro quo nunc dicimus *ſollen*, inſigni depravatione. Gloſſ. Keron. debere *ſcolan*, debet *ſcal*, *ſculi*, debent *ſculum*. Vide plura in verbo hodierno. Dicitur (1) de debito pecuniario. VEREL. in Ind. *ſkulld* cenſus, penſio, debitum, reditus, *ſkulldumen* debitores. Inde *verſchuldet ſeyn* in ære alieno eſſe. (2) de officio hominis & civis, quatenus obligatione ad aliquid agendum

definitur. VEREL. loc. cit. *ſkuld* officium præſtandum, debitum, *ſkullda-lid* omnes e familia quos herus alere officii ratione tenetur, *ſkulda* obſtringere. Inde *verſchulden* officium officio compenſare. (3) de licito & permiſſo. Evang. Goth. Marc. VI. 18. *ni ſkuld iſt thus haban quen brothrs theinis*, non licitum eſt tibi habere uxorem fratris tui. Joh. XVIII. 31. *unſis ni ſkuld iſt usquiman manne ainummehun*, nobis non licitum eſt occidere quenquam. Hic ſenſus Gothis proprius, & ab eo, quod fieri debet, ad id, quod jure fieri poteſt, haud dubie translatus.

SCHULD, ſenſu forenſi eſt *reatus, culpa, delictum*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſcelde, ſcylde* delictum, culpa, peccatum, noxa, reatus, *ſcyldig* reus, culpabilis, obnoxius, ſons, *deathes ſcyldig* mortis reus. Gloſſ. Keron. noxa *ſculdi*, reum *ſcultikan*. VEREL. loc. cit. *ſkulld* culpa, crimen. HELVIGIUS derivat ab Heb. *ſchalut* error, culpa. Sed hac derivatione minime opus habemus. Nam *ſchuld* proprie eſt *debitum*, & dicitur de *delicto*, non quod debeat fieri, ſed quod debeat compenſari, quando factum eſt. Nam delicta ex inſtituto omnium Gentium Legibus violatis debent pœnam. Hinc in omni delicto eſt quoddam debitum voluntarie contractum, & delinquentes ſunt quaſi debitores Reip. & ad ſatisfactionem compelli poſſunt ac debent a ſumma poteſtate. Vide ergo, annon vox hebræa idem ſignificare poſsit? Hoc debitum, quod ex delicto naſcitur, duplex fuit apud veteres Germanos, unum quod læſo, alterum quod læſæ Societati debebatur. Utrumque notavit TACITUS Cap. XII. de M. G. his verbis: *Pars multæ Regi vel civitati, pars ipſi, qui vindicatur, vel propinquis ejus exſolvitur.* Idque ex intima Sapientia petitum ſcribit GROTIUS in Præf. ad Script. Goth. pag. 65. A *ſchuld* Latino-Barbari habent *ſculledum* grave delictum, & *placita de ſculledis* judicia de furtis & latrociniis.

SCHULD, cauſa facti, vel omiſſi, præſentis aut futuri. Senſus a cauſa culpabili ad quamcunque cauſam traductus. Gloſſ. Pez. cauſa *ſcult*. Hinc excuſare nobis dicitur *entſchuldigen*, & excuſatio *entſchuldigung*, utique ab obtentu cauſarum, conſentientibus Latinis.

SCHULD, meritum bene vel male facti, *verſchulden* promereri. Gloſſ. Pez. commerui *giſculta*, commeruiſti *giſcultos*. Senſum a meritis pœnalibus ad quæcunque merita traductum eſſe, patet.

SCHULDIG, multa ſignificare poteſt ſecundum antecedentia, *obæratum*, ſi cauſa ſignificandi a debito ſolvendo, *obſtrictum*, ſi ab officio præſtando, *reum*, ſi a delicto deſumatur. Apud Antiquos ultimum tantum ſignificatum reperio.

SCHULDIG, reus, ſons, qui noxam fecit, & pœnæ obnoxius eſt. Gothis *ſkula*, Angloſax. *ſcyldig*, Francis *ſculdig*. Patet ex ſede vocabuli Matth. V. 22. *ubi reus judicio, reus concilio, reus gehennæ*, Gothico interpreti vocatur *ſkula ſtavai, ſkula gaqumthai, ſkula in gaiainnan funins*, Angloſaxonico *dome ſcyldig, getheahte ſcyldig, ſcyldig helle fyres*, Francico *ſculdig duomes, ſculdig thinges, ſculdig helle fuires*, in Harm. Evang. Tatian. Cap. XXVI. Vox Gothica oritur immediate a *ſcolen* debere; reliquæ a *ſchuld* culpa, per terminationem *ig*. Nam hæc duo conjuncta neceſſario progenerant eum qui reatum habet. Et hinc porro extat *ſchuldigen* reum peragere, quo utitur Luth. Pſal. V. 11. & ab illo *beſchuldigen* criminis arguere, incuſare, accuſare.

SCHULE, ludus literarius. Gloſſ. Keron. ſchola *ſcuala*. Sumptum a Latinis, auctore, ut videtur, S. BENEDICTO, qui ſcholas in Germania pueris religioni dicatis, ut poſtea CAROLUS M. ſæcularibus erudiendis, primus inſtituit.

SCHULFUCHS, vulpes ſcholaſtica. Qui aulam & caſtra ſequuntur, hoc torquere ſolent in literarum cultores, ob deſidem eorum vitam, & timidum atque callidum ingenium. Lex Salica pœnam dictat in eum, qui alterum *concacatum* aut *vulpeculam* vocaverit, Tit. XXXIII. 3. Prius opprobrium accipit ECCARDUS de *ſtulto*, poſterius de *meticuloſo*. Vetus enim perſuaſio eſt inter ſortes, literas fortitudini infeſtas eſſe, & animos deprimi inſtitutione. Audi Gothos apud PROCOPIUM Lib. I. Hiſt. Goth. *Non recte puerum, neque ut Regem deceret, educari: multum abeſſe a virtute literas: & ſenili inſtitutione dejici plerumque & ad metum incurvari indolem: qui magna auſurus, qui bello decora ſit quæſiturus, debere liberum a magiſtrorum metu, armis tractandis erudiri: ne Theudericho quidem placuiſſe, ullos Gothorum pueros ad ludum literarium mitti: quippe ſolitum dicere, fieri non poſſe, ut qui didiciſſent flagra extimeſcere, ad contemtum enſium haſtarumque aſſurgerent.* Hæc vera convicii origo.

SCHULTER, humerus. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. humeri *ſculturra*. Idem Angloſax. *ſculdor, ſcyldre*, Angl. *ſhoulder*, Suec. *ſkuldra*, Belg. *ſchouder* per ſyncopen. Proprie eſt os illud latum, quod poſticas coſtarum partes tegit, & ideo ſic dictum, vel immediate a *ſkyla* tegere, vel metaphorice a *ſkioldur* clypeus, quia clypeo ſimile, quomodo etiam Græcis idem os ob latitudinem ſuam vocatur τράπεζα, i. e. menſa, alia allegoria, ſed non æque apta. MARTINIUS vocem Germ. duxit a χαλᾶν laxare, remittere. Sed non apparet, quid humeri remittant. De vocibus Scandicis *ſkyla* & *ſkioldur* vide plura in *ſchild*.

SCHULTHEIS, prætor, urbanus & ruſticus. Vox a Longobardis proſeminata, cujus antiqua forma eſt *ſculdais*, Latino-Barbare *ſculdaſius*. Quid notaverit Longobardis, cognoſcitur ex Legibus R. Rotharidis, nec non ex Gloſſatoribus & Scriptoribus rerum Longobardicarum. Lex Longob. Lib. I. Tit. II. 2.

Et

Et prædicti per ſculdaſiam aut judicem qui in loco ordinatus fuerit, exigantur. PAPIAS: *ſculdais, rector, lingua barbara Longobardana.* P. WARNEFRIDUS Lib. VI. de Geſtis Long. Cap. 24. *Rector loci illius, quem ſculdais lingua propria dicunt.* Agitur de *Argaido* viro nobili ac forti apud Forojulienſes, quem centurionem fuiſſe credo. Nam moribus Longobardorum & Francorum rectores locorum militabant, & unus homo duas ſuſtinebat perſonas, militarem & civilem. Apud Francos ſane *ſculdheizo* nomen erat commune omnibus jubendi aut cogendi poteſtate a ſuperiori inſtructis, civilibus & militaribus, inprimis vero *procuratoribus regis, & centurionibus.* Gloſſ. Pez. procurator *ſculdheizzo.* Sic & centurio, qui ſupplicio Chriſti præerat, quemque LUTHERUS *hauptman* vocat Matth. XXVII. 54. ab OTFRIDO dicitur *ſculdheizo* Lib. IV. Cap. XXXIV. 29. & alius centurio, cujus mentio fit Matth. VIII. 5. eodem nomine deſignatur Lib. III. Cap. III. 9. 19. Vocem a Longobardis acceptam Franci Saxonicæ genti a ſe domitæ, una cum Fiſco regio intulerunt. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſculdheta* exactor; ſcilicet culpæ & pœnæ pro noxis. Unde Latino-Barbaris *ſculdetus.* Sed revertamur ad vocem Longobardicam. Hæc in Additamentis Regum Francorum ad Leges Longobardicas, interdum ſcribitur *ſculdabis*, & paſſim conjungitur cum *Judice* & *Gaſtaldo*, ut ſæpe neſcias, idemne fuerit miniſter, an diverſus? Prius tamen veriſimilius cenſetur. Multa enim jubetur, *juſtitiam quærentibus facere, mulctas exigere, fontes & fugitivos perquirere* &c. quæ amplitudinem officii ejus declarant. In Gloſſa veteri *ſculdaſius* exponitur *pedaneus judex*, qui non ſcamno ſedens, ſed ſtans & e veſtigio munus ſuum exercet. Plerique tamen *ſculdaſios* ad ſedentes judices referunt. Quos inter eſt BRUMMERUS, cui *ſculdetus* a Comite eſt proximus & primus e Scabinis, ſine quo judicium haberi nequit, in tractatu *de Scabinis* Cap. 4. Quid vox Longobardica proprie ſignificet, ex Lingua Longobardorum, de qua nullum habemus fragmentum, nedum juſtum monumentum, ſed ſcopas tantum diſſolutas, & vocabula male exarata, dijudicare non poſſum. Hoc tantum ſcio, *ſcult* ſe ſolo jam prætorem ſignificare, non propter aliquam a pocopen, ſed alias ob cauſas, quas poſtea ſiſtam in *ſchulze.* Verum cum hic ſenſus non indigeat annexo *ais*, aliam voci ſignificationem ſubeſſe ex cognatis linguis judicant interpretes, omnesque in eo conveniunt, *ſcult* in voce Longobardica debitum, *ais* vero judicem denotare. GROTIUS in Indice: *Sculd-hais, debiti præfectus, qui non de capite, ſed de pecunia judicat.* Poſterior compoſiti pars (nam de priori nulla quæſtio eſt) varie ſcribitur, *ais, hais, abis aſius, heizo, beta, etus.* REIZIUS vir Græce doctiſſimus, ſcribit in Belga Græciſſante pag. 169. *Scythæ judicem dicebant* AISCHAC, *unde Græcorum* ἄναξ, *unus ex judicibus mortuorum.* Unde hoc hauſerit, non liquet. Simile tamen vocabulum tribuit popularibus ſuis SICCAMA in notis ad Leges antiquas Friſionum pag. 102. ubi verba ſic fluunt: *Apud* FRISIOS *diverſi Judices erant. Siquidem* AESGHA, *ut modo dixi, de cauſis civilibus & pecuniariis jus dicebat,* SCHOUT *ſive* SCHELTE *ex parte Regis vel Comitis exigebat, & de criminibus cognoſcebat. Hinc frequenter in Jure noſtro* AESGHA-DOEM & SCHELTE-BAN, *id eſt, Æsgæ ſententia, & Scheltonis bannam ſeu pœna.* Alii viri docti, & in his GROTIUS, priſcis Hollandis & hodiernis Friſiis imputant *aiſcha, aſcha, atten, etten, aizig, azig* pro judice, *aasdom* & *azigdom* pro ſententia judicis, ut me docuit REIZIUS loco citato. Nihil horum valde abludit a Longobardica voce. Hoc unum reſtat inquirendum, in qua radice conveniant? GROTIUS citante *Antonio Matthæi* apud *Brummerum*, omnium originem petit ab *aſen* judicare. Utinam eo ſenſu alicubi extaret, nemo de probitate derivationis ambigere poſſet. Nunc autem cogimur ſententias aliorum conquirere. MARTINIUS in voce *ſculdaſius:* „Hodie quoque dicimus *ſchuldheiſſe*, „quod ſonat, qui debita jubet, ſcil. præ„ſtari: *ſchult* eſt debitum, *heiſſen* jubere. ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 193. „*heiſchen* eſt quærere, exigere, & *ſchuld* de„bitum. Hinc compoſitum *ſchultheis* quæ„ſtorem aut exactorem proprie ſignificat. Hoc magis probo, & probat quoque REIZIUS his verbis: „Apud Teutones prætor „juri dicundo præfectus nominatur *ſchuld„hais*, q. d. debitorum aut culpæ exactorem, „*der die ſchald heiſchet.* Unde porro patet (quod coronidis loco addo) quod *ſchuldrichter* non ſit verum ſynonymum, quia aliud eſt de debitis & mulctis judicare, aliud mulctas exigere. Illud eſt decernentis, hoc cogentis. Hodie tamen utriusque officium in una perſona concurrit.

SCHULTZE, prætor, urbanus & ruſticus. Friſiis *ſchelte*, Sorabis *ſcholta*, & per ſyncopen *ſchowta*, qua ſyncope delectantur etiam Batavi, dicendo *ſchout.* BOXHORNIUS in Orig. Gall. pag. 97. *Antiquiſſimum Germanicam vocabulum eſt* SCELTO, *quod judicem ſignificat, cujus frequentem in antiquis Friſiorum Legibus, quas nobiliſſimus Siccama edidit, invenire eſt mentionem. Brabanti mei hodieque* SCHOLTES *aut* SCELTES *dicunt. Reliqui Belgæ, molliorii, ut fit, pronunciationis cauſſa,* SCOUT. Verba SICCAMÆ habes ſupra in *ſchultheis.* HELVIGIUS & FRENZELIUS vocem tanquam in Oriente natam ex Heb. & Chald. ſermone derivant. Quod recte fieri contra DAVIESIUM negat BOXHORNIUS. *Multa*, inquit, *in diverſis linguis eadem ſunt ſono & ſignificatione, nec tamen iccirco eadem origine.* GROTIUS in Indice exiſtimavit, vocem e Longobardica *ſchultheis* depravatam eſſe. Quod poſſibile

quidem, dictu tamen minime neceſſarium. Nam erymologice tria ſignificare poteſt, prætori valde propria, (1) *arbitrum*, ſi *ſcholt* formetur a *ſchelen* dividere, quod more ſolito fieri poteſt per medium derivandi T. Latini veteres *ſculnam* vocant, haud dubie quaſi *ſeculnam*, non a *ſequendo*, quod utraque pars fidem ejus ſequatur, quæ GELLII interpretario eſt Lib. XX. Cap. 10. ſed quod lites ſecet ac dirimat. Nam lites dicuntur decidi, ducta ſimilitudine ab iis, qui rem in partes ſecant. (2) *exactorem*, ſi radix ſit *ſchalten* urgere, impellere. Nam ſummæ poteſtatis miniſtri, & præcipue ii, qui cogendi auctoritate inſtructi ſunt, ſimilibus vocabulis a motu impulſivo deſumtis, vocantur *dræng* Hiob. XXXIX. 10. *treiber* Eſa. III. 12. *ſchergen* Dan. XI. 30. (3) *rectorem loci*, quia *ſchalten* nonſolum urgere, ſed etiam regere ſignificat.

SCHUMMER, *ſchumber*, obſcurus, ſublucidus. Vide *ſchimen* obſcure lucere.

SCHUND, ſtercus, Dial. Lipſ. Factum a Belgico *ſchyte* per epentheſin. Confer *ſcheiſſen* cacare.

SCHUNDEN, vocare, advocare. Verbum obſcurum & extinctum. Teſtimonia WILLERAMI vide apud JUNIUM in Obſervatis pag. 11. & NOTKERI in notis Scherzianis ad Will. Cap. I. 4.

SCHUP, *ſchub*, translatio culpæ in alium. Jus prov. Alam. Cap. CLXXXVI. 3. *ez gat im an die hant, er habe dann ſinen ſchup*, manus ei amputanda eſt, niſi culpam in alium transferre poſſit. Cap. CCXIX. 2. *und gibt er, er habe ſinen ſchub, da ſol man im tag umbgeben*, & ſi confiteatur, ſe habere, unde culpam in alium transferat, terminus illi præfigendus eſt. Refer ad verbum forenſe *ſchieben*.

SCHUP, *ſchub*, plures habet in foro ſignificatus, quos vide apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 720.

SCHUPFEN, trudere, protrudere, Dial. Suevica. Frequentativum a *ſchieben* ejusd. ſignif. Hujus verbi proles eſt *ſchupflehn* feudum vitalitium, non-transmiſſibile ad liberos, & omne feudum mobile, quod volente domino auferri poteſt.

SCHUPPE, *ſchüppe*, ſcaphium, inſtrumentum foſſorum. Utrumque a Græc. *σκάφιον*, *σκαφεῖον*, & hoc a *σκάπτειν* fodere, judice MARTINIO. Diminutivum vide in *ſchaufel*.

SCHUPPE, *ſchoppe*, *ſchaube*, genus veſtimenti, a notione tegendi ſic dictum, ut alia plura in *ſchopf*.

SCHUPPE, ſquama, tegmen piſcis naturale. Belg. *ſchub*, *ſchob*, plur. *ſchobben*. MARTINIUS vocem Latin. & Germ. ducit a *ſcabendo*, quia ſquamæ ſolent radendo auferri. Malim a *σκέπειν*, ut antecedentia, quia ſquamæ ſe mutuo tegunt & piſcem. Allegorice tamen dicitur de ſcabro in cute, ob manifeſtam ſimilitudinem furfurum & ſquamarum. Inde *ſchuppen auf dem haubt* furfures, *ſchuppen im geſicht* lichen, *ſchuppen auf der hand* porrigo, *ſchuppicht* ſcabioſus, ſquamulis fœdatus.

SCHUPPERT. Vide *ſchubert*.

SCHUR, raſura, tonſura. Græcis *Χαιρία*, apud HESYCHIUM. Gloſſ. Keron. tunſuram *ſcurt*. Illud eſt verbale, hoc derivativum a *ſcheren* tondere. Metaphorice dicitur de vexatione.

SCHUR, nimbus, procella. Gothis *ſkura* Marc. IV. 37. Angloſax. *ſcur*, Angl. *ſhower*, Suec. *regnſkur*. SOMNER. in Dict. AS. *ſcur* nimbus, *ſcur-boga* iris, *ren-ſcuras* imbres. Belgis *ſcheuren* eſt rumpere & rumpi. Hinc *ſchur* videtur proprie eruptionem ventorum & pluviarum denotare. Hanc originationem tradit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 283. & SKINNERUS in Etymologico Anglicano.

SCHUR, pergula. Vide *ſchaur*.

SCHUREN, *ſchüren*, focum excitare, *ſchüreiſen* rutabulum. Videtur ab igne factum, & origine Perſicum. Nam ſol & ignis Perſis dicitur *chur*. Prior ſignificatus extat in Lexico Clodiano. Alter ex conjectura ſuppleri poteſt, quia veteres Perſæ fuerunt ignicolæ. GOLIUS in Epiſtolis Boxhornianis pag. 181. tribuit Germanis *ſkior* ignis. Sed cujus ſit Dialecti, non docet, & hactenus fruſtra quæſivi. Allegorice dicitur de iis, qui iras aliorum in alios magis inflammant. Inde *anſchüren* incitare, inſtigare irritatum.

SCHURF, ſcabies. Vide *ſchorf*.

SCHURF, foſſa. Vide *ſchorf*.

SCHURFEN, *ſchürfen*, fodere. Vide *ſchorf*.

SCHURIGLEN, moleſtia afficere. Bonum verbum & legitime factum a *ſchur* vexatio, & obſoleto *eglan* cruciare, facere ut doleat. SOMNER. in Dict. Angloſax. *eglan* dolere, item contriſtare, turbare, moleſtare, *him nan thing innan eglath* eum nihil intus turbat. Eſt & Gothis *aglo* tribulatio, ab *ἀλγῶ* dolere, cruciari, judice JUNIO.

SCHURK, notum convicium, ſed ignoti & vagi ſignificatus. Judice ECCARDO in notis ad Leg. Sal. Tit. XXXIII. 6. *delatorem* ſonat, ortumque eſt in Monaſteriis ab illo Fratre, qui ab officio circuitus ſui *circa* vocarur. Alii *ſchurk* & *ſcherge* confundunt. Mihi viderur *verberonem* denotare, factumque ab Anglico *to ſcourge* verbero, verberibus cædo, vel Italico *ſcoreggiare* flagellare, quæ certe ſunt a *corrigia*, qua ſervi caſtigantur.

SCHURZE, *ſchürze*, tegumentum. Angloſaxonibus *ſcrud* eſt veſtitus, Anglis *ſhroud* amiculum, Suecis *ſkörte* ſupparus, Islandis *ſkirta* induſium apud VEREL. in Ind. Sorabis *ſchurc*, *ſchorc* veſtis muliebris, lintea & pice obducta, apud FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 747. In reliquis Dialectis S. initiale abjicitur. Inde Cambris *crys* induſium, Armoricis *cres* veſtis, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Cuncta a *ſchauren* tegere. Sirus caninæ inſtabilis neminem debet ab hoc etymo alienum reddere. Incrun a *ſcrud* veſtitus

veſtitus antiqua Saxonia formavit *ſcrydan* veſtire, & Suecus ab illo *ſkræddare* ſartor. Verbum Saxonicum extat in S. Verſione Matth. XXV. 43. *ic wæs nacod, and ge me ne ſcryddon*, nudus eram, & non veſtiviſtis me.

SCHURZE, *ſchürze*, præcinctorium. Belg. *ſchort*. Senſus vocis hodiernus, & haud dubie deſumptus a *gürten* cingere, præpoſito ſibilo. A *ſchürze* rurſus fit *ſchürzen* præcingere. Aſſonant Hebræa *chagar* cinxit, accinxit, & *chogorah* cingulum, perizoma.

SCHUSS, quatenus eſt verbale a *ſchieſſen*, ſequitur auctorem ſuum, & tor habet ſignificatus, quot ille permittit.

SCHUSSEL, *ſchüſſel*, catinus. Gloſſ. Pez. ſcutulas *ſcuzilun*. Idem Angloſax. Angl. & Armor. *ſcuttel*, Belg. *ſchottel*. Vel a Græc. κυτύλη vas cavum, vel quod malim a Lat. *ſcutula*, *ſcutella*, quia ſcutum refert.

SCHUSSEN, *ſchüſſen*. Vide *ſchieſſen*.

SCHUSTER, ſutor. Non a Gr. σκυτεὺς coriarius, ſed a *ſchu* calceus, per medium derivandi *ſter*, quod vide in PROLEG.

SCHUTTEN, *ſchütten*, dicitur de liquido & arido. Quando de liquido, tunc idem eſt quod *gieſſen*, *gieten*, fundere, præpoſito tantum S. Quando de arido, tunc idem eſt quod *ſchieſſen* jacere, mutatis tantum conſonantibus. Græcis σκεδᾶν eſt ſparſim fundere & ſparſim jacere, nonnulla, ni fallor, cum utroque adfinitate.

SCHUTTEN, *ſchütten*, fundere, effundere. BENSON. in Voc. AS. *ſcedan* effundere, *ſcedend* effundens. Idem Anglis *to ſhed*, & inde *ſhedder* fuſor, & *ſhedding* effuſio.

SCHUTTEN, *ſchütten*, jacere, projicere, emittere. Angloſax. *ſceotan* & *ſcotian*, & inde *ſcoten* jactus, emiſſus, *ſcot* ſymbolum, conjectio. Belgæ dicunt *ſchieten*, Galli *jetter*, & inde *jet* actus jaciendi, *jetton* pecunia miſſilis, *jet d'eau* radius aquæ. Nos inde derivamus *ſchutt* congeries, acervus, & quicquid in unum conjicitur, terra, rudera, everricula, ſtramina &c.

SCHUTTEN, *ſchütten*, ſenſu forenſi eſt dimittere ex dominio & mittere in poteſtatem alterius, & dicitur de iis, qui jactu pulveris, feſtucæ, vel alterius rei in pallium emptoris, ſe dominium transferre profitentur. Hic ritus ſpectat ad *Juriſprudentiam Symbolicam* veterum Danorum & Suecorum, qui certe non temere, ſed duce natura fuit inſtitutus. Nam qui rem abjicit, eam dimittit, & qui conjicit in ſinum alterius, tradere in ejus poteſtatem videtur. Hoc eſt quod illi in Legibus antiquis vocant *ſkiota*, *ſkiuta*, unde Latino-Barbaris *ſcotare* & *ſcotatio*. De hoc Symbolo transferendi dominium rei immobilis vide plura apud auctores Septentrionales a CANGIO allegatos in voce. LOCCENIUS in Lexico Juris Sueo-Goth. *ſkiöta* exponit *i ſkiöt leggia*, h. e. in gremium conjicere. Et in Antiquitatibus Sueo-Gothicis Lib. II. Cap. 16. hoc verbum derivat a *ſköt* ſinus. Quam conjecturam non auſim contemnere. Nam ex inſtitutione Legis *ſcotare* non eſt jacere ſimpliciter, ſed jacere in ſinum alterius, & ſimile verbis Francorum forenſibus *laiſſowerpire* & *adfatmire*, quæ certe formata ſunt a ſinu.

SCHUTTEN, *ſchütten*, motitare, contrario motu movere. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſchudden*, & inde *ſchuddebol* caput tremulum, *affchudden* excutere, quod dicitur de jugo. Similia leguntur apud Francos. Gloſſ. Lipſ. *ſcutta* excuſſit. OTFRIDUS Lib. III. Cap. IV. 23. de Angelo Domini: *thaz uuazar er yrſcutita*, aquam concutiebat. TATIANUS Cap. XLIV. 9. *arſcutet then melin fon iuuaren fuozin*, excutite pulverem de pedibus veſtris. Veteres hoc verbi ex Lat. *cutere*, *quatere*, præpoſito ſibilo formaſſe, opinatur HELVIGIUS. Differt autem *ſchütten* a *ſchütten* jacere. Illud eſt moventis in loco, hoc moventis de loco.

SCHUTTELN, *ſchütteln*, moritare, vario & contrario motu movere. Frequentativ. a *ſchütten*.

SCHUTTERN, *erſchüttern*, concutere & concuti. Aliud frequentativ. ejusdem verbi.

SCHUTZ, *ſchütz*, ſagittarius, & exploſor cujuscunque teli. Angloſax. *ſcytta*, Belg. *ſchutter*, Angl. *ſhooter*, Suec. *ſkytte*. Refer ad *ſchieſſen* jaculari. Nec aliunde SCYTHÆ ſic dicti, quam quia primi in orbe ſagittarii. Plures populos a ſagittandi peritia nomen adeptos vide in *bogen*.

SCHUTZ, protectio. Refer ad *ſchützen*.

SCHUTZEN, *ſchützen*, defendere. Belgis *ſchutten*, Suec. *ſkydda*. HELVIGIUS retulit ad *ſcutum*, ut ſit quaſi ſcuto protegere & defendere. Sane Angloſaxonibus a *ſcyld* ſcutum fit *ſcyldan* tueri, protegere, defendere. Et tametſi Græcis σκιάζω ſit obumbro, non auſim tamen verbum Germanicum inde deducere, quia *ſchützen* eſt fortiter aſſerere, vindicare, tueri, cui ſenſui exprimendo allegoria a ſcuto longe idonior eſt altera ab umbellis petita. Verba veterum vide in *weren*.

SCHWAB, genus inſecti multis pedibus, Dlal. Miſnica. Forte quia erroni ſimilis, a *ſchweifen* vagari, circumagi. Currit enim continuo, nec recta, ſed per ambages & mæandros.

SCHWABEN, Suevi. Gens antiquiſſima, maxima, & bellicoſiſſima veteris Germaniæ, quam Angloſaxones *Swefas*, cæteri *Suabon* & *Suaben* vocant. OTFRIDUS in Præf. ad Epiſcop. Salomon. verſ. 9.

Lekza ich therera buachi
Fu ſentu in Suaborichi.
Capitula horum librorum
Mitto vobis in Sueviam.

Suevos trans mare in Germaniam veniſſe, & ad montem *Suevum* conſediſſe, tracto exinde nomine, vetus traditio eſt. ISIDORUS Lib. X. Orig. Cap. 2. *Suevi dicti putantur a monte* SUEVO, *qui ab ortu initium Germa-*

niæ facit, cujus loca incoluerunt. Auctor Rhythmi de S. Annone Stropha XIX.

Undir bergin ingegin Suaben
Hiz her vanin uſhaben,
Deri vordirin wilin mit herin
Dari cumin warin uhir meri
Mit miſichemo volke.
Si ſlugen iri gezelte
Ane dem berge SUEBO,
Dannin wurdin ſi geheizin SUABO.

Vertit SCHILTERUS:

Sub montibus adverſus Suevos
Juſſit Cæſar vexilla tolli,
Quorum majores olim cum copiis
Eo venerant trans mare
Cum vario populo.
Fixerant ſua tentoria
Ad montem SUEBUM,
Unde dicti SUABI.

Verum cum hic mons in Germania oſtendi non poſſit, tota narratio de transmarina Suevorum origine redditur ſuſpecta & fabuloſa. Veroſimilius eſt, Suevos eſſe populum Germaniæ indigenam. Quod etiam dicere videtur TACITUS, dum SUEVOS inter *vera* & *antiqua nomina*, & inter gentes a Deo MANNO ortas, computat, Cap. II. de M. G. Alii igitur nomen Suevicum derivant a *ſchweifen* vagari, quaſi hanc animo concepiſſent opinionem, veteres Suevos Cyngarorum & Tartarorum ſimiles fuiſſe, ſedibus inſtabiles, & continuo errantes. Quod ſane falſum. Conſtat enim eos centum pagis habitaſſe, & circa mare Suevicum Reges & regna habuiſſe, teſte CÆSARE & TACITO. Miror, viros doctiſſimos non attendiſſe ad illud *inſigne Gentis*, quod TACITUS Cap. 38. de M. G. deſcribit his verbis: *Inſigne Gentis obliquare crinem, nodoque ſubſtringere. Sic* SUEVI *a cæteris Germanis, ſic Suevorum ingenui a ſervis ſeparantur. In aliis Gentibus ſeu cognatione aliqua Suevorum, ſeu (quod ſæpe accidit) imitatione, rarum & intra juventæ ſpatium; apud* SUEVOS *usque ad canitiem horrentem capillum retro ſequuntur, ac ſæpe in ipſo vertice religant.* Nam ab hoc *Inſigni* potius, quam ab ulla alia re *Suevos* nomen accepiſſe, veroſimile eſt, modo nomen rei inveniri poſſit, quod ſane facillime poteſt. Nam *ſchweif* omnium conſenſu eſt cauda, & quicquid caudæ ſimile, ut ſyrma in veſte. Cur non etiam cauda capillaris? Hoc unum me angit, quod *ſchweif* in vetuſtiſſimis monumentis non occurrit pro cauda, nec pro ſigno illo gentilitio, quod caudæ inſtar animalis e vertice pendebat. Fieri tamen poſſe intelligo, ut multa renaſcantur vocabula, quæ olim ceciderunt, multa etiam non ſcribantur, quæ non ceciderunt. Adde, quod idem inſigne potuit appellari *ſwippe*, i. e. flagellum, quia caput humerosque continuo verberabat. Extat autem *ſwipe* pro flagello in Verſione Angloſaxonica & pervetuſta Joh. II. 15. Res ipſa mire reſpondet utrique vocabulo. Et Gentes ab inſignibus appellari, non caret exemplo. Ita *Longobardos* a barba votiva, & *Saxones* a brevibus gladiis ſic dictos eſſe credibile eſt. Hæc etymologia, ſicut reconditum ſenſum nominis *Suevici* ſola recludit, ita ſola nos docere poteſt, cur idem nomen tot nationibus fuerit commune. Nam ex quo omnis fere Germania a mari Suevico ad Rhenum usque & Danubium, imitatione Suevorum capillos retro ſecuta nodum in vertice religavit, fieri aliter non poterat, quam ut nomen Suevicum cum ipſa cauda capillari ad innumeras Gentes, quamvis a Suevis alieniſſimas, perveniret. Quæ res poſtea TACITO occaſionem præbuit, ut univerſam Germaniam in duas partes valde inæquales divideret, *Suevos cognatione* inquam, & *Suevos imitatione*, quorum illi minorem, hi majorem Germaniæ partem tenebant, propriis adhuc nationibus & nominibus diſtincti, quamvis in commune *Suevi* vocati.

SCHWACH, debilis, infirmus. Belg: *zwak*, Suec. *ſwag*. Ab initio fuit *wac* absque ſibilo, & primo denotavit mollem, poſtea infirmum, ſenſu a defectu duritiei ad defectum virium translato. SOMNER. in Dict. AS. *wac* lentus, flexibilis, fragilis, debilis, languidus. Anglis *weak* etiamnum debilem ſignificat. Confer *weich* mollis. Interim a *ſchwach* eſt *ſchwæchen* debilitare, olim etiam debilitari. Gloſſ. Pez. emarcuit *uueihheta*.

SCHWADE, manna Polonicum. Ortum cenſeri poteſt a dulcedine, niſi ſit Slavonicum. Nam Angloſaxonibus *ſwæt* eſt ſuavis, dulcis, melleus, *ſwetan ſmæc* nectar, *ſwetan*, *geſwetan* condire, dulcare, *ſwetenеſſe* dulcedo, ſuavitas.

SCHWADEN, vapor, exhalatio. Ab Angloſax. *ſwætan* ſudare. In metallifodinis ſignificat auram peſtilentem.

SCHWADER, turma. Ab Italico *ſquadra*, & hoc a Lat. *quadrus*, ut proprie ſit acies quadrata. SCALIGER in Catalectis: *Squadrones quadras phalanges vocant.* Galli dicunt *eſcadron*.

SCHWÆCHEN, debilitare. Refer ad *ſchwach*.

SCHWÆCHEN, vitiare virginem. Vulgo referri ſolet ad *ſchwæchen* debilitare. Neſcio an recte, quia virginitas læſa non minuit vires corporis. Quid ergo facit ſtuprator? Decipit, ſeducit, depravat, idque antiquis vocatur *ſchwicken* & *beſchwicken*.

SCHWÆLEN, incendere, inflammare. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ælan* accendere, *ſwælan* inflammare, *beſwæled* accenſus, *ſwolæth* æſtus, *ſwilic* calidus. Sicut Græcis a πῦρ fit πυρῶν incendere, ita Saxonibus a Perſico *ala* flamma *alen* & *ſchwælen* inflammare. Perſas flammam ignis hodieque *ala* nominare, teſtis mihi RELANDUS in Diſſert. de Vet. Ling. Perſ. Quando Sueci ignem vocant *elld*, tunc utuntur paragoge. Nam

ell

ell ſimplicius eſt, & per augmenta initialia facile producir *ſwælen*. Ab hoc verbo, quamvis pridem extincto, deſcendit *ſchwul* calidus, quod dicitur de aere fervido in flagranti æſtate.

SCHWÆLEN, ardeſcere, igneſcere. Dicitur tantum de fomite & igne ſerpente, ſed ex eodem fonte. Ira Latinis ab *ignis* fit *igneſcere*. Inde eſt, quod in quibusdam Dialectis fomes vocarur *ſchwelm*, in aliis vero fumus & nidor *ſuela*. Quæ, etiamſi ſint diſparia, in eodem tamen verbo conveniunt. *Suela* pro fumo extat apud VEREL. in Indice.

SCHWÆNZEN. Vide poſt *ſchwanz*.

SCHWÆR, ulcus, *ſchwæren* ſuppurare, *ſchwürig* purulentus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *chwarren* tuber, ulcus, peſtis, peſtilentia. TATIANUS Cap. LXIV. 2. *heilita manage fon ſubtin inti fon ſueren*, curavit multos a languoribus & plagis. Sicut Græcis & Latinis ἕλκος & *ulcus* eſt ab ἕλκειν trahere, quia ulcus eſt (quod ex MARTINII obſervatione ſcribo) ubi ſuperflui humores attrahuntur, & in pus vertuntur: ita Germanis *ſchwær* & *ſchwæren* a σύρειν trahere, interpoſito W. quod tamen ab Anglis non agnoſcitur, qui ſimplicius & origini conformius dicunt *a ſore* ulcus, *to make ſore* exulcero.

SCHWÆR, gravis. Vide *ſchwer*.

SCHWÆRMEN. Vide *ſchwarm*.

SCHWAGER, affinis. Belg. *zwager*, Suec. *ſwæger*. Olim denotavit procum, poſtea maritum ſororis, quia ambo conveniunr in radice *wogan* nubere, cui poſteritas ſibilum præfixir, qui, ut ſæpe alias, ita etiam hic originem occultat. BENSON. in Voc. AS. *wogan* nubere, *wogere* procus, *awogod* petitus. Forte petita, puta in matrimonium. Anglis *wooer* etiamnum procum ſignificat. Aliam conjecturam vide in *mag* cognarus.

SCHWALBE, hirundo. Gloſſ. Ælf. in nom. avium: hirundo *ſwalewe*. Idem Anglis *ſwallow*, Belg. *zwaluw*. MARTINIUS vocem Germanicam *obſcuram* vocar, derivari ramen poſſe exiſtimar a *ſchwellen* tumeſcere, quod remedia adverſus ulcera & inflammationes ab hirundinibus petantur. SKINNERUS vocem Saxonicam derorquer ab Angloſax. *ſwegl* aer, æther, cœlum, quod alrum volet hirundo. Aliorum ſententias, ur operoſe conquiram, non vacat. Credo, ſenſum vocis petitum eſſe a tectis. Nam *ſwal* Islandis & hodie quoque Suecis ſignificar atrium, porticum, proceſtrium. VEREL. in Ind. *ſvali* porticus, atrium, *upsvali* atrium apertum. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *ſwalar* veſtibula, propyla, prothyra. W. eſt medium derivandi, & convertibile in B. Hinc ſcil. hirundo dicirur *ſwalbe*, quia eſt avis *atriaria*, & in veſtibulis nidificans. OVIDIUS de Philomela & Progne: *petit altera ſylvas, altera tecta ſubit*.

SCHWAMM, ſpongia. Evang. Goth. Matth. XXVII. 48. *nam ſwamm fulljands akeitis*, accepit ſpongiam implens aceto. MARTINIUS primo retulit ad *ſchwimmen* natare, mox ad σαμφὸν laxum, fungoſum, inane, favente lingua Scandica, qua ſpongia vocatur *ſwamp* & *ſwomp*, quod ad vocem Græcam propius accedit. MARTINIUM ſequirur JUNIUS in Gloſſario Gorhico. Lirera W. in medio vocis neminem ab hoc etymo alienum reddere debet, cum aliis quoque vocibus, præſertim a ſibilo incipientibus, inſeratur, ut oſtendi in *Epentheſi* inrer *Proleg.* Sect. IV.

SCHWAMM, fungus. Gloſſ. Pez. fungus *ſuam*, boletum *ſuuam*. Gloſſ. Ælf. in nom. herb. fungus vel tuber *mette-ſwam*. Cognatum cum præcedenti, ob ſimilitudinem naturæ.

SCHWAN, cygnus. Gloſſ. Ælf. in nom. avium: olor *ſwan*. Celtica Lingua & hodie Cambrica *gwynn* eſt albus, reſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Præpone ſibilum, & habebis *ſwan* cygnus, avis candore inſignis. Aliud nomen ejusdem aliris a candore formatum, vide in *alp* albus.

SCHWANEN, ominari, animo præſentire, *mir ſchwanet nichts gutes* mens nihil boni præſagit. Vel idem eſt quod *wanen* conjicere, conjectura proſpicere, per initiale S. vel genus ducit a *ſchwan* cygnus. Nam de cygno fert opinio vulgi, fabuloſa quidem, ſed anriqua, quod mortem inſtantem prævideat, & cantu præſignificet. ÆLIANUS Lib. I. *Cygnos cantandi ſtudioſos eſſe, jam communi ſermone pervulgatum eſt. Ego vero cygnum nunquam audivi canentem: & tunc potiſſimum ajunt eorum cantum ſuaviſſimum & jucundiſſimum eſſe, cum vitæ permutatio præ foribus eſt.* Hinc cygnum Apollini non ſine cauſa dicatum eſſe, ſed quod ab eo divinationem habere videatur, ſcribit CICERO in primo Tuſcul. Quæſt.

SCHWANG, motus rotantis & impellentis, metaphorice uſus, mos, conſuetudo, a *ſchwengen*, ut Gallis *vague* a *voguer* remigare, vel *wegen* movere. Inde formula *in ſchwang bringen* inducere uſum & morem alicujus rei, item *im ſchwang gehen* in uſu & exercitio eſſe, qua urirur Luth. Pſal. LXXXV. 14.

SCHWANG, in quibusdam compoſitis videtur denotare menſuram conſertam & coagitaram, a *ſchwengen* concutere. Talia ſunt *überſchwang* abundantia, quo utitur Luth. 2. Cor. VIII. 14. *überſchwenglich* abundans & abunderter.

SCHWANGER, gravidus, urerum ferens. A Gr. ἔγκυος prægnans, præpoſito ſibilo & inſerto W. auctoribus Francis. Gloſſ. Boxhorn. *ſuangar* prægnans. Gloſſ. Pez. fœtæ *ſuangariu*. Inde *ſchwængern* gravidare.

SCHWANK, gracilis, agilis, mobilis. Refet ad *ſchwengen* movere.

SCHWANK, dictum facetum, *ſchwænke* nugæ. A *ſchnaken* jocularia loqui, per epentheſin & metarheſin.

SCHWANKEN, nutare. A ſimpliciori *wanken*, præpoſito S.

SCHWANKEN, motitare. Vide *ſchwenken*.

SCHWANZ, penis, pars virilis, *farrenſchwanz* penis bubulus. Vox Latina eſt a Gr. Σαίνω coire. Et hinc etiam eſſe poteſt Germanica, præpoſito ſibilo. Confer *rute*.

SCHWANZ, cauda, pars poſtrema & pendula animalis, & quicquid huic parti ſimile. Suecis *ſwanz*. MARTINIUS format a *ſchwanken* motitare, ut *zahl* a σαλεύω quatio. HELVIGIUS transpoſitum exiſtimat ex Heb. *ganabh* cauda. Sed hac metatheſi non efficit, quod optat, niſi plures mutationes accedant.

SCHWÆNZEN, quatenus derivatur a *ſchwanz*, ſignificat (1) cauda blandiri, ut ſolent canes, & allegorice adulari. (2) cum ſyrmate & faſtu incedere.

SCHWAPPELN. Vide *wappeln*.

SCHWAPS. Vide *ſchwips*.

SCHWARM, examen apum. SOMNER. in Dict. AS. *ſwearm* examen apum, *ſwearmian* examinare, agminatim volare. Idem Anglis *a ſwarm* & *to ſwarm*. Proprie eſt cauda veſtis, Gr. σύρμα, & metaphorice agmen ſe mutuo trahentium, a σύρω traho, inſerto W. & ideo non ſolum de apibus, ſed etiam de omnibus qui una vagantur, dici poteſt. Hinc porro *ſchwærmen* ſignificat quantum poteſt, (1) examen emittere, quod dicitur de rege apiarii, (2) turmatim volare, quod dicitur de apibus, (3) errare, vagari, quod dicitur primo de globo hominum errantium, poſtea etiam de ſingulis vagabundis, (4) ſegreges cœtus inſtituere, tumultuari, graſſari, quod dicitur de ſectariis, quia per varias opiniones inconſtanter aguntur, & turbas in republica excitant. Inde *ſchwærmer* tot habet ſignificatus, quot verbum, a quo oritur, permittit, & dicitur nonſolum de erronibus diurnis & nocturnis, ſed etiam de igne volante, ſectariis &c.

SCHWARTE, cutis lardi. Angloſax. *ſweard*, Angl. *ſword*, Belg. *zwoords*. SOMNER. in Dict. AS. *ſweard* cutis porcina, *ſugeſwaerd* pellis ſuilla. SKINNERUS ab atro colore ſic dictam putat, adeoque a *ſwart* niger. Malim a *warten* tueri, vel *weren* munire, quia natura carnem cute obduxit tanquam munimine. T. eſt medium derivandi, & S. millies præfigitur. Hinc in quibusdam Dialectis nonſolum de cute ſuilla, ſed etiam de cute humana, de cório animalium, & de ceſpite uſurpatur, quia tegumentia animalium ſimilis. VEREL. in Ind. *ſvard* terra aut cutis, quousque radices graminis vel pili deſcendunt, *ſvardſvipur* flagellum coriaceum, *ſvortaslag* percuſſio qua cute non rupta caro ſubtus læſa & contuſa eſt. Et huc etiam ſpectat ex idiomate Anglico *green ſword* ceſpes.

SCHWARZ, niger & nigricans. Gothis *ſwart* Matth. V. 36. Francis *ſuarz*, Belg. Angl. & Suec. *ſwart*. Gloſſ. Pez. Æthiopes *liuti ſuarze*. TATIANUS Cap. XXX. 6. *thu ni mahſt ein har thes fahſes uuizaz giuuon odo ſuarz*, non potes unum capillum album facere aut nigrum. Cambri dicunt *arddu*, Latini *atrum*, opinor ab *ardeo*, quia nigra uſtis ſimilia ſunt. Ita *braun* a *brennen*. Septentrio adjecit ſibilum. Inde Dania *ſoort* niger. Poſtea ſibilus attraxit labialem W. ut ſæpe alias. Et his parentibus paulatim ortum eſt *ſwart*, non ſubito.

SCHWARZE KUNST, necromantia. Vox Græca a mortuis evocandis deſumpta eſt, non a nigredine. Vitiari autem cœpit in *nigromantiam* ab ignaris. Et hæc eſt illa vox, quam dictio Germ. imitatur.

SCHWARZ-WALD, ſylva Martiana. CLUVERIUS Lib. III. Germ. Ant. Cap. 47. *Non dubito, quin Germanorum vocabulum* SWARZ, *& Romanorum* MARTIANA, *eandem originem habuerint. Jam vero multo probabilius eſt, Romanos Germanicum ſive Allemanicum vocabulum* SWARZ *corrupiſſe in* MARZ, *quam Allemannos ſilvæ nomen a Romanis accepiſſe*. Recte. Nam ſylvas opacas Celtici populi ſolent appellare nigras. Teſtis AYLVA ARDUENNA Galliæ Belgicæ, quæ certe eſt *ſylva nigra*, ab *arddu* ater, ſic dicta. Et hujus ſignificationis poſſit etiam eſſe HARZWALD ſylva hercynia, ſi derivetur ab *arddu*, præpoſito H. Quod, cum ſupra monere neglexerim, hic ſupplendum fuit.

SCHWARZ-WILD, fera nigra. Hodie dicitur de apro, ut fera rubra de cervo, olim de quavis fera majore. Lex Bojorum Tit. XIX. 7. *De his canibus, qui urſos vel bubalos, id eſt, majores feras, quod* SUARZ-WILD *dicimus, perſequuntur*.

SCHWATZEN, *ſchwæzen*, nugari. A Gr. Σάζω loqui, præpoſito ſibilo, ob cauſas ſæpe memoratas. Confer *lügen* & *farzen*.

SCHWEBEN, librari in aere, *ſchwebende gærten* horti penſiles, *ſchwibbogen* arcus in aere ſuſpenſus. ISIDORUS Hiſpalenſis in Fragm. cont. Judæoa Cap. IV. 4. *Gotes gheiſt ſuueiboda oba uuazſſerun*, ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Videtur formatum per ſibilum præfixum e Celtico & Cambris hodieque uſitato *chwa* aura, flatus, flamen, ventus, quia ſemper dicitur cum relatione ad aerem. Medium derivandi potuit eſſe W. ſic ut primo fuerit *ſchwewen*, poſtea *ſchweben*, mutatis labialibus. Allegorice uſurpatur etiam de animo. Inde *in freuden ſchweben* exultare, lætitia efferri, præ gaudio in altum levari, *hoch ſchwebende gedanken* cogitationes ſublimes.

SCHWEBEN, fluctuare, inconſtanter moveri. OTFRIDUS in Epilogo verſ. 125. de Noa:

Hoher oba mannon
Suebeta in then undon.
Altior ſupra homines
Fluctuabat in undis.

WILLERAMUS Cap. IV. 11. ex Edit. Merulæ:

ther

ther hunich ſuevet in themo uuabſe, mel fluitat in cera. Differt a præcedenti tam origine quam ſignificatu, etiamſi vulgo confundatur. Vide *weben* ejusdem ſignificatus. Nam ab hac verbi forma eſt *ſchweben* per proſtheſin ſibili, antiquis valde familiarem. Sueci eodem ſenſu dicunt *fwæfwa*. Dicitur autem ſenſu latiſſimo nonſolum de rebus incerto motu hinc inde agitatis, ſed etiam de vagabundis, & allegorice de dubitantibus, & adverſis caſibus jactatis.

SCHWEDEN, Suecia, regnum Sueciæ. Nomen toto Orbe celeberrimum, ſed difficile & arduum explicatu, non quod nullas recipiat interpretationes, tanta fama & antiquitate dignas, ſed quod plures & diverſas. Enim vero, ſi ad primam regni originem oculos convertas, *Schweden* poſſit eſſe a *Wodan*, primo Gentis Rege & ductore, & ſic vocari quaſi *Swodanonia*, præpoſito S. quo pacto cum origine nominis *Danici* exacte conveniet. Contra, ſi ad primævam iſtius terræ, qualis ante Wodani adventum fuit, faciem reſpexeris, *Schweden* nihil aliud denotabit quam terram incultam & ſylvis horridam, a voce domeſtica *wid*, *wed* ſylva, præpoſito ſibilo. De nomine ſylvæ vide plura in *wut*.

SCHWEDEN, Sueci, gens Suecica. Nomen apocopatum ab antiquiori *ſwedenthiot*, quod poſteritas contraxit in *ſwithiod*. VEREL. in Herverar-Saga pag. 118. *ſuitbiod* Suecica gens. Quo ſenſu, non explicat, ſi recte memini. Duo autem denotare poteſt ſecundum antecedentia, vel *coloniam Wodani*, vel *populum ſylveſtrem* & in ſylvis habitantem. De nomine populi actum in *deut* & *teut*, ea prolixitate, ut non opus ſit hic aliquid adjicere, aut ſemel dicta repetere. Poſtea nova apocope unus ſolus ex populo dictus eſt *ſwed*. JORNANDES inde formavit ſuos SUETHANS & SUETHIDOS (quos neſcio quo pacto tanquam diverſas ejusdem Inſulæ gentes deſcribit Cap. III. de Reb. Geticis) Latini inſimi SUECOS, mutato T. in C. Sunt, qui nomen *Sueticum* a *Getico* per ſibilum præfixum deducunt. Sed hoc inventu, quamvis ingenioſo, videntur Hiſtoriam turbare. De nomine *Sueonico* videbimus infra.

SCHWEFEL, ſulphur. Goth. *ſwibla* Luc. XVII. 29. vox a Gloſſographis Gothicis prætermiſſa, Angloſax. *ſweſl* ibid. Suec. *ſwafwel*. MARTINIUS in Lex. Philol. *Sulfur* mutant Itali in *ſolfo*, Galli in *ſoulfre* aut *ſouffre* eliſo l. Hiſpani in *cufra*, Sax. in *ſwevel* l. poſtpoſito. Hactenus ille. Vox Germanica eſt *breun-ſtein* in Verſione Islandica loco citato, quia ſulfur eſt lapis ardens, quam vocem imitantur Angli in *brimſtone*.

SCHWEGEL, calamus, tibia quæ inflatur, *ſchwegler* tibicen, *ſchwegeln* tibia canere. Voces Sicambricæ, ſed antiquiſſimæ, & omnibus veterum Dialectis uſitatæ. Gothis *ſwigljon* eſt tibia canere Luc. VII. 32. & *ſwigljans* tibicines Matth. IX. 23. Conſentium Francorum ſiſtunt Gloſſæ Junianæ in Gloſſ. Goth. pag. 325. calami *ſuegalun*, tibicines *ſuuegelara*, *pfifara*. Quibus nunc addo auctoritatem OTFRIDI Lib. V. Cap. XXIII. 396.

Lira joh fidula,
Joh manig falta ſuegala.
Lyra & pandora
Et multiplex fiſtula.

SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſweg* ſonus, *ſwegan* ſonare, *ſwege* inſtrumentum muſicum, *ſwegel-horn* tuba.

SCHWEHER, qui generum habet vel nurum. Goth. *ſwaihra* Joh. XVIII. 13. Angloſax. *ſweor* ibid. Franc. *ſuehor*, *ſuebur*, Hiſp. *ſuegro*, Camb. *chwegrwn*. Gloſſ. Pez. ſocerum *ſuehor*. Vulgo ducitur a Lat. *ſocer*, inſerto W. & hoc a Gr. ἐωρὸς, ſpiritu aſpero in ſibilum converſo. Nec repugno, etiamſi vox, ſi Antiquitates nuptiales Germaniæ ſequamur, denotare poſſit *patrem gladio acquiſitum*, ut infra oſtendam in *ſchwiger*.

SCHWEIF, quicquid humum verrit inceſſu, ſive pars animalis ſit, ſive pars veſtimenti, ab obſoleto *ſchweifen* verrere. Inde *ſchweif* cauda, *roſs-ſchweif* cauda equina, *ſchweif am kleid* ſyrma, tractus veſtis muliebris.

SCHWEIFEN, verrere. Vox antiquo-Saxonica. SOMNER. in Dict. Angloſaxon. *ſweopan* verrere, *ſweopung* actio verrendi. Idem Anglis *to ſweep* & *a ſweeping*.

SCHWEIFEN, vagari, *land-ſchweifer* erro, vagabundus. VEREL. in Ind. *vofa* oberrare, *ſkrymsl er thar vofa i hofum* ſpectra quæ in fanis oberrant, *ſvefuſt* circumagi. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *chwifiwr* vagus, vagabundus, vagator, vir levis, incertæ ſedis: potius *chwyfiwr*, a *chwyf* motus, motio. Hæc ille. Mallem connectere cum præcedenti, quia vagi ſunt verrentibus ſimiles, & pulverem ubique excitant.

SCHWEIGEN, tacere, *ſtill-ſchweigen* ſilentium. Græcis σιγὰν & σιγῆ, Angloſaxonibus *ſwigan*, *ſwigian*, *ſuwian*, *ſuwigan*, & ſubſtantive *ſwig*. Similia habent Franci & Alamanni. Gloſſ. Keron. ſilere *ſuuigen*, ſilui *ſuuiketa*, tacui *ih ſuuigeta*, ſilentium *ſuuikely*, taciturnitatem *ſuuugali*. Vox Germanica non differt a Græca niſi inſerto W. Utraque videtur accepta ab elemento S. Quod certe eſt nota ſilentii, & fortiter ſibilatur ab iis, qui in conventibus publicis ſilentium indicunt. Vocabulum Celticum & Gothicum vide in *tagen*. A *ſchweigen* fit verbum faceſſens *geſchweigen* ſilentium imponere, facere ut taceat, quo utitur LUTHERUS in Verſione ſacra, & adhuc populares mei.

SCHWEIGEN, prædia pecuaria. Ita Continuator Theſauri Beſoldiani. Haud male. Nam Francica lingua *ſueig* eſt pecus & collective grex, armentum. Gloſſ. Boxhorn. *ſweiga*, *rindſtal* armentum. Gloſſ. Lipſ. *ſuga* armentum, *ſuegon* armento. Gloſſ.

Pez.

Pez. buccula *ſueiga*, paſchualia (paſcualia) *ſueichrind*. Quibus conferri meretur NOTKERUS Pſal. 50. in fine, SCHILTERO citatus in Gloſſ. pag. 781. ubi juvenes ſancti & in Eccleſia educati vocantur *chalber ſone doro ſueigo genomeniu*, vituli de grege ſumti. Hinc porro lucem accipit vox Latino-Barbara *ſwaiga*, quam CANGIUS ſine nota dimiſit. Vicum quendam prope Ulmam nomine *Swaighofen*, a re pecuaria ſic appellatum eſſe, non ſine ratione conjicit FRICKIUS vir doctiſſimus & diligentiſſimus in notis cancellatis ad Gloſſ. Schilt. pag. 721. Sed unde *ſweich* pro pecude? Certe a ſimpliciori *vieh*. Nam labiales permutantur in omnibus Dialectis, & ſibilus ſæpe præfigitur a plebe, ubi minime neceſſarius.

SCHWEIMELN, vertiginem aut deliquium pati. Frequentativ. a ſimpliciori, antiquiori, & Scythico *ſvima*, quo hodie utuntur Sueci & in ultima Thule Islandi. VEREL. in Ind. *ſvima* deliquium pati, *han fell i ſvima* deliquium paſſus eſt. Inde *ſchweimel* vertigo, deliquium.

SCHWEIN, porcus. Gothis *ſwein*, plur *ſweina* Luc. XV. 16. Reliquæ Dialecti omnes habent *ſwin*, Angloſaxonica, Francica, Anglica, Belgica, Scandica. TATIANUS Cap. LIII. 19. *Senti unſih in thas eutti thero ſuino*, mitte nos in gregem porcorum. Aſſentior JUNIO, qui hoc ſubſt. ab adj. Græco σύος ſuillus, derivat. A *ſchwein* rurſus fit *ſchweinen* & *ſwinen* in omnibus Dialectis. Gloſſ. Pez. ſuillam *ſuininaz fleiſc*.

SCHWEIN, dicitur nonſolum de porco, ſed etiam de eo quod porco ſimile, ſive moribus, ut homo impurus, ſive roſtro, ut piſcis quidam. In Belgis *meerſwin* turſio, ſus marinus, quod imitantur Galli in *marſouin*.

SCHWEINS-FEDER, venabulum. *Feder* hoc loco eſt inſtrumentum transfigendi, a Lat. *fodere* vel *foſſare*, quo utitur ENNIUS: *decretum eſt foſſare corpora teleis*. Et tribuitur telo venatorio, quia venabulum eſt *transfoſſor* apri. Nec id mirum videri debet. Nam etiam Cambri a foſſando gladium vocant *ffoſs*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

SCHWEINEN, deficere, defectum pati. Dicitur antiquitus de omni defectu, tam corporis quam animi. SOMNER. in Dict. Angloſax. *aſwunan* deficere animo, *aſwand*, *aſwond* languidus, enervatus. Gloſſ. Pez. decreſcit *ſuinit*, exſiccata *virſuinnaner*, defectu *virſuinani*. VEREL. in Ind. *ſvina* evaneſcere. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXIII. 45. *berga ſculun ſuinan*, montes debent humiliari, decreſcere, inclinari. Anglis *to ſwoon* eſt deliquium pati, & *a ſwoon* deliquium. Oritur, non a *ſwefn* ſomnium, quam HICKESII etymologiam adoptavit SKINNERUS, ſed a *wan* defectus, ſibilo ut ſæpe alias præfixo. A *ſchweinen* eſt *ſchwinden*, inſerto D.

SCHWEINERN, attenuare, diminuere, facere ut deficiat. Verbum faceſſens ex præcedenti, vel certe ex eodem fonte cum illo ortum. Utitur Verſio Helvetica Ezech. XIV. 13. obſervante STADENIO in Voc. Bibl. pag. 577.

SCHWEISS, proprie eſt æſtus, a *ſieden* æſtuare, fervere, inſerto W. & dicitur (1) *de ſanguine*, per metonymiam adjuncti, quia ſanguis eſt pars corporis calidiſſima & agitatiſſima. (2) *de ſudore*, per metonymiam cauſæ, quia ſudor eſt humor ab æſtu expulſus. Similiter & Græcis ἱδρώς (quod non procul abeſt a Saxonico *ſwet*) æſtum & ſudorem ſignificat. Quid veteres Germani de ſanguine & ſudore, qui hodienum nomina habent communia, ſenſerint, quod pretium illis ſtatuerint, egregie indicat TACITUS Cap. XIV. de M. G. *Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes & vulnera mereri. Pigrum quin imo & iners videtur ſudore adquirere, quod poſſis ſanguine parare.*

SCHWEISS, ſanguis. VEREL. in Ind. *ſveit* ſanguis, *ſveita lækirner renna af theim* rivi ſanguinis ab eis decurrunt. Hodie dicitur tantum de ſanguine feratum, & inde *ſchweiſſen* ſanguinem emittere, ſtylo venatorio.

SCHWEISS, ſudor, *ſchwitzen* ſudare BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *chwys* ſudor, *chwyſu* ſudare. SOMNER. in Dict. AS. *ſwat* ſudor, *ſwætan* ſudare. Similia habent Franci. TATIANUS Cap. CLXXXII. 3. *uuard tho ſin ſueiz ſamo ſo tropfo bluotes*, & factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis. OTFRIDUS Lib. V. Cap. VI. 71.

Biginnit thanne ſuizzen,
Mit zaharin ſih nezen.
Tunc cœpit ſudare,
Et lacrymis rigari.

SCHWEIZER, Helvetii. Lat. Barb. *Suiceri* & *Suitenſes*. Proprie vallenſes, a *ſveit*, quod in Lexico Runico exponitur *habitatio vallina, utrinque montibus cincta*. HELVETICUM nomen, cui *Suicerorum* ſucceſſit, pene idem ſignificare, mihi perſuaſum eſt. Vide *hill* mons. Scriptores tamen ejus Gentis domeſtici, & in Antiquitatibus patriis valde verſati, clatum *Suicerorum* nomen duxerunt a *Vitis*, populo Jutiæ, ſibilo præfixo, alii a *Suecis*, alii a ductore Suecorum *Schwytero*. STUMPFIUS in Chron. Helvet. fol. 178. *Schwyterus tertius majorem Helvetiæ partem tenuit cum ſuis Suediis, eamque de nomine ſuo appellavit Schwytiam, & colonos Schwyteros.* Si hos autores ſequamur, *Suiceri* ſunt ſoboles Danica vel Sueo-Gothica, & hanc originem ipſo nomine profitentur.

SCHWELGEN, helluari. Angloſax. *ſwelgan*, Angl. *ſwallow*. Proprie eſt abſorbere, deglutire, a *ſwalg* baratrum. Gloſſ. Boxh. *farſuuolgh uuerde* abſorbeatur. VEREL. in Ind. *ſvelgia* deglutire, *ſvelgur* baratrum Saxonibus inf. *ſwalg* etiamnum appellari ſoſſam quæ ſordes abſorbet, obſervat STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 573. Poſtea eadem vox etiam gulæ & helluoni communicari cœpit, ob manifeſtam cum baratro ſimilitudinem.

tudinem. Inde Suecis *ſwalg* frunnen, fauces, Islandis *ſwelgur* helluo, Angloſaxonibus *ſwelgan* vorare, *ſwelgend* vorax Luc. VII. 34. *thes man is ſwelgend and win drincende*, hic homo eſt devorator & vinum bibens. Similiter apud Latinos a *gurgite* fit *ingurgitare*. A *ſchwelgen* eſt *verſchwelgen* bona conſumere helluando.

SCHWELL, *ſchwelle*, limen. Novum ex antiquiori *ſaul* per epentheſin factum.

SCHWELLEN, intumeſcere. Angloſax. & Francis *ſwellan*, Scandis *ſvella*, Angl. *to ſwell*. Gloſſ. Boxh. *ſuellantero* turgentium. OTFRIDUS Lib. III. Cap. III. 52.

Thuruh ubarmuati in uuar
So ſuilit uns thaz muat ſar.
Per ſuperbiam certe
Intumeſcit nobis animus.

MARTINIO judice eſt a ſimpliciori *wellen* efferveſcere, & hoc a Lat. *bullio*. Præcipua derivata ſunt *ſchwulſt* tumor, *ſchwülſtig* turgidus, tumidus.

SCHWELM, fomes. Vide *ſchwælen* ar. deſcere.

SCHWEMMEN, facere ut natet. Verbum faceſſens a *ſchwimmen* natare. Inde *ſchwemme* natabulum, locus ubi pecora natando abluuntur, *anſchwemmen* undando appellere, & dicitur de ejectamentis maris & fluviorum, *fortſchwemmen* undando propellere, & dicitur de magna inundatione quæ aggeres, domos, arbores, & omnia obſtacula ſecum rapit. A ſimplici Gothi habent *ſwumsl* piſcina, natatorium, quod extat in Cod. Arg. Joh. IX. 7.

SCHWENDEN, perdere, deſtruere, in nihilum redigere. Verbum a Gothis & Francis relictum. NOTKERUS Pſal. XVII. 18. *Ih uuuochs ſone dero ahtungo, mit dero ſie mih ſuenden uuolton*, confortatus ſum perſecutione, qua me volebant perdere. Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſ. Inde Gothis *diſwinthan* deſtruere, quod dicitur de petra quæ deſtruit eum ſuper quem cadit Luc. XX. 18. & male refertur ad ventum. Proprie autem eſt verbum faceſſens a *ſchwinden* deficere. Quid enim eſt perdere, niſi facere ut deficiat, pereat, evaneſcat? Hodie utimur compoſito *verſchwenden* dilapidare, nepotando perdere, quod dicitur de patrimonio, unde *verſchwender* prodigus, & alia ſatis nota.

SCHWENGEN, *ſchwingen*, proprie eſt celeriter movere, factumque ni fallor a *wiegen* agitare, motitare, concutere, præpoſito ſibilo vehementiæ cauſa, & inſerto N. quod ſæpe abundat. Inde *ſchwinge* ala, *ſchwingfedern* pennæ remiges tam piſcium quam volucrum, *ſchwank* agilis, mobilis, quod dicitur de gracili & macilento, quia cæteris a lacrius movetur, *ſchwengel* lignum putei transverſum, ſurſum deorſumque volubile.

SCHWENGEN, *ſchwingen*, reliquos ſignificatus accipit a ſynecdoche generis. Plures autem ſunt, & pene innumeri, prout celer motus vel rectus eſſe poteſt vel obliquus, vel ſimplex vel compoſitus, vel ſpontaneus vel impulſivus & violentus. Et tametſi pomœria hujus verbi per ſe ſint latiſſima, non tamen æque late patent in omnibus Dialectis. Gothis *ſwegnian* eſt exultare Luc. X. 21. *ſwegnitha*, *ſwignitha* exultatio Luc. I. 14 44. quia exultantes præ gaudio moventur in altum, motu ſpontaneo. Contra Angloſaxonibus *ſwengan* eſt vibrare, quaſſare, concutere, commovere, jactare, interprete SOMNERO. Anglis *to ſwing* rotare, librare, circumagere, & dicitur etiam de jactu pedum funambulorum a reſte pendulorum. Suecis *ſwinga* vibrare. Germanis *ſchwingen* corpus vertere tam in tripudio quam in atmiluſtrio, ſaltu conſcendere, ſurſum movere, in gyrum movere, ventilare, impellere, &c. Inde *ſchwang*, *ſchwung* ſaltus, rotatio, & motus impulſivus, *verſchwingen* concutere, commovere, *fortſchwingen* promovere, impellere, *erſchwingen* levare, *erſchwenglich* levabilis. Et huc etiam ſpectat ACHWINGE, nomen fluvii in Ducatu Bremenſi, a celeri, ut videtur, vel obliquo & ſerpentino curſu ſic dicti.

SCHWENGEN, *ſchwingen*, cædere, verberare. Evang. Angloſax. Matth. XXVII. 26. *tha let he thone hælend ſwingan*, tunc juſſit Jeſum flagellari. Cognatum cum præcedentibus. Nam cædere eſt cutem quaſſare verberonis flagello manibus agitato. Inde Angloſaxonibus *ſwingle*, *ſwingla* verbera, flagella, ſcuticæ, Germanis *ſchwengel* tundendi inſtrumentum, malleus, flagellum, aut ſimile quid, ut patet ex compoſitis, cujusmodi ſunt *glocken-ſchwengel* piſtillum quod campanam pulſat, *korn-ſchwengel* tribulum, flagellum triturarium, *galgen-ſchwengel* patibularius, qui jactu pedum crucem verberat.

SCHWENKEN, eſt frequentativ. a *ſchwengen* motitare, rotare, circumagere &c. & ejusdem ſignificatus. Metonymice ponitur pro eo, quod motitationem conſequitur. Inde *auſſchwenken* aqua diluere. Metaphorice pro vexare. Inde Angloſaxonibus *ſwencan* contumelia afficere Matc. XII. 4. Matth. XXII. 6.

SCHWEPPE, *ſchwippe*, flagrum. Vox Saxonica. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſwipe*, *ſwiope* flagellum, *ſwebban* flagellare. A ſimpliciori *wippe*, quod vide.

SCHWER, *ſchwær*, gravis, ponderoſus. Angloſax. *ſwær*, Franc. & Alam. *ſuuar*, Belg. *zwaar*, Suec. *ſwær*. Gloſſ. Keron. grave *ſuuar*, graviora *ſuuarrera*, gravisſimæ *ſuuariſtun*, graventur *ſin kaſuuarit*. Deme ſibilum, & conſentiet Græcorum βαρὺς. Utrumque videtur convenire in verbo *bæren*, levare, attollere. Quamvis enim grave natura deſcendat, hoc ipſo tamen leve attollit, & ab hac qualitate motiva recte vocatur *bar*, *bær*, & præpoſito ſibilo *ſbær*, *ſwær*. B. & W. ſunt literæ permutabiles. Allegorice eſt moleſtus & difficilis. Ad moleſtiam ſpe-

ctat, quod Græcis quoque βαρὺς eſt moleſtus, βαρέως φέρειν graviter ferre, βαρεῖα moleſtia afficio. Et huc pertinent ex hodierno idiomate, *beſchwerde* moleſtia, *beſchwerlich* moleſtus. Ad difficultatem referenda ſunt, quando dicimus *eine ſchwere ſache* res ardua, *ſchwer zu verſtehen* difficile intellectu, *ſchwierig* moroſus, difficilis, qui gravamina & obſtacula invenit ubi nulla ſunt, *ſchwierigkeit* difficultas. A *ſchwer* porro eſt *beſchweren* onerare, *ſich beſchweren* gravamen obtendere, & alia, quæ nulla egent interpretatione.

SCHWERE, pondus. Gloſſ. Pez. pondera *ſuari*, pondus *ſuari*. Gr. Σάρος.

SCHWEREN, honorare. Verbum Codici Argenteo proprium. Marc. VII. 10. *ſwerai attan theinana jah aithein theina*, honora patrem tuum & matrem tuam. Joh. VIII. 49. *ik ſwera attan meinana, jah jus unſweraith mik*, ego honorifico patrem meum, & vos inhonoratis me. Luc. VII. 2. *was imma ſwers*, erat ei pretioſus, habebat illum in maximo pretio. Marc. VI. 4. *praufetus unſwers* propheta ſine honore. Omnino a *weren* æſtimare, ſenſu a rebus pecunia æſtimatis ad honorem, qui perſonis pretio dignis & magni æſtimandis deferri ſolet, translato. Miror ſummos viros JUNIUM & STIERNHIELMIUM nihil hic annotaſſe. Sed ſibilus præfixus & infrequentia verbi *weren* illis impoſuit, quo minus vocem, tanquam de cœlo lapſam, & nulla cognatione conſpicuam, intelligerent.

SCHWEREN, jurare, juramento firmare. Goth. *ſwaran* Matth. XXVI. 74. Angloſax. *ſwerian* Marc. XIV. 71. Franc. & Alam. *ſuueren, ſuuerran*, Belg. *zweeren*, Suec. & Island. *ſværia*, Angl. *ſwear*. Gloſſ. Keron. jurare *ſuuerran*. TATIAN. Cap. CLXXXVIII. 5. *bigonda tho ſueren*, tunc cœpit jurare. VEREL. in Ind. *ſværia* jurare. HELVIGIO idem eſt quod *ſeverare*: SKINNERO idem quod graviter affirmare a *ſchwer* gravis: JUNIO idem quod *ſchweren* honorare, ſenſu ab honore in genere ad eum honorem, quem jurantes Deo exhibent, translato, cum jusjurandum nihil aliud ſit, quam pia & ingenua Dei invocatio, in Gloſſ. Goth. pag. 323. Hoc cæteris præferendum. Nam apud omnes in confeſſo eſt, juramentum eſſe affirmationem religioſam, & præcipuum Dei cultum, & hunc habere ſenſum, quibuscunque conceptum ſit verbis, *Deus teſtis ſit, Deus vindex ſit*. Vide GROTIUM Lib. II. de jure B. & P. Cap. 13. A *ſchweren* eſt *ſchwur* juramentum, ſacramentum, *eidſchwur* jusjurandum.

SCHWEREN, quatenus ſignificat *jurare*, novos accipit ſignificatus a ſynecdoche, qua totum ponitur pro parte. Cum enim in juramento quatuor præcipue concurrant, (1) invocatio numinis, (2) promiſſio, (3) confirmatio, (4) maledictio, hinc pro diverſo juramenti reſpectu *ſchweren* quadruplicem obtinuit ſignificatum, generali quidem diſſimilem, ſed ſimilem ſingulis partibus, a quibus oritur. Quod propter ſequentia probe obſervandum.

SCHWEREN, orare, invocare. A *ſchwur* juramentum, quatenus Deos jurat vel invocat. Inde *beſchweren* precibus obſtringere, obſecrare, adjurare, evocare, incantare, exorciſare, ſive Dei ſive dæmonis nomine interpoſito. Gloſſ. Keron. obſecra *piſuueri*, obſecrare *piſuueran*. Evang. Goth. Marc. V. 7. *biſwara thuk bi gotha*, adjuro te per Deum. TATIANUS Cap. CXC. 1. *ih biſueru thih bi themo libenten Gote*, adjuro te per Deum vivum.

SCHWEREN, promittere. A *ſchwur* juramentum, quatenus aliquid promittit. Apud veterem interpretem Legis Moſaicæ „*hingeſchworene* eſt virgo deſponſata, fidu„ciata, *ein jungfraw einem mann geſchwo„ren*. Et in patria mea *ein hinſchweren* ſpon„ſalia, connubiale pactum, quod eſt *firma„ta fabula* in Lege Lombarda. Ita FREHERUS in not. ad Fœd. Ludov.

SCHWEREN, confirmare. A *ſchwur* juramentum, quatenus aliquid confirmat. Inde antiquis *furſwiron* errorem aut vitium in confirmando committere. Lex Bojorum Tit. XVII. 2. *Injuſte territorium alteri firmaſti, id eſt, furſwirotos, ipſum mihi debes reddere, & cum XII. ſolidis componere*. In quo compoſito præfixum *fur* pravitatem in actione notat, ſenſu antiquis familiari, & omnium idiomatum uſu probato, quod multis exemplis oſtendi in *forlegani*. Hinc vox Bojoarica a FREHERO male exponitur per *ſancire, ſtabilire, firmare*, & adhuc pejus a LINDENBROGIO per *pejerare*, etiamſi illud SCHILTERUS, hoc SPELMANNUS adoptaverit. Patet vel hoc uno exemplo, quam utilis & neceſſaria ſit particularum cognitio, & quam pulcre contemptum ſuum ipſæ vindicent.

SCHWEREN, diris devovere, imprecari malum ſibi vel aliis. A *ſchwur* juramentum, quatenus perfidiæ ultionem in ſe depoſcit, ut ſunt formulæ veterum apud GROTIUM: *ita me feriat Jupiter, ut ego hunc porcum: ita me mactent Dii, ut ego hunc agnum: ita me ejiciat Diespiter, ut ego hunc lapidem*.

SCHWERT, *ſchwerd*, juramentum. A *ſchweren* jurare. Gloſſ. R. Mauri: jus jurandum *eidſwuart*. Gloſſ. Keron. jure jurando *rehteru eidſuuardiu*. Gloſſ. Pez. conjurationes *eidſuuarti*. VEREL. in Ind. *ſuardagi* juramentum.

SCHWERT, *ſchwerd*, gladius. Angloſax. *ſweord, ſwurd*, Franc. *ſuert*, Belg. *zweerdt, zwaerdt*, Angl. *ſword*, Suec. *ſwærd*, Isl. *ſverd*. Gloſſ. Pez. mucro *ſuerth*. Gloſſ. Boxh. pugio *ſuert*. Gloſſ. Lipſ. framea *ſtaffwert*. VEREL. in Ind. *ſverd* gladius, inter præſtantiſſimas heroum poſſeſſiones ſemper habitus. TATIANUS Cap. CLXXXV. 3. *Senti thin ſuert in ſceidun*, mitte gladium tuum in vaginam. STADENIUS deduxit a *ſwerva, ſwirra*, vibrare, quod Gothicum vocat. Malim a *weren* defendere, præpoſito ſibilo, quia

hoc

hoc telo nos & noſtra tuemur. Olim tamen exiſtimavi, vocem iis temporibus natam eſſe, cum gladios ritu pagano colerent & jurarent, ductamque a *ſchweren* jurare. Gladium apud Scythas pro Deo habitum juratumque, tradunt HERODOTUS Lib. IV. Cap. 62. POMPONIUS MELA Lib. II. Cap. I. SOLINUS Cap. 20. APULEJUS de Deo Socratis, LUCIANUS in Toxari, aliique. De Quadis, antiquo Germaniæ populo, diſerte ſcribit MARCELLINUS Lib. XVII. Cap. XII. *Eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere, ſe permanſuros in fide.* Quid mirum, illos arma coluiſſe, cum omnis in ferro fuerit fiducia? Et hæc opinio, gladios eſſe Deos, pacis & belli arbitros, juris & injuriæ vindices, & præ cæteris Diis colendos jurandosque, antiquitus omnibus Germaniæ populis videtur inſediſſe. De Francis, Saxonibus, Alamannis, Bajuvariis, Longobardis, Ripuariis, Danis, Suecis, qui vel armis more Scythico, vel armata manu ad priſtini facti memoriam, in cauſis tam publicis quam privatis jurabant, vide DANGIUM immenſæ lectionis auctorem in voce *jurare*. Ob eandem cauſam regna & feuda non niſi gladio conferebantur, & etiamnum a Cæſare oblato ad oſculum enſis manubrio conferuntur. Hinc vaſallus Regis in Indice Vereliano dicitur *konigs ſwertakare*, quia gladium Regis tangendo ſubjectionis & fidelitatis juramentum præſtabat.

SCHWERT-MAGEN, propinqui paterni. Vide *mag* cognatus.

SCHWESTER, ſoror. Goth. *ſwiſtar* Marc. III. 35. Angloſax. *ſwuſtor* ibid. Franc. *ſueſter*, Procop. *ſchweſter*, Belg. *zuſter*, Angl. *ſiſter*, Suec. *ſyſter*, Pruſſis & Lithuan. *ſchoſtro*. TATIANUS Cap. CCVI. 1. *ſin muoter inti ſueſter ſinon muoter*, mater ejus & ſoror matris. JUNIUS vocem Saxonicam ducit a *ſwete* dulcis, ut ſoror dicatur quaſi *ſweteſte* dulciſſima, propter illam blandioris mitiorisque indolis ſvavitatem, quæ ſororibus præ fratribus naturalis. SKINNERUS ſuſpicatur, Germanis antiquis *ſwe* denotaſſe affinem, & ab hoc poſitivo ortum eſſe comparativum *ſchwager* affinior, & ſuperlativum *ſchweſter* affiniſſima, conjunctiſſima. STADENIUS videtur agnoſcere ſuperlativum quendam in voce, ſed ex alio poſitivo oriundum, nempe a Gothico *ſwes* proprius, vel Francico *ſuaſo* domeſticus. Credibile eſt, fratris & ſororis appellationes eodem modo ab antiquis formatas eſſe, ut, quemadmodum frater vocatur *bruder* a *bru* venter, quaſi uterinus, ita ſoror *ſyſter*, a *ſys* uterus, quaſi uterina. VEREL. in Ind. *kyn* genus, *ſyskin* frater & ſoror, *ſyskinbarn* fratrum & ſororum liberi. Quid priſcis Septentrionalibus ſignificet *ſys*, & cur frater & ſoror dicantur *ſyskin*, non explicat Verelius. Videntur autem ſic dicti, tanquam *uterini generis*. Certe *ſyſter* ex eodem fonte eſt, & poſſet etiam denotare fratrem, ſicut *bruder* ſororem, ſi uſus voluiſſet. Quod adeo verum, ut etiamnum hodie fratres & ſorores iisdem parentibus genitos, appellemus *geſchwiſter*, quaſi uterinos. Litera W. in medio vocis, etiamſi valde antiqua ſit, infarta tamen eſt præter neceſſitatem, ut ſæpe alias.

SCHWETZEN. Vide *ſchwatzen*.

SCHWIBBOGEN, fornix. Gloſſ. Pez. fornicem *ſuuipogun*, triumphalem *ſiganuſlihen ſuuipogun*. Id eſt, arcus penſilis, a *ſchweben* librari in aëre.

SCHWICKEN, decipere, ſeducere, depravare. NOTKERUS Pſal. XIV. 4. *der andermo man ſueret unde in ne beſuichet*, qui jurat proximo ſuo & non decipit. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſwican* prodere, decipere, ſeducere, *ſwica* proditor, deceptor, *ſwicdom* deceptio, proditio. Gloſſ. Keron. vagi *ſuuihonte*, gyrovagum *ſuuihharro*, deceptus *piſuuichaner*. Ratio interpretationis eſt, quia vagi illi Monachi, a Regula S. BENEDICTI deſcripti, ſunt impoſtores, qui ſe & alios decipiunt. VEREL. in Ind. *ſvik* fraus, dolus, perfidia, proditio, *ſvikuli* fallax, doloſus, *ſvikrædi* perfidia, proditio, *ſvikolauſt* ſine fraude. Cuncta per epentheſin literæ W. (quæ in aliis quoque vocibus ſæpe attrahitur a ſibilo) a Græc. σικανὸς, quod primo quidem Siculum, poſtea ob pravos Siculorum mores, etiam vafrum & doloſum, & ipſam decipiendi artem denotavit. Nec aliunde Gallis *ſicaneur*, vel ut hodie ſcribunt *chicaneur*, judice G. BUDÆO in Dictionario. Vulgus Saxoniæ inferioris etiamnum utitur compoſito *beſwicken* pro decipere.

SCHWIEGER. Vide *ſchwiger*.

SCHWIEL. Vide *ſchwill*.

SCHWIEMELN. Vide *ſchweimeln*.

SCHWIERIG. Vide *ſchwer*.

SCHWIGEL. Vide *ſchwegel*.

SCHWIGER, uxor ſoceri, mater conjugis & mariti. Gothis *ſwaihro* Marc. I. 30. Angloſax. *ſweger* ibidem, Francis *ſuuigar*, Cambro-Britannis *chwegr*. TATIANUS Cap. XLIV. 23. *quam zi ſcheidanne ſnur uuidar ira ſuigar*, veni ſeparare nurum adverſus ſocrum ſuam. Multorum judicio eſt a Lat. *ſocrus*, inſerto W. & hoc a Græc. ἑκυρὰ, ſpiritu aſpero in ſibilum mutato. Videamus, annon poſſit eſſe vox domeſtica? TACITUS inter *Deos conjugales* Germanorum refert *bovem, equum, gladium*, Cap. XVIII. de M. G. *In hæc*, inquit, *munera uxor accipitur*. Gladius autem Islandica Lingua vocatur *vigur* apud VEREL. in Ind. haud dubie a *wigen* bellare, necare. Præpone ſibilum, & habebis *ſwiger*. His poſitis *ſwiger* videtur apocopatum ex compoſito *ſwiger-muter*, & proprie denotare matrem gladio acquiſitam. Idem dicendum de ſocero, quem vulgo vocamus *ſchwiger-vater*, & per apocopen *ſchwehr*. Sueci ſocerum & ſocrum vocant *ſwerfader* & *ſwærmoder*, opinor a *ſweren* honorare, quod Gothicum eſſe vidimus.

ita MARTINIO ἰσχὺς & ἰσχὰ interpretatione Chaldæa eſt venerabilis.

SCHWEL, tumor, apoſtema. Angloſax. *ſwyle*, Belg. & Angl. *ſwelling*, Suec. *ſwullnad*. Refer ad *ſchwellen* intumeſcere.

SCHWILL, *ſchwiel*, cutis calloſa. MARTINIUS & alii ex eodem fonte derivant. Malim a Lat. *callum*, interpoſito W. quia in callo magis conſideratur denſitas & durities, quam eminentia cutis.

SCHWIMMEN, nare, natare. Angloſax. *ſwymman*, Francis *ſuuimmen*, *ſuuummen*, Anglis *to ſwim*, Island. *ſvimma*, Belg. *zwemmen*, Suecis *ſimma*. Gloſſ. Pez. emergebant *uzſuuummun*. NOTKERUS Pſal. XXXI. 6. *in manigero uuazzero uuage ſuummente ne nahent ze imo*, in diluvio aquarum multarum natantes non adproximabunt ad eum. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XIII. 50. *Petrus bigonda ſuimman*, Petrus cœpit natare. An litera W. radicalis ſit, nescio, ignoramus. Vox Suecica *ſimma* ita concepta eſt, acſi eſſet a σῆμα littus, quo ſenſu occurrit apud HESYCHIUM. Forte ab initio ſignificavit, natare in littore, vel flumen de littore ad littus trajicere natando. JUNIUS, qui vocem Suecicam ignoraſſe videtur, ex eodem fonte petit *ſwimmen*, quod juventutem nihil magis ad natandum invitet, quam littoris opportunitas. Contra MARTINIUS in voce *no*, idem verbum ingenioſe effingit a *ſquama*, quod natare piſcium proprium ſit, & poſtea aliis rebus, quæ in aqua fluunt, communicatum. *Squamigero generi*, inquit, *natura convenit nare, puta piſcibus, deinde & aliis: & ſquama, cortex, & ſimilia, in ſuperficie aquæ natant*. De ſtudio natandi veterum Germanorum, vide CLUVERIUM Lib. I. Germ. Ant. Cap. 18. & confer exemplum Caroli M. apud EGINHARDUM Cap. 22. A *ſchwimmen* eſt *ſchwemmen* facere ut natet.

SCHWIND, celer & celeriter. Vox difficilis & inexplicabilis, niſi ab aliis & ſanioribus per longi temporis mutationes deducatur. Forma primigenia (ita enim auguror) fuit *fys*, *fus*, a *fyſa* feſtinare. SOMNER. in Dict. AS. *fus* promptus, *fwithe-fus* perexpeditus. VEREL. in Ind. *fus* promptus, *fyſa* feſtinare. De verbo Islandico vide plura in *fix*. Poſtea primitiva forma mutari cœpit in *fyt* & *wit*, mutatis labialibus, & ſibilo in T. converſo. Inde Gallis *vite* celer, quod illis ex aliqua Germanorum, qui Sæculo quinto Galliam inundarunt, Dialecto relictum arbitror. Tandem ex *wit* factum eſt *ſwith* præpoſito ſibilo. Inde Angloſaxonibus *ſwithe-ripe* præcox, præſeſtine maturus. Denique a *ſwith* prodiit Anglicum *ſwift* per epentheſin, & Germanicum *ſwind* per aliam epentheſin. Hodie dicimus *geſchwind*.

SCHWIND, potens, validus, fortis. GROTIUS in Indice: *Swind in novo teſtamento ſæpe potens*. Quibus verbis haud dubie reſpexit ad Evangelium Gothicum, in quo, ut pridem obſervavit JUNIUS, *ſwinth* eſt validus Marc. II. 17. *kaſa ſwinthis* vaſa fortis ſeu potentis Marc. III. 27. *ſwinthei* potentia Luc. I. 51. *ſwinthmoda* confortabatur Luc. II. 40. An a celeritate, quod fortes plerumque ſint incitati? Malim a potentia, etiamſi celeri & forti ſæpe idem nomen tribuatur. Nam ab initio fuit *ſwith*, ab ἰσχύω valeo, poſſum, polleo, per aphæreſin & epentheſin, & poſtea *ſwinth* per novam epentheſin. Huc me ducit idioma Saxonicum, ejusque vocula *ſwith*, cujus omnes ſignificatus, compoſita & derivata, in notione potentiæ conveniunt. Hujusmodi ſunt (1) *ſwith* potis, *ſwithor* potior, *ſwithoſt* potiſſimus, *ſwithran hand* dextra, i. e. potior manus. (2) *ſwith* valde, adverbium intenſionis, *ſwithelong* prælongus, valde longus, *ſwithe-fus* perexpeditus, valde promptus, *ſwythe dyre* valde carus &c. (3) *ſwithian* prævalere, præpollere, *ſwithrian* invaleſcere. Et alia apud SOMNERUM & BENSONIUM. Quæ certe vim ſignificandi ſuam non habent a celeritate, ſed a potentia, robore, valore, ut conſideranti manifeſtum. Et hiſce omnino affinis eſt vox Gothica *ſwinth* potens, validus, fortis, in multis Gothorum Nominibus conſpicua, cujusmodi ſunt,

SUINTILA, Valentius. Diminutivum a *ſwinth*. GROTIUS exponit *potentia exutus*. Quod mali augurii eſt, & evitari debet in nominibus propriis.

SUINTEBOLD, valde audax. Vide *bald*.

CHINDASUINTHUS, liberis potens, interprete GROTIO. Quamvis etiam *bellipotentem* ſignificare poſſit, ſi referatur ad *gund*, ob perpetuam gutturalium permutationem.

RECESUINDUS, ultione potens, interprete GROTIO. Dubito. Nam *Receſwindus* eſt nomen Gothicum. Gothis autem ultio dicitur *wrake*, non *reke*. Contra *rek*, *rik*, Gothis eſt bellator victorioſus, a *recken* pellere, propellere. Et hinc videntur nomina ſua ducere, RICHARDUS Reccus audax, RECCAREDUS Reccus alacer, RICIMERES Reccus celebris. Et ſic etiam *Receſwindus* Reccus potens.

SCHWINDEL, vertigo. Gloſſ. Pez. ſpiritum vertiginis *ſuintſlodes*. Derivari poteſt a *winden* vertere, præpoſito S. ut vertigo a verto; Vel a *ſchwinden* deficere, ut proprie ſit deliquium.

SCHWINDEN, eſt a ſimpliciori *ſchweinen*, attracto in ſocietatem vocis D. & proprie ſignificat *deficere* vel *defectum pati*, quocunque modo id fiat. Dicitur autem (1) de quacunque diminutione. Inde Suecis *ſwinda* extenuari. (2) de corruptione ſanitatis in corpore animalis. Inde *ſchwinden* tabeſcere, *ſchwindſucht* tabes. Gloſſ. Pez. tabeſcere *ſuintan*, tabeſcet *ſuuintit*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXVI. 82. *thaz ir ſuumtet*

ſauuintet innan þein, ut extabeſcatis intra oſſa. (3) de abitu in ventos. Inde *ſchwinden*, *verſchwinden* evaneſcere in auras, diſparere ex oculis. NOTKERUS Pſal. LII. 5. *ſiu verſuuundun alſo ſcato*, tranſierunt tanquam umbra. (4) de abitu in terram Gloſſ. Pez. abſorptus eſt *firſuant*. Inde *ſchwindgrube* colluviarium, foſſa qua ſordes abſorbentur.

SCHWINGE, ala, & quicquid in aere libratur aut movetur, ut vannus & ventilabrum. Refer ad *ſchwengen*. Angli & Sueci alam vocant *wing*, *winga*, ex eodem fonte, detracto tamen ſibilo.

SCHWINGEL, *ſchwengel*. Vide *ſchwengen*.

SCHWINGEN, idem quod *ſchwengen*.

SCHWIPBOGEN. Vide *ſchwibbogen*.

SCHWIPPE, *ſchweppe*, flagellum. Verſio Angloſax. Joh. II. 15. *and he worhte ſwipan of ſtrengon*, & fecit flagellum de funiculis. A ſimpliciori *wip* flagrum, quod vide.

SCHWIPS, *ſchwaps*, cito. BENSON. in Voc. Poet. *ſwipan* cito agere.

SCHWITZEN. Vide *ſchweiz*.

SCHWUDE. Vide *wiſt*.

SCHWUL. Vide *ſchwælen*.

SCHWULST. Vide *ſchwellen*.

SCHWUNG. Vide *ſchwengen*.

SCHWUR, juramentum. Verbale a *ſchweren* jurare. Vocem Saxonicam vide in *eidſchwur*, Francicam in *ſchwert*.

SCHWUR, per ſynecdochen totius dicitur de ſingulis partibus juramenti, *invocatione*, *promiſſione*, *confirmatione*, *maledictione*. Inde eſt, quod a *ſchwur* rurſus fit *ſchweren* novo & ampliſſimo ſignificatu, *invocandi*, *promittendi*, *confirmandi*, *imprecandi*. De ſingulis actum in loco.

SCLAV. Vide *ſchlav*.

SE, ſubfixum. Vide *Proleg.* Sect. VI.

SECHS, ſex. Heb. *ſhesh*, Perſ. *ſes*, Goth. *ſaihs*, Angloſax. *ſix*, Franc. & Alam. *ſex*, *ſehs*, Belg. *ſes*, Procop. *ſeis*, Angl. *ſix*, Suec. *ſex*, Gr. ἕξ. Gloſſ. Keron. ſex *ſex*, *ſehſim*, ſextus *ſexto*, ſexageſimus *ſehzugoſt*. Hunc numerum ex Hebraismo ad reliquas Gentes tranſiiſſe, exiſtimat MARTINIUS. Etymon vide apud ipſum.

SECKEL, loculus. Gloſſ. Pez. marſupium *ſechil*. Gloſſ. Boxh. *ſcazſeckil* marſupium. TATIANUS Cap. CLIX. 5. *Judas habeta ſekil*, Judas habebat loculos. Diminutiv. a *ſack*, ut *ſacculus* a *ſaccus*.

SECKEL, nummus & pondus auri vel argenti in ſacris literis. Heb. *ſchekel*, Græc. σίκλος, Lat. *ſiclus*. Vox ab interpretibus civitate donata.

SEE, mare, & omnis magna aquarum collectio. Gothis *ſaivv* in comp. *mariſaivv* ſtagnum marinum vel a mari factum Luc. VIII. 23. Angloſax. *ſæ*, *ſe*, Francis *ſe*, *ſeo*, *ſeuu*, Belg. *zee*, Angl. *ſea*, Suec. *ſiö*, Isl. *ſæ* & *ſior*. SOMNER in Dict. AS. *ſæ*, *ſe*, mare, pontus, ſalum, *oſt-ſæ* mare balticum, *vvendel-ſæ* mare mediterraneum, *wid-ſæ* oceanus, *ſæ-man* nauta, *ſæ-ſtrand* maris littus, crepido &c. VEREL. in Ind. *ſæ-fara* navigatio, *ſævarmal* litus, *ſækonor* nereides, *ſioland* terra maritima, *Selandia*. Gloſſ. Pez. lacum *ſeo*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XIII. 29. 30. *ſie uuurfun iro nezzi in then ſe*, mittebant rete ſuum in mare. TATIANUS Cap. XIX. 1. *nah themo ſeuu Galilææ*, juxta mare Galilææ. Pridem doctiſſimi Viri duxerunt a ζέω æſtuo, ferveo, quia mare eſt ζέον ὕδωρ aqua æſtuans. Quamvis etiam abſciſſum videri poſſit a Phrygia voce ζαλη mare. Priori tamen derivationi favet, quod alterum maris nomen *wage* itidem ab agitatione deſumptum ſit, & quod Latinis *fretum* ſic dici putatur quaſi *fervetum*.

SEE-KUSTE, *ſee-küſte*, tractus littoralis. Ab Ital. *coſta* latus. FRISCHIUS in voce *land* § 5. *die ſeite eines landes an der ſee hat den namen vom Lateiniſchen* Coſta *bei den Italiænern und Franzoſen, wovon das Teutſche* Seeküſte *entſtanden*.

SEELE, anima. Gothis *ſaiwala* Matth. VI. 25. Angloſax. *ſawl* ibid. Francis & Alam. *ſela*, Belg. *ziel*, Angl. *ſoul*, Suec. *ſiæl*, Island *ſal*, *ſtal*. Gloſſ. Keron. animam *ſela*, animæ *ſelu*, animarum *ſelono*, animas *ſelo*. VEREL. in Ind. *ſal* anima, *ſialagift* donatio in pios uſus, templo, monaſterio, pro ſalute animæ. Vox Francica & hodierna ſimpliciter *vitam* ſignificat, a ζάω vivo, per medium derivandi L. Gothica vero *vitæ fontem*, a ζάω vivo & *wala* fons, ſicut optime animadvertit JUNIUS in Gloſſario Gothico. Dicitur autem *fons vitæ* per metaphoram, quia anima ſecundum ARISTOTELEM eſt principium illud, quo primum vivimus, ſentimus, & intelligimus. Similis, ſed paulo durior metaphora eſt, quando *corpus vivum* Angloſaxonibus vocatur *lichama*, h. e. *vitæ domicilium*, ſicut alibi oſtendo. Quod ideo monendum duxi, ne quis in appellationibus corporis & animæ tropos faſtidiat. Eſt & aliud nomen animæ, quod Angloſaxonibus effertur *feorh*, Francis *ferah*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *feorh* vita, anima, *feorh geſyllan* animam reddere, mori, *feorh ingedoen* animam inſpirare. TATIANUS Cap. VII. 8. *thin ferah thuruhferit ſuert*, animam tuam tranſibit gladius. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XX. 37.

Ira ferah bot thaz uuib
Thaz iz muaſt haben lib.
Animam ſuam obtulit mulier
Ut infans haberet vitam.

Fortaſſe a *faren* ire, meare, abire; non ſenſu Pythagorico (nam ab hoc dogmate Gentes Celticæ ſemper fuerunt alienæ); ſed quod anima abeat, non obeat, hoc eſt, quod ſit immortalis, & ex hac vita tranſeat in

aliam, ex hoc orbe in alium. Ita LUCANUS Lib. I. Pharſal.

- - regit idem ſpiritus artus
Orbe alio: Longæ (canitis ſi cognita) vitæ
Mors media eſt.

Id eſt, ſi verum dicitis ô Druidæ, mors eſt medium perveniendi ad aliam & ſemper duraturam vitam. Et ſic etiam CÆSAR intelligendus eſt, Lib. VI. Cap. 14. de Druidis ſcribens: *Inprimis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios.* Hoc eſt, a mortalibus ad immortales. Nam hanc fuiſſe Druidarum mentem, patet ex iis, quæ ſummus auctor de funeratione mortuorum apud Gallos ſcribit: *Ac paulo ſupra hanc memoriam, ſervi & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funebribus confectis, una cremabantur.* Cur *ſervi* & *clientes*, niſi ut melius ſervirentur defuncti in altero orbe? Quod certe non potuit inſtitui ab iis, qui animas per corpora brutorum vagari credunt. Vide plura ad hoc ſyſtema ſpectantia in *leichnam* corpus vivum, & *hall* ſedes manium beatorum.

SEELE, animus, & omnes animi affectiones & propenſiones. Senſus ab anima ad animum prolatus.

SEELEN-GERÆT, legatum animæ cauſa factum, ſive fundus ſit, ſive cenſus Eccleſiæ ſolvendus. Exemplum facti vide in *Reliquiis Ludewigianis* Tomo quinto Diplomate CXLIX. STADENIUS retulit ad *retten* ſervare, quia in ſalutem animæ legatur, in Voc. Bibl. pag. 501. Mihi videtur referendum ad *raten* conſtituere.

SEELIG, animatus. Vide *ſelig*.

SEEN, ſerere. Vide *ſeen*.

SEEN, videre. Vide *ſehen*.

SEGEL, velum navis. Lat. Barb. *ſigla*. Conſentiunt in voce omnes Linguæ Germanici idiomatis, tam veteres quam recentiores, excepta Anglica & Belgica, quæ velum vocant *ſail*, *zeil*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſegel*, *ſegl* velum, *ſegel-boſm* idem, vel finus veli, *ſegl-gyrd* antennæ. Gloſſ. Pez. vela *ſegala*, malus *ſegalpoum*. VEREL. in Ind. *ſegeltræ* malus navis. JUNIUS vocem Anglicam deduxit a Græc. σειρὰ catena, reſtis, mutato R. in L. apud SKINNERUM in Etymologico Anglicano. Sed vox Anglica eſt ab antiquiori *ſegl* mutato G. in J. Et quid hic faciat notio vinculi, non video. Aliud eſt funis, aliud velum. Si Græca origine opus ſit, malim præpoſito ſibilo derivare ab ἄγειν impellere, vel ab ἐχεῖν vehere, quia velum navim ſecum vehit, vel ab ὀχλίζειν movere.

SEGELN, plenis velis navigare. Angloſax. *ſeglian*, Suec. *ſegla*, Lat. Barb. *ſiglare*, Gall. *cingler* per epentheſin.

SEGEN, ſignum, *ſegnen*, ſignare. Angloſax. *ſegn* & *ſegnian*, Anglis *a ſign* & *to ſign* Utrumque ex Latino fonte. Apud Francos dicitur de ſignaculo crucis. OTFRIDUS Lib. V. Cap. II. ab initio:

Nu ſculun uuir unſih rigilon
Mit thes kruzes ſegonon.
Nunc debemus nos munire
Crucis ſignaculo,

Et mox:

Thaz ſculun uuir zi uuaron
In unſen endin malon,
In unſeme annuzze,
Thaz uns iz uuola ſizze.
Hoc debemus equidem
In noſtris frontibus pingere,
In noſtra facie,
Ut bene nobis ſedeat.

Ita PLAUTUS: *bene ſedet veſtis:* & Galli: *cela vous ſied bien ou mal.* Idem OTFRIDUS Capite proxime præcedenti verſ. 24. poſuit *ſegenon* ſignare, pro *malon* pingere. Si Chriſtus, inquit, fuiſſet igne combuſtus, aut aqua ſuffocatus, aut lapidibus interfectus, *mit uuiu ſegenotis thu thih thanne*, quo ſigno ſignares te? Quaſi dicat nullo. His enim ratiunculis conatur oſtendere neceſſitatem mortis Chriſti in cruce, infirmis quidem (quia credibile eſt, primos Chriſtianos non ligno Chriſti, ſed nomine Chriſti, cujus prima litera X crucem refert, frontem ſignaſſe, & hoc ſigno uſuros fuiſſe, etiamſi Chriſtus alio mortis genere occubuiſſet) ſed eo ævo receptis, ut ex ALCUINO oſtendit SCHILTERUS in notis ad hunc locum.

SEGEN, benedictio, *ſegnen* benedicere, ſanctificare, conſecrare. NOTKERUS Pſal. CXXVIII. 8. *Gotes ſegen ſi uber iuh*, benedictio Dei ſit ſuper vos. Et mox: *in Gotes namen ſegenoen uuir iuh*, in nomine Dei benedicimus vos. VEREL. in Ind. *ſigna* conſecrare. Forte eſt locutio metonymica, qua ſignum ponitur pro ſignato, nata inter Francos, qui ab initio Chriſtianismi ſigno crucis utebantur in votis nuncupandis, & rebus atque perſonis conſecrandis, ut hodie faciunt Catholici. ALCUINUS loco citato: *Hoc enim ſigno crucis conſecratur corpus Dominicum, ſanctificatur fons baptiſmatis, initiantur preſbyteri & cæteri gradus Eccleſiaſtici, & omnia quæcunque ſanctificantur, hoc ſigno dominicæ crucis cum invocatione Chriſti nominis conſecrantur.* HELVIGIUS tamen deduxit ab ἁγιάω ſanctificare, ſpiritu aſpero in ſibilum converſo.

SEGEN, dicitur non ſolum de bonis verbis, ſed etiam de malis, ut ſunt diræ, imprecationes, incantamenta &c. OTFRIDUS Lib. V. Cap. 2. inter utilitates crucis etiam hanc refert, quod Diabolum procul fuget a nobis. Hinc ſcil. vox a benedictione & conſecratione paulatim translata ad *exorcismum*, & ab illo ad magica verba & ſigna, ob qualemcunque cum exorcismo ſimilitudinem. Inde *wundſegen*, *feurſegen*, *ſegenſprecher*, & alia noti ſignificatus. Item *ſegnen* maledicere,

dicere, execrari, quo utitur Luth. Hiob. II. 9. Similiter Latinis *ſacer* duobus & contrariis modis dicitur.

SEHEN, videre, intueri, adſpicere. Verbum pluribus & antiquiſſimis linguis commune, quamvis varie ſcriptum & pronunciatum. MARTINIUS tribuit Chaldæis *ſecha*. JUNIUS Æolibus σεάομαι. Gothi habent *ſaihwan* Marc. V. 14. Angloſaxones *ſeon*, *geſeon*, Franci & Alam. *ſehan*, quod antiquo more pronunciatur ut *ſechan*, Belgæ *zien*, Angli & Sueci *ſee*, Islandi *ſia*. Gloſſ. Keron. videre *ſehan*, reſpicere *ſehan*, reſpicit *ſihit*, vidiſti *kiſahi*, ecce *ſe*, *ſehe*, conſpiciat *piſehe* &c. Ex omnibus verbi formis Chaldæa, & quæ illi omnino ſimilis, Francica & Alamannica, videtur unice nativa, & reliquarum per varias mutationes, inſertiones, eliſiones, & præciſiones cauſa. Idem ſtatuendum de voce hodierna, quæ, cum ex hæreditate Francorum & Alamannorum nobis ſit relicta, pronunciari debet *ſechen*, ut in derivatis *ſichs*, *ſichtbar* &c. quorum ratio nulla reddi poteſt niſi ex pronunciatione antiqua. Hoc ſuppoſito, *ſechen* deduco ab *aug*, *och*, oculus, præpoſito ſibilo, quia verba ſenſuum derivari ſolent ab organis. Ex eodem fonte oritur *ſchauwen* ſpectare, & *ſuchen* quærere oculis. Plura verba ab oculo per proſtheſin formata vide in *lugen* & *gucken*.

SEHER, propheta. Alias *videns*, a viſionibus propheticis. Utitur Luth. 1. Sam. IX. 9.

SEHR, valde. Vide *ſer*.

SEICHE, lotium. Satis verecunde a *ſeigen*, *ſiegen*, percolare, quia per renes & veſicam velut colando ejicitur, craſſioribus ſedimentis, quæ per ureteres meare non poſſunt, retro relictis. Inde *ſeichen* urinam mittere.

SEICHT, depreſſus, non profundus. Dicitur de fluviis & locis in aqua vadoſis, haud dubie a *ſiegen* ſubſidere. Poſtea etiam ſenſum allegoricum obtinuit. Inde *ſeichte rede* oratio exſucca, humilis & ſuperficiaria, qualis eſt, quæ nihil habet in receſſu, & minus dicit quam oportet. Vulgo etiam dicunt, *das iſt zu ſeicht geſprochen*, quando verba ſunt infra rem.

SEIDEL, menſura quædam liquidi. A Lat. *ſitula*.

SEIDEN, pannus ſericus & filum ſericum. A *Sidonio*, ut *ſericum* a *Seribus*. Ita HELVIGIUS in Originibus.

SEIFE, ſapo. Angloſax. *ſape*, Angl. *ſope*, Belg. *zeep*, Suec. *ſepa*, Camb. *ſebon*, Gall. *ſavon* &c. SOMNER. in Dict. AS. *ſape* ſapo, ſmegma, *ſapan* ſapone linere, ſmegmate ungere. Rem & vocem rei in *Gallia Belgica* natam eſſe, ex iis, quæ de ſapone tradita ſunt ab antiquis, colligitur. PLINIUS Lib. XXVIII. Cap. 12. *Prodeſt & ſapo: Gallorum hoc inventum rutilandis capillis, ex ſevo & cinere.* MARTIALIS Lib. VIII. Epigr. 33. *Et mutat Latias ſpuma Batava comas.* Hinc fortaſſe non male cecidit augurium SKINNERO, dum vocem ab Angloſax. *ſipan* macerare declinat. Quamvis etiam a *ſuben* purgare (quod in frequentativo *ſeubern* adhuc perennat) deduci poſſit, ob duplicem uſum, quem præbuit ab antiquo, tingendi & purgandi. Batavos & Belgas univerſe Germanica Lingua uſos eſſe, utpote a Germanis oriundos, ſatis notum. Unde Romanis *ſapo*, & poſtea Græcis σαπὼν, ex dictis manifeſtum.

SEIFER, ſaliva. Belg. *zabber*, Sax. inf. *ſaper*. MARTINIUS videtur derivare a *ſapere*, quia ſine ſaliva nullus ſapor. Contra HELVIGIUS ab ἀφρὸς ſpuma, præpoſito ſibilo. Poſſit etiam referri ad thema verbi *ſaufen*, *ſupen*, quod & *fluere* & *humectare* ſignificat. Saliva enim eſt humidum e glandulis fluens, totum os humectans, & ſæpe ex ore defluens.

SEIGE, colum, inſtrumentum colandi. Gloſſ. Ælf. in nom. vaſorum: colatorium *ſeobbe*. Refer ad *ſeigen* colare.

SEIGEN, colare, per colum transmittere. Dicitur alias *ſiegen*, & per ſyncopen *ſeyen*. Vide utrumque in loco.

SEIGER, clepſydra. Id eſt, colator, a *ſeigen* colare. Hodie pro aqua, quæ Græca voce exprimitur, utimur arena.

SEIHE, cibus porcorum. A *ſiegen* ſubſidere, mutato G. in H. Nam proprie eſt id, quod poſt colaturam in fundo remanet, non lora cereviſiæ, hæc enim per qualum tranſit, ſed ipſa recrementa hordei & lupuli, e quibus lora paratur. Hic cibus alias vocatur *træbern*.

SEIL, funis, reſtis. Gothis *ſail* in comp. *inſailan* funiculis alligare Marc. II. 4. Francis *ſeil*. Gloſſ. Pez. rudentibus *ſeilun*, reſti *ſeile*. NOTKERUS Pſal. CXXXIX. 5 *ſie deniton ſeil minen fuozen ze ſtricche*, tenderunt ſunes in laqueum pedibus meis. JUNIUS in Obſervatis ad Willeram. pag. 222. deduxit a σειρὰ ejusdem ſignificatus. R. frequenter tranſire in L. atque L. ſæpenumero in R. commutari, ibidem aliquot exemplis e Lingua Latina depromptis oſtendit. MARTINIUS exiſtimat, omnia funiculorum nomina apud Germanos a ſalicibus aut juncis deſumpta eſſe. Ita enim ſcribit in voce *funis*: „Χοῖνος proprie eſt juncus, deinde „ſunis e junco plexus, & inde omnino vide„tur noſtrum *ſchnur*, quaſi Χοῖνος *more Spar*„*tano* dicamus, etſi alibi alio reſpexerimus. „Ita etiam *ſeil* puto eſſe a *ſalix*, quæ, quia „lenta eſt, pro naturali ſune eſt. Unde & „Saxon. *wied* eſt funis, reſtis, a *weide* ſalix. „Ita & *reep* funis a ῥίψ, ῥιπὸς ramus ſalignus. Hæc ille perdocte & eleganter. Quid nobis videatur, diximus in ſingulis. Nunc videndum de voce *ſeil*. Si Græco auxilio opus ſit, malim deſumere ab εἴλω vincio, vel εἰλέω contorqueo, præpoſito ſibilo, ut millies alias. Apud veteres ad omnia vinculorum genera, torta & non torta, extenditur. Inde Angloſaxonibus *ſala* lorum, habena, Græcis σιλλὸς & ἱλλὰς vinculum ex vimi-

vimínibus contortis, apud MARTINIUM in Cadmo.

SEIM, pinguedo. Angloſax. *ſeime* apud SOMNERUM & BENSONIUM, Cambris *ſaim* apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Anglis *ſeam* & Gallis *ſain*, in compoſitis *hogs-ſeam* & *ſain-doux* arvina. An a Lat. *ſagimen?* Poſſumus hoc dare MENAGIO, donec meliora inveniat alius. Interim ex hoc ſignificatu, tot linguis communi, clariſſime patet, quid proprie ſit *honig ſeim*, nempe flos mellis, optimum & pinguiſſimum in melle, non fimbria mellis, ut vulgo ineptiunt. Dicitur etiam *ſeim* eodem ſenſu, puta per aphæreſin. Inde WILLERAMO *unabo des ſeimes* favus mellis dulciſſimi & pinguiſſimi, Cap. V. 1.

SEIN, ſuus, & ejus. Gothi in Verſione Ulphilana Matth. VII. 24. *gatimrida razn ſein ana ſteina*, ædificavit domum ſuam ſuper petram. Francis & Alam. placet *ſin*. Gloſſ. Keron. ſuos *ſiniu*, ſuum *ſinaz*, ſuo *ſinemu*, ejus *ſineru*, *ſine*, *ſinaz*, *ſina*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. X. 38. *thu biſt ſoraſago ſin*, tu es propheta ejus. Et mox: *thu ſcalt drubtine rihten uuega ſine*, tu debes Domino parare viam ſuam. Poſſeſſiva formari ſolent a demonſtrativis, ut patet ex *mein* & *dein*. Hinc *ſein* eſt a Gothico *ſa* hic, ille, per literam terminalem N. Antiquiſſimi Saxonum habent *hys*. Verſio Angloſax. Luc. III. 17. *and hys fann ys on hys handa, and he feormath hys berenes flore*, cujus ventilabrum eſt in manu ejus, & purgabit aream ſuam. Hæc particula quam minime diſtat a Græca ὅς ſius.

SEINT. Vide *ſeis*.

SEIT, tranſitus in aliud tempus. A *ſithian*, quod apud BENSONIUM exponitur *ire*, *venire*. Hic ſenſus, quamvis videatur extinctus, viget tamen adhuc in adverbiis temporis deincipis, & jungitur affinitate cum aliis vocibus, hodie quidem obſoletis, ſed (ni fallor) ab illo oriundis. Hinc ſcil. Angloſaxonibus *ſithon* vices, *ſitheſt* ultimus, noviſſimus, *ſytheſtan* tandem. Et huc fortaſſe etiam ſpectat, quod Gothis *ſeithu* eſt veſpera, & adverbialiter ſero, Joh. VI. 16. Suecis *ſidſt* poſtremo.

SEIT, *ſeider*, *ſieder*, adverb. tranſitus in aliud tempus, ſignificans *poſt*, *poſtea*, *deinceps*, quod Angloſaxonibus effertur *ſiththan*, *ſyththan*, Francis *ſid*, *ſidor*, Græcis ἔπειτα absque ſibilo, manifeſto tamen conſenſu. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XII. 96.

Thie tho thar uuarun,
Joh ouh ſidor quamun.

Vertit SCHILTERUS:

Quicunque tunc adfuerunt,
Et poſtea venerunt.

SEIT, *ſeider*, *ſieder*, adverb. tranſitus in aliud tempus, ſignificans *abhinc*, *ex quo*, *ab illo tempore*, prorſus ut Gallis *depuis*. Quod Græcis & reliquis effertur ut ſupra. Verſio Angloſax. Joh. VI. 66. *ſythſthan manega hys learning-cnihta cyrdon on bæc*, ex hoc multi diſcipulorum ejus abierunt retro. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 30. *ſid er in dode ſigunam*, ex quo in morte victoriam reportavit. NOTKERUS Pſal. XXI. 10. *ſid dannen bara ſid minero muoter bruſten uuare du min gedingi*, ab uberibus matris meæ fuiſti ſpes mea. Dicitur etiam *ſeins* & *ſint* per epentheſin.

SEITHER, ab illo tempore usque in præſens tempus.

SEITE, latus. Angloſax. *ſid*, *ſide* Joh. XX. 20. 27. Francis *ſita*. TATIANUS Cap. CCXXXIII. 3. *ſente mina hant in ſina ſita*, mittam manum meam in latus ejus. NOTKERUS Pſal. CXXVII. 3. *an dien ſiten dines huſes*, in lateribus domus tuæ. Apud eundem occurrit *nordſita* latus aquilonis Pſal. XLVII. 3. Cum voce Saxonica conſentiunt omnes recentiores Dialecti. MARTINIO judice poſſit eſſe a Lat. *ſitus*, quamvis etiam Hebræis *tſad* latus ſignificet. Mihi placet origo domeſtica. Omnes ſane per latus concipiunt extremitatem cum aliqua longitudine aut latitudine. Atqui longus & latus Angloſaxonibus & Islandis dicitur *ſid*. SOMNER. in Dict. AS. *ſid* latus, longus, *ſide and wide* longe lateque. VEREL. in Ind. *ſidſkeggr* qui prolixam habet barbam. Hoc adverbium vel adjectivum, quando ſubſtantivatur, neceſſario producit ſignificatum lateris, h. e. extremitatis in longum aut latum extenſæ. Idque ſi volueris, adprobo, ſi nolueris, dimitto.

SEITE, chorda. Vide *ſaite*.

SEL, medium derivandi. Vide PROLEG. Sect. VI.

SELB, ipſe, ipſemet, idem. Pronomen relativum, cujus origo valde obſcura. Poſſit tamen eſſe a Gr. σφὶ per epentheſin, ſicut Latinis *ipſe* per metatheſin. A relatione habet ut ſignificet (1) eum cujus proprietates alteri convenire non poſſunt. (2) eum qui in ſe agit. (3) eum qui a ſe agit.

SELB, ipſe, non alius. Gothis *ſilba* Luc. I. 17. Angloſax. *ſylf*, Francis & Alam. *ſelbo*, Island. *ſialf*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XVI. 78. *ih bin is ſelbo*, *thaz iſt uuar*, ego ſum ipſe, hoc verum eſt. Dicitur autem non ſolum de prima, ſed etiam de ſecunda & tertia perſona. Gloſſ. Keron. ipſe *er ſelbo*, ipſius *des ſelbun*.

SELB, ipſe in ſe agens. Inde Angloſaxonibus *ſylf-myrth* ſeipſum occidens, Islandis *ſialfbirgir* qui ſibi ipſi opitulari poteſt, *ſialfhælinn* ſeipſum laudans vel extollens, *ſialfalin* pecora quæ ſe ipſa alunt, absque cura noſtra.

SELB, ipſe a ſe agens. Inde Islandis *ſialfvitringur* ſciolus, proprie αὐτοδίδακτος vel ſuopte ſtudio doctus, *ſialfradur* qui ad ſuum arbitrium omnia facere & diſponere poteſt. Et huc etiam pertinet ex Gloſſis KERONIS: arbitrium *ſelbſuana*, ſponte *ſelpuuillin*. Et ex hodierno idiomate, *ſelbſtændig* per ſe ſubſi-

ſubſiſtens. In quiousdam Dialectis dicitur etiam de machinis, quarum cauſa motus in ipſis eſt, quia ſponte agentibus ſimiles ſunt. Inde *ſialſkot* automata jacula, apud VERELIN Indice.

SELBST, *ſelbiſt*, ipſiſſimus. Superlativus a poſitivo *ſelb*, neſcio an priſcis uſurpatus. Hodie utimur pro poſitivo, & totidem modis. Ad primam claſſem ſpectat, *ich ſelbſt*, *du ſelbſt*, *er ſelbſt*. Ad ſecundam, *ſelbſtliebe* philautia, *ſelbſtmord* *αὐτοχειρία*. Ad tertiam, *ſelbſtwille* placitum, *ſelbſthalter* *αὐτοκράτωρ*, rector arbitrarius, qui remp. ita tenet, ut non aliunde pendeat.

SELEN, *ſellen*, dare, tradere, offerre. Goth. *ſaljan*, Angloſax. *ſellan*, *ſyllan*, Francis & Alam *ſelen*, *ſellen*, Island *ſelia*, *ſælia*. Gloſſ. Keron. tradat *ſelle*. VERELIN Ind. *ſelia i hendur* in manus tradere, *ſælia til fóſturs* ad educandum tradere, *ſali* traditor, *barnſæli* qui filium alteri educandum tradit. VERSIO Angloſax. Matth. VI. 11. *urne dæghwamlican hlaf ſyle us to dæg*, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. OTFRIDUS Lib. V. Cap. I. 91. 92. *er ſalta in themo* (*boume*) *ſina ſela*, obtulit in ligno animam ſuam. Quo ſenſu, aut unde accepto, hodie ignoramus, qui ne uſum quidem verbi amplius admittimus. Factum tamen cenſeri poteſt per anaſtrophen a Celtico *lla* manus, præpoſito ſibilo. Nam actio dandi vel tradendi ſolet denominari a manu. Exempla vide in *geben*, *leiben*, *liefern*. Celticam vocem, Cambris hodie uſitatam, ſiſtit BOXHORN in Lex. Ant. Brit. Hic primus verbi ſignificatus, qui poſtea a genere ad varias ſpecies tradendi & offerendi traductus eſt. Tradere enim dicuntur, (1) qui ore vel ſcripto aliquid produnt. TATIANUS ab initio Harmoniæ Evangelicæ: *ſo uns ſalthun thie thar ſon anaginne ſelbon giſahun*, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt. (2) qui ſacrificia offerunt. Codex Arg. Luc. I. 9. *blauts imma urran du ſaljan*, ſors in eum cecidit ut immolaret. (3) qui rem pretio vendunt. VERELIN Ind. *ſælia* vendere, *ſali* venditor, *ſala* venditio, *til ſalu biuda* venale proſtituere. Suecis vendere etiamnum dicitur *ſælia*, Anglis *to ſell*, quia venditor rem tradit pro pretio. Inde compoſita Saxoniæ inferioris, *utſellen* minutatim vendere, & *kleiderſeller* ſcrutarius, veteramentorum venditor, apud PALTHENIUM in not. ad Tatian. pag. 275. (4) qui aliquem hoſti produnt. TATIANUS Cap. CXCIII. 1. *Judas ther inan ſalta*, Judas qui prodidit eum. Inde Francis *ſelere* proditor. (5) qui ſumtus faciunt. Inde Angloſax. *ſealde* impendebat, apud BENSON. in Voc. JUNIUS exiſtimavit, omnes verbi acceptiones deſumptas eſſe a rebus quæ Deo dabantur & offerebantur. Hanc *primam ſignificationem* vocat, & ab illa, non niſi longe poſt, alteram pro qualicunque traditione ortam opinatur. Contra PALTHENIUS prolatæ acceptionis ſeriem a venditione tanquam capite inſtituit, quia venditio naturaliter traditione mercis perficitur. Sed neuter aſſertionis ſuæ fundamentum ex ipſa voce oſtendit. Mihi longe probabilius videtur, omnes ſignificatus ſpeciales a generali per ſynecdochen generis deſcendere, quam vice verſa. Præcipuum hujus verbi derivatum eſt *ſal* traditio.

SELHOF, *ſelenhof*, area ante domum. Vide *ſal* domus.

SELIG, bonus, probus. NOTKERUS Pſal. X. 6. *alſo er ſendet den regen ſinero prædicatorum*, *ſaligen ze libe*, *ſo ſendet er in*, *unſaligen ze tode*. Vertit Paraphraſis antiqua: *ſicut mittit pluviam ſuorum prædicatorum*, *bonis ad vitam*, *ita mittit eam impiis ad mortem*. Ex hac interpretatione SCHILTERUS in Gloſſario Teutonico formavit hanc Gloſſam: *ſalig* bonus, *unſalig* malus. Quæ confirmari poteſt ex Indice VERELIANO, ubi *ſalugur* exponitur *innoxius*. Extenſionem voci dedit compoſitio. Componitur enim ex terminatione *ig*, de cujus virtute actum in *Prolegom.* & ſimpliciſſimo *ſel*, quod in vetuſtioribus Dialectis, inprimis Gothica & Saxonica, adverbialiter *bene*, adjective *bonum*, ſubſtantive *bonitatem* ſignificat. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſel* bonus & bene, *ſelre* melior & melius, *ſeleſt*, *ſelloſt*, *ſeluſt* optimus & optime. Quibus addo ex præfamine Evangeliſtæ Luc. I. 3. verſionis Angloſaxonicæ: *ſeluſta Theophilus*, optime Theophile. Ita etiam Gothis *ſel* vel *ſelja* eſt moraliter bonus Luc. VIII. 15. *unſel* vel *unſelja* moraliter malus Luc. VI. 35. *unſel augo* nequam oculus Matth. VI. 23. *unſeleins* nequitiæ Marc. VII. 22. Ex ultimo compoſito patet, quod *ſelei* Gothica lingua ſit bonitas. Idque hic inprimis notandum. Nam ab illo eſt vox Francica *ſalig* bonitate præditus.

SELIG, felix, beatus. Angloſaxonibus *ſælig*, Francis *ſalig*. TATIANUS Cap. XXII. 14. *ſalige ſint ſibbiſame*, beati pacifici. Et ſic aliquoties ibidem. Apud Gothos non occurrit, quia Matth. V. ubi ſedes vocabuli, lacuna eſt in Codice Argenteo. Hæc lacuna nobis vocabulum Gothicum ſubduxit. Quemadmodum autem *ſel* (ut ſupra oſtenſum) per ſe & ſimpliciter poſitum jam eſt bonus & bonitas, ita etiam felix & felicitas. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſæli* beatus. VEREL. In Ind. *ſæla* felicitas, *ſæl-liſi* vita beata, *kong-ſæler* bono rege beati cives. Suecis in hunc usque diem *ſæl* eſt beatus, & *oſæl* miſer. Atque hinc jam patet, quid proprie ſit *ſælig* vi partium e quibus componitur, nempe felicitate præditus, a *ſæla* felicitas. Quamvis etiam a poſſeſſione boni ſic appellari potuerit, quia beati poſſidentes. Vidimus hactenus, *bonum* & *beatum* eodem nomine tam ſimplici quam compoſito deſignari. Quod certe haud temere aut præter rationem factum ab Antiquis. Nam verum bonum & bonos facit & felices. Optimum

vero bonum, & quo nemo male uti poteſt, eſt virtus. Hæc quoque cultores ſuos & bonos reddit & felices. Cætera bona deprehenduntur etiam apud malos, ſed ideo minus beatos, quia extra virtutem projectos. Hinc ſcil. illa inter *bonum* & *beatum* perpetua vocabulorum communio, quia ex poſſeſſione boni naturaliter oritur tam bonitas quam felicitas. Primi hujus nomenclaturæ auctores haud dubie fuerunt Philoſophi, qui vitam beatam in ſana mente, tranquillitate, libertate, virtute, honeſtate, bona conſcientia, cæterisque bonis moralibus, omnibus divitiis præſtantioribus, collocabant. Nihil enim vel ab ipſis Stoicis dici aut cogitari poteſt ſublimius. Fuiſſe autem antiquiſſimis temporibus apud Barbaras Gentes, *Scythas, Celtas, Gallos, Germanos*, quandam *Philoſophiam*, quæ poſtea furto venerit ad Græcos, teſtis CLEMENS Alexand. Lib. I. Stromatum pag. 223. ſeq. & alii auctores bene multi. Hæc *Philoſophia* deinceps ſtultiſſimorum hominum aſſumentis depravata, & in Idololatriam converſa eſt, relictis tamen multis priſcæ Sapientiæ in *cultu* & *ſermone* veſtigiis, quorum aliqua in hoc Opere annotavimus. Reverſa deinde quaſi poſtliminio eſt ad priores ſedes, & inſtaurata quodammodo a Græcis, qui ad beſtias illas venerunt, Philoſophis, quos inter celeberrimus eſt DICÆNEUS, STRABONI memoratus Lib. XVI. Et hunc *Dicæneum* Gothos quoque adiiſſe, iisque Philoſophiam moralem, naturalem, & ſyderalem tradidiſſe, ſcribit JORNANDES Cap. XI. de rebus Geticis. De origine vocis *ſelig* mira tradit WENDELINUS in *Gloſſario Salico*, quæ vix operæ pretium eſt deſcribere: *Eſt vero iſtud*, inquit, *non perfunctorie notandum, quod poſt ſuſceptum Chriſtianiſmum & frequentem mentionem Regni cæleſtis, Aulæ cæleſtis, beatitudinis æternæ, noſtri Franci* BEATOS *ſua lingua dixerunt* SALICOS, SALICH, *ipſamque beatitudinem* SALICHEIT, *de felicitate Salica cæleſtem indigitantes.* Nec minus frigida eſt alia etymologia, qua *ſelig* derivatur a *ſeele* anima, quaſi omne animatum ſit beatum. Interim a *ſel* beatus formatur nomen beatitudinis apud Priſcos, & Angloſaxonibus dicitur *ſelth*, Islandis *ſæld*, Francis *ſalida*, non *ſalicheit*, ut ſcribit WENDELINUS, antiquæ Linguæ ignarus. BENSON. loc. cit. *ſelth* beatitudo. VEREL. in Ind. *ſæla, ſæld* beatitudo, felicitas, *ysæld* miſetia. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 425. de vita æterna:

Niuzit thar in uuara
Salida thin ſela.
Fruitur ibi profecto
Beatitudine anima tua.

Nos a *ſelig* componimus *ſeligkeit* beatitudo, & derivamus *ſeligen* & *beſeligen* beare.

SELIG, in quibusdam compoſitis ſignificat ea re beatum, cui annectitur. Inde *glückſelig* felix, ſorte ſua beatus, *habſelig* poſſidens, poſſeſſione beatus.

SELIG, animatus. Occurrit in Verſionibus ſacris ante LUTHERUM, obſervante REINESIO. Vide Gloſſam cancellatam in Gloſſario Teutonico SCHILTERI pag. 730. Suecis *ſielig* etiamnum animatum ſignificat. STADENIUS tribuit Francis *unſeli* exanimis, in Expoſ. Voc. Bibl. pag. 579. Cuncta haud dubie a *ſeele* anima. Hodie videtur ſuperare in comp. *boldſelig* amabilis, quod eſt quaſi gratia animatus, & dicitur de eo, qui totus ad gratiam compoſitus eſt, aſpectu & affatu.

SELIG, bene vel male affectus. A *ſeele* animus. Utimur in compoſitis tantum, cujusmodi ſunt, *feindſelig* hoſtiliter affectus, *freundſelig* benevole affectus.

SELIG, propenſus, inclinatus. Ex eodem fonte. Inde *leutſelig* humanus, propenſo animo erga omnes, *radſelig* comis, affabilis, ad ſermones & colloquia propenſus.

SELIG, datus, traditus, deditus. A *ſelen* dare, tradere. Viget tantum in compoſitis, & dicitur de deditione in bonam & malam rem. Inde *gotteſelig* pius, Deo & religioni deditus, *ſaumſelig* negligens, deſidiæ & incuriæ deditus, *mühſelig* ærumnoſus, ærumnis traditus, *trübſelig* calamitoſus, calamitati traditus, *armſelig* pauper, paupertati traditus. Apud priſcos rara ſunt hujus generis compoſita. Extat tamen *neizzeſelig* pro ærumnoſo, apud NOTKERUM Pſal. XLIII. 20. Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Confer *neizzen* affligere.

SELTEN, mirus. Hic primus & antiquiſſimus vocis ſignificatus, qui poſtea ad rarum, inſolens, pretioſum, peregrinum, & alia miro ſimilia translatus eſt. Gothos hoc ſenſu uſurpaſſe *ſilda*, patet ex compoſito *ſildaleik* mirabile, miro ſimile, quod extat Joh. IX. 30. *auk in thamma ſildaleik iſt*; etiam in hoc mirabile eſt. Hoc eſt, aliquid miro ſimile eſt. Ubi Luth. *das iſt ein wunderlich ding, daß ihr nicht wiſſet von wannen er ſey, und er hat meine augen aufgethan.* Quemadmodum autem Latinis *mirus* ſic dicitur a *mirari*, quod obſervante MARTINIO primo ſignificavit *imueri*, poſtea *intente intueri*, mox *cum ſtupore intueri*, quod admirantium proprium: ita vox Gothica *ſilda* eſt a verbo Celtico *ſyllu* aſpicere, inſpicere, eodem ſignificationum ordine prognata, & dicitur de miro, quia cum admiratione adſpicitur. Hujus verbi ſponſorem & interpretem habeo BOXHORNIUM in Lex. Ant. Brit. Et cum illo conſentit ὄλος oculus, Dial. Ionica, *σιλλαίνω* torve adſpicio. Litera D. eſt medium derivandi ut alias millies, quæ tamen adeſſe & abeſſe poteſt ſalvo ſignificatu. Nam a *ſyllu* pari jure formatur verbale *ſyl*. Quod ab uſu antiquo non prorſus alienum fuiſſe, ſatis perſpicue intelligitur ex compoſito Angloſax. *ſyllic* mirabilis, ſtupendus, incredibilis, quod certe eſt a *ſyl* & *lic*, & vi conjugii miro ſimilis.

SELTEN, rarus & raro. SOMNER. in Dict.

AS.

AS. *feld*, *feldon* rarus, inſolens, *feldor* rarior, *feldoſt* rariſſimus, *feldhwænne* raro. Gloſſ. Keron. rara *feltkalauffa*. Id eſt, raro occurrentia. VEREL. in Ind. *fialdnar* ratius. Sueciis *ſellan* eſt raro & rare, absque litera D. in medio vocis. MARTINIUS, qui priotem ſignificatum ignoravit, poſteriorem deduxit a Lat. *ſaltem* pro minimum. Alius neſcio quis (nec enim recordor) ab *inſolitum*, puta per aphæreſin. Uterque cum detrimento rari. Nam *minima*, quæ excipiuntur, non ſunt rara, & *ſolitum* eſt minime rarum. Unde ergo hic ſignificatus? Reſpondeo a ſimilitudine, quia rarus mirum refert, & tanquam res mira fixis cupidisque oculis inſpicitur.

SELTSAM, rarus, & quicquid rato ſimile, infrequens, inſolitus, peregrinus, pretioſus &c. Francis *ſeltſam*, Suec. *ſellſam*, Angl. *ſeldom*, mutato S. in D. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 29. de Magis: *ſi zaltun ſeltſani*, natrabant inſolita. Gloſſ. Pez. petegrina *ſeltſaniu*, pretioſum *ſeltſanaz*. STADENIUS male fotmavit a Francico *ſelda* fortuna, quia rara. Nam vi compoſiti eſt *raro ſimilis*. Et hanc interpretationem exigit particula *ſam*. Quam, dum Franci temere mutant in *ſan*, natales vocis, quantum in ipſis eſt, occultant.

SEMISCH. Vide *ſæmiſch*.

SEMMEL, optima farina, *ſemmelmel* pollen, flos ſatinæ. Gloſſ. Pez. farina polenta *ſemalmelo*. A Lat. *ſimila*.

SEMMEL, panis ſimilagineus. Dictio metonymica, qua materia ponitur pro forma.

SEMPERLEUT, homines aptitudine ſynodales. Vitiatum e genuino *ſendbarleut*, quod eſt a *ſend* conventus, judice SCHILTERO in Gloſſ. Teut. pag. 732. Ejusdem corruptelæ eſt *ſempermann*.

SEN, cœtus, multitudo congregata. Lingua Longobardorum *zana* Lib. I. Leg. Long. Tit. XVIII. 2. *Cognovimus quod per ſingulas civitates mali homines* ZANAS, *id eſt, adunationes, contra judicem ſitum agentes faciunt.* Qui hoc faciunt, dicuntur ibidem *ſe aggregare*. Unde manifeſtum, quod *zanam facere* ſit congregari, & *zana* multitudo congregata. Oritur autem a Græc. σὺν cum, una, ſimul, quod imitantur Islandi in *ſenn*. VEREL. in Ind. *ſenn* ſimul. Ita ab ἅμα ſimul, fit *heim* communis habitandi locus, & a *ſam* una, *ſammung* congregatio. Teneamus ergo vocem *zana*, tanquam genuinam & probam, nec ab illa dimoveamur, etiamſi quidam Codices *zava* legant. WENDELINUS in Gloſſario Salico hæc refert quædam compoſita, qualia ſunt arbitrio ejus, *geſin* congregatio, *huys-geſin* familia, *Seniſcalcus* miniſter familiæ. Quid nobis videatur de his compoſitis, jam diximus in ſingulis.

SEN, *ſon*, *ſente*, grex, multitudo animalium ſub uno cuſtode. *Son* habent LL. Antiquæ, *ſente* Helvetii: illud per ſubſtantivationem a *ſenn* ſimul: hoc ex eodem fonte, per medium derivandi T. Lex Angliorum & Werinorum Tit. VII. 2. *Qui ſcrofas ſex cum verre, quod dicunt* SON (id eſt, gregem) *furto abſtuleris.* Hoc uti ſimplicius, ita etiam antiquius, & ab illo componuntur,

ſonapair, verres gregarius, in Lege Longobard. Lib. I. Tit. XXV. 47. Vide *bar* porcus domeſticus.

ſonis-chalt, mulcta abactæ gregis XXV. porcorum, in Lege Sal. Tit. II. 1. Vide *gelt* compenſatio.

ſoneſti, grex equarum, ſcrofarum & vaccarum, cum admiſſario, verre, & tauro, in Lege Ripuar. Tit. XVIII. 1. Neſcio, qua compoſitionis ratione.

ſenegeldum, tributum ex armentis, quod habent Scriptores Anglicani. Vide *gilde* tributum.

Quibus addi ſolet ex Lege Alamannorum *Seniſcalcus* miniſter armentarius. Sed hunc ſervum non huc ſpectare, poſtea oſtendam. A *ſen* derivatur *ſenne* cuſtos gregis, Dialecto Helvetica.

SEND, conventus. Vocem ſiſtit & a *Synodus* derivat ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 88. Idem *ſent* & *zent* diſtinguit. Mihi videntur ejusdem generis, & convenire in radice *ſenn* ſimul. Nam hinc per medium detivandi D. vel T. recte fit *ſend* & *zent* conventus, etiamſi illud de conventu Eccleſiaſtico, hoc de politico tantum dicatur. Præcipua compoſita ſunt,

ſend-gericht, judicium annale Eccleſiaſticum, de cauſis ad cenſuram eccleſiaſticam pertinentibus cognoſcens, alias *die heilige ſend.*

ſendbar, ſynodalis, capax aſſeſſuræ ſynodalis, interprete SCHILTERO.

zent-gericht, conventus judicum de cauſis capitalibus cognoſcentium.

SENDE, miſſio, dimiſſio. Angloſax. *ſand*. Stylo Barbaro *Miſſa* ſæpe eſt dimiſſio eorum, qui hotas canonicas, vel aliud officium ſacrum celebrant. Hoc ſenſu *Miſſam* occurrere ajunt in Regula S. BENEDICTI Cap. XVII. ubi KERO Monachus Sangallenſis & ejusdem Regulæ interpres in Gloſſis interlinearibus *miſſas* exponit *ſanta*, a *ſenden* mittere, ut celeberrimi Viri CANGIUS & SCHERZIUS volunt.

SENDEN, varie effertur in Dialectis. Gothi habent *ſandjan*, Angloſax. *ſendan*, Franci & Alam. *ſenten*, Belgæ *zenden*, Angli *to ſend*, Islandi *ſenda*, Sueci *ſænda*.

SENDEN, cujuscunque ſit ſignificatus, oritur ab obſoleto *ſind*. Quod ut manifeſtum fiat, voculæ hujus vim & originem paucis oſtendam. *Sind* antiquitus duo denotavit, (1) *viam*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 21. de Magis:

Sie eiſkotun thes kindes
Sar io thes ſindes.
Vertit SCHILTERUS:
Hi ſcrutabantur puerum
Imo & viam.

Cambri eodem ſenſu dicunt *hynt*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *hynt* via, *hynt S. Jalm* via S. Jacobi. Haud dubie ab ὁδὸς via, inſerto N. Ejusdem originis eſt vox Francica, quæ in nulla re differt a Cambrica, niſi ſpiritu in ſibilum mutato, qua mutatione nihil frequentius. (2) *motum in via*, h.e. abitum, iter, profectionem. Gloſſ. Keron. itinere *finde*, itinera *finda*. Cambri eodem ſenſu dicunt *hynt*, teſte BOXHORNIO loco citato, Angloſaxones *ſith*, & inde *ſith-boc* itinerarium, rurſus ab ὁδὸς iter, profectio, præpoſito S. vel potius ſpiritu aſpero in ſibilum converſo. Hinc *ſenden*, quatenus derivatur a *find* via vel abitus, ſignificat quantum poteſt, (1) ire, venire. Angloſaxones hoc ſenſu dicere *ſithian*, teſtis BENSONIUS in Vocabulario. (2) facere ut eat vel veniat, mittere de loco in locum, e cœlo in terram, ex urbe in agrum, de domo in domum &c. Gloſſ. Keron. miſit *ſanta*. TATIANUS Cap. III 1. *giſentit uuard engil Gabriel fon Gote*, miſſus eſt angelus Gabriel a Deo. Cap XLIV.11. *ſeno ih ſentu iuuih ſama ſo ſcaf in mitte uuolua*, ecce mitto vos ſicut oves in medio luporum. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXVII.75.

Thaz uuir then gizaltin,
Thie unſih hera ſantin.
Ut reſeramus iis,
Qui nos huc miſerunt.

Dicitur autem nonſolum de perſonis, ſed etiam de rebus. OTFRIDUS in Præf. ad Epiſcopum Salomonem de libro ſuo: *ich ſentu in Suaborichi*, quem vobis mitto in Sueviam. TATIANUS Cap. XLIV. 23. *ni curet uuanen thaz ih quam ſenten ſibba in erda, ni quam ih zi thiu thaz ih ſibba ſanti, ouh ſuuert*, nolite arbitrari, quod venerim mittere pacem in terram, non veni pacem mittere, ſed gladium. (3) peregre mittere, facere ut proficiſcatur. Verſio Angloſax. Luc. XIV. 32. de Rege longe agente: *he ſent ærendracan and bitt ſibbe*, mittit legatum & rogat pacem. Inde *geſandter* legatus, *geſandtſchaft* legatio, miſſio cum mandato. Plures ſignificatus inveniet, qui voluerit. MARTINIUS *ſenden* perperam derivat a συνοδάω. Id enim non ſignificat mittere, ſed comitari.

SENE, nervus. Gloſſ. Ælf. pag. 71. nervi *ſinu*. VEREL. in Ind. *ſina* nervus. A Gr. χοινὸς funiculus deduxit HELVIGIUS. Contra MARTINIUS ab ἶς fibræ. Hoc (eodem obſervante) retinuerunt Hungari, quibus *in* nervus, *inas* nervoſus, prorſus ut Græcis ἰνώδης. Poſſit etiam formari a *denen* tendere, mutato D. in S. Quo pacto proprie denotabit tendinem, vel tendiculam, ut Latinis *tenus*.

SENEN, deſiderare. Proprie expetere viſum & conſpectum abſentis. Eſt enim verbum deſiderativum a viſu factum, qui Gothis dicitur *ſiun* Luc. VII. 21. Islandis *ſion*, Suecis *ſyn*. Inde *ſen-ſuchs* deſiderium immodicum.

SENF, ſinape, σίναπι. Factum ab alterutro.

SENFTE, lectica. MARTINIUS retulit ad *ſanft*, quod molliter in ea geſtemur.

SENGEN, urere, adurere, uſtulare. Angloſax. *ſængan*, apud SOMNER. & BENSON. Forte ab *ignis* præpoſito S. Inde *ſang* ſar toſtum.

SENGER, cantator. Gloſſ. Keron. cantor *ſangari*. Idem Angloſax. *ſangere*, Belg. *zinger*. Refer ad *ſingen* cantare.

SENISCALCUS, præfectus ſervorum, ex ſervis oriundus. Lex Alam. Tit. LXXIX. 3. *Si alicujus Seniſcalcus, qui ſervus eſt, & Dominus ejus XII. Vaſſos infra domum habet, occiſus fuerit, XL. ſolidos componat.* Expendamus ſingula verba. *Alicujus*, i.e. Principis vel optimatis. *Infra*, i.e. ſtylo barbaro *intra*, unde Italis *fra*, eodem ſenſu. *Vaſſos*, i.e. famulos, ſervos domeſticos, qui intra domum ſerviunt, quos poſterior ætas *familiares* vocat. Mox agitur de *Mariſcalco, qui ſuper XII. caballos eſt*. Unde ex oppoſitione patet, ut Mariſcalcum XII. caballis, ſic Seniſcalcum XII. famulis præfuiſſe. Uterque ab officio nomen habuit, ille ab equis, hic a præfectura ſervorum. Hinc errare videntur, qui hunc ſervum ſic dictum putant a *ſen* grex, quaſi armentarium. CANGIUS eos refellit his verbis: *Lindenbrogius, cui Voſſius ſubſcribit, vocem* SENISCALCUS *ex* SON *vel* SENTE *grex, armentum, &* SCALCUS *ſervus, conflatam putat. Ut de poſtrema voce conſtat, de priore lices dubitare, cum* SENISCALCI *non armentis, ſed toti domui ruſticæ præfuiſſe legantur.* Reſtat ergo, ut ſit a *ſen* cœtus, puta miniſtrantium. Hoc voluit WENDELINUS, quando *Seniſcalcum* interpretatur *miniſtrum familiæ*. Cui libens adſentior, quamvis cum aliqua formidine. Nam *ſen* poteſt eſſe ſenior, & *ſeniſcalcus* ſenior ſervus, id eſt, honoratior, qualis hodie dicitur *elterknecht, oberknecht*, alio ſono, eodem ſenſu. De vocula *ſen* vide plura in *Senones*.

SENISCALCUS, præfectus regiæ domus, non ſervus, ſed proximus a Rege. Originem dignitati dedit nova Francorum ſub uno Rege Reſpublica. Tunc enim Rex Principum exemplo ſuum habere cœpit *Seniſcalcum*, & reliquos officiales, non ex ſervis oriundos, ſed ex principibus lectos. Hinc nova etymologia non opus eſt, quoniam ex dictis manifeſtum, idem nomen, quod ab initio fuit *præfecti ſervorum* in aulis principum, poſtea mutato Reip. ſtatu honeſtiorem ſignificationem nactum eſſe ſub Regibus, & *præfectum aulicorum* in palatio denotaſſe.

SENKEL, ligula. A Græc. ἀγκύλη lorum, amentum, præpoſito S. Dicitur alias *neſtel*.

SENKEL, perpendiculum. MARTINIUS in voce *ligula* deduxit a *ſenken* demittere, mergere, ut καθετὸς a καθιέναι demittere. Malim ἀμέσως a *ſinken* deorſum ferri.

SENKEN,

SENKEN, demittere. WINSBECK ad fil. §. 21. *ſenke dinen ſchaft*, demitte lanceam tuam. Verbum faceſſens a *ſinken* deorſum ferri.

SENKEN, mergere. Idem Angloſax. *ſencan*, *beſæncan*, & inde *beſæncſt* merſus. Similia habent Franci. OTFRIDUS Lib. II. Cap. III. 132. *thaz er nan ni firſenke*, ne ipſum demergat. Non certe a *tingo*, ut quidam exiſtimat; ſed a *ſinken* deorſum ferri. Quid enim eſt mergere, niſi facere ut in profundum feratur? Hujus generis verba magnam Linguæ noſtræ partem conſtituunt, quæ, cum hactenus fuerint anonyma, docendi cauſa *faceſſentia* vocare ſoleo, quia melius nomen non occurrebat.

SENNE, cuſtos gregis, Dial. Helv. A *ſen* grex, quod vide.

SENONES, dicuntur antiqui & novi populi, indigenæ & advenæ, pro varia dictionis cauſa, quæ vel Celtica eſſe poteſt, vel Græca. Illi gentium a ſe progenitarum capita ſunt: hi coloniæ emiſſæ.

SENONES, primi Suevorum in Germania. TACITUS Cap. XXXIX. de M. G. *Vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimosque Suevorum Senones memorant.* Celtica Lingua, & hodie Cambrica, *hen* eſt vetus, antiquus, ſenex, *hendad* avus, *henwr* vir ſenex &c. apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Eſt & Græcis ἕνος aliquando vetus. Uterque ſpiritus, tam lenis quam aſper, mutari ſolet in ſibilum. Latini ab alterutro habent *ſenex*, *ſenior*, *ſenectus*. Gothi *ſineigs* ſenex Luc. I. 18. *ſinſtans* ſeniorea Marc. XI. 27. Burgundi *ſiniſtus* ſacerdos omnium maximus, apud MARCELLINUM Lib. XXVIII. Cap. 5. Alamanni *ſeniſcalcus* ſenior inter ſervos: Galli *ſenæ* & *ſenani* antiſtites ſacrorum utriusque ſexus, ſenſu ab ætate ad dignitatem translato, more apud omnes Gentes recepto, ſicut pluribus oſtendi in voce *elterman*. Hinc fortaſſe non errabimus, ſi *Senones*, quoad nomen, *antiquos* ſonare putemus. Ipſi de antiquitate ſua adeo erant perſuaſi, ut terram habitationis ſuæ tanquam Matrem colerent. *Fides antiquitatis*, inquit TACITUS, *religione firmatur. Statо tempore in ſilvam, auguriis Patrum & priſca formidine ſacram, omnes ejuſdem ſanguinis populi Legationibus coëunt, cæſoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Eſt & alia Luco reverentia. Nemo niſi vinculo ligatus ingreditur, ut minor & poteſtatem Numinis præ ſe ferens; ſi forte prolapſus eſt, attolli & inſurgere haud licitum; per humum evolvuntur. Eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia Gentis* &c. Quæ res Sarmatis Suevorum vicinis anſam dedit, ut eos SEMNONES, id eſt, terræ filios vel cultores appellarent, a linguæ ſuæ vocabulo *ſemna* terra. Idque nomen Suevis conſtanter adhæſit ab antiquiſſimis temporibus, tanquam nobile & glorioſum. Unde mirum non eſt, eundem Germaniæ populum a Scriptoribus Græcia & Romanis, nunc *Senones*, nunc *Semnones* appellari. Ut adeo neceſſe non ſit, alterutrum nomen corrigere, cum utrumque recte ſe habeat omnino.

SENONES, populus Galliæ Celticæ ad Sequanam. Quemadmodum omnes populi juniores & a ſenioribus orti, vocantur *juvenes*, quod exemplo *Suionum* & *Anglorum* alibi oſtendi: Ita nihil obſtat, ut credamus, omnes populos antiquos, quorum origo ignoratur, & hunc quoque Galliæ populum, *Senones* dictos eſſe, ob inſignem antiquitatem. Omnes autem *Senones* cenſentur indigenæ. Et tales fuiſſe Suevorum *Senones*, fide Taciti conſtat. Certum igitur eſt, eos, qui *Senones* Germaniæ a *Senonibus* Galliæ, vel hos ab illis deducunt, ſi nullo alio argumento quam nominis ſimilitudine nitantur, fallere & falli.

SENONES, colonia Gallorum in Umbria maritima, Romanæ urbis invaſione & incendio notiſſima. LIVIUS Lib. V. Cap. 35. *Tum Senones recentiſſimi advenarum, ab Vente flumine usque ad Æſim fines habuere.* Rationem nominis docet FESTUS: *Senonas Gallos Verrius ait exiſtimari appellari, quia novi venerint ex Transalpina regione; ac primum appellatos ξένους, poſtea Senonas.* Id eſt, hoſpites, peregrinos, advenas.

SENSE, falx. An ab *enſis* præpoſito ſibilo? Dubito: quia alia Dialecto vocatur *ſeis*, teſte STILERO in Theſ. L. Germ. Idque videtur antiquius. Nam falx meſſoria Angloſaxonibus & Anglis dicitur *ſithe*. Quod poſſit eſſe a σείω ſcindo. Et hinc etiam eſt *ſeis*, & ab illo *ſenſe* per epentheſin.

SENTE, grex, Dial. Helv. Vide *ſen* grex.

S E R, valde. Particula intendendi, a Græc. ἐρι præpoſito ſibilo facta. Græcis quidem ἐρι per ſe nihil ſignificat, ſed tamen in compoſitione ſenſum auget dictionis cui præfigitur. Ita ἐριθαλος eſt valde vireſcens, & ἐρίφρεμος valde rugiens &c.

S E R, & *ſeren*, ſunt cognata, etiamſi ordinem naſcendi ignoremus. Interim, quia aliquid affirmandum eſt, docendi cauſa ſupponemus, quod *ſer* ſit verbale a *ſeren*, donec contrarium aliunde eluceſcat.

SER, dolor. Angloſax. *ſar*, Franc. & Alam. *ſer*, SOMNER. in Dict. AS. *ſar* dolor, *ſota-ſare* dolor pedum, *eagena-ſare* dolor oculorum. Gloſſ. Keron. dolum (i. e. dolorem) *ſeer*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 181.

Hiar iſt io uueuo,
Ioh allo ziti ſero.

Vertit SCHILTERUS:

Hic eſt afflictio,
Et omni tempore dolor.

Et mox: *ummezzigaz ſer*, immenſus dolor. Verſio Angloſax. Marc. XIII. 8. *this ſynd ſara angin*, hæc ſunt dolorum initia. Habent & Belgæ *zeer* pro dolore, & inde *zeer doen* dolorem afferre. Refer ad *ſeren* dolere.

SER, malum dolorificum, cujuscunque ge-

neris & naturæ. Gloſſa vetus apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 150. *ſer, uuizzi*, ſupplicium. Gloſſ. Lipſ. *ſerin* tribulatio. Angloſaxonibus *ſar* eſt ulcus, Islandis *ſar* vulnus, Anglis *ſore ears* malum aurium, *ſore eyes* malum oculorum, Suevis & Helvet. *ſær* ulcus. Cuncta a *ſeren* lædere. Et hinc fortaſſe etiam Cambris *ſerbaad* injuria, offenſa, & mulcta pro injuria. Nam hoc ſenſu ſæpe occurrit in LL. Wallicis apud WOTTONUM.

SEREN, dolere. Angloſax. *ſarian*, Franc. & Alam *ſeren*, Angl. *ſorrow*, Suec. *ſöria*. TATIANUS Cap. XII. 6. *Serente ſuohtumes thih*, dolentes quærebamus te. Proprie graviter ferre, moleſte pati, a *ſchwer* gravis, moleſtus, per ſyncopen, quæ ſatis frequens nonſolum in aliis vocibus, ſed etiam in hac ipſa. Nam *ſchwer* ab ore Anglico effertur *ſore*. Auctor etymologiæ eſt SKINNERUS.

SEREN, lædere, facere ut doleat. Dicitur de quacunque læſione, tam corporis quam animi. VEREL. in Ind. *ſæra* vulnerare, *ſærdur* vulneratus. WILLERAMUS Cap. IV. 9. *geſeret habeſt du mir min herza*, vulnerasti cor meum. Hodie utimur compoſito *verſeren*, eodem & latiſſimo ſenſu. Et hujus verbi gratia cætera, quamvis obſoleta, erant præmittenda.

SESSEL, ſella. Angloſax. *ſetol*, Angl. *ſettle*. Refer ad *ſitzen* ſedere.

SETZEN, ponere, collocare. Gothis *ſatjan*, Angloſax. *ſettan*, Franc. & Alam. *ſezzan*, Belg. *zetten*, Angl. *to ſet*, Suec. *ſættia*. Gloſſ Keron. poſui *ſazta*, poſuiſti *ſaztoos*, poſita eſt *keſazter iſt*. TATIANUS Cap. XXV. 2. *ſezzent iz untar mutti*, ponunt eam ſub modio. NOTKERUS Pſal. XVIII. 6. *ane dero ſunnun ſazta er ſine gezelt*, in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Verbum faceſſens a *ſitzen* ſedere, quoniam ponere in loco eſt facere ut ibi ſedeat. Vulgo tamen derivari ſolet ab ἕζω pono, ſedere facio, ſpiritu aſpero in ſibilum mutato.

SETZEN, ſenſu metaphorico eſt *conſtituere*, *diſponere*, *ordinare*. Gloſſ. Keron. ordinant *ſezzant*, conſtituit *keſazta*, diſponere *keſezzan*. Græci eodem ſenſu dicunt τάττειν, manifeſto conſenſu.

SETZEN, per ſynecdochen generis ſignificat (1) onus imponere. Gloſſ. Keron. impoſuiſti (homines ſuper capita noſtra) *anaſaztos*. Inde videmur habere *ſattel* ephippium, quia ſicut ephippium equo, ita onus ephippio imponitur. Græcis quoque σάττειν eſt imponere onus vel jugum, & inde σάγμα clitellæ, quamvis duriſſimo partu. (2) inſidias ponere. VEREL. in Ind. *ſata* collocatio inſidioſa, pro feriendis feris in venatu, *ſatur madur i ſatu, vil diur ſkiuta*, ſi quis in inſidiis collocatus pro fera hominem temere vulneraverit. Ab hoc ſenſu habemus *auf ſetzig* infeſtus, inimicus, & nocendi occaſionem captans. (3) inimicitias deponere. VEREL. in Ind. *ſettaſt* reconciliari, *ſætt* reconciliatio, pacificatio, *ſættmal* fœdus, *ſættarbod* oblatio reconciliationis, *o-ſætt* inimicitia, *u-ſætt* diſcordia, *o-ſatter* diffidentes. Suecis *oſæte* etiamnum hoſtem ſignificat. Hodie utimur formula *ſich mit iemand ſetzen* reconciliari cum aliquo, & ſenſu forenſi transigere, paciſci, facere ut quieſcat. (4) in terra deponere, ſeminare, plantare. Evang. Goth. Luc. XVII. 28. *ſamaleiko jah ſwe warth in dagam Lodis, etun jah drugkun, bauhtedun jah frabauhtedun, ſatidedun* (*jah*) *timridedun*, ſimiliter ſicut factum eſt in diebus Lot, edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. Inde *ſetzling* viviradix, talea, ſurculus, imo etiam piſciculus, fœturæ cauſa in piſcinam miſſus. Plures ſignificatus inveniet, qui meditari voluerit.

SETZEN, ire, meare, *durch den ſtrom ſetzen* transire flumen equo vel navigio, *nachſetzen* perſequi, ſectari fugientem. Quemadmodum Angloſaxonibus a *ſith* iter, via, ſemita, fit *ſithian* ire, venire; ita nobis a *ſith* fit *ſetzen* & *nachſetzen*, eo quo dixi ſignificatu. De voce Angloſax. vide plura in *ſenden* & *geſind*.

SEUBERLICH. Vide *ſauber* moderatus.

SEUBERN. Vide *ſaubern*.

SEUCHE, morbus, ægritudo, infirmitas corporis. Gothis *ſiukei*, Francis & Alam. *ſiuchi*. Gloſſ. Keron. ægritudo *ſiuhchi*. Gloſſ. Pez. debilitas *ſiuchi*. Cod. Arg. Joh. XI. 4. *ſa ſiukei niſt du dauthau*, hæc infirmitas non eſt ad mortem. Verbale a *ſiechen* ægrotare. Hinc etiam efferri ſolet *ſieche*, ut patet ex compoſito *ſiechbedd* lectus clinicus. Neutrum differt a *ſucht*, niſi modo derivandi.

SEUFZEN, gemere, ſuſpirare, ſpiritum ex imo pectore ducere, ſive id fiat ex mœrore ſive ex deſiderio. Ab antiquiori *ſuſten*, quo paſſim utuntur Scriptores Francici apud SCHILTERUM in Gloſſario. Angloſaxonibus *ſeofian* eſt lugere, & *ſeofunge* gemitus. Ab illo videtur eſſe *ſuſten* per modum frequentativi. Cum utroque convenit Heb. *ſaphad* planxit, luxit, quod pro etymo adduxit HELVIGIUS. In reliquis Dialectis F. mutatur in CH. & poſtea in CK. Ita gemere Belgis dicitur *zuchten*, Anglis *to ſigh*, Suecis *ſucka*. Quæ a reliquis non videntur differre niſi literarum permutatione.

SEUGEN, lactare. Angloſax. *ſican*, Francis *ſougen*. Hinc verba Domini Luc. XXIII. 29. *beata ubera quæ non lactaverunt*, ab interprete Angloſaxonico vertuntur, *eadige tha breoſt the ne ſicdun:* & ab interprete Francico, *ſalige ſint bruſti thio the ni ſougitun*, in Harm. Evang. Tat. Cap. CCI. 2. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XI. 76. de B. Virgine: *then Gotes ſon ſougti*, filium Dei lactabat. Verbum faceſſens a *ſaugen* ſugere. Quid enim eſt lactare, niſi facere ut ſugat? Vox Saxonica apud SOMNERUM & BENSONIUM

NIUM deſideratur. A *ſeugen* ſunt *ſeugamme* nutrix, & *ſeugling* lactaneus, lactens. Belgæ dicunt *zoogen*, *zoogſter* & *zoogeling*.

SEUMEN, *ſaumen*, quatenus derivatur a *ſaum* impedimentum, dicitur tantum de voluntariis & frivolis impedimentis, qualia ſunt (1) deſidia. Inde *ſeumen* tardare, cunctari, morari, *ſeumig* tardus, *ungeſeumt* incunctanter. (2) incuria. Inde *ſeumen*, *verſeumen* negligere agenda, perdere occaſionem agendi vel potiundi, *ſeumig* negligens. Gloſſ. Keron. negligendum *farſuummando*. Habent etiam Belgæ *zuimen* & *verzuimen* eodem ſignificatu.

SEUMEN, limbo circumdare. Vide *ſaum* fimbria.

SEYEN, percolare. Angloſax. *ſeon*. Syncopatum a *ſeigen* vel *ſiegen*. Latino-Barbaris *ſio* eſt mingo, & Sorabis *ſaju* cribro, cognato ſignificatu.

SEYN, eſſe, fieri. Franc. & Alam. *ſin* & *geſin*. NOTKERUS Pſal. XCIX. 3. *ſone imo haben uuir unſir ſin*, ab ipſo habemus eſſe noſtrum. TATIANUS Cap. III. 6. *uuio mah thaz ſin*, quomodo fiet iſtud? Jus Prov. Alam. Cap. XV. 1. *uuer nibt geziug mag geſin*, quis non poſſit teſtis eſſe. Idem Græcis ἔσομαι, & inde *ſeyn* præpoſito ſibilo. Gothi & Angloſaxones alio utuntur infinitivo, ut vidimus in *weſen* & *bin*. Sed a præſenti Gothi habent *ſij* ſit Matth. V. 37. *ſiud* eris Luc. V. 10. Angloſaxones *ſy* ſit, *ſynt* ſunt.

SEYN-LASSEN, parcere, mittere, ſinere ut ſit. Gloſſ. Pez. parco *ſinlazo*.

SICH, ſibi. Carent antiqui, præter Gothos, qui tamen hanc particulam paulo aliter efferunt dicendo *ſis*, unde poſteritas fecit *ſih*, ſibilum in ſpiritum aſperum mutando, quod fieri ſolet ſæpiſſime, & vice verſa, præcipue in prænominibus. Hinc Angloſaxonica *heo* illa & *hi* illi, hodie proferuntur *ſie*. Cod. Arg. Luc. IX. 12. *ei bugjaina ſis matins*, ut emant ſibi cibos. Luc. XIX 12. *franiman ſis thiudangardja*, accipere ſibi regnum. Pronomen Saxonicum & Francicum vide in *ihm* ſibi.

SICH, ſe. Gothis *ſik*, Francis & Alam. *ſih*. Gloſſ. Keron. ſe *ſih*, ſeipſum *ſih ſelban*. Cod. Arg. Matth. VI. 29. *gawaſida ſik*, veſtivit ſe. TATIANUS Cap. CLV. 2. *bigurtä ſih*, præcinxit ſe. Ab his longiſſime recedunt Angloſaxones, quibus *hyne* ſe, & *hyne ſyllfne* ſeipſum, Luc. IX. 25. Joh. XI. 33.

SICHEL, falx. Gloſſ. Pez. falcem *ſihhila*. HELVIGIUS deduxit a *ſecula*, quæ vox apud Varronem legitur: ECCARDUS a *ſiegen* ſecare.

SICHER, tutus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ſicer*, certus, firmus, tutus, ſecurus. Gloſſ. Keron. ſecurus *ſihchurer*, ſecuri *ſihhure*. Gloſſ. Pez. libertas *ſihherheit*. Belgæ eodem ſenſu dicunt *zeker* & *zekerheit*, Sueci *ſæker* & *ſækerheet*. Cuncta a Lat. *ſecurus*, id eſt, curæ expers.

SICHERMAL, meta jaculantis. Utitur Luth. 1. Sam. XX. 20. Proprie eſt meta collimantis, a *ſehen* videre, oculos intendere. Ita Latinis a σκοπῶ intueri fit *ſcopus*, quod hic appoſite obſervavit FAISCHIUS. Litera H. more antiquo pronunciatur ut CH. Et hac pronunciatione etiamnum utimur, quando a *ſehen* derivamus *ſicht*, *geſicht*, *ſichtbar* &c.

SICHT, quatenus derivatur a *ſehen* (*ſechen*) videre, ſignificat quantum poteſt, facultatem videndi, actum videndi, & vultum, quia vultus eſt ſpecula humani corporis, e qua proſpicimus. Anglis *ſight* eſt viſus & acies, *at firſt ſight* primo aſpectu. Mercatores noſtri etiamnum utuntur ſimplici in literis cambialibus, quas fere ordiuntur his verbis: *auf ſicht dieſes* &c. id eſt, ad conſpectum harum literarum. A *ſicht* componimus & derivamus *geſicht*, *ſichtbar*, *ſichtlich*, *beſichtigen*, & alia noti ſignificatus. Et huc etiam ſpectat *ſichtig* in compoſito *ſcharfſichtig* perſpicax, perſpicacia præditus.

SICHT, cibrum, incerniculum, Dial. Suecica. Belgæ dicunt *ſift*, quod certe antiquius, cum quia in vetuſtiſſima Angloſaxonum lingua *ſiftan* eſt cribrare, tum quia *ſift* legitime fit a *ſieben* cribrare, cribro ſecernere, per medium derivandi T. *Sieben* autem eſt a *ſieb* cribrum, & hoc a σείω moveo, agito. Quemadmodum autem V. B. F. ſunt literæ convertibiles; ita F. ſæpe mutatur in CH. Hinc veriſimile exiſtimo, *ſicht* factum eſſe ex *ſift*, tanquam recentius ex antiquiori.

SICHTEN, cribrare, cribro ſecernere. Suecis *ſichta*. Utitur Luth. Luc. XXII. 31. Amos IX. 9. STADENIUS derivat a *ſiegen* colare, interpoſito T. Alii a σήθω incernere, interpoſito CH. Sed his nodis minime implicantur, qui verbum a ſubſtantivo deducere voluerint.

SIDEL, ſedes. Gothis *ſitl*, Angloſax. *ſeotol*, *ſetl*, Francis & Alam. *ſedal*. Non certe ab ἕδος, h. e. ab ea parte qua ſedemus, ſed a Lat. *ſedile*, vel ſi mavis, a *ſitten*, *ſitzen*, ſedere. Dicitur (1) de loco ſedendi. Gloſſ. Keron. ſedilia *ſedalum*. Inde Suevis remanſit *ſidel* pro ſcamno. (2) de nidis avium, in Evang. Goth. Luc. IX. 58. *fuglos himinis aigun ſitlans*, volucres cœli habent nidos. (3.) de thronis, cathedris & tribunalibus. Inde Angloſaxonibus *heah-ſetle* thronus, cathedra, Francis *duomſedal* tribunal. (4.) de plaga mundi occidentali, quia ſol ibi ſedere & quieſcere videtur. Gloſſ. Lipſ. *ſetbelgangi* occaſum. Gloſſ. Keron. ante ſolis abitum *er dera ſunnen ſedalkange*. (5.) de loco habitandi. Inde *einſidler* eremita, qui ſedem ſuam in ſolitudine fixit. Dicitur autem non ſolum de ſilvis, ſed etiam de urbibus. Hinc nomen urbis Voitlandiæ AONSIDAL nihil aliud quam bonam ſedem denotare videtur. V. PERTSCHIUM in *Originibus Voitlandiæ* Cap. 6. (6.) de prædiis. Hinc bonum avitum aut paternum Alamannis recentioribus vocatur *anſidel*, in Jure provinciali Cap. CXXXIX. 5. 6. 9. ab *an*, quatenus ſtirpem ſeu genus paternum ſignificat

SIDER,

SIDER, *ſidere*, potus ex pomis vel pyris, Dial. March. TATIANUS Cap. II. 6. *uuin nob cidiri trinbit*, vinum & ſiceram non bibet. Idem Gallis *cidre*, Lat. Barb. *ſidra*. GOLDASTUS Tom. I. Rer. Alam. pag. 123. *Ille vero liquor ex piris ac pomis expreſſis, Francis Scriptoribus Sidra, corrupte pro Sicera, ab Heb. ſecar (inebriare), vulgo Alamannorum moſt.* Neſcio an depravatione vocis opus ſit, cum alia via expediri origo poſſit. Arabibus *ſched* eſt mel, Ægyptiis *zythus* potus coctus in ſimilitudinem vini, Suecis & Germanis inf. *ſöt* dulcis. Undecunque deflectas *ſider*, habebis potum melleum, coctum, aut dulcem.

SIE, ea, illa. Gt. ἡ, Goth. *ſi* Marc. VI. 24. Angloſax. *heo*, Francis & Alam. *ſi*, *ſio*, *ſiu*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XI. in fine: *ſi bar uns then himilſgon druhtin*, peperit nobis cœleſtem dominum. TATIANUS Cap. CCXXI. 3. *mit thiu ſiu thiſiu quad*, cum illa hæc dixiſſet. Et paulo poſt: *ſio tho giuuanta ſih*, tunc illa converſa eſt.

SIE, eam, illam. OTFRIDUS Lib. I. Cap. III. 63. de B. Virgine:

Sia iſt engilo menigi
In himile erenti.

Vertit SCHILTERUS:

Illam eſt angelorum multitudo
In Cœlo venerans.

SIE, illi, illos & illas. Gloſſ. Keron. ipſi *ſie*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. II. 23. de Johanne Baptiſta: *quam ſie manonti*, venit monere eos. TATIANUS Cap. XLV. 5. *ſie fuhrun ſiu unzan enti*, impleverunt eas usque ad ſummum.

SIE, pronomen honoris, ſed novum. Nam unum ſolum multitudinis numero alloqui, ab uſu veterum plane eſt alienum. Vide quæ in aliis pronominibus paſſim annotamus.

SIEB, cribrum. Gloſſ. Ælf. in nom. vaſorum: cribrum *ſyfe*. Gloſſ. Pez. cribro *ſipe*. Idem Belg. *ſeef*, Angl. *ſieve*, *ſive*. A σείω agito commode deduxit MARTINIUS. Et fidem faciunt alia hujus inſtrumenti nomina, a motu ſimiliter petita. Ita Græcis a σείω concutio fit σῆρον cribrum. Et Cambris *rhidyll* cribrum, a *rütten* movere, agitare.

SIEBEN, cribrare, cribro agitare, *durchſieben* cribro excernere, per cribrum trajicere. Verbum legitime a ſubſtantivo factum. Quod, etiamſi ſcripto proditum haud reperiatur, uſu tamen antiquo valuiſſe, credibile eſt. Idque evincere videtur vox Belgica *ſift* cribrum, de qua poſtea. Alia veterum verba (nam pluribus in eodem negotio utebantur) vide in *rütteln* cribrare.

SIEBEN, ſeptem. Gothis, Francis & Alam. *ſibun* Marc. VIII. 5. Angloſax. *ſeofon*, Belgis & Anglis *ſeven*, Procop. *ſevene*, Suecis *ſiw*. TATIANUS Cap. VII. 9. *lebeta mit ira gommanne ſibun jar*, vixerat cum marito ſuo ſeptem annis. Gloſſ. Keron. ſeptinoctium *ſibunnaht*. Gloſſ. Boxh. hiades *ſibunſtirri*. Cum Septenarius ſit numerus ſacer apud multas & vetuſtiſſimas Gentes, hinc nomen habere creditur a σέβω veneror. MACROBIUS in Somnio Scipionis: *Hic numerus ἑπτὰς nunc vocatur antiquato uſu primæ literæ. Apud veteres enim Septas vocitabatur, quod Græco nomine teſtabatur venerationem debitam numero.* Hunc ſequitur TRILLERUS in notis, & opinionem ſanctitatis ab ipſa mundi facti Hiſtoria veriſimiliter repetit. Idem vir clariſſimus ingentem ſcriptorum Catalogum producit, qui de præſtantia, reverentia, & virtute hujus numeri, ingenii ſui monimenta poſtetis reliquerunt. Apud noſtros non occurrit veſtigium hujus opinionis, niſi forte in computo cognationis & majorennitatis, de quo aliquid dixi in *ſippzal*, *nagelmage*, *mündig*. Compoſita & derivata hujus numeri ſimilia ſunt aliorum numerorum compoſitis & derivatis, nec quicquam habent ſingulare. De *ſiebenzig* vide dicta in *zehen*.

SIECH, æger. Gothis *ſiuks* Joh. XI. 1. Angloſax. *ſeoc* ibid. Francis & Alam. *ſiuch*, *ſiocb*, *ſiech*, Belg. *ziek*, Angl. *ſick*, Suec. *ſiuk*. Gloſſ. Keron. ægrotos *ſiuchem*. Gloſſ. Pez. languidum *ſiuhbaz*. TATIANUS Cap. XLIV. 7. *heilet ſiobbi*, curate infirmos. An huc ſpectet Gr. σιχὸς, quod a multis viris doctis pro etymo adducitur, dubito, quia non quemvis ægrum, ſed eum, qui tædio laborat, denotare videtur. Omitto aliam etymologiam a σείω quatio petitam. Figamus ſenſum, & dicamus, quod *ſiech* proprie ſit caducus, a *ſiegen* cadere, ut *clinicus* a κλίνω, ob inclinatam valetudinem, aut quia cadenti ſimilis eſt. Quamvis etiam proprie dici poſſit cadere, qui ex infirmitate in lectum cadit, & in eo detinetur. Veteres a caſu vel caduca conditione ægrum appellaſſe, vel hinc conjectare licet, quia hominem diuturno morbo lecto affixum vocare ſolent *bedrieſe*, omnino a cadendo, ut oſtendi in loco. Præcipua Francorum compoſita ſiſtit interpres Tatiani Cap. XXII. 2. *manodſiobbe inti bettiſiobbe*, lunaticos & paralyticos.

SIECHE, ægritudo, *ſiechbedd* lectus clinicus. Priſcas voces vide in *ſeuche* & *ſucht*. Omnes ex eodem fonte ſunt, nempe a *ſiechen* ægrotare.

SIECHEN, ægrotare. Gloſſ. Pez. langueo. *ſiuhhan*. WILLERAMUS Cap. II. 5. *ih mines uuines minnon ſiechon*, amici mei amore langueo. Gothos eodem ſenſu dixiſſe *ſiukan*, patet ex particip. *ſiukands* male habens, Luc. VII. 2. Belgis quoque *zieken* eſt ægrum eſſe. Quod certe ab adjectivo factum, non vice verſa, ut ex dictis manifeſtum. A *ſiechen* rurſus fit *ſieche*, *ſeuche*, *ſucht* morbus, ut oſtenſum in ſingulis.

SIEDEN, æſtuare, fervere, bullire. Angloſax. *ſeothan*, Belg. *zieden*, Angl. *to ſeeth*, Suec. *ſiuda*, Græcis σίζω & ζέω, indubio conſenſu. Eſt & Hebræis *zod* efferbuit, apud

apud HELVIGIUM in Originibus. Inde *verſieden* perire bulliendo, quo utitur Luth. Eſa. LXIV. 2.

SIEDEN, coquere, elixare, facere ut bulliat. Angloſaxonibus & reliquis ut ſupra. Habent etiam Franci & Alamanni, quod huc ſpectet. Gloſſ. Boxh. *kiſode* coctione. Gloſſ. Keron. coctus *kaſotaner*. Gloſſ. Pez. concocta *kaſotan*, diſcocta *farſotaniu*. Rhythmus de S. Annone §. 38. *diz golt ſiudit her in viure*, aurum coquit in igne. Verbum faceſſens ex præcedenti, cujus inſignis antiquitas elucet ex voce Ægyptia ζωθς potus coctus.

SIEDER, *ſeider*, *ſeint*, *ſeit*. Vide reliqua in poſtremo.

SIEG, victoria. Angloſax. *ſige*, Franc. & Alam. *ſigo*. Verſ. Angloſax. Matth. XII. 20. *awurpe dom to ſige*, ejiciat judicium ad victoriam. NOTKERUS Pſal. CXVIII. 162. *min ſigo habet mir gegeben manigiu geroube*, victoria mea dedit mihi multa ſpolia. Refer ad *ſiegen* vincere. Inde tritiſſima Francorum & Alamannorum formula *ſigu niman* victoriam capere, id eſt, vi occupare. ISIDORUS Cap. V. 6. de Tito: *nam ſigu in dhem iudeo liudim*, cepit victoriam in gente Judæorum. OTFRIDUS Lib. V. Cap. IV. 97. de Chriſto:

Er nam in todes riche
Sigi krafiliche.
Cepit in regno mortis
Victoriam potenter.

A *ſigu niman* rurſus fit *ſigunumfti* victoria & ſpolia, apud eosdem Scriptores. Gloſſ. Boxh. *ſighinumfti* vexilla. Id eſt, ſpolia, trophæa, & quicquid ab hoſte victo aufertur. NOTKERUS Pſal. LXIV. 12. *du geſegenoſt die ſigenunft dero zito*, tu benedices victoriam temporum. Tanta autem eſt compoſitorum apud Priſcos frequentia, ut numerus eorum vix iniri poſſit. Extantiora ſunt apud Angloſaxones, *ſige-beg* corona triumphalis, *ſige-reaf* toga triumphalis, *ſige-beacen* trophæum. Apud Francos, *ſighaft* victoriosus, *ſigikamf* pugna victrix. Utrumque in fine EPINICII Lud. R. dicti. Et huc etiam ſpectant ex Nominibus propriis,

SIGIMERUS, dux Cheruſcorum, pater Arminii, apud PATERCULUM Lib. II. Cap. 118. Gloſſ. Lipſ. *ſigimari* victor. Proprie *auctor victoria*, vel *victoria clarus*. Utriusque interpretationis exempla vide in *mer* auctor, & *mære* celebris.

SEGIMERUS, frater Segeſtis, apud TACITUM Annal. I. 71. Eadem notione.

SIGISMERUS, regulus Francorum, apud SIDON. APOLL. Lib. IV. Cap. 20. Eadem notione.

SEGIMUNDUS, filius Segeſtis, apud TACITUM Annal. I. 57. Id eſt, vir victoriæ. Similia compoſita vide in *mund* vir.

SIGISMUNDUS, eadem notione. Vulgo *Siegmund*.

SIGEBERTUS, victoria clarus. Ultimus Ripuariorum Rex a filio interfectus apud GREGORIUM Turon.

SIGERICUS, victoriis pollens, interprete GROTIO.

SIEGEN, deorſum ferri, & per ſynecdochen generis vergere, inclinari, cadere, occidere, ſubſidere. Verbum vetuſtiſſimum, ſed origine obſcurum. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſigan* excidere, *geſigan* occidere, *ſignys* deſcenſus, *nith-ſige* occaſus. VEREL. in Ind. *ſiga* ſubſidere, *ſig* quod ſenſim ſubſidit, *a aldr ſigiun* ad ſenium vergens. Extat autem in omnibus Dialectis, non Saxonica tantum, ſed etiam Gothica, Francica, & Alamannica. Codex Arg. Marc. I. 32. *than gaſag ju ſa uil*, cum ſol jam occidiſſet. Luc. IV. 40. *mith thanei than ſagu ſunno*, cum occaſu ſolis. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XI. 23.

So uuito ſo geſige
Ther himil innan then ſe.
Quam late vergit
Cœlum in Oceanum.

NOTKERUS Pſal. CVIII. 23. *ih pin aba genommen alſo ſcato ſo er ſiget*, ablatus ſum ſicut umbra cum declinat. Gloſſ. Lipſ. *geſigenero* inclinato. Dicitur etiam de iis qui in bello occumbunt. WOLFRAM von Eſchelbach:

Man ſach ſi niderſigen,
Tot fallen vf das lant.

Imo etiam de animo, quum ſpe cadit & ſubentia. Utriusque exempla vide apud GOLDASTUM in Animadverſ. ad Script. Parænet. pag. 412. ſeq.

SIEGEN, colare, per qualum, linteum, aut cribrum transmittere, *durchſiegen* percolare. Verbum faceſſens a *ſiegen* deorſum ferri. Quid enim eſt colare, niſi facere, ut pars cadat in ima, pars ſuperne ſubſidat? Belgæ eodem ſenſu dicunt *zygen* & *doorzygen*. HELVIGIUS tribuit Hebræis *zakak* colavit, defecavit. Dicitur etiam *ſeigen* & *ſeichen*, & uſurpatur nonſolum de humido, ſed etiam de ſicco.

SIEGEN, vincere, ſuperare. Verbum faceſſens a *ſiegen* cadere, occumbere. Quid enim eſt vincere, niſi facere ut cadat & ſuccumbat? Neſcio unde conſenſum Antiquitatis accipiam. Nusquam enim occurrit, nec in recentibus, nec in veruſtioribus Dialectis. Et nihilominus priſcis *ſieg* victoriam ſignificat, manifeſto ſatis indicio, eos hoc verbo, & ea, qua hodie pollet notatione, nequaquam caruiſſe.

SIFT, cribrum, Dial. Belgica. A *ſieben* cribrare, per medium derivandi T. Hodie F. mutamus in CH. dicendo *ſicht*, quod vide.

SIFTEN, cribrare. Angloſax. *ſyftan*, Belg. *ſiften*, Angl. *to ſift*. A ſubſtantivo, non vice verſa. Hodie dicimus *ſichten*, eadem literarum mutatione ut ſupra. A *ſiften* rurſus

ſus fit *fifthe* palea, furfur, & quicquid cribrando ejicitur, Dialecto Angloſaxonica.

SIGEL, ſigillum. Angloſaxonibus *ſigel* multa ſignificat, primo *ſignum* vel *ſigillum*, deinde *gemmam*, quia veteres gemmis ſignabant, mox amplificato ſignificatu *quodvis monile*, imo etiam *fibulam* & *bullam*. Vox Saxonica vulgo ducitur a Lat. *ſigillum*, Latina a *ſigno*, ceu parvum ſignum, ut ligillum a ligno, tigillum a tigno. Nihil hac via brevius aut expeditius. Obſtat tamen vox Dorica σίγλαι inaures, quæ non videtur eſſe Latina: & vox HESYCHII σιγάλωμα, quam ille Scythicam facit. Hinc CASAUBONUS exiſtimat, vocem *ſigel* pure Germanicam vel Saxonicam eſſe, & Græcis traditam a Scythis, quibus cum illis frequentia ob vicinitatem commercia. Plura ex mente CASAUBONI attulit JUNIUS in Obſervatis ad Willeram. pag. 132. ſeq. in quibus tamen origo vocis ex lingua patria (quæ ante omnia oſtendenda fuerat) deſideratur. Si vox Scythica ſit, nec alia Scytharum lingua quam Germanica, quod fide tanti Auctoris aſſumo, poſſit denotare *ſculptile*, a *ſægen* ſcindere, ſecare. Primus ſigillo uſus videtur Saturnus. Sanchoniathon apud EUSEBIUM de Præp. Evang. pag. 39. *Mercurius Saturno pro Regni inſignibus excogitavit IV. oculos in vultu, quorum duo aperti, duo clauſi.* Saturnus autem & Mercurius fuere Phryges, & Phrygum linguam Germanicæ ſimilem fuiſſe, jam ſæpe oſtenſum. De compoſito *inſigel* actum in loco.

SIGLEN, ſigillo ſignare vel munire. Evang. Goth. Joh. VI. 27. *thanuh atta gaſiglida Goth*, hunc pater ſignavit Deus. Matth. XXVII. 66. *faurſigljandans* obſignantes. Gloſſ. Pez. ſignatum *piſiglit*. TATIANUS Cap. CCXV. 4. *ſigilonte then ſtein*, ſignantes lapidem. Habent & Angloſaxones *ſegelan* & *inſæglan* ſigillare & obſignare.

SILBER, argentum. Gothis *ſilubr*, Angloſax. *ſeolfor*, Franc. & Alam. *ſilbar*, Belg. & Angl. *ſilver*, Procop. *ſilvir*. Gloſſ. Keron. argentum *ſilbar*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 142. *ſilabar zi nuagi*, argentum ad ſatietatem. SKINNERUS compoſuit ex *ſel* bene, & *faren* proſpere ſuccedere, ut ſit quaſi metallum beatum, cujus ſcil. copia beatos efficit. Sed hoc ex moribus noſtris hauſtum eſt, non ex antiquis. Nam majores noſtros nec uſu nec poſſeſſione hujus metalli magnopere gaviſos eſſe, ſcribit TACITUS Cap. V. de M. G. JUNIUS, qui Græcas origines in deliciis habet, deduxit a φίλεω luceo, ſplendeo, unius literæ T. amiſſione, quam vero ſæpe auferri, multis exemplis (quamvis non e Lingua Germanica, ſed Latina petitis) declarat. Si Græca origine opus ſit (ut certe opus eſſe videtur in re primis Germaniæ temporibus vel ignota vel ſpreta, teſte TACITO loco citato) malim formate ab ἀλφὸς albus, præpoſito ſibilo, ut proprie ſit album metallum, ſicut *gold* ſulvum. HESYCHIUS: ἀλφὸς, λευκὸς. Ita *argentum* ab ἀργὸς albus denominari creditur.

SILBERLING, nummus argenteus. TATIANUS Cap. CXCIII. 6. *ſie inteſiengun thio drizzug ſilaberlingo*, acceperunt triginta argenteos. Hi nummi in Codice Arg. vocantur *ſilubrinaize*, alia flexione, non alio ſenſu, Matth. XXVII. 3. Vocem Angloſax. vide in *ſchilling*.

SILBERSCHMID, faber argentarius. Gloſſ. Pez. argentarius *ſilperſmid*. Idem Angloſax. *ſeolfor-ſmith*.

SIMS, projectura. Vide *geſims*.

SIMS, juncus. A Gr. Χοῖνος, mutato N. in M. & hoc a Χεῖν tenere, ob uſum in vinciendo, hinc etiam pro fune e junco ponitur, obſervante MARTINIO in Cadmo. Sueci *ſef* vocant, quod videtur abſciſſum a ζευγνύω jungo. Cunctis ſimile eſt *bintz*, a *binden* ligare.

SIND, iter, comes, famulus, famulitium. Vide *geſind*.

SIND, quatenus ſignificat *iter*, ab antiquis ſubfigitur numeralibus, quia progreſſus unitatum in numeris, itineri ſimilis eſt. Ita *ſepties* Gothis dicitur *ſibunſintham*, Angloſaxonibus *ſeofonſithum*, Luc. XVII. 4. Belgæ aliis verbis, ſed eadem allegoria dicunt *zevenreiſen*, a *reiſe* iter. De computatione Francorum vide dicta in *ſtund*.

SINGEN, cantare. Angloſax. & Francis *ſingan*, Alaman. *ſinkan*, Procop. *ſingben*. Gloſſ. Keron. cantat *ſinkit*, pſallit *ſinkit*, decantandum *za ſinkanne*, pſallantur *ſint kaſungan*. Opinor a *zunge*, *tunge*, *ſunge*, lingua. Quid enim eſt cantare, niſi vocem lingua modulari, & per varios ſonos flectere, attollere, deprimere? Et quamvis ad cantandi actum plura concurrant inſtrumenta naturalia, & partem ſibi vindicent guttur & palatum; Lingua tamen eſt inſtar plectri, & motibus ſuis plus cæteris confert ad cantum. Nihil ergo neceſſe eſt, ut *ſingen* derivetur a *ſang* cantus, & hoc a Lat. *ſonicum* vel *tonicum*.

SINGEN, canere inſtrumento artificiali. NOTKERUS Pſal. XCVII. 5. *ſinget imo mit hornen blaſendo*, pſallite ei in voce tubæ. TATIANUS Cap. XXXIII. 2. *ni tuo trumbun ſingan fora thir*, noli tuba canere ante te. Id eſt, clangere. Hoc ex imitatione Latinæ Linguæ eſt, cujus admiratores perpetui & ſæpe inſulſi fuere Franci.

SINGEN, legere, recitare. Codex Arg. Luc. IV. 16. *galaith in ſynagogein jah uſſtoth ſiggwan bokos*, intravit in Synagogam & ſurrexit legere libros. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 295. *erſingan* recitare. Cantum literis antiquiorem eſſe intet Germanicas Gentes, nemo ignorat. TACITUS Cap. 2. de M. G. *Celebrant Carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & Annalium genus eſt) originem Gentis conditoresque.* Et univerſe homines ante cantaſſe quam legiſſe, dubio caret, & ex novitate literarum colligitur, quæ certe non

ſunt

ſunt æternæ, nec humano generi coævæ. Hinc manifeſtum eſt, quod *ſingen* poſt inventas literas à cantantibus ad legentes & recitantes translatum ſit. Cauſa translationis potuit eſſe duplex: Vel quod legentes & recitantes cantantibus ſimiles ſint, dum vocem per intervalla intendunt & remittunt: Vel quod priſcis in more poſitum fuerit, ut cum aliqua modulatione legerent, recitarent, docerent. Equidem Philoſophos quosdam Græcorum cantando docuiſſe legimus. Hinc ANAXIMANDRUM *canentem à pueris irriſum*, reſpondiſſe ferunt, *canendum ergo puerorum cauſa modulatius.* Et hæc fortaſſe cauſa eſt, cur ᾠδὸς Græcis non ſolum cantorem, ſed etiam Philoſophum ſignificet. Conſtat etiam ex Antiquitatibus Hebræorum talem fuiſſe ritum iſtorum hominum, ut ſacros libros cantando legerent. Quod eos etiamnum hodie obſervare, ex Rabbini Veneti verbis colligitur. Is eſt LEO MUTINENSIS, qui Opuſculum *de Cæremoniis Judæorum* edidit, ubi Cap. X. §. 6. *Conſtitutu quidam eſt*, inquit, *ad præcinendum precationes.* Minus equidem dicit quam vellem. Sed hunc defectum ſupplet GROSGEBAUER in nota ſubjecta: *Judæi ita pronunciant preces ſuas, ut potius canere quam precari eas diceres. Sic dum recitant Textum, non prælegere, ſed cantare eum videntur.* Cum hoc verbo conferendum eſt *queden* canere, dicere.

SINGEN, tinnire, tinnitum edere. Inde Islandis *ſyngia mitt ſverdi* tinnire gladio, quod dicitur de gladio ſtragem edente, in Ind. Vereliano, quia tinnitus cantui ſimilis eſt.

SINKEN, deorſum ferri, & per ſynecdochen generis vergere, inclinari, ſubſidere, occidere, labi &c. Gloſſ. Pez. vergentibus *nidarſinchantem.* Factum a ſimpliciori *ſiegen* ejusd. ſignif. inſerto N.

SINKEN, mergi. Evang. Goth. Luc. V. 7. *gafullidedun batho ſkipa ſwe ſuggquun*, impleverunt ambas naviculas ut pene mergerentur. Proprie eſt in profundum demitti, idemque quod *ſinken* ſubſidere.

SINKEN, mergere. Vide *ſenken.*

SINN, ſenſus interior. Forte per apocopen a Gt. σύνεσις intelligentia, ut viri doctiſſimi HELVIGIUS & JUNIUS exiſtimant. Complectitur autem ambitu ſuo non ſolum rationem & intellectum, ſed etiam judicium, memoriam, ingenium, imo etiam voluntatem, ejusque propenſiones tam bonas quam malas. Hinc ſæpe pro bono vel malo animo ponitur. NOTKERUS Pſ. XXXI. 2. *noh trugeheit in ſinemo ſinne ne iſt*, nec eſt dolus in animo ejus. Ab hoc ampliſſimo ſignificatu componimus & derivamus, *ſinnen* cogitare, meditari, affectare, intendere, *unſinn* dementia, defectus rationis, *ſcharfſinnig* ſolers, acer in cogitando, *tiefſinnig* meditabundus, profundus in cogitando, *ſinnreich* ingenioſus, *erſinnen* invenire, *beſinnen* recordari, *nachſinnen* ſpeculari, *geſinnen*, *geſint* animatus, affectus, intentus, *eigenſinnig* contumax, *leichtſinnig* levis, *anſinnen*, *geſinnen* ſolicitare animum precibus aut mandatis &c. Quæ ſint partes voluntatis in ſingulis, quæ intellectus, memoriæ, aut ingenii, ita clarum eſt omnibus, ut indice non opus ſit. Quædam ex his ad Francorum usque tempora pertinuno. OTFRIDUS in Epilogo verſ. 138. de ſtructoribus turris Babylonicæ: *bigunnun zi himile giſinnun*, cœperunt cœlum affectare, vel animo in cœlum contendere.

SINN, ſenſus externus, ut ſunt viſus, auditus &c. Cum una eademque perceptio ſit, qua mens & ſui ipſius & corporis ſui, tum & eorum, quæ in ambitu ejus ſunt, ſibi conſcia eſt, etiamſi in modis ſit differentia; hinc idem nomen, quod ſenſibus internis convenit, merito communicatur externis. Ergo vox Germanica non magis eſt ab Heb. *zin* audivit, auribus percepit, ut vellet HELVIGIUS, quam a Sax. *ſyn* viſus.

SINNBILD, emblema, pictura loquens. Proprie eſt *figura ingenioſa*, ex typo & lemmate compoſita, & dicitur ingenioſa a *ſinn* ingenium, quia partes ingenii ſunt, ſimilia inter ſe confere, & ſimilitudinem idoneis verbis declarare. Quo major eſt hæc ſimilitudo, eo ſymbolum eſt perfectius, quo minor eo vilius. Pauca vero ingenia tam alte aſſurgunt, ut ſymbolum condere perfectum poſſint. Cujus rei cauſa eſt, quod eadem verba perſonis & rebus aptare non poſſunt. Ars ipſa nova eſt, & priſcis ignota, aut non ſatis exculta. MENESTRERIUS *Philoſophiam Imaginum* vocat, & merito.

SINT, abhinc, ab illo tempore. Vide *ſeit.*

SINTEMAL, quandoquidem. Vi compoſitionis eſt adverb. temporis, ſignificans *antehac, ante hoc tempus.* Cambris enim *cynt* eſt olim, ante, prius, & Gothis *mel* tempus. Et hoc ſenſu utitur ni fallor Luth. Luc. I. 1. Hodie eſt conjunctio cauſalis. Qua in re male imitamur Latinos, quibus *quando* pro *quoniam*, & *quandoquidem* pro *quia.* Quo jure adverbium temporis in conjunctionem cauſalem mutari poſſit, viderint Latinæ Linguæ admiratores.

SIPPE, cognatio, affinitas, *ſipſchaft* idem, *ſipzal* computus cognationis, *angeſippet* agnatus, affinitate junctus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſyb*, *ſybbe* cognatio, affinitas, *ſib-ſcip* cognatio, *ſib-ſæce* conſanguinitas (gradus vel intervallum cognationis), *ſiblingas* affines, cognati, *neah-ſibban* cognati (propinqui, ſeu proximi cognati), *godſibbe* cognatus luſtricus, ſponſor. Gloſſ. Boxh. *ſipper* adfinis, *ſippukilengidu* adfinitate. Id eſt, adfinitatis proximitate, a *langen*, *gelangen*, tangere, pertingere, quia proxima ſe mutuo tangunt. OTFRIDUS Lib. I. Cap. V. 117. *ein thin giſibba*, una cognata tua. Lib. III. Cap. XV. 29. *tho batun ſine ſibbon*, tunc rogarunt cognati ejus. VEREL. in Ind. *ſifſkap* affinitas, *ſifkona* adfinitate juncta. Jus prov. Alam. Cap. 41. *nu merkent von der ſippezal, uua ſich diu ſippe anhebt und ain ende næm,*

nunc notare de compuro cognationis, ubi cognatio incipiat & ubi desinat. Credo esse a *cippus* cum doctissimo FRISCHIO in Voc. Bibl. pag. 258. *Cippus* autem Gallis antiquis significavit *truncum arboris cum suis ramis*, teste CÆSARE Lib. VII. Cap. 73 Dico *cum suis ramis*. Hos enim Galli acuminabant, ut diserte ibidem Cæsar. Hinc porro augurer, vocem e fonte Germanico hausiam esse. Nam *kappen* etiamnum est secare & præcidere, in multis Dialectis. Er nonne etiam Latinis *truncus* a *truncando* dicitur? Vocem Gallicam imitantur Itali in *ceppo*, Hispani in *cepo*, Cambri in diminutivo *cippyll*, quod apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. exponitur *caudex*, *truncus*. Solent aurem stipitum nomina a propria significatione traduci ad figuratam. Ita Latinis *stirps* de stipite & cognatione usurpatur. Germanis *stamm* similiter. Inde *stammbaum* arbor consanguinitatis. Pari modo *cipp* & *sipp* (nam C. & S. sunt literæ permutabiles), quod ab inirio stipitem arboris denotavit, postea ad genus & cognationem significandam adhibitum est, ob manifestam similitudinem. Quemadmodum enim ex stipite progerminant rami & surculi, ita ex communi stemmate cognati. Latini eadem allegoria utuntur in voce *prosapia*, quæ & ipsa originem referre videtur ad *cipp*, etiamsi alii a *sipando* derivent.

SIPPE, pax. SOMNER. loc. cit. *sibb*, *sybbe* pax, quies, concordia, *unsibbe* bellum, tumultus, sedirio, adjective inquietus, seditiosus, *sibbian* pacificare, *gesibbe* contribulis. Adde *gesybsumian* reconciliari ex Matth. V. 24. Gloss. Keron. propitiatur *fora si kesephan*. TATIANUS Cap. CLXV. 5. *ih forlazzu ju sibba, mina sibba gibu ih ju*, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Idem Cap. XXII. 14. *salige sint thie thar sint sibbisame*, beati pacifici. Gothis quoque *sib* pacem denotasse, colligitur ex compositis, *gasibjon* reconciliari Matth. V. 24. & *unsibja* iniquus, id est, seditiosus, turbator pacis & Reip. Marc. XV. 28. Talis enim reputatus est Christus, cum ipse, dum adhuc inrer mortales versaretur, tum sectatores ejus, quasi impulsore Christo assidue tumultuantes, quos *Judæos* vocat SUETONIUS in vita Claudii Cap. XXV. cum *Christianos* appellare debuisser, ut TACITUS Annal. XV. 44. Causa, cur nomen *cognationis* ad *pacem* significandam prolatum sit, hæc esse videtur, quod odia vererum Germanorum (quæ apud ipsos hæreditaria erant, & magno libertatis periculo exercebantur, quamvis non æterna, teste TACITO Cap. XXI.) tandem junctis adfinitatibus terminarentur. Hinc scil. paci & mutuæ benevolentiæ nomen ab adfinitate inditum, quod ex fœdere nuptiali pax & cessatio armorum sponte sequerentur. Hunc morem hodie imitantur nonsolum familiæ nobiliores, liberos suos post diuturnas dissensiones, firmandæ reconciliationis gratia nuptiis jungentes, & sibi invicem quasi oppignorantes; sed ipsi etiam Reges, qui sæpe bello profligato pristinam amicitiam auspice Hymenæo instaurant. Cujus rei duo extant illustria monumenta in *Historia Numismatica* LUDOVICI XIV. Galliarum Regis, ubi nuptiis Regis cum Maria Theresia Austriaca inscribitur PAX. ET. CONNUBIUM. & nuptiis CAROLI II. Hispan. R. cum Maria Ludovica Aurelianense PAX. PRONUBA. Ergo quando *sipp* ponitur pro pace, id ex metonymia est, qua antecedens pro consequenti, vel causa pro effectu, id est, conjunctio sanguinis pro conjunctione animorum nominarur. Qua in re vox Gallica *aliance*, quæ & parenrelam & pactam amiciriam significat, Germanicæ similis est.

SIPSCHAFT, cognatio, affinitas, & vi rerm. *schaft* procrearo ex communi stirpe. Utitur Luth. 1. Chron. V. 33. Verba veterum vide in simplici.

SIPZAL, computus cognationis. Jus prov. Alam. Cap. 4. *diz ist von der sippezal*, hic agitur de computo cognationis. Res ipsa fuse ibidem exponitur, & *septem gradibus* absolvitur. Primus designatur per *capus*, & est viri & uxoris. Secundus per *axillas*, & spectat ad liberos, fratres & sorores. Tertius per *cubitum*, & hunc tenent fratrum & sororum liberi. Quartus per *articulum ubi manus brachio jungitur*, & complectitur fratrum & sororum nepotes. Quintus per *articulum ubi medius digitus manui cohæret*, & tribuitur nepotibus Sobrinorum. Sextus est *sequentis articuli*; septimus *ultimi* & proxime unguem. Confer *nagelmage*.

SIRE, dominus & domine. VEREL. in Ind. *sir*, *sire*, *sira* dominus, *sire husa* nobilium capitium. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *syr*, *syre* domine. FERRAR. in Orig. Ital. *ser*, *sere*, domine, titulus olim Presbyterorum & Notariorum. Anglis *sir* est dominus, & tribuitur etiam mercatoribus & artificibus, *a sire* parer in brutis. Apud Gallos *sire* est titulus Regi proprius ut *czar* apud Russos. Omnibus consentire videtur *κύριος*, nisi omnium, ut quidam volunt, principium sit. Nam K. frequenrer mutatur in H. & H. rursus in S. Hinc a *κύριος* natum putant primo *herus*, deinde *her* dominus, denique *sir*. Alii confundunt cum *sieur*, quod est a *senior*. FRENZELIUS more suo origines Hebræas inculcar in Orig. Sorab. pag. 379. *Czar refero ad Ebr. sarah principem se gessit, a quo sar princeps, unde Gallorum quoque sire, & Anglorum syr ortum.* Hæc ille. Fides sit penes auctorem.

SITT, mos, *sitten* mores, *sittlich* more receptus. SOMNER. in Dict. Anglosax. *sida* mores, ritus, consuetudines, *ealle land sida ne synd gelic*, uniuscujusque provinciæ mores non sunt consimiles. Gloss. Keron. morum *siteo*, moribus *sitim*, more solito *sitiu keuuonamenu*. VEREL. in Ind. *sidvenia* consuetudo, mores. OTFRIDUS Lib. I. Cap. VIII. 53. *thar stuantan uuazarfaz, so thar in*

lante

lante ſitu uuas, ibi ſtabant vaſa aquaria, ut in regione moris erat. Duo ſignificare poteſt: Vel *conſuetudinem vivendi*, ſi ſit a Gr. ἔθος præpoſito ſibilo, & hoc ab ἔθω conſuefco; Vel *inſtitutum majorum*, ſi derivetur a *ſetten, ſetzen*, conſtituere.

SITT, bonus mos, *unſitte* malus mos, *ſittig, ſittſám* modeſtus, moderatus, *geſittet* bene moratus. SOMNER. loc. cit. *ſidefull* pudicus, modeſtus, verecundus. Gloſſ. Boxh. *ſitilichem* moralibus. VEREL. in Ind. *ſidugur* bene moratus, honeſtis moribus prædituſ, *ſidlaus* nullis bonis moribus imbutus, *ſidſamligur* moratus. Hic ſenſus videtur a præcedenti diverſus, & a verbo Islandico *ſida* manſuefacere oriundus, quod ſiſtit ibidem VERELIUS. Dicitur enim non de omnibus promiſcue moribus, ſed de honeſtis tantum, & de virtute univerſe. Inde *ſittenlere* doctrina virtutis, diſciplina honeſti, ſcientia mitigandis feris hominum moribus inventa, Græcis ἠθικὴ, Latinis *Philoſophia moralis*. Quæ certe non ab ulla conſuetudine, nec ab aliquo inſtituto, ſed ab honeſtis moribus ſic dicitur.

SITTICH, pſittacus. Utrumque a Græc. σιττακὸς.

SITZ, ſedes. Gloſſ Lipſ. *ſetti* ſedes. Idem Græcis ἕδος. Sibilus eſt ab ore Latino & Barbaro.

SITZEN, ſedere. Gothis *ſitan* Marc. X. 40. Angloſax. *ſittan*, Francis & Alam. *ſizzan*. Gloſſ. Keron. ſedéat *ſizzit*, ſedent *ſizanti*. Affinia ſunt Græco ἵζω ſedere. Græcarum etenim vocum aſpirationem in S. plerumque transire, ita notum eſt, ut multis non indigeat, inquit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 302. Et cum tanta ſit inter verbum Latinum & Germanicum conſonantia, mirum non eſt, convenire etiam derivata, ut, *ſitz* & *ſedes*, *ſidel* & *ſedile*, *ſeſſel* & *ſeſſibulum* &c.

SITZEN, habitare. Quia ſcil. habitantes ſedentibus ſimiles ſunt, & diſſimiles vagantibus, dum in loco habitationis manent, nec ab illa ſede recedunt. Inde Islandis *ſeta* manſio, Angloſaxonibus *ſeta* coloni, Gothis *biſitands* vicini, qui in proximo habitant, Luc. I. 58. Germanis *beiſitzer* municipes.

SITZEN, poſſidere. Senſus ab habitando ad poſſidendum prolatus, quia primi in orbe coloni omnia loca, in quibus habitacula ſua fixerant, ſive diſcreti, prout cuique vel fons, vel campus, vel nemus placuit, ſive conjuncti, etiamſi ab initio eſſent libera, poſtea tanquam propria tenebant. Sicque factum, ut res, quæ ante nullius erant, cederent occupanti. Hoc verbum, quamvis ab uſu & conſuetudine abductum, viget tamen in compoſitis & derivatis. Alamanni recentiores inde habent *anſaſs* & *anſidel* prædium aviaticum, in Spec. Suev. Cap. 139. nos *beſitzen* poſſidere, *beſeſſen* occupatus, poſſeſſus, *beſitz* poſſeſſio, *anſæſſig* qui poſſeſſiones habet, parvas vel amplas &c.

SO, qui, quæ, quod. Pronom. relativ. a Gothis & Angloſaxonibus relictum. Codex Arg. Luc. V. 21. *hwas iſt ſa ſaei rodeith naiteinins*, quis eſt hic qui loquitur blasphemias. Joh. VI. 22. *managei ſei ſtoth hindar marein*, turba quæ ſtabat trans mare. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſe* uſurpatur etiam relative pro qui, *Æneas ſe oferſwiththe Turnum*, Æneas qui vicit Turnum.

SO, cum, quum, *ſo du wilt* cum volueris. Conjunctio conditionalis, nuper facta a Lat. *ſi*. Veterum particulas vide in *ob*.

SO, ita, *ſo iſts* ita eſt. Adverb. affirmandi. Gloſſ. Keron. ita *ſo*, ita ſane *ſo kauuiſſo*.

SO, ſic, ſicut, velut, acſi, ſimiliter. Adverb. comparandi. Gloſſ. Keron. ſic *ſo*, acſi *inſi ſo, ſama ſo*, ſimiliter *ſo ſama*, velut *ſámo ſo*. TATIAN. Cap. XXXIV. 6. *ſo her in himile iſt ſo ſi her in erdu*, ſicut in cœlo ſit ita fiat in terra.

SO, tam, intenſive. Gloſſ. Keron. tam diu *ſo lango*.

SO, tam, comparative. Gloſſ. Keron. tam veteris quam novi teſtamenti *ſo dr altun euua ſo ſama dr niuun*.

SOCK, calceus e lana vel linteo. Lat. *ſoccus*, Franc. *ſoch*, Angl. *ſock*, Gall. *ſocque*. Gloſſ. Pez. calliculam *ſochili*. Forte legendum *gallicula*, quod eſt genus calceamenti Gallici apud CANGIUM. Vocem a Phrygibus proſeminatam eſſe conſtat. Nam σύκχοι ſunt calceamenta phrygia apud HESYCHIUM.

SOCKMANN, vetus vocabulum, unum & multiplex, Lat. Barb. *ſocmannus* & *ſoccomannus*; Cujus ſignificatus explicare non poſſum, niſi prius oſtendam, quid in ore antiquo ſit *ſock*, & quot modis fuerit uſurpatum. Primo autem ſignificat *vomerem*. Hoc ſenſu Lat. Barbari dicunt *ſoccus*, Græci inf. τζόκος, Cambri *ſoch*, Galli *ſoc de charrue*, Germ. inf. *ſech* apud MARTIN. in voce *vomer*. CANGIUS in Gloſſario: *ſoccus* vomer, ferrum aratri, noſtris *ſoc de charue*. Alexander Necham: *Seponatur dentile vel dentale, cui Soc vel vomis infigatur*. Hæc ille. Vocem Gallicam a Latino-Barbara derivat MENAGIUS. Cur non potius a Germ. *ſegen* ſecare? Nam in hac notione conveniunt omnia, & cum illis etiam alia ejusdem rei nomina, ut oſtendi in *pflugſchar*. Secundo ſignificat *jus*, tam cognoſcendi quam exequendi. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſoc, ſoca* jurisdictio, juris dicendi poteſtas. VEREL. in Ind. *ſokn* exactio rei judicatæ vel mulctæ, *offſokn* & *ſkrokſokn* nimia & fraudulenta exactio. SPELMANNUS ſcribit, ſe apud Saxones legiſſe *ſoec me* pro *ſequere me*, ita ut *ſocan* idem ſit quod *ſequi*, & *ſoca* forenſibus idem quod Gallis *ſuite* (*pourſuite*) *del courte*, Latino-Barbaris *ſecta*, id eſt, jus perſequendi. Verum quia *ſocan* pro *ſequi* hactenus non occurrit, & ſi maxime occurreret, a *ſequi* derivandum eſſet; nec tamen veroſimile ſit, Saxones ex verbo a Latinis emendicato *ſoca* efformaſſe; hinc auguror, vocem Saxonicam ἀμέσως deſcendere a *ſuchen* inquirere. Tertio ſignificat *territorium jurisdictionis*. SOMNER. loc. cit. *ſoc, ſoca* locus

locus vel ambitus in quo poteſtas juris dicendi exercetur. VEREL. loc. cit. *ſokn* diſtrictus eccleſiaſticus, parochia, *ſoknapræſt* presbyter parochialis. Hic ſenſus a jurisdictione ad locum jurisdictionis translatus intelligitur. Quarto ſignificat *cauſam forenſem*. VEREL. loc. cit. *ſokn a ſökia* in LL. paſſim eſt actio vel conventio judicialis, *halla a ſokn ſine* actionem ſuam perſequi. De hoc ſignificatu egimus in *ſache* rixa. Hæ ſunt præcipuæ vocis notationes, diſpares quidem & extinctæ, ſcitu tamen neceſſariæ. Nam ex illis cognoſcimus, quid *ſockmann* proprie ſignificet, aut ſignificare poſſit. Quod mox oſtendam.

SOCKMANN, ſecundum antecedentia ſignificare poteſt (1.) hominem a vomere, ſenſu curiæ vaſallum ruſticum & a militia exemptum, qui terras Regis vel alterius Domini colit, vel etiam poſſidet per *ſocagium*, hoc eſt, per ſervitium aratri. „*Socagium*, inquit CANGIUS, idem quod „*ſervitium ſocæ* ſeu aratri. Olim enim qui „per *ſervitium ſocæ* terras poſſidebant, Do„mini in exercenda agricultura inſervire, „& cum ſocco & aratro proprio agrum Do„mini arare & colere tenebantur, cujusmo„di ſervitia poſtea in cenſus pecuniarios, ex „mutuo vaſallorum & Dominorum conſen„ſu commutata ſunt. Opponitur autem „*Socagium militiæ*, ita ut fundus omnis, qui „non poſſidetur per *ſervitium militis*, per „*ſervitium ſocæ* poſſideatur. Plura genera *Socagii* vide apud eundem. (2.) judicem, qui nomine Regis de cauſis cognoſcit. Latino-Barbari *ſectatorem* vocant, judice SPELMANNO, qui munus eorum haud ignobile fuiſſe putat. „In Curia enim, inquit, Do„mini comparentes, Domino erant a conſi„liis, res domeſticas tractabant; Judicis vi„cem ſubibant, lites feodales jure dicundo „dirimebant, & a pari in curia poteſtate „PARES CURIÆ appellati ſunt„ (3.) executorem, ſeu miniſtrum exactionum, tam mulctarum in foro, quam præſtationum publicarum. VEREL. in Ind. *ſoknare, konungs ſoknare* quæſitores & executores litium regii, *biſkops ſoknare* executores epiſcopi, *ſoknarmenn* vectigalium, tributorum, litium exactores. (4.) pagenſem, parochianum, & quemcunque ejusdem territorii hominem. (5.) litigantem in foro, imo etiam patronum cauſæ. De quibus plura dicere non poſſum, quia teſtimonia me deſtituunt.

SOD, æſtus. Græc. ὶδος. Refer ad *ſieden* æſtuare.

SOD, ardor ventriculi. Angloſax. *ſeada*. Ex eodem fonte.

SOD, jus, decoctum. Refer ad *ſieden* elixare.

SOGE, ſcrofa. Angloſax. *ſugu*, Belg. *zog*, Suec. *ſugga*, Lacon. σὶνα. Refer ad *ſeugen* lactare.

SOLCH, talis, hujusmodi. Belg. *zulk*, Suec. *ſlyk*. Cuncta diverſimode contracta e genuino *ſolich, ſulich*, quo Francica & Alamannica Antiquitas uſa eſt. Gloſſ. Keron. tales *ſolihhe*, talis opera *ſolichaz ruhc*, pro tali facto *fora ſolichem tati*, taliter *ſolicha*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. VIII. 18. de Joſepho: *er uuas ſulih, ſo er gizam*, talis erat, ut decebat. HELVIGIUS a perperam deduxit a Græc. ἰσος ſimilis. Nam ex genio Linguæ componitur ab adverb. comparandi *ſo* ſic, & *lich* ſimilis, & proprie eſt relativum, ſignificans eum, qui alteri, cum quo comparatur, omnibus modis ſimilis eſt. Hic ſenſus exprimitur ab aliis quoque compoſitis, & æquipollentibus, & eadem ratione formatis, ut ſunt,

ſulich, talis. Gloſſ. Keron. hujusmodi *ſulichan*, hujuscemodi *ſulihhera*. Omnino a *lich* ſimilis, & *ſus* ſic, quod ſæpe occurrit apud Scriptores Francos & Alamannos. ISIDORUS Cap. III. 6. *ſus quhad dher gomo*, ſic dixit vir. TATIANUS Cap. XXII 7. *inti lerta ſie ſus quedanti*, & docebat eos ſic dicens.

ſwaleik, talis. Codex Argent. Joh. IX. 16. *hwaiwa mag manna frawaurhtz ſwaleikos taiknins taujan*, quomodo poteſt homo peccator talia ſigna facere? Hoc ab Angloſax. contrahitur in *ſwylc*. Sed *ſwaleik* vere nativum eſt, & componitur a *leik* ſimilis, & *ſwa* ſic, quo ſenſu occurrit Matth. VI. 9. *ſwa nu bidjaith jus*, ſic autem orabitis vos. Et paſſim alibi.

SOLD, ſtipendium, & omnis merces, quæ merenti vel militanti ſolvitur. Vox dubiæ ætatis. Veteres interpretes, qui ſacras Literas vel inter Gothos, vel Angloſaxones, vel Francos, in idioma ſuum transtulerunt, Luc. III. 14. ubi vocabuli ſedes, aliis utuntur vocibus, quæ præter *annonam, victum*, & *alimentum*, nihil ſignificant, ut oſtendi in *Feudum*. Antiquiſſimis temporibus cives ſine ſtipendio pro aris & focis pugnabant. Poſtea *alimenta largi apparatus pro ſtipendio cedebant*, teſte TACITO Cap. XIV. de M. G. Tandem etiam fundi & agri militantibus conceſſi, ut fungi militia de ſuo poſſent. Iisque temporibus omnes liberi fundorum poſſeſſores ipſi in expeditionem ire cogebantur, nec quicquam præterea de publico accipiebant militiæ cauſa. Quod ex Capitulo CAROLI M. an. 812. Cap. 1. probat DITHMARUS, V. C. in notis ad locum Taciti proxime citatum. Sero admodum factum eſt, nec ante, quam miles conductus in uſu eſſe cœpiſſet, ut militantes æra merentur. Quamvis etiam hoc ad Francorum usque tempora referri poſſe videatur. Nam præter Francigenas ſæpe etiam peregrino & conducto milite Francorum Reges uſos eſſe legimus. Diſerte HUGO Flaviniacenſis de Carolo Martello: *Tanta dedit militibus, quos Soldarios vocari mos obtinuit, qui ex omnibus mundi partibus cauſa quæſtus ad eum concurrebant* &c. Locum adduxit CANGIUS in voce *Soldarius*. Originem vocis optime aſſecutus eſt STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 592. *ſold* derivans a *ſelen* dare, tradere, offer-

re,

re, de quo ſignificatu ſupra actum prolixe. Quid enim eſt ſtipendium, niſi donum, quod merenti datur, ſive illud ſit victus, ſive fundus, ſive æs? Qui vocem a moneta, quæ *ſolidus* vocatur, efformant, parum ſolide id faciunt, & latiorem ſignificatum præter neceſſitatem ad pecuniam reſtringunt. Idque opponi etiam poteſt iis, qui *ſold* a *ſalt* ſal, dictum eſſe volunt. Quamvis enim Latinis *ſalarium* pro ſtipendio ſit, ſynecdochicum tamen eſt, quo minime opus habemus. Et in his minime neceſſariis computandum quoque eſt, quando *ſold* a *ſolutione* deducunt. Credibile eſt, vocem hodiernam, quamvis in nullis Germanicæ Linguæ Dialectis, nec recentibus nec antiquis obviam, non eſſe novellam. Nam hoc ex Latinitate medii Ævi ſatis perſpicue colligitur, in qua *ſoldum* & *ſolidum* eſt ſtipendium quod militi præbetur, *ſolatium* ſalarium, *ſolidare* ſtipendium præbere, *ſolidarii* & *ſoldarii* milites qui ſtipendia merent, *ſoldati* & *ſolidati* ſtipendio conducti, apud CANGIUM in Gloſſario. Quæ certe inter Francos ex patriæ Linguæ ſtudio nata, & Latina flexione veſtita ſunt. Unde porro cognoſcimus, quod vox Armorica *ſold*, & Gallica *ſolde*, pro ære militari omnino Germanicæ ſint, & a præbendo factæ. Cambrica *ſwllt* ſono convenit, non ſignificatu. Notat enim, non ſtipendium, ſed *ſolidum*, *fiſcum* & *theſaurum*. Haud dubie a nummo, quem vulgo *ſolidum* vocant.

SOLDAT, miles. Vide *ſolden*.

SOLDAT, pro milite, videtur aliquando fuiſſe verbum urbanitatis. Auctorem conjecturæ laudare poſſum doctiſſ. Abbatem DUBOS in *Hiſt. Crit. Monarch. Franc.* Lib. IV. Cap. 2. Anſam conjecturæ dedit Epiſtola gratulatoria Aviti ad Chlodoveum, in qua Rex Burgundiæ *miles ejus* vocatur, etiamſi tum temporis Chlodoveus potentia & armis longe inferior eſſet Gundobaldo. Hæc civilitas meretur noſtro ævo reſtitui. Enim vero, qui dicit, *ich bin ſein diener, ſein knecht, je ſuis votre ſerviteur, votre valet*, ſe nimis deprimit: Ex adverſo, qui dicit, *ich bin ſein ſoldat, je ſuis votre ſoldat*, hoc tantum profitetur, ſe ferrum portare pro altero, paratumque eſſe ſalutem ejus defenſare, & acceptas vindicare injurias tanquam ſuas. Quo nihil dici poteſt urbanius aut officioſius.

SOLDEN, *beſolden*, ſtipendium præbere. Verbum a ſubſt. factum, quod Latino-Barbaris effertur *ſolidare*, apud CANGIUM in Gloſſ. Inde illis *ſolidatus* & *ſoldatus* miles qui ſtipendium meret, a quo Italis *ſoldato*, Gallis & Germanis *ſoldat*. Angli militem vocant *ſouldier*, tytonem *freſh ſouldier*, veteranum *old ſouldier*, puta a Lat. Barb. *ſolidarius* miles ſtipendiarius, quod itidem eſt a *ſolidare* ſtipendium præbere.

SOLDENER, *ſöldner*, ſtipendiarius. Lat. Barb. *ſoldenarius*. A *ſolden* ut reliqua.

SOLDER, locus tabulatus in ſuperiori parte domus. Belgis *zolder*, & inde *houtzolder* fœnile, *koorenzolder* granarium &c. Ab obſoleto *ſulen* tabulare, quod produxi in *ſaul* aſſer. Confer *ſoller*, quod antiquius.

SOLDURII, capita Duci devota, Lingua Galliæ Aquitanica. Nomen memoriæ prodidit CÆSAR Lib. III. de Bell. Gall. Cap. 22. ubi de Aquitanis: *Alia ex parte oppidi Adcantuanus, qui ſummam imperii tenebat cum ſexcentis Devotis, quos illi* SOLDURIOS *appellant; Quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum iis fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint: ſi quid iis per vim accidat, aut eundem caſum una ferant, aut ſibi mortem conſciſcant: neque adhuc hominum memoria repertus eſt quisquam, qui eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret.* Senſum unusquisque pro ingenio ſuo prædicat, adeo ut conſideratis omnibus Eruditorum conjecturis, jures, eos non verbum, ſed ſomnium interpretari. Milites fuiſſe, plerisque placet, aliis quidem ſtipendiarios, a *ſold* ſtipendium, aliis fœdere ſalis devotos, a *ſalt* ſal. Opetæ pretium eſt, ſingulorum verba oculis ſubjicere. CLUVERIUS Lib. I. Germ. Antiq. Cap 8. „Militum „genus in Gallia Cæſar refert, qui *Soldurii* „eorum lingua adpellabantur. Hodieque „Germanis militum quoddam genus dici„tur *ſoldner*: Anglis vero quivis miles *ſol„dior* ſive *ſowdiour*: Britannis Wallis *ſowdwr*. PEZRONIUS in Ant. Celt. pag. 436. „*Sold* & „*ſoud*, ſolde qu'on donne aux ſoldats; pris „du Celt. *ſold*. De-la eſt formé *ſoldur* chez „les Celtes, c'eſt à dire, homme de ſolde; „d'ou ſont venus les *Soldurii* des Commen„taires de Céſar.„ MARTINIUS in voce: „Si argutari licet, eſſent quaſi *ſoltdünen* mon„tes ſalis, quibus ſuo ſale altis, ſe rex, tan„quam objecto monte, defendat. Sed re„ctum cenſeo *Soldurii* nomen, quod Cæ„ſar ipſe experiundo didicit. Kilian. in Dict. „*ſoldaet, ſoldenaer*, miles ærarius, qui ſtipen„dia facit. Vulgo *ſoldurius, ſoldarius, ſoli„darius, ſoliduriuſ*. Gall. *ſoudart*, Angl. *ſoul„dier*. *Soldurii*, qui ſalario conducuntur: „ſalis fedete devoti. Sal enim apud priſcos „amicitiæ ſederumque ſymbolum fuit, atque „a conſervando nomen habet. Unde ſalis in „menſa everſio atque effuſio amicitiæ ac fidei „dirimendæ ac ſolvendæ ſymbolum vulgo „putatur. *Sold* ſtipendium, vulgo *ſoldum*, „Germ. *ſold*, Gall. *ſoulde*, Hiſp. *ſueldo*, dici„tur a ſale, quo milites obligantur, ut me„mores ſint, ſe illud accipere, quo firmam „incorruptamque fidem ſervare teneantur: „quaſi incorruptibili ſedere ducibus ſuis de„vincti; quod ſale comeſto fides confirmare„tur, optimo juramenti ſymbolo. Qui enim „ſale comeſto jurat, idem dicere videtur, ac ſi „dixiſſet: ſic ego conſerver, atque hoc, quod „promitto, ſum ſervaturus. Huc usque MAR„TINIUS. Alii milites gregarios fuiſſe negant, & vel prodente nomine Nobiles, Aulicos, Regales, ac Palatinos fuiſſe, contendunt. Hunc illis ordinem adſignat WENDELINUS in Tractatu erudito *de Natali ſolo Legum Sal. ca-*

Salicarum Cap. XI. his Verbis: „Quibus„cunque in populis Aula regia vernacule „dicta fuit *Sala*, illic etiam aulica Nobilitas „*Salii* potuerunt ac debuerunt appellari, ac „*Salici*, *Saloduri*, *Siloduri*, *Solduris*, *Salatarii*, „ſeu quocunque fine vocabula iſta poſſunt „variare Dialecti. Sane *Soldurios* illos, Cæ„ſari commemoraros, iſtiusmodi aulicos ac „Regi ſuo fidiſſimos, non alios obſervo fuiſ„ſe, quam homines *Salicos*. *Adcantuannus*, „inquit, *ſummam imperii Sotiatum tenebat „cum ſexcentis* DEVOTIS, *quos illi* SOLDU„RIOS *appellant* &c. Hunc locum cum ex„ſcriberet Nicolaus Damaſcenus, Σιλοδόρους „vocabat hos ipſos, & ad *Salæ* vocabulum „propius etymologiam admovebat. Neque „autem dubitandum eſt, Gallicam linguam, „antequam cum hodierna Romanica per„mutaretur, puram putam fuiſſe Teutoni„cam, ſolis Dialectis arque idiotiſmis varie„gatam, quod jam ante obſervatum item eſt „ab aliis multis: ur proin & Gallicum ſit „nomen *ſala*, & nihil ſit cur hæreamus, quo „minus ab eadem voce *Silodurii* quoque „fuerint appellati, quando Salæ commodis „omnibus una cum Rege ſuo perfruerentur. Jam & *Salattarius* in Gloſſis Iſidori „exponitur *portator armorum*: quod non „obſcure ad *Salam* ſarellitiumque Principis, „ſtipantemque latus ejus Nobilitatem Sali„cam referendum eſſe agnoſcimus, apud „quemcunque tandem auctorem hoc lectum „habet; ſive forte etiam pro *Saloduriis* Cæ„ſaris, Codices, quibus Iſidorus uſus eſt, *Sa„lattarios* reſcripſerint: utique & perſonis „& vocabulo conſtat paritas. Hæc WENDELINUS; non certe eo animo, quem illi affingit Schilterus, quaſi jam Cæſaris ævo fuiſſent Franci Salü, aut ex illo genere Soldurii: ſed quod *Soldurii* a vetuſto vocabulo *ſala*, quatenus aulam ſignificat, denominari potuerint, ut poſtea Salici. Locus NICOLAI DAMASCENI, ad quem provocat Wendelinus, exſtat apud ATHENÆUM Lib. 6. Deipnoſoph. quamvis a libtariis afflictus: *Adiatomum Regem Sotianorum* (quem Cæſaris Commenrarii *Adcantuanum* vocant), *quæ Celtica natio, ſexcentos habuiſſe homines delectos* (λογάδας) *qui Celtarum patria Lingua vocantur* SILODUNI (in ſcriptis libris eſt Σιλοδόρους), *Græce ἐνχωλμαῖοι, id eſt,* DEVOTI. *Qui cum Rege & vitam agunt, & moriuntur, id ſummopere votis optantes. Ob quam erga Regem fidem cum eo principatum gerunt, eodem victu & corporis cultu; quoties ejus neceſſitatis contingit occaſio, mortem libenter oppetentes, ſive Rex intereat morbo, ſive cadat in prælio, ſive alia quavis de cauſa vita exceſſerit. Nec eſt, qui dicere poſſit, ex illis amiſſo Rege quempiam mortem vel expaviſſe, vel recuſaſſe tergiverſantem.* Videamus, quid Celtica Lingua, & inprimis Cambro-Britannica, quæ vereris Celticæ filia cenſetur, Eruditorum judicio ſignificare poſſit. BOXHORNIUS in Orig Gall. Cap. 3. „Vox *Sol„durii* eſt vetus Gallica, & devotum Duci „militem ſignificat. In Lexico Britannico: „*Sawdiwr*, ſive *Saoudiour*, miles, bellator. „Idem ergo, quod *Soldurius*. Nomen haud „dubie factum a *Sawd*, quod iisdem Britan„nis *prælium*, *bellum*, *conflictum*, ſignificat. „*Solliers* & *Solders*, Germanis *milites* dicuntur. BAXTER. in Gloſſ. Antiq. Brit. pag. 219. „*Soldurii*, prodente Cæſare, apud Gallos „capita erant patronis ſuis devota, quales „Græcis dicuntur συνταφιῶται. Dicti „autem ſunt *Soldurii* ſive *Sauduyr* quivis *mi„lites*, Britannis meis: Eſt enim *Saud*, ſive „vetuſta ptolatione *Sald*, *Sold*, *ſtataria pugna*; „& *uyr viri*. SCHILTERUS vero, qui nullam Celticam Linguam præter Germanicam agnoſcit, & Gallos omnes Germanice locutos ſibi perſuader, *Soldurios* novo & inſolito molimine vernaculæ noſtræ accommodat. Poſtquam enim etymon Boxhornianum adduxerat, mox ſubjicit: „Verum enim vero „non ſimpliciter milites hic apud Cæſarem „intelligi, ſed militum ſingularem ſpeciem, „quibus nec ſtipendium duntaxat ſuffecit, „nec a militia hac & obligatione ſingulari „poterant liberari. Itaque ſupereſt, ut uti„que devoti fuerint ſuis, in quorum non „militiam tantum, ſed in omnes caſus ami„citiæ & fortunæ ſeſe devoviſſent. Athe„næus Lib. VI. Deipnoſoph. Cap. 12. σιλοδόνους „vocat. Sed Cæſaris expreſſio verior. Com„poſitum videtur ex *Sol*, *Sel*, *Sil*, anima, vita, „& *düren* audere, *wagen*, unde *durſtig* audax. Hæc ille in Gloſſ. Teut. pag. 750. Addere poterat, quod etiam Cambris *dewr* fortem ſignificet. Secundum hanc etymologiam *Soldurii* erunt *animæ fortes*. Germanus hodie diceret *ſeelteuren*, pro *teure ſeelen*, præpoſtera compoſitione. Reſtat, ut, quid mihi de his invenris videatur, adhuc paucis exponam. Prima Etymologia a *ſtipendio* deſumpta, convenit quidem militibus gregariis & mercenariis, minime vero viris illis illuſtribus, quos & amicos & convivas Regum fuiſſe, & principatum una geſſiſſe, ex Cæſare & Damaſceno intelligimus. Altera a *ſale* petita, habet neſcio quid inſulſi. Reliquæ jacent in ſuperficie vocis. Quamvis enim perſpicuum ſit, hos viros & *nobiles* fuiſſe, & *bellatores*, & *fortitudine inſignes*, negari tamen poteſt, hanc fuiſſe vim vocis. Nam *Solduriis* interpretatione Latina ſunt *devoti*, & interpretatione Græca ἐνχωλμαῖοι. i. e. *devoti*. Hoc eſt illud verum, quod nulla hactenus Etymologia in voce Aquitanica oſtendere potuit. Quemadmodum autem *ur* Celtica Lingua virum denotar, ita *hold* Germanica devotum. Hinc mihi perſuadeo, quod *Soldurii* revera ſint *Holdurii*, h. e. viri fideles & devoti, ob perpetuam Literarum H. & S. in omnibus Dialectis permutationem. Cæſar id genus fortium alibi vocat *Ambactos* Lib. VI. Cap. 14. & *Clientes*, ibidem & Lib. VII. Cap. 40. Tacitus vero *Comites* Cap. 13. & 14. de M. G. Omnium ſuprema lex fuit, etiam iu extrema fortuna non deſerere patronum.

SOLE,

SOLE, ſal fluidum, *ſalzſole* aqua ſalſa concreti ſalis matrix. A Sorabico *ſol* ſal.

SOLE, ſono tantum differt a *ſaul* baſis, fundamentum, & dicitur univerſe de omni lato quod pedibus ſubjicitur, prorſus ut Lat. *ſolea*, quocum affinitate jungitur. Inde Angloſax. *ſolen* ſoleæ apud BENSON. Gothis *ſulſo* ſandalia Marc. VI. 9. Gallis *ſoulier* calceus: nobis *ſole* pars infima calcei, *fuß-ſole* planta, pars infima pedis & baſis totius corporis. Hæc ni fallor originem vocis melius declarant, quam ſi eam cum JUNIO ducamus a Gr. *ὑπόλη* præſegmina corii.

SOLE, tabula lignea, *ſolen* tabulare. Vide *ſaul* aſſer.

SOLLEN, debere, ſenſu lariſſimo, qui non ſolum officia, quæ nobis aliisque debemus, ſed debita quoque pecuniaria, imo etiam pœnas, quas Legibus debemus, & omnes denique futuros caſus, qui fieri debent, ambitu ſuo complectitur. Neſcio quo pacto litera C. vel CH. quam alias ſæpe & ſponte cum ſibilo attrahimus, ubi minime debebamus, hic labio noſtro exciderit. Nam forma verbi vetuſtiſſima eſt *ſcolan*. Gloſſ. Keron. debere *ſcolan*, debet *ſcal*, *ſculi*, debent *ſculum*. TATIANUS Cap. XIV. 2. *ib ſcal ſon thir gitoufit uuerdan, inti thu quimiſt zi mir*, ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me. Gothos eadem verbi forma, aut ſimili uſos eſſe, plane certum eſt. Inde illis, *ſkal winnan* oportet vel debet pati Luc. IX. 22. *ſkal gaſwiltan* debet mori Joh. XIX. 7. *ſkulda ſkatte* debebat denarios Luc. VII. 41 *gatawidedum thatei ſkuldedum taujan*, fecimus quod debuimus facere, Luc. XVII. 10. Angloſaxonibus *ſceal* eſt ſignum futuri temporis, ſed non ſemper. Nam Joh. XIX. 7. dicitur: *we habbath æ, and be ur æ he ſceal ſweltan*, habemus legem, & ſecundum noſtram legem debet mori. Ubi *ſceal* non indicat futuri temporis contingentiam, ſed moriendi neceſſitatem ex præſcripto legis. Idem colligitur ex ſequentibus locis. Luc. VII. 41. *an ſceolde ſif hund penega*, unus debebat quingentos denarios. Luc. XVII. 10. *we dydon thæt we don ſceoldon*, fecimus quod facere debuimus. Rectius igitur & antiquius Sueci dicunt *ſkola*, & Saxones noſtri inferiores *ſchollen*. Et ad has literas, quas vitioſe extrivimus, nos ipſi revertimur in derivato *ſchuld* debitum. Originem verbi hactenus nemo inveſtigavit.

SOLLER, locus tabulatus in quacunque ædium parte. Ab obſoleto *ſulen* tabulare, quod produxi in *ſaul* aſſer. Inde Francis *ſoleri* cœnaculum, in Harm. Evang. Tatian. Cap. CLVII. 4. Latino-Barbaris *ſolium* camera, *ſolarium* & *ſolerium* cubiculum majus & ſuperius, apud CANGIUM in Gloſſ. Nobis *ſoller* locus ſub tecto, Anglis *ſolar* locus ſub pavimento. Vulgo ducitur a Lat. *ſolarium*, tanquam eſſet tectum planum & ſubdivale, quale fuit R. Davidis, ex quo Batſebam vidit lavantem. Verum cum hic vocis ſenſus nullibi, quod ſciam, reperiatur, & reliqui ab illo ſint alieni, manifeſtum eſt, primos vocis inventores ad ſolem minime reſpexiſſe.

SOMMER, æſtas. Verſio Angloſax. Matth. XXIV. 32. *gewitun thæt ſumer ys gebende*, ſcitis quia æſtas prope eſt. Gloſſ. Keron. æſtas *ſumar*, ardor æſtatis *prunſt des ſumares*. Compoſitum an derivatum ſit, ignoratur. Componi autem poteſt a *ſonn* ſol, & *mer* auctor, quia tunc lumen & æſtus ſolis augetur. Vel derivari a *ſammen*, *ſammen*, colligere, quod tempus meſſis in æſtatem incidat.

SOMMERLATTEN, pampini. Gloſſ. Pez. pampinus *ſumarlata*. Alia Gloſſa habet: *ſumarlota* palmites, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 68. BENSONIUS vero *ſumorlida* interpretatur *malleoli*. STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 768. *latt* deduxit ab obſoleto *liudan*, quod Gothis & Francis ſignificat creſcere. Cod. Arg. Marc. IV. 27. *liudith* creſcit. Gloſſ. Boxh. *leotanter* pullulans. Hoc videtur a Latinis hauſtum. Nam quæ eximie florent aut creſcunt, dicuntur illis *lætari*. Inde *arva læta*, & ſimilia apud Poetas.

SOMMERLATTEN, umbraculum æſtivum ex foliis & aſſerculis contra ardorem ſolis. Patet, quod ſit a præcedenti diverſum, & referendum ad *latte* aſſerculus.

SON, filius. Gothis *ſunus* Marc. I. 11. Angloſax. *ſuna*, Franc. & Alam. *ſun*, *ſunu*, Slav. *ſyn*, Belg. Angl. Suec. & Isl. *ſon*. Gloſſ. Keron. filii *ſuni*. ISIDORUS Cap. V. 2. *ſunu uuirdit uns chigeban*, filius nobis datus eſt. Vocem in Monumentis Veterum ubique obviam quidam Germanicæ Linguæ vindicant tanquam propriam, alii ut alienam ſuſpiciunt. MARTINIUS in Lex. Philolog. *ſon* ſtatuit eſſe a *ſæen* ſeminare, cum quod Græcis *σπέρμα* ſæpe ſit proles, & Latinis *ſatus* pro *genitus*; tum quod in aliis quoque linguis ſimilia reperiantur. Ita Perſis *ſade* eſt filius, quod judicio ejus convenit cum Belgico *ſaat* ſemen: & Bohemis *ſyn* filius, a *ſyti* ſeminare. Contra HELVIGIUS, JUNIUS, CASAUBONUS, & noviſſime REIZIUS, Germanicam vocem efformant a Græca *υἱὸς* per accuſativum *υἱὸν*, ſpiritu aſpero in ſibilum mutato, ut primo fuerit *ſion* vel *ſuon*, poſtea *ſun* vel *ſon*. Hoc ſpernit SKINNERUS tanquam invitis Muſis prolatum, quamvis immerito. Nam mutationes illæ, quibus hoc etymon innititur, ſatis frequentes ſunt, ut paſſim oſtendo.

SONDER, privus, ſingularis, ſejunctus. Dicitur antiquitus primo de perſonis, & deinde etiam de rebus, prorſus ut Græcum *ἴδιος*, quod admodum ſimile, & ratione originis ſororium. Significat autem apud veteres (1) unum ſolum. Evang. Goth. Marc. IV. 10. *ith bi the warth ſundro*, at cum eſſet ſingularis. Id eſt, ſolus. Ubi Verſio Angloſax. habet: *and tha he ana wæs*. LUTHERI: *und da er allein war*. (2) ſolum cum ſolo. Inde Angloſax. *ſunder ſpræce*

colloquium privatum & clandeſtinum. (3) quod proprium & diſtinctum, quod jure gaudet ſingulari, aut ſingularem ſpeciem præ ſe fert &c. Inde Angloſax. *ſundor land* territorium, prædium, villa, ager, allodium, *ſundor gyfe* privilegium, *ſunder halgan* Phariſæi, ſanctuli, ab affectatione ſingularis ſanctitatis ſic dicti. (4) quod in ſuo genere ſingulare, eximium, nec pluribus commune eſt. Hic eſt ille ſenſus, quo hodie delectamur, ſed in compoſitis tantum, cujusmodi ſunt *beſonder*, *ſonderbar*, *ſonderlich*, quæ primo ſeparatum & diſtinctum quid, deinde id quod dixi ſignificant. CLUVERIUS exiſtimat, hunc ſenſum a *ſonne*, h. e. a ſole petitum eſſe, quod res ſingulares ſoli, qui ſolus & unicus eſt, ſimiles ſint. Hoc adeo verum eſt, inquit Lib. I. Germ. Ant. pag. 181. uti noſtræ etiam linguæ argumentis demonſtrari queat. A vocabulo quidpe *ſon*, derivatis vocibus dicimus id quod eſt unum, ſolum, vel ſingulum *ſonderlich* & *beſonder*. Hæc ille loco citato, & alia plura, ſatis ingenioſe, an etiam vere, dubito. Nam juxta leges bonæ derivationis dicendum eſſet *ſonner* & *ſounlich*, non *ſonder* & *ſonderlich*, quomodo Angloſaxones a *ſun* ſol faciunt *ſunlice* ſolaris, & *ſunlice leoht-fæt* lampas titanea. Vide ergo annon *ſonder* ſit verbale a *ſondern* dividere, & proprie *diviſim*? Nam in hac notione omnes ſignificatus conveniunt, & hac via ratio de litera D. in medio vocis reddi poterit.

SONDER, ſeorſim, ſeparatim, ſejunctim. Adverb. ſeparandi, quod dicitur (1) de loco & perſonis ſeparatis. Cod. Arg. Marc. IV. 34. *ith ſundro ſiponjam ſeinaim andband allata*, at ſeorſum diſcipulis ſuis explicavit omnia. Luc. IX. 10. *afiddja ſundro ana ſtath authjana*, ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum. VEREL. in Ind. *ſundr* ſeorſim, diviſim. (2) de affectu ſingulari & minime communi. Inde *ſonders*, *beſonders*, *inſonders geerter*, *geliebter*, eximie dilectus & honoratus. (3) de voluntatibus & ingeniis diverſis. Inde Islandis *ſundurgerder* diviſiones, diſſenſiones, nobis *ſonderling* homo opinioſus & ſibi tantum ſimilis.

SONDERN, dividere, ſeparare, quocunque modo id fiat. SOMNER. in Dict. AS. *ſyndrian* ſeparare, diſtinguere, dividere, *aſyndrian* ſejungere, *ſyndrung* diviſio, divortium, diſtinctio, ſeparatio. Gloſſ. Keron. queſtrantur *ſiu kiſontrot*. VEREL. in Ind. *ſundra* in partes dividere. Gloſſ. Rheenhielm. *ſundra* diſſcindere. Hetruſcis *iduare* eſt dividere. Græcia inde accepit, ἰδία privatim, ſeorſim, diviſim, ἴδιος privatus, ἰδιάζω privatim dego. Latium *vidua*, *viduus*, *dividere*, præpoſito V. Nos *ſudern* (quæ forte prima fuit verbi forma, niſi me fallat augurium) præpoſito S. & poſtea *ſundern* inſerto N. Nam quo verba ſunt antiquiora, eo facilius mutantur a decurſu ſæculorum, præſertim inter exteros. Majores certe noſtros verbum illud Hetruſcum in multis vocabulis formandis ante oculos habuiſſe, ſi exempla in *waiſe* producta expendantur, negari vix poteſt. Quibus nunc addo *ſondern* dividere, eam præcipue ob cauſam, quod hic ſignificatus reliquis omnibus conveniat, & cuſtodiatur etiam in derivato *ſonder*. Quid enim eſt *ſeorſus* & *ſeorſim*, niſi *diviſus* & *diviſim*? Ad hanc notionem cogimur reverti, quocunque modo uſurpetur, ut conſideranti palam fit. Ex eodem fonte oritur nobis *ſondern* conjunctio disjunctiva ſignificans *ſed*, & Belgis *ſonder* præpoſitio excluſiva ſignificans *ſine*. Quod fieri nequaquam poſſet, niſi in notione ſeparandi convenirent.

SONEN, *ſönen*. Vide *ſünen*.

SONNE, ſol. Gothis *ſunno* Luc. IV. 40. Angloſax. *ſunne* ibid. Francis & Alam. *ſun*, *ſunna*, *ſunno*, Procop. *ſune*, Belg. & Angl. *ſon*, *ſun*, Sclav. *ſonce*, Septentrional. omnibus *ſol*. ISIDORUS Cap. IX. 1. *ſin bohfetli iſt ſolih ſo ſunna ezs minera antuuerdiu*, thronus ejus eſt ſicut ſol in conſpectu meo. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 49. *thia ſunnun jo then manon ſo ubarfuar er gaben*, ſolem & lunam tranſcendit ſubito. Quemadmodum Latinis *ſol* judice CICERONE ſic dicitur, quod tantam claritatem *ſolus* haberet, Lib. 2. de Nat. Deor. Ita in voce Germanica ſimile quid ſuſpicatur CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. Cap. 26. quaſi maximum illud ſydus nobis appelletur *ſon* ab argumento unitatis, hac inprimis ductus ratione, quod a *ſou* derivatis vocibus dicimus *ſonder*, *ſonderlich*, *ſonderbar*, quod unum, ſolum, & ſingulum eſt, & *ſondern* ſegregare. Secundum hanc conjecturam *ſonne* erit ab *an*, *ein*, unus, ſolus, præpoſito ſibilo, quod miror CLUVERIUM non annotaſſe. Alius deduxit ab Angloſax. *ſeon* videre, quod ſol ſit lumen univerſi, cujus ope videmus. Nec deſunt, qui ſolem fœminine ſic dictum putant, quaſi pulchram, *die ſchöne*. Singularis opinio eſt EGENOLFI in vita Caroli pag. 75. qui Solem *filiam Dei* interpretatur, a præcedenti *ſon* filius, & meritum nominis in eo collocat, quod calore ſuo nihil producat, ſed foveat tantum inſtar gallinæ. Plerisque tamen *ſon* eſt a *ſol*, quia L. ſæpe tranſit in N. Et huic mutationi favent primi originum Scriptores, HELVIGIUS, MARTINIUS, alii. Unus ERICUS dictionem Germanicam ad Græcam Linguam reduxit, exiſtimans, eam eſſe a ζόνη, quod, cum Sol orbem terrarum tanquam ignis ſacer ambiat, *cingulum Mundi* appellari poſſit. Quanto rectius vocabitur ignis cœleſtis. Hoc autem ſignificare poteſt *ſon*, ſi convertatur ex *tan*, quod Celticum eſſe vidimus. Et hæc origo videtur confirmari ex cognomine Solis *Titan*, quod Celtis *domum ignis* ſignificare poteſt. Idque aliquando mirifice placuit. Nunc autem ex literis clariſſ. CLODII intelligo, quod Arabibus *ſana* ſit ſplendere, & *ſena* ſplendor. Quæ dum mecum perpendo, & quod Arabi-

Arabibus quoque ſol fœminini generis ſit, non amplius dubito, Majores noſtros ante migrationem in Occidentem, & nomen & genus Solis ab Arabibus accepiſſe. Ita *Sol* eſt a σέλας fulgor, ut ἥλιος ab ἕλη, judice MARTINIO. Alias Sol Gothis dicitur etiam *ail* Marc. I. 32. Armoricis *haul*, Cambris *huan*, Hibernis vero *grian*, unde APOLLINI GRANNO nomen quæſitum in Inſcriptionibus, obſervante TOLANDO in Druidibus.

SONNE, Deus & dominus. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſunu* vel *meahte* numen. OTFRIDUS in Præf. ad R. Ludov. verſu ultimo:

Irſtuhti immo thar uuunna
Thiu enuiniga Sunna.
Illuſtret eum gaudio
Æternum Numen.

Cauſa translationis eſt a cultu Solis. Hunc enim tanquam Regem & Dominum univerſi vetuſtiſſimæ Gentes, & juxta cum iis Germani quoque adorabant. Perſis *Mithras* Solem & Dominum ſignificat. Utrumque a notione magnitudinis & potentiæ, ut oſtendi in voce *michel*. Hinc illa communis adorandi formula: πῦρ δέσποτα ἴθι, accipe ignis Domine, apud MAX. TYRIUM Diſſert. XXXVIII. Cui ſimilis eſt alia, in qua Sol παντοκράτωρ, id eſt, omnipotens & univerſum imperium ſolus obtinens appellatur, quam ſiſtit MACROBIUS Lib. I. Saturnal. his verbis: *Potentiam Solis ad omnium poteſtatum ſummitatem referri indicant Theologi, qui in Sacris hoc breviſſima precatione demonſtrant, dicentes,* ἥλιε παντοκράτορ, κόσμου πνεῦμα, κόσμου δύναμις, κόσμου φῶς. Hinc Reges & Reginæ Soli & Lunæ aſſimilantur apud Ægyptios. Et in Nummis Imperatorum ſæpe Sol *Auguſti* & Luna *Liviæ* capiti imponitur, tanquam Divinitatis & ſummæ poteſtatis ſymbolum, cum inſcriptione, ΘΕΙΟC. CΕΒΑCΤΟC. ΘΕΙΑ. CΕΒΑCΤΑ. De Germanis diſerte ſcribit ſummus auctorum JULIUS Lib. VI. de B. G. Cap. 21. *Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur,* SOLEM, *& Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.* Idemque confirmatur ex Templo *Tanfanæ* apud Marſos, quod certe fuit *Ignis Domini*, & fortaſſe etiam *Solis*. Nam Solis & Ignis cultus ab antiquo fuit conjunctus, quod eandem Divinitatem ambobus ineſſe vulgo exiſtimatum ſit. CÆSAR ſane utriusque cultum tribuit Germanis: non imperite, ut quidam V. D. ex vanis & frivolis rationibus ſuſpicatur: ſed TACITO quoque ſuffragante, quem ille Cæſari perperam opponit. Nam ut Templum Marſorum, cujus memoriam uni TACITO debemus, non repetam; idem *Bojocalum*, Anſibariorum Legatum inducit, Solem & ſydera jurantem Annal. XIII. 55. *Solem deinde reſpiciens, & cetera Sidera vocans.* Id eſt, invocans, tanquam injuriarum vindices. Bojos, qui in agrum Noricum tranſierant, Solem ſub nomine BELENI coluiſſe, ex TERTULLIANI Apologetico Cap. 24. obſervat celebris Juriſconſultus EVERARDUS OTTO *de Tutela viarum publicarum* Cap. 5. BEL, unde diminutivum *Belin* a Celtis omnibus tribuitur *Soli*, teſte BAXTERO in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 35. Oritur autem, ni fallor, a verbo *bolen* vertere, & primo ſignificat *rotundum*, & inter rotunda primo *caput*, poſtea ob dignitatem capitis *regem* & *dominum*, tandemque etiam *Solem*, quia omnes iſti ſignificatus in Sole tanquam centro conveniunt. Nam Sol eſt ſydus rotundum, quod volvitur circa terrsm ſecundum antiquos, & circa axem ſuum ſecundum recentiores. Hinc illi *qui Solem volunt ſcribere, faciunt circulum*, inquit CLEMENS ALEX. Lib. I. Strom. In veteſtiſſimis monumentis Sol fingitur *Capite flammigero* aut *radiato*. Idemque cenſetur *caput mundi*, quia pro immenſa poteſtate ſus omnia regit & moderstur tanquam *Dominus rerum* ſecundum religionem Gentilium. Hactenus *Baal*, *Belus*, *Apollo*, ſono conveniunt, an etiam ſignificatu, hoc viderint alii. Mihi ſufficit, Noricas Antiquitates quodammodo illuſtraſſe, & nomen Solis Boicum patriæ Linguæ vindicaſſe. Pergo ad Saxones. Hos, cum in Angliam veniſſent, a Rege Britonum de religione interrogatos, reſpondiſſe ferunt: *Si vero de religione quæritur, noverù nos, juxta morem paternum, Solem adorare.* Unde ROLFINCKIUS, ab OTTONE citatus, hoc hauſerit, ignoro. Res ipſa videtur colligi poſſe, cum ex die Soli ſacrato, quem Anglo-Saxones *Sunnandæg* vocant, tum ex prohibitionibus Regum, qui reliquiis priſtinæ idololatriæ interfuerunt. Qualis eſt illa in Legibus CANUTI, Daniæ & Angliæ Regis, apud KEYSLERUM Ant. Sept. pag. 18. *Adorationem Barbaram pleniſſime vetamus. Barbara eſt autem adoratio, ſive quis idola (puta gentium divos)* SOLEM, *Lunam, Ignem, Profluentem, Fontes, Saxa, tujuscunque generis arbores lignave coluerit: ſive ſagarum ſuperſtitiones obſervaverit &c.* His addi poſſunt Septemtrionales. Nsm & hos Deum Solem coluiſſe, ex gaudio Iolenſi, & verre Soli mactato, qui in Indice Vereliano dicitur *ſunnu-goltr*, aliisque circumſtantiis, quas ex EDDA Islandorum, aliisque Arctoi Orbis monumentis, ſummo ſtudio collegit vir doctiſſimus KEYSLERUS, liquido cognoſcitur. Idemque innumeris argumentis probatum dedit RUDBECKIUS in *Atlantica*. Quæ cum ita ſint, mirum videri non debet, nomen Solis inter cultores pro majeſtatis invsluiſſe, & poſtea inter Chriſtianos, quamvis mutata Religione, perennaſſe. Nam populorum Religiones ita mutari, ut nulla in verbis aut factis priſtini cultus veſtigia remaneant, humanam excedit infirmitatem, & omnium temporum experientia refellitur. Hic ſignificatus, quamvis hactenus

fuerit ignotus, verus tamen eſt, & ſcitu neceſſarius, quoniam ab illo pendet ſenſus compoſiti *ſonnenlehn*.

SONNABEND, dies Saturni. Angloſax. *ſunnan-æfen*. Proprie eſt *veſpera Solis*, & dicitur de ſeptimo die Septimanæ in honorem Solis, quod ſeptimo quoque ſigno maximas mutationes in Cœlo obeat. MACROBIUS in Som. Scip. *Sol quoque ipſe, de quo vitam omnia mutuantur, ſeptimo ſigno vices ſuas variat. Nam a Solſtitio hiemali ad æſtivum ſeptimo pervenit ſigno; & a tropico verno usque ad autumnale tropicum ſeptimi ſigni peragratione producitur.*

SONNEN, ſoli exponere. Refer ad *ſonn* ſol. Ita Latinis a *ſol* fit *inſolare*, & Cambris ab *haul* ſol *heulo* inſolare & apricari.

SONNENBURG, civitas ſolis. Gloſſ. Pez. hcliopolis *ſunnunpurch*. Quæcunque Germaniæ loca a Sole denominantur, cultum Solis antiquum præ ſe ferunt, niſi aliæ adſint cauſæ, quæ nos aliter ſentire cogant.

SONNENGICHT, ſolſtitium. Angloſax. *ſun-gihte*. Proprie eſt converſio Solis, a *gehen* (*gechen*) ire, meare, & dicitur de ſtatione Solis, quia tunc Sol vel altius adſcendit, vel ad inferiores circulos remeat. Ita Græcis τροπη primo converſionem, poſtea etiam ſolſtitium denotat. Utrumque eſt a metonymia, qua conſequens pro antecedenti, converſio pro ſtatione ponitur.

SONNENLEHN, feudum ſolare. Proprie *dominicum*, a *ſonne*, quatenus *Deum* & *Dominum* ſignificat, & dicitur de bonis & terris ab omni retro memoria liberis, quæ nullum ſuperiorem aut patronum agnoſcunt præter Deum, & in ſolius Dei clientela ſunt. Hinc proprie non eſt *Feudum*, quia nec *inveſtituræ*, nec *ſervitio militari*, nec *feloniæ* locus eſt in his bonis. Dici tamen poteſt *feudum*, quatenus eſt beneficium a Deo conceſſum, cujus poſſeſſor eſt quaſi vaſallus Dei. Et hæc eſt vis Germanici vocabuli *lehn*, ut nonſolum feudum proprie dictum, ſed etiam beneficium in genere ſignificet. Qui talia poſſident Feuda, dicuntur poſſidere *pagos Solis*, & ditiones ſuas tenere *a Deo & Sole*, quod de Comitibus Hannoniæ memoriæ prodiderunt Scriptores rerum Hannonicarum, ut oſtendi in *Hennegaw*. Atqui hoc idololatriam ſapit. Fateor. Quid inde? Quam multa hodie idololatriam ſapiunt, quibus tamen nemo terretur. Quis neſcit, quam profanæ ſint dierum appellationes in omnibus Dialectis? Nec tamen illis abſtinemus. Hodie appellari poteſt *herrengut* bonum dominicum, *erbgut* allodium, quod jure hæreditario in poſteros transmittitur, *freigut* poſſeſſio libera, *ſtammgut* bonum avitum, *gütergotts* bona Dei &c. Differt a *Feudo franco*, quod eſt vaſalli, a ſervitio quidem liberi, ſed fide Domino obſtricti, & *Feudo dominicato*, quod ex conceſſione Principis in propriam poſſeſſionem mutatum eſt.

SONNENWENDE, duo ſignificare poteſt, vel ſolſtitium, a *wenden* ſtare, vel ſolis vertiginem, a *wenden* vertere.

SONNENWENDE, heliotropium. PLINIUS Lib. II. Cap. 41. *Miretur hoc, qui non obſervet quotidiano experimento, herbam unam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem ſolem intueri ſemper, omnibusque horis cum eo verti.* Refer ergo ad *wenden* vertere. Alio nomine vocatur *hindleufte*, quod poſt ſolem currere videatur, ab *huan* ſol, quod Celticum eſſe vidimus.

SONNTAG, dies Solis. Angloſax. *ſunnandæg*, Francis & Alam. *ſunnun-* & *ſununtag*, Belg. *zondag*, Angl. *ſunday*. Formula S. Confeſſionis OTFRIDO præfixa, quæ ipſius Caroli M. eſſe putatur: *thaz ih heilaga ſunnuntaga ni erita*, quod ſanctum diem dominicum non obſervaverim. Alia apud ECCARDUM in Monumentis Catecheticis: *daz ih heilegan ſununtag ne geuirida*, quod ſanctum diem dominicum non celebraverim. Duos Septimanæ dies, *ſonnabend* & *ſonntag*, uni ſyderi dedicari, multis incredibile viſum. Hinc quidam Theologi exiſtimant, hunc diem ab antiquis ſic dictum eſſe a *ſünen*, h. e. a pacando, & proprie denotare diem reconciliationis. Verum huic opinioni, quamvis piæ, & ædificandis auditorum animis admodum opportunæ, multa adverſantur. Nam (1) ſi Theologi Francorum hoc intendiſſent, diem Solis utique non *ſunnuntag*, ſed *ſuonatag* appellaſſent. Atqui hoc nomine nunquam diem reconciliationis, nedum Solis, ſed extremi judicii deſignare ſolent. Vide quæ infra notavi in *ſüne* judicium, & *ſünen* judicare. (2) Omnes Septemtrionales diem dominicum vocant *ſoldag*, a ſydere utique, non a reconciliatione. (3) Dies Solis haud dubie ex ingenio reliquorum dierum æſtimandus eſt, quos falſis numinibus dicatos eſſe, nimis manifeſtum eſt. Conveniens autem videbatur principi Syderi duos Septimanæ dies conſecrari, ſeptimum, ob rationes ſupra allegatas in *ſonnabend*, & primum, quia idem ſydus abitu & reditu diurno lucem & tenebras creat. Qua in re Majores noſtri non ſimpliciter ſecuti ſunt Romanos. Quamvis enim ordinem dierum ab illis acceperint, ipſos tamen Dies ita appellare inſtituerunt, ut pateat, eos, præter Deos communes *Solem* & *Lunam*, nullos in ſeriem admiſiſſe niſi ſuos, *Wodanum*, *Thorum*, *Frejam*, nomina nova, & Romanis ignota.

SONST, alias, aliter. Proprie ſignificat *ſi non*, vel *ſi non eſt*. Eſtque conjunctio conditionalis ex tribus orationis partibus contracta, *ſo*, *ni*, *iſt*, vel certe ex duabus, *ſo* ſi, & *niſt* non vel non eſt. Gloſſ. Keron. non eſt *niſt*. TATIANUS Cap. XXX. 7. *ſi juuar uuort iſt iſt, niſt niſt*, ſit ſermo veſter eſt eſt, non non. Cod. Arg. Luc. VI. 40. *niſt ſponeis ufar laiſari*, non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.

SONST, nihil, nihilum. Proprie eſt id

quod

quod non eſt, contrahiturque ex pron. relativo *ſo* quod, & *niſt* non eſt, cujus antiquiſſimum uſum modo oſtendi. Inde nobis *unſonſt* gratis, i.e. pro nihilo. De hoc compoſito vide plura in loco. Apud Islandos *fyſt* eſt particula fortiter negans, ut apud Latinos *minimum*, *neutiquam*, teſte VEREL. in Ind. pag. 221. eadem compoſitionis ratione, quamvis arctiori contractione, ita ut litera radicalis N. in qua tota vis negandi unice conſiſtit, non audiatur.

SORG, mœror, triſtitia. Codex Arg. Joh. XVI. 22. *jus auk nu ſaurga habaith*, nunc quidem triſtitiam habetis. SOMNER. in Dict. AS. *ſorge* dolor, luctus, *ſorgfull* triſtis, mœſtus. Proprie eſt dolor animi, a *ſeren* dolore, per medium derivandi G. Hinc in nulla re differt a *ſer* dolor, niſi modo naſcendi. Nam *ſorg* eſt derivatum, *ſer* verbale ejusdem matris.

SORG, ſolicitudo, anxietas. Cod. Arg. Marc. IV. 19. *ſaurjos thizos libainais*, ſolicitudines hujus vitæ. SOMNER. loc. cit. *ſorge* ſolicitudo, *ſorgfull* ſolicitus, *the me ſorh ys* de quo ſolicitus ſum, *ſorgfulneſſe* ſolicitudo. Gloſſ. Pez. ſollicitudo *ſorga*. Gloſſ. Keron. ſollicitudinem *ſoragun*. Cum ſolicitudo ſit animi inter ſpem metumque collocati triſtis affectio, hinc eodem nomine quo mœror inſignitur.

SORG, cura absque ſolicitudine, ſerium animi ſtudium. SOMNER. loc. cit. *ſorge* cura, *ſorh-leas* ſecurus. Cauſa transferendi fuit, quod ii, qui curam & cogitatum omnem in rem aliquam conferunt, ſimiles ſint ſolicitis, etiamſi revera non angantur.

SORGEN, oritur a ſubſt. *ſorg*, & Gothis effertur *ſaurjan*, Angloſax. *ſorgian*, Francis *ſorgen*, *ſuorgen*, Belg. *zorgen*. Significat autem valde multa, mœrere, ſolicitum eſſe, ſpe metuque angi, curare, providere, proſpicere, & dicitur nonſolum de perturbationibus animi, ſed etiam de omni ſeria cogitatione, quæ in re aliqua ponitur.

SORGLOS, ſignificat quantum poteſt, a mœrore aut ſolicitudine liberatum, & curæ expertem ſeu ſecurum. Priori ſenſu occurrit *ſorh-leas* in Verſione Angloſax. Matth. XXIV. 14.

SOT, *ſoot*. Vide *ſod*.

SOTHANIG, *ſodanig*, talis, hujusmodi. Non certe a *thun* facere, quaſi nihil aliud ſit quam poſſibile, ut STILERUS exiſtimat; ſed ab adverb. comparandi *dann*, quod vide.

SPADE, ligo, pala Angloſax. *ſpadu*, Belg. *ſpa*, *ſpade*, Angl. *ſpade*, Suec. *ſpada*. Refer ad *ſpaden* fodere. Nam proprie eſt omne inſtrumentum ferreum, quo terra rumpitur aut egeritur, ſive in fine latum ſit, ut pala, ſive acuminatum, ut ligo & vomer.

SPADE, gladius. Græc. σπάθη, Lat. *ſpatha*, Ital. *ſpada*, Hiſp. *eſpada*, Gall. *eſpée*. Vulgo reſtringitur ad gladium longum, latum, & mucrone carentem, quia ſcil. omnibus opinio inſedit, appellationem a pala vel ligone petitam eſſe. CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. pag. 293. *Spathæ Gallorum Germanorumque fuere gladii ingentes, prælongi, ancipites, mucrone carentes, quales ex antiquo illo more etiam nunc Svitzeros gerere videmus, capulo ambabus manibus apto.* GROTIUS in Indice Appellativorum: *Spata*, *enſis*, *latus ſcilicet*, *a ſimilitudine ligonis*. Mihi perſuaſum eſt, omnem gladium, modo ſit mucronatus, anceps, & ex utraque parte acutus, appellari *ſpade*, non a ſimilitudine ligonis aut palæ, quæ omnino nulla eſt, ſed a *ſpaden* fodere. Fodere enim dicuntur nonſolum inſtrumenta ruſtica, ſed etiam arma. ENNIUS: *decretum eſt foſſare corpora teleis*. Hinc ſcil. gladius Cambris dicitur *ffoſs*, quaſi foſſor, & venabulum Germanis *ſchweinsfeder*, quia aprum transfodit.

SPADE, haſta. GEDRENUS citante MARTINIO in voce *ſpatha*: ἡ σπάθη ἐςὶ καὶ δόρυ. Si verus eſt ſignificatus (& verum eſſe patet, quia haſta alia Dialecto dicitur *ſpeet*, *ſpiet*, *ſpieſs*, mutatis ſæpe literis æquipollentibus) rurſus erit a *ſpaden* fodere, quia haſta, cum ſit telum longum & cuſpide munitum, fodicationi corporum inprimis apta eſt.

SPADEN, fodere, Dial. Belgica. Græcis Καθύνω eſt fodio, Κάθυνος foſſa, fovea, haud dubie a notione profundi, h. e. a Κάθος vel Καθύς. Quid enim eſt fodere, niſi profundum facere? Hinc nullus dubito, verbum Belgicum a Græco ortum eſſe, ut mille alia, quibus Barbaries ſibilum præpoſuit.

SPADEN, caſtrare. Lex Sal. Tit. XLI. 15. *Si quis admiſſarium alienum ſine conſenſu Domini ſui ſpadaverit.* Hic ſenſus a præcedenti non debet avelli. Nam caſtrare eſt fodere, ſeu cavum facere, & caſtrati ſunt perforati. Et hos ſenſus ſolent Antiqui conjungere, ut patet ex verbo *holen*. Hinc adſentiri non poſſum VOSSIO, qui verbum Salicum effingit a σπάω traho, evello. Hodie non amplius dicitur in Belgio: olim tamen dictum fuiſſe, cum ex Lege Salica, inter Belgas nata, tum ex verbis PLINII Lib. XV. Cap. 14. veriſimiliter colligitur, ubi poma quædam, *a conditione caſtrati ſeminis Spadonia appellari Belgis, commemorat.* Ergo *ſpaden* Belgis antiquis fuit caſtrare, & *ſpade* caſtratus, unde Latinis *ſpado*, quod ab equo caſtrato, qualis in Lege Salica *caballus ſpathus* vocatur Tit. XLI. 2. tranſiit ad homines.

SPÆHEN, videre. Francis *ſpiohon*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XI. 3.

Spiohota ther diufal
Selbon Judaſan thar,
Det er ſoz er io duat,
Uuarf iz harto in ſinaz muat.

Quæ verba ita reddenda ſunt: *Vidit diabolus ipſum Judam ibi (menſæ accumbentem) (atque) faceret ſicus fecit, in animum ejus vehementer immiſit.* Idem Belgis prioribus *ſpien*, *ſpieden*, Latinis *ſpecere*, *ſpicere*, Germanis ante pauca ſæcula *aneſpehen* adſpice-

re, quod ex Libro Heroicorum adduxit SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 47. Cuncta per varias terminationes a Scythico *ſpu* oculus. Nam verba videndi ab inſtrumento formari ſolent, ut oſtendi in *augen*, *ſehen* & *ſchauwen*. Teſtem vocabuli Scythici habeo HERODOTUM Lib. IV. Cap. 27. *Supra Iſſedones ſunt homines unoculi, & Grypes auri cuſtodes. Hoc Scythæ acceperunt ab Iſſedonibus, nos a Scythis, quos & Scythice vocamus* ARIMASPOS. *Nam* ARIMA *Scythæ unum vocant*, SPU *vero oculum.* De priore compoſiti parte vidimus in *reim* numerus. De poſteriore obſervandum, quod *ſpi* & *ſpu* Celtica quoque Lingua oculum ſignificet, teſte PEZRONIO in Ant. Celt. pag. 374. ubi verba Latina *ſpecio* & *ſpicio*, & quæ ab illis deſcendunt, *ſpex* & *aruſpex*, e ſemine Celtico deducit. Poterat etiam hoc addere, quod Græcis quoque ὀπ ſit oculus, & quod *ops* & *ſpu* ſe mutuo producant per anaſtrophen. EUSTATHIUS in Dionyſium male & contra fidem Herodoti, ipſiusque rei indicium, vocem Scythicam ita interpretatur, tanquam ἄρι Scythis ſit unus, μάσσος vero oculus. Quem adhuc pejus corrigit HORNIUS in Præfatione *Originibus Boxhornianis* præmiſſa, dum *maſpus* convertit in *aſpa*, quod Perſis equum vel equitem ſignificat.

SPÆHEN, ab oculo corporis transfertur ad oculum mentis, & tunc ſignificat quantum poteſt, *conſiderare*, *indagare*, *divinare*.

SPÆHEN, conſiderare, contemplari. Gloſſ. Pez. conſiderare *biſpehon*.

SPÆHEN, indagare, ſcrutari, *alles durchſpæhen* omnia perquirere cognoſcendi cauſa. Gloſſ. Florent. *ſpehe* exploro. Inde nomen apud veteres Sapientibus & Sapientiæ quæſitum, quod ſicut illi ſunt *rimatores* & *ſpeculatores naturæ*, uti CICERO vocat in Opuſculis Philoſophicis, ita hæc ſtudium cognoſcendæ veritatis. Gloſſ. Keron. ſapiens *ſpaher*, ſapientis *ſpahe*, ſapienti *ſpahemu*, ſapientia *ſpahii*. VEREL. in Ind. *ſpa* ſapientia, *ſpakur* ſapiens, *ſpakmale* ſapientiæ decreta.

SPÆHEN, divinare, augurari. Hoc ſenſu Sueci dicunt *ſpæa*, & inde *ſpæman* vates, augur, haruſpex, & *ſpædom* vaticinium. Quibus addi poſſunt ex Ind. VEREL. *ſpa* vaticinium, *ſpadoma* oracula, *ſpakona* pythia, prophetiſſa. Cuncta profecto a notione videndi. Nam & conjicere eſt mente videre, quamvis obſcure & per crepuſculum. Quod adeo verum, ut in ſacris quoque Literis Prophetæ *Videntes* appellentur 1. Sam. IX. 9. quia futuros caſus in viſionibus & ſomniis tanquam in ſpeculo proſpiciunt.

SPÆHEN, ſpeculari, oculis inſidiari, ut exploratores in caſtris ſolent, qui aditus viasque omnes, & numerum motumque exercitus, cæteraque Belli arcana curioſe obſervant, *auſſpæhen* explorare. NOTKERUS Pſal. XL. 7. *giengen in ze mir daz ſie mih irſpehotin*, ingrediebantur ut viderent. Id eſt, veniebant explorandi cauſa. Et mox: *mih ſelben irſpehota Judas, andere mine lide uuerdent irſpehot ſone manigen*, me ipſum exploravit Judas, alii meorum explorantur a multis. Senſus ultimus & peſſimus, ſed una cum reliquis a videndo legitime petitus. Sueci dicunt *ſpeya*, Belgæ *ſpien* & *ſpieden*, Angli *to ſpy*, Itali *ſpiare*, Galli *eſpier*, Hiſpani *eſpiar*. Hinc porro explorator Anglis vocatur *a ſpy*, Italis *ſpia*, *ſpione*, nobis *ſpion*, Gallis *eſpion*, Hiſpanis *eſpia*, Cambris *yſpiwr*, *yſpiennwr*, *yſpiennddyn*. Ubique ab oculorum inſidiis.

SPÆT. Vide *ſpat*.

SPAGEN, funiculus, Dial. Suevica. Italis *ſpago*. Utrumque a Græc. παγὶς laqueus, præpoſito ſibilo, & hoc fortaſſe a πήγνω pago, ligo, compingo. Nequaquam vero a *ſpartum*, ut fingit FERRARIUS, auctor alias doctiſſimus & facundiſſimus, ſed in pleriſque durus originum parens.

SPALT, rima, fiſſura. Verbale a *ſpalten*. Voces Saxonicas vide in *ſchliz* & *ſchlitzen*.

SPALTEN, findere, *ſich ſpalten* findi. Gloſſ. Boxh. *ſpaltunt* infindent. Gloſſ. Pez. findebantur *zaſpaltan uurtun*. OTPRIDUS Lib. IV. Cap. XXXIV. 3.

Joh in thia meina
So ſpialtun ſih thie ſteina.
Et in his malis
Findebantur rupes.

NOTKERUS Pſal. CIV. 41. *den ſtein ſpielt er, dannan uzrunnen uuazzer*, disrupit petram & fluxerunt aquæ. Gothos eadem verbi forma aut ſimili uſos eſſe, patet ex derivato *ſpilda* pugillaris Luc. I. 63. Quod videtur apprime convenire tabulis ex ligno vel petra fiſſili factis. Vera & antiquior verbi forma eſt *ſpleiſſen*, & ab illa *ſpalten* per metathefin.

SPALZ, idem quod *ſpalt*.

SPAN, ſegmentum vel reciſamentum cujuscunque rei, præcipue vero ligni. Credo, a σπάω ſeco, divido, mutato PS. in SP. Hoc ſuadet natura, & hoc mutationis genus noſtris admodum familiare eſt in vocibus Græcis, ut oſtendi in Proleg. Sect. IV. in *anaſtrophe*. Dicitur antiquitus non ſolum de parvis ſegmentis, ſed etiam de majoribus. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſpon* aſſula, ligneum putamen. VERELIUS in Ind. *ſpon* fragmenta, *ſkip bryter i ſpon* navis in parvas partes frangitur, *ſponoſa* aſſula. Inde *ſpon-bett* ſponda, lectus ex aſſerculis confectus. Allegorice dicitur de moribus incultis, ob ſimilitudinem cum ligno rudi, cujus ſuperficies nondum eſt exaſciata. Sic de homine inculto vulgo dicimus, *er hat noch viel grobe ſpæne an ſich*, quorum verborum ſenſus ex dictis manifeſtus eſt.

SPAN, diſſidium, diviſio animorum. Ex eodem fonte, quamvis duce metaphora, quia diſſidentes ſunt diviſis ſimiles. Sic

vulgo

vulgo dicimus, *es iſt ein ſpan unter ihnen*, diſſidium eſt inter eos. Inde *ſpennig* contentioſus, & *ſpennigkeit* hoſtile diſſidium, apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 754. Hodie cum derivatis pene obſoleſcit. Hinc diſſidia & cauſæ litigandi appellari ſolent *zankſpæne*, manifeſta uſitati cum inuſitato conjunctione, ut clarior fiat oratio. Et hoc pleonaſmo paſſim utimur in vocabulis a conſuetudine abductis.

SPAN, uber, mammæ, papillæ, tum hominum quam animalium. Angloſax. *ſpana*, Franc. & Alam. *ſpune*, *ſpunne*, Island. *ſpini*. WILLERAMUS Cap. IV. 10. *uuie ſtent ſint dine ſpunne ſueſter min gemahela*, quam pulcræ ſunt mammæ tuæ ſoror ſponſa mea. Et mox: *bezzer ſint dine ſpunne danne der uuin*, ubera tua meliora ſunt vino. Ibidem occurrit compoſitum *ſpunnehaft* mammoſus, ſuccolentus, uber. Videtur autem ſic appellari a *ſpenen* trahere, quia uber eſt fons lactis, & ſuctu attrahitur ab infantibus. Hinc pueri lactentes Græcis dicuntur *καταστὰν γάλα*. Et Latinis *ruma* a *ῥύω* traho ſic dicitur. Hodie perennat apud Anglos, Belgas, Suecos, dum Germanis obſoleſcit. Utimur tamen adhuc compoſitis & derivatis, ut ſunt, *ſpenen* lactare & ablactare, *ſpanferkel* porcellus ſubrumus, qui adhuc ſub rumis ſuculæ matris eſt.

SPAN, novus. VEREL. in Ind. *ſpanyr* novus, recens. Suſpicor, *ſpan* ante fuiſſe ſubſtantivum quam adjectivum, & denotaſſe aliqua Dialecto, ac fortaſſe Alamannica, colоſtrum, ſeu lac primum a partu animalis. Græci *πῦον* vocant. Nam hinc commodam interpretationem accipit dictio proverbialis Suevorum *ſpan-neu*, ſi ſenſus ſit, *novum inſtar coloſtri*.

SPAN, vinculum, jugum, *ſpan pferde* jugum equorum. Gloſſ. Pez. ligatorium *gaſpan*. Refer ad *ſpannen* ligare, jugare.

SPANGE, vinculum, quo res aliqua continetur. Latino-Barbaris *ſpanga*. Opinor a *pango*, ligo, figo, compingo, auxilio fibili. Dicitur antiquitus (1) de fibulis. Rudolphus Presbyter in vita Hrabani Abbat. citante CANGIO: *Quædam matrona nobilis fibulam ſuam auream, quam lingua Francorum* SPANGAM *vocant, in ipſo tranſitu perdidit*. Inde *ſpengler* fibularius, qui fibulas ex lamina ferrea vel ære ductili facit. (2) de trabibus, quia ſicut veſtes fibulis, ita parietes trabibus continentur. Lex Bojor. Tit. IX. Cap. VIII. *Exteriores vero trabes, quas* SPANGAS *vocamus, eo quod ordinem continent parietum, cum III. Sol. componat*. Prior ſenſus adhuc viget, poſterior obſoleſcit.

SPANIEN, Hiſpania, vel potius Spania. Nam *Spania* non eſt vox medii ævi ex *Hiſpania* in compendium redacta, ut *Speria* ex *Heſperia*, quæ CANGII opinio eſt, ſed nomen antiquum & ſacris literis proditum Rom. XV. 24. *ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν*. Unde fieri potuit primo *Vſpania* auctoribus Celtis, qui hoc incœptivo delectantur in multis vocibus apud BOXHORNIUM in Lex. Ant. Brit. & mox præfixo halitu *Hiſpania*. Sed quid ſit *Spania*, aut unde dicta, nondum ſatis probatum explicatumque eſt. BOCHARTO in Geographia Sacra ſic dicitur quaſi *Schephanja* cuniculoſa, ab Heb. *ſchephan* cuniculus. Quod in regione illa cuniculi tanta olim fuerint frequentia, ut continuis ſuffoſſionibus oppida ſubverterent, idque animal Hiſpaniæ quaſi peculiare ſit. Contra HILLERUS in Onomaſtico Sacro Celticum nomen eſſe credit, originem ducens a *ſpan* ſocius, quod & alii populi cum Phœnicibus in Hiſpaniam veniſſent, & omnium nomen in unum & ſociale tranſiiſſet. Pœnos antiquiſſimis temporibus partem Hiſpaniæ occupaſſe, certiſſimum eſt. Nam & urbem *Carthagini* cognominem ibi condiderunt, & non niſi ſero a Romanis Hiſpania pulſi ſunt. Hinc alius fortaſſe nomen *Spaniæ* a *Pœnis* vel *Punis* haud inepte deduxerit, cum ſibilus ab initio vocis ſæpe ludibrium vulgi ſit. Bocharti tamen conjecturam commendat nummus HADRIANI, in quo Hiſpania montibus Pyrenæis innixa cum cuniculo ad pedes cernitur.

SPANISCH, hiſpanicus. Gloſſ. Pez. iberas nenias *ſpaniſciu gipoſi*. Hodie *ſpaniſche poſſen*.

SPANISCH, rarus, mirus. A Gr. *σπάνιος* ejusdem ſignificatus.

SPANN-ADER, vulgo exponitur tendo. Eſt autem *tendo* ſecundum definitionem MARTINII, *ecphyſis quædam fibrarum, ligamenti & nervi, quæ per carnes ſparſæ in venam veluti chordam coëunt, qua omnes ducuntur articuli, ut voluntati viſum eſt*. Qua poſita omnes ſignificatus *τῦ ſpannen* tendini convenient. Nam primo tenſus eſt a natura inſtar chordæ. Secundo vim habet intendendi & remittendi. Tertio articulos trahit quorſum mens vult. Cætera vide in *ader*.

SPANN-ADER, vinculum linguæ. Tendinem quendam ſub lingua Belgice appellari *ſpanader*, Gallice *ligament*, teſtis HALMÆ Dictionar. Belgicum. Hic ſenſus oritur a *ſpannen* ligare.

SPANNE, ſpithama, menſura digitalis. Angloſaxonibus *ſpan* apud SOMNERUM, *ſpon* & *ſponne* apud BENSONIUM. VERELIO in Indice *ſpanna*. Belgis & Anglis *ſpanne*. Italis *ſpanna*. Gallis *eſpan* & *empan* vel *enpan*. Proprie eſt ſpatium ſeu extenſio inter duos digitos extenſos, oriturque a *ſpannen* tendere, quia digitorum extenſione ſpatium illud menſuratur. Hinc antiquitus non ſolum *ſpithama*, quæ ſpatio inter pollicem & minimum digitum extenſos definitur, ſed omnis longitudo a digito ad digitum extenſum *ſpanne* vocabatur. Lex Friſionum Tit. XXII. art. 66. *Vulnus - - quod integræ* SPANNÆ *longitudinem habuerit, hoc eſt, quantum index & pollex extendi poſſunt, VI. Solidis componat*. Et art. ſeq. *Quod inter pollicem & medii digiti* SPANNUM *longum fuerit, XIII.*

Solidis

ſpatio componat. A *ſpanne* rurſus fit *ſpannen* extenſione digitorum vel ſpithama metiri. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſpannan* manu a pollice ad minimum digitum extenſa quod metiri, ſpithama menſurare.

SPANNEN, trahere, attrahere, *ſpann-kette* ſufflamen, catena ferrea, qua currus retrahitur & tardatur in loco declivi, ne præceps ruat, *ſpann-ader* nervus tractorius, qui articulos pro lubitu voluntatis trahit, *abſpannen* detrahere, quod tamen non dicitur niſi figurate de iis, qui amicos, diſcipulos, aut ſervos noſtros corrumpunt. Idem Græcis σπᾶν & ἀποσπᾶν, phyſice & moraliter. Act. XX. 30. ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς abducere & poſt ſe trahere diſcipulos. LUTHERUS vertit: *die jünger an ſich zu ziehen.* Quod ſynonymum. Hic primus verbi ſenſus, a quo reliqui per ſynecdochen generis formantur.

SPANNEN, tendere, intendere, i.e. *trahere in rectitudinem.* Dicitur proprie de rebus laxis, ut ſunt laquei, chordæ, & ſimilia, quæ attractione redduntur intenſiora. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ſpannan* tendere, intendere. Idem Belgis *ſpannen*, Gallis *bander* absque ſibilo. Inde *abſpannen* rem intenſam remittere & laxare.

SPANNEN, extendere, i.e. *trahere in longitudinem vel latitudinem.* Cum hoc ſignificatu convenit Lat. *pandere, expandere.* Dicitur præcipue de rebus complicatis, ut ſunt retia, tentoria, panni, vela, & ſimilia, quæ dum attrahuntur aut explicantur, majus ſpatium occupant. Dicitur etiam de violenta hominis extenſione in equuleo. Inde formula, *in die folter ſpannen* equuleo diſtendere, quia trochleis equulei membra laxantur, & corpus ultra juſtam ſtaturam extenditur. Vide figuram ipſius machinæ apud ECCARDUM in L. Sal. pag. 80.

SPANNEN, ligare, conſtringere, i.e. *contrahere in arctum.* Inde nomen vinculis & jugis apud veteres, ut oſtendi in *ſpan.*

SPANNEN, jugare. Idem quod *ligare* vel *colligare* in re vehicularia. Huc ſpectant ex hodierno idiomate, *in den pflug ſpannen* boves aratro jungere, *hinter den wagen ſpannen* equos poſt vehiculum jungere, tritum ſermone proverbium de iis, qui rem præpoſtere occipiunt, *anſpannen* conjugare equos, *abſpannen* disjugare, *ſpan, geſpan* biga, *ſpanſeil* reſtis jugalis, *einſpænnig* unijugus, *einſpænniger* monocaballos, qui uno utitur equo, cui opponitur deſultor, qui plures habet equos, & ab uno in alterum tranſcendere poteſt. Dicitur allegorice de impoſitione ſervituris. Inde formula, *unter das joch ſpannen* ſubjugare, redigere in ſervitutem, neceſſitatem parendi imponere.

SPAREN, ſervare, tueri. Gloſſ. Pez. ſervaſti *giſparatos.* Fragmentum de Bello Hiſpan. apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 753. *ſpare thine ere* defende honorem tuum. Hodie ſuperat in formula votiva, *Gott ſpare dich geſund* Deus te ſervet incolumem. Quæ valde antiqua eſt, & ſimilem habet apud OTFRIDUM in Præf. ad R. Lud. verſ. 56.

Then ſpar er nu zi libe
Uns allen io zi liabe.
Hunc ſervet Deus in vita
In gratiam noſtri.

Hoc verbum videtur oriri a *waren* ſervare, mutatis labialibus, & ſibilo præpoſito. Quamvis etiam, ne quid diſſimulem, a Lat. *parcere*, deſumptum eſſe poſſit. Reliqui ſignificatus ſunt a ſynecdoche generis.

SPAREN, condere, reponere, reſervare, *ſpar-büchſe* capſula theſauraria. Gloſſ. Pez. reponat *giſpare*, reſervari *giſparet wuerden.* Dicitur allegorice de rebus, quæ in aliud tempus differuntur, quia ſimiles ſunt earum, quæ condi & reponi ſolent. Hinc *ſparen* & *verſparen* ſæpe idem eſt ac procraſtinare. Francos eodem ſenſu uſos eſſe, patet ex verbis NOTKERI Pſal. XXXII. 5. *hier ſceinet er guada, hina ſureſparet er dia urteilda*, hic declarat miſericordiam, ibi prorogat judicium.

SPAREN, parcere, ab injuria abſtinere, non lædere, *des blutes ſparen* abſtinere a cædibus. Idem quod ſervare. Nam quos ſalvos eſſe cupimus, iis utique parcimus. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *ſparan, ſparian* parcere. VERELIUS in Ind. *ſpara* parcere, *ſparmade* abſtinentia a mortuo violando. Idem Belgis *ſpaaren*, Angl. *ſpare.*

SPAREN, parta tueri, ſumptibus parcere, *ſparſam* parcus & parce, *ſparſamkeit* parſimonia, frugalitas, *erſparen* parſimonia lucrifacere, frugalitate acquirere. Gloſſ. Keron. parcius *ſparalibbor.* Gloſſ. Boxh. *ſparalibbo* frugalitas. BENSONIUS: *ſpærlice* parcus, *ſpearneſſe* parcitas. VERELIUS in Ind. *ſpor* parcimonia. Et huc etiam ſpectant ex idiomate Gallico & Italico *eſparguer* & *ſparagnare* cum derivatis. Poſtea ſenſus a fuga ſumptuum ad alias quoque abſtinentias translatus eſt. Sic vulgo dicimus, *zeit und mühe ſparen* tempori & labori parcere, *ſparſam in worten* taciturnus, parcus verborum.

SPARGEL vel *ſpargen*, ſparagus, aſparagus, ἀσπάραγος. PLINIUS de aſparagis Germaniæ Lib. XIX. Cap. 8. *Eſt & aliud genus inculti aſparago, mitius corruda, paſſim etiam montibus naſcens, reſertis ſuperioris Germaniæ campis, non infaceto Tiberii Cæſaris dicto, herbam ibi quandam naſci ſimillimam aſparago.* VARRONI, FESTO, & ISIDORO eſt vox Latina, ab *aſpero* ſcapo, ſic dicta: MARTINIO Græca, ab ἀ. & σπείρω ſero compoſita, quia non ex ſemine, ſed ex ipſo corpore naſcitur: STILERO Germanica, a *ſparchen* luxuriare oriunda. Sed cujas ſit hoc verbi, ego quidem ignoro.

SPARR. Vide *ſperren.*

SPASSEN, ludere, jocari, *ſpaſs* luſus, jocus. Ab infinitivo παῦσαι verbi παίζω ludo, jocor. Verbo Græco Barbaries ſibilum præpoſuit, ut alias millies. Nec aliunde Gallis *badin*

quam

quam a παίζω joculator. Quod miror MENAGIUM, tanta linguæ Græcæ peritia inſtructum, non advertiſſe.

SPAT, *ſpæt*, ſerus & ſero. Gloſſ. Keron. tardius *ſpator*. Gloſſ. Boxh. *ſpataz* ſerum, *ſpatigher* ſerotinus. Cod. Arg. Joh. XI. 24. *in thamma ſpediſtan daga*, in die noviſſimo. TATIANUS Cap. CCXXX. 1. *mit thiu iz ſpato uuas*, cum eſſet ſero. Similia ſunt Græcorum ὄψε ſero, ὀψίω retardor, ὄψιος ſerus, ὀψιαίτερον tardius, ὀψίτερος ſerotinus, ὀψιαίτατα tardiſſime. Exempla elementi PS. mutati in SP. dabunt *Prolegomena*, Sect. IV. in *anaſtrophe*.

SPATE, ligo, gladius, haſta. Vide *ſpade*.

SPATEL, rudicula. A Lat. *ſpathula*.

SPATZ, paſſer, Dial. Suevica. A Græc. σπίζα fringilla, auctore HELVIGIO. Malim a Lat. *paſſer*, per proſtheſin & apocopen.

SPATZIEREN, eſt Latinorum *ſpatiari*, quicquid dicant præpoſteri vernaculæ noſtræ cultores, qui dum externa omnia excludunt, neceſſitate quadam nugantur, & aliis quidem riſum, aliis nauſeam movent. Talis eſt inter alios STILERUS, qui omnibus vulgi vocabulis, etiam manifeſto alienis, perverſo patriæ linguæ ſtudio indigenatum vindicat. Belgæ dicunt *ſpanſeeren* inſerto N.

SPECHT, picus. *Parva avis, ſed in auſpiciis magna*, teſte PLINIO Lib. X. Cap. 18. *Ipſi principales*, ut ibidem ait, *Latio ſunt in auguriis a Rege* (Pico) *qui nomen huic avi dedit*. Hoc quosdam induxit, ut Germanicam vocem a Latina peterent. Veram cum Plinius in reddendis vocabulorum rationibus ſæpe fallax ſit, & Picus ab ipſa ave nomen accipere potuerit, quod ex cantu ejus auguria captaret; Hinc PEZRONIUS relicto Plinii etymo aliud inveſtigavit, & vocem Romanam Celtis reſtituit. Picus in nemoribus id unice agit, ut arbores roſtro tentet, atque ubi percuſſi corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligit, crebris ictibus perfodiat, idcirco *cavator arborum* Plinio dictus. Et hinc illi nomen *pico*, a *picken* pungere, judice Pezronio in Anr. Celt. pag. 100. Germanicam vocem ab eodem verbo formari potuiſſe auxilio ſibili, negari nequit. Idque aliquando placuit. Nunc autem exiſtimo, cauſam appellationis, ſi reperiri poſſit in *auguriis*, ab his potius quam ab ictibus roſtri deſumendam eſſe. Puto autem me reperiſſe. Nam *ſpæhen*, quod more priſco pronunciandum ut *ſpæchen*, antiquis ſignificat *augurari*, *vaticinari*, *prædicere*, & hinc recte fit *ſpech* & *ſpecht* picus, oſcen, avis auguralis & futura prædicens. Diſciplinam augurum, communi Gentium conſenſu olim receptam, Germanis quoque placuiſſe, teſtatur TACITUS Cap. X. de M. G. his verbis: *Et illud quidem etiam & hic notum, avium voces volatuque interrogare*. E quarum numero etiam picum fuiſſe, ex impoſitione nominis haud vana conjectura eſt. *Picus* autem non videtur diſtare a *ſpech*, niſi literæ initialis omiſſione, quæ vero antiquiſſimis Latinorum ne litera quidem fuit cenſita, quod ſibilus mere ſerpentinus eſſet, & Barbaris relinquendus. Vide ergo, annon Latini vocem ſuam ab Hetruſcis (quorum Lingua in multis Germanicæ ſimilis fuit) una cum diſciplina acceperint? Aliter ſtatuendum de *pica*. Hæc enim, cum nec arbores pulſet roſtro, nec ullo augurio, ſed dicacitate tantum celebris ſit, unde etiam Poëtis *loquax* & *garrula* dicitur, originem nominis videtur ducere ab Angloſax. *ſpæcan* loqui. Nam hæc naturæ ejus proprietas aliis quoque nominibus exprimitur, ut oſtendi in *harze* & *azel*.

SPECEREY, id eſt, variæ aromatum *ſpecies*.

SPECK, lardum. Angloſax. *ſpic*, Belg. *ſpek*, Angl. *bacon*. Hoc ultimum a *back* tergum recte derivat MARTINIUS. Sed & reliqua inde facta ſunt præpoſito ſibilo. Qua figura aut modo loquendi, id vide in *bach* porcus. Islandis *ſpik* eſt lardum balænæ, itidem a tergo ejusdem belluæ.

SPEICHEL, ſputum. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XX. 45.

Uuoraht er tho ein horo in uuar
Mit ſineru ſpeichelu ſar.

Id eſt, fecit tunc lutum ex ſputo ſuo. Refer ad *ſpocken* ſpuere.

SPEICHEN, radii rotæ. Gloſſ. Pez. radii *ſpeihhun*. Gloſſ. Ælf. de inſtrum. agric. radii *ſpacan*. A *ſpico* acutum facio, quia utrinque ſpicati.

SPEICHER, granarium. A Lat. *ſpicarium* auctoribus Francis. OTFRIDUS Lib. I. Cap. ult. verſ. 3. *then ſpihiri niazan*, granario frui. Lex Sal. Tit. XIX. 7. *Si quis ſpicarium aut machalum cum annona incenderit*.

SPEISE, cibus, *ſpeiſen* dare aut capere cibum. Cum horum verborum nullum (quantum memini) indicium in Germanica Antiquitate ſeſe offerat, ſuſpicari licet cum HELVIGIO, illa a Græc. σπεῖσαι, libare, aut Latino *cibus* formata eſſe. Vocem omnibus antiquis uſurpatam vide in *mus*, Francis propriam in *fuer*, Islandis & Francis communem in *miſt*.

SPEL, ſermo, *ſpellen* ordine narrare. Vid. *ſpil*.

SPELLEN, vocem in literas & ſyllabas dividere, alias *buchſtabieren*. Belg. *ſpellen*, Gall. *eſpeler*. Non ab *appellare*, ſed a *ſpalten* findere, per ſyncopen, quia ſyllabatim dicentes videntur vocem ſecare & in partes findere.

SPELT, far. Angloſax. *ſpelt*, Lat. Barb. *ſpelta*, *ſpelda*. MARTINIUS in voce *zea* derivat a *ſpalten* findere, ob geminos utriculos. Geminos autem eſſe negat FRISCHIUS, & a diviſione utriculorum nomen arceſſit in vocibus Biblicis, ſi recte mentem ejus percipio. Mihi videtur granum fiſſum denotare. Vide quæ de his granis ſupra expoſui in *rocken* ſecale.

SPELTZ, eadem notione.

SPENDEN, impenſas facere, inſumere, in uſum convertere. Angloſax. *ſpendan*, Franc. & Alam. *ſpenton*, Angl. *to ſpend*, Ital. *ſpendere*. Gloſſ. Pez. impendere *ſpenton*, expendit *ſpentot*. TATIANUS Cap. LX. 3. *giſpentota allu iru managen lachin*, erogaverat omnia ſua compluribus medicis. Haud dubie a *pendo*, præpoſito S.

SPENDEN, diſtribuere, *ſpende* largitio, *watſpende* donatio veſtium. Gloſſ. Pez. diſtribuunt *ſpentont*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XII. 96. *armen uuihtin ſpenton*, pauperibus diſtribuere. Quidam derivant a σπένδω libo, quaſi ſenſus a libationibus ad omnis generis munuſcula translatus ſit. Sed nova etymologia non opus eſt. Nam *pendere* dicimus, nonſolum quæ in noſtros, ſed etiam quæ in alienos uſus convertimus, eleemoſynam, veſtes, cibaria, ſtipem &c.

SPENDIEREN, & *ſpendaſche*, ſunt voces exotica terminatione affectæ.

SPENEN, ſecare, ſegmentum facere. Neſcio qua Dialecto. Si verus eſt ſignificatus, referri poteſt ad *ſpan* ſegmentum.

SPENEN, matribus ſignificat quantum volunt, *lactare* & *ablactare*. Utrumque ſuo merito. Oritur enim a *ſpan* uber, quod vel præberi, vel ſubtrahi poteſt. Ita a *dût* mamma Gothis fit *daddjan* lactare, Cambris *diddyſnu* ablactare.

SPENEN, lactare, *entſpenen* ablactare. Gloſſ. Keron. ablactatum *intſprenitaz*. Lege *intſpenitaz* vel *intſpunitaz*.

SPENEN, ablactare, ſeparare ab ubere. Belg. *ſpeenen*.

SPENEN, trahere. Græc. σπᾶν. Cognoſcitur (1) ex derivato *ſpan* uber, de quo ſupra. (2) ex ſenſu metaphorico, de quo mox erit agendi locus. Tropus autem natura poſterior eſt ſenſu proprio. Interdum duplicamus N. dicendo *ſpannen*, ſive proprie loquamur, ſive figurate, ut oſtenſum in loco.

SPENEN, trahere moraliter, id eſt, *ſuadere, hortari, incitare & pellicere ad agendum*. Dicitur in bonam & malam partem. Gloſſ. Keron. ſuggerere *ſpanan*, ſuademus *ſpanames*, hortans *ſpananti*. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſpanan*, *ſponan* ſuadere, *ſpanian* allicere, inducere, *ſpone* perſuaſio, incitamentum, *ſponen*, *ſponnen* ſuaſus, *ſponere* ſuaſor (nec non ſeductor), *ſponung* ſeductio. VEREL. in Ind. *ſpana*, *ſpenia* pellicere, ſeducere, corrumpere, *boſpan* corruptio familiæ alterius.

SPENGLER, fibularius. Vide *ſpang* & *ſpingler*.

SPENST, quatenus derivatur a *ſpenen*, ſignificat quantum valet, ſuaſionem, perſuaſionem, ſuggeſtionem, ſeductionem, & hortamentum ad bonum vel malum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. ult. verſ. 53. *mit ſpenſtin ginuagm*, ſat multis perſuaſionibus. Compoſite dicitur *geſpenſt*, quod vide.

SPENSTIG, quatenus formatur a præcedenti *ſpenſt*, ſignificat ſeductum. Hinc homines ab hæreticis ſeducti vocantur *ſpenſtige unde ferleitige menniſcen*, apud NOTKERUM Pſal. LXVII. 31. Hodie utimur compoſito *abſpenſtig* alienatus, abſtractus, alterius ſuggeſtu alienior factus. An huc etiam ſpectet *widerſpenſtig*, dubito. Dicitur enim vulgo non de ſeductis, ſed de contumacibus & refractariis, ut oſtendi in voce.

SPER, jaculum, haſta miſſilis. Latinis *ſparum*. FESTO eſt telum Gallicum, ab eo quod *ſpargatur* ſic dictum. At, ſi Gallicum ſit, quod fide Feſti aſſumo, veriſimilius eſt, Gallos, quibus Græca lingua ab antiquo valde fuit familiaris, invento ſuo nomen dediſſe a σπαίρω vibro, quod etiam placet JUNIO in Obſ. ad Will. pag. 223. Ob eandem cauſam idem telum vocatur *framea* & *cateia*, ſicut in utroque oſtendi. De Sparo antiquo prolixe diſputat CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. pag. 301. ſeq.

SPER, lancea, haſta velitaris. Angloſax. *ſpeare*, *ſpere*, Francis *ſpero*, Belg. *ſpar*, *ſper*, Angl. *ſpeare*, Cambris *par*, *ber*, *yſper*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Latino-Barbaris *ſparro*, apud CANGIUM. Gloſſ. Pez. haſta *ſpere*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 167. de armis Francorum: *mit ſperon filu uuaſſon*, haſtis valde acutis. Lib. IV. Cap. XVI. 37. *mit ſperon ioh mit ſuerton*, lanceis & gladiis. Verſio Angloſax. Joh. XIX. 34. *an thæra cempena ge-openode his ſidan mit ſpere*, unus militum aperuit latus ejus lancea. An, ſicut *Lancea* ab initio fuit jaculum, & poſtea haſta longa & minime vibrabilis: ita haſta, quod veteri *ſparo* ſimilis ſit, eodem nomine affecta eſt? Neſcio an hac translatione opus ſit. Nam πείρω Græcis eſt transfigere, & πείσσω pungere, trajicere. Ab utroque fieri poterat *ſper*, præpoſito ſibilo.

SPER, veru. Cambris *ber* eſt veru & haſta. Haud dubie ex eodem fonte. Et hinc etiam eſt Latinis *veru*.

SPER, ſceptrum. Danis *ſpir*, Suecis *ſpyra*. Duplex fuit apud veteres, unum breve & baculo ſimile, quod alias vocatur *zepter*, alterum longum, quod cernitur in manibus Deorum Dearumque apud Romanos in nummis, & dicitur alias *haſta pura*, ob defectum cuſpidis. Utrumque appellationem accepit a ſimilitudine.

SPERBER, accipiter fringillarius. Corruptum ex vero & primigenio *ſparw-ari*, quo vetuſtiſſimi Francorum videntur uſi, quantum ex voce Salica *Sparvarius* conjicere licet. Belgæ dicunt *ſperwer*, quod primigenio proximum. Nomen ducit a paſſere, quem appetit, qui Gothis dicitur *ſparwa* Matth. X. 19. Genus ab aquila. Id enim ſignificat *ar* vel *er* in fine compoſiti. Paſſerem & aquilam in voce *ſperber* primus detexit cel. ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 24. feliciori indagine quam VOSSIUS, qui *Sparvarium* præter rationem ſic dictum putat quaſi *ſpar-var*, pennas ſuas late ſpargen-

tem.

tem. Hic accipiter Græcis inferiotibus vocatur *βάρβαξ*, omiſſione ſibili, ut in aliis multis, quæ hoc elemento reſtituto ſtatim agnoſcuntur: Italis *ſparviere*, Gallis *eſprevier*, imitatione magis vel minus vitioſa, manifeſta tamen. Saxones antiqui alio utuntur compoſito, ſimili tamen quoad ſenſum. Gloſſ. Ælf. in nom. avium: accipiter vel raptor *ſpear-haſoc*. Prior pars *paſſerem*, & quamvis avem minorem, altera *accipitrem* ſignificat, ut oſtendi in *ſpier* & *habich*.

SPERLING, paſſer, vel paſſerculus. PEISKERUS paſſerem ſic dictum putat, quod ſemini incubet, a *λήγω* & *σπείρω*. Sed hic nulla eſt ad Græcos confugiendi neceſſitas. Nam *ſperling* idem eſt ac ſi dixeris *ſpierling*. Genus eſt *ſpier* paſſer, *ling* nota deminutivi. Eadem vox quamvis aviculam cantillantem ſignificare poteſt, ut oſtendi in *ſpier*.

SPERREN, cujuscunque ſit ſignificatus, factum eſt a *barra*, auctoribus Francis. *Barra* autem olim in Lingua Galliæ provinciali fuit pes ex duabus perticis transverſim junctis & in medio colligatis, ad ſimilitudinem elementi X. Ab initio quidem dictus eſt *Vara*, a varicatione; poſtea vero *Barra*, mutato V. in B. qua converſione nihil frequentius. Gloſſ. Iſid. *Vara vibiam ſequitur, perticæ duæ ſunt inter ſe colligatæ, quæ aſſerem ſuſtinent.* Ita Gloſſam emendavit GRÆVIUS, & recte. Nam vara cum vibia ſtatque caditque ſua. Poſtea *barra* novam mutationem obiit in ore Francorum, qui nuper Galliam occupaverant. Nam ex *barra* paulatim factum eſt *ſbarra*, *ſparra*, præpoſito ſibilo, & inde *ſperren* pro *barram facere*, aut aliquid *barræ* ſimile. Hic primus & princeps verbi ſignificatus, a quo duo alii, quamvis contrario itinere oriuntur. *Barram* enim facere videntur, aut aliquid *barræ* ſimile, (1) qui transverſo ligno aut ferro aliquid cohibent, (2) qui aliquid diſtendunt. Illud eſt *claudentis*, hoc *dilatantis*. Quam pulchre hi ſignificatus in imagine *barræ* conveniant, conſideranti palam eſt. Hinc adſentiri non poſſum iis, qui præſentis verbi formam neſcio qua incogitantia a *ſper* haſta deducunt. Nam *ſper* non eſt haſta transverſa, ſicut illi ſupponunt.

SPERREN, claudere. Proprie impedimento transverſo. Hoc ſenſu Angloſaxones dicunt *ſparran*, Franci & Belgæ *ſperren*, Angli *to ſpar*, Galli *barrer*, rectius & antiquius. SOMNER. in Dict. AS. *ſparran* obdere, *beſparrade* oppilatus, obſtructus, clauſus. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XII. 25.

Uuio er ſelbo quami,
Thaz iſt ſeliſami,
Biſparten duron thara zi in,
Ioh ſtuant thar mitten untar in.

Quomodo ipſe venerit,
Quod eſt mirabile,
Clauſis foribus ad ipſos,
Et ſteterit in medio eorum.

Et paulo poſt verſ. 51.

Er ingiang ungimerrit
Duron ſo biſperrit.
Intravit non impeditus
Portam clauſam.

Claudi autem dicuntur nonſolum januæ, ſed etiam loca, tam publica quam privata. Ita domus clauduntur portis, portæ peſſulis, portus & plateæ catenis, urbes circumvallationibus, viæ publicæ foſſis aut arboribus transverſis, alia loca ſeptis, &c. Imo etiam commercia & cœlum ipſum nobis claudi dicitur, quatenus impedimentis quibusdam cohibetur. Ita denuo OTFRIDUS Lib. III. Cap. XII. 27. de Helia:

Ther thiz lant ſo tharta,
Then himil ſo biſparta.
Qui terram torrefecit,
Et cœlum clauſit.

A *ſperren* rurſus fit *ſparr* & *barr* tranſtrum, h. e. omne transverſum quo aliquid clauditur, inprimis *vectis* & *ſeptum*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *barr* vectis, repagulum, peſſulum. CANGIUS in Gloſſario: *barra* fuſtis, vectis, *barra* ſeptum curiæ, cancelli, clathra, *barræ* repagula ac ſepta quæ ad munimenta oppidorum & caſtrorum, vel ad eorum introitus ac portas ponuntur, ne inconſultis cuſtodibus in eas aditus quibusvis pateat. Hæc ille. Inde porro eſt, quod caſtris multis adhæſit nomen BARR, quia ſcil. caſtra ſunt ſepta regionum & loca clauſa. Chronicon S. Michaëlis citante CANGIO: *Hic Fredericus propter frequentes Campanorum in Lotharingiam incurſiones, in confinio Lotharingiæ & Campaniæ Caſtrum extruxit, quod Barrum quaſi Barram nominavit.* Galli hodierni vectem vocant *barre*, ſepta tribunalium *barreau*, alia ſepta *barriere*, dolium quoddam *barril*. Cuncta a notione claudendi. Nos fuſſlamina rotarum vocamus *ſperre*, *geſperre*, *radſperre*, *wagenſperre*, quia ſunt obices currus, & impedimenta transverſe injecta, ne currus in præceps feratur.

SPERREN, diſtendere, *geſperr* diſtentio, dilatatio, *maulgeſperr* hiatus vel diductio oris, *ſperricht* diſtentus, *ſperrweit*, *ſparrweit* late patens. Itali ni fallor eodem ſenſu uſurpant *ſbarrare*. Dicitur autem non de quavis diſtentione, ſed ea tantum, quæ literam Græcam A. imitatur, qualis eſt varicantium, qui crura in diverſas partes extendunt. Hinc ſcil. nomen quæſitum tignis illis, quæ in culmine domus ſuperne coëunt, & infra dilatantur, ut vulgo vocentur *ſparren*. Franci tamen videntur hac voce omnes trabes transverſas, quibus latera domus clauduntur, denotaſſe. Gloſſæ veteres apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 59. *ſparren* tigna, *geſperre* contignatio. WILLERAMUS Cap. I. 17. *diu geſperre unſer huiſero ſint cedrin*, contignationes domorum noſtrarum ſunt cedrinæ. Ubi Luth. habet *balken* trabes.

Sed hunc ſenſum fabri noſtri lignarii abs me conſulti ignorant. Verus tamen eſſe poteſt & legitime factus, ſi referatur ad *ſperren* claudere. Interim a *ſparr* componimus *ſparrnagel* clavus trabalis, & *ſparrwerk* contignatio.

SPERREN, *ſich ſperren*, reniti. Id eſt, diſtendere ſe, quia renixus fit cruribus divaricatis. Allegorice dicitur de nolentibus & recuſantibus, quia ſimiles ſunt eorum qui cruribus divaricatis contra nituntur. Inde *ſich ſperren* repugnare, reſiſtere, reluctari.

SPEYEN, ſpuere. An a Latino *ſpuo?* Video hoc placere HELVIGIO, MARTINIO, SKINNERO, aliisque viris doctis. At quo minus adſentiar, faciunt multiplices verbi formæ, quales ſunt *ſpeiwen*, *ſpützen*, *ſpocken*, & aliæ his ſimiles, apud veteres & recentiores, ut mox docebo. Quas vero cognatas eſſe, credibile eſt. Inquirendum ergo, quænam fuerit primigenia, & qua ſerie vel ordine reliquæ ex illa produci potuerint? Incipiamus a Gr. √*πτύω*, quod a ſono ſpuentis fictum exiſtimant Lexicographi. Huic ſimile eſt Angloſaxonicum *ſpittan*, quod habet BENSONIUS, & *ſpætan*, quo literarum ſacrarum interpretes paſſim utuntur. Marc. VII. 33. *and ſpætende hys tungan onbran*, & exſpuens tetigit linguam ejus. Marc. XIV. 65. *and ſume agunnun him on-ſpætan*, & quidam cœperunt eum conſpuere. Idem Anglis *ſpit*, Danis *ſpyte*, Suecis *ſpotta*, nobis *ſpützen*, levi admodum mutatione. Poſtea T. in medio vocis a Francis & Alam. cœpit elidi. Gloſſ. Keron. reſpuens *farſpienti*. Hoc a *ſpeyen* & *ſpuo* quam minime diſtat. Mox locum vacuum explevit W. quo additamento nihil in verbis frequentius. Inde Gothis *ſpeiwan* in Codice Argenteo ubique, & Belgis *ſpouwen* & *ſpuwen*. Hanc mutationem deinceps excepit alia. Nam idem verbum apud Belgas effertur *ſpygen*, *ſpuigen*, mutato W. in G. & hinc ſputum vocatur *ſpog*. Germanos inde formaſſe *ſpocken*, mutato G. in K. tam manifeſtum eſt, ut negari nequeat. Hoc, etiamſi omnium vitiatorum noviſſimum ſit, nihilo ſecius tam antiquum eſt, ut ad Francorum usque tempora videatur pertingere, quantum ex derivato *ſpeichel* conjicere licet. Hac genealogia me ſemel defungi oportuit, ne filum reſumere in ſingulis, & tempus repetitionibus perdere cogerer. De prima mutatione, qua PS. mutatur in SP. vide *Prolegom.* Sect. IV. in *anaſtrophe*. Allegorice dicitur de ſarcasmo ſeu macula honoris quæ dictis adſpergitur. Inde *ſpeyvogel* ſannio, ſcurra, conviciator, *verſpeyen* ſubſannare, irridere.

SPEYEN, vomere. Angloſax. *ſpiwan*, Francis *ſpuen*, Anglis *ſpew*, Suecis *ſpy*, Belgis ut ſupra. Hujus ſignificatus nulla reddi ratio poteſt, niſi hæc obvia & communis, quod ſimilium ad ſimilia fieri ſolet translatio in omnibus Linguis.

SPICKEN, lardo transfigere. A *ſpeck* lardum. Ita Gallis a *lard* fit *larder*.

SPIEGEL, ſpeculum. A Latino auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. ſpeculum *ſpiegal*. Allegorice dicitur de idea ſive exemplari virtutis, officii, juris, quod ad imitandum proponitur, quia in illo veræ rerum ſpecies tanquam in ſpeculo, quod mentiri neſcit, ſunt expreſſæ. Inde *Sachſen-ſpiegel* idea juris Saxonici, *frauen-ſpiegel* idea matronæ. Abuſive dicitur etiam de vitiis. Inde *eulenſpiegel* idea hominis verſuti, a εὐλὴ verſutia, quod eſt ab ἕλω verto, unde etiam Anglis *guile* dolus.

SPIEL, ludus. Vide & ſcribe *ſpil*. Litera E. in medio vocis nec auditur, nec ab antiquis agnoſcitur.

SPIER, paſſer. Goth *ſparwa*, plur. *ſparwans* Matth. X. 19. Angloſax. *ſpeara*, *ſpearwa*, Franc. *ſparo*, Dan. *ſpurre*, Angl. *ſparrow*, Suec. *ſperf*. TATIAN. Cap. XLIV. 21. *zuene ſparon* duo paſſeres, & mox, *managen ſparon* multis paſſeribus. CASAUBONUS Saxonicam vocem transponit e Lat. *paſſer*. Facilius autem transponitur e Græc. φάσσα paſſer, ſi transpoſitione opus ſit. Puto tamen, nos ea carere poſſe. Nam *ſpieren* aliquando fuit cantillare, & *geſpirk* cantus. A *baren* cantare, præpoſito ſibilo. Hinc *ſpier*, & reliqua huic ſimilia, videntur antiquitus aviculam canoram aut garrulam denotaſſe, non paſſerem tantum, ſed etiam hirundinem, fringillam, aliasque. Hujusque conjecturæ auctor mihi eſt doctiſſ. FRISCHIUS in Miſcell. Berol. Tom. I. pag. 64. ubi: *Olim*, inquit, *variarum minorum avium nomen fuit, & hinc adhuc in Dialectu noſtris in uſu ſperling, ſperk, ſpierſchwalbe, ob frequentem cantillationem & ſonum quem ſedentes & volantes edunt. Poëtæ Germanici olim hoc vocabulum etiam de cantu angelorum poſuerunt. Jeroſchin. MS. verſio Petri Duisbergenſis:*

In des himmelreiches zirk
Bey der Engele geſpirk.

Obſervat quoque JUNIUS, hoc vocabulo veteres non paſſerem tantum, ſed & aliam quamvis minorem avem denotaſſe, teſte Gloſſa ÆLFRICI: paſſer *ſpearwa othethe lytel fugel*; & Gloſſa HESYCHII: στραγάσιον avis paſſeri ſimilis. In Gloſſ. Goth. pag. 312. Et hujus tam lati ſignificatus veſtigium relictum videtur in compoſito *ſperber*, quo genus accipitris denotamus, quod omnes aves minores, non paſſeres tantum, ſed etiam fringillas appetit.

SPIESS. Vide *ſpiß*.

SPIL, eſt vox valde æquivoca, & non unius domicilii. Igitur, ne tot voces, quæ præter ſonum nihil habent commune, confundantur, totum agmen docendi cauſa in duas claſſes diſpeſcam.

SPIL, primæ claſſis.

SPIL,

SPIL, factum, *widerſpil*, *gegenſpil* factum contrarium, *beiſpil* factum imitationi aut terrori propoſitum. Opinor a πέλω fieri, ſibilo, ut ſæpe alias, præpoſito.

SPIL, ſermo. Angloſax. & Francis *ſpel*. Proprie eſt factum, a πέλω fio, & ponitur pro ſermone, quia Germanis ſolemne eſt, factum & dictum eodem nomine deſignare. Ita *wort* eſt verbum & factum, a *werden* fieri, *ding* res & ſermo, a *thun* facere. In aliis Linguis verbum & dictum ponitur pro facto. MARTINIUS in Lex. Philolog. VERBUM *eſt etiam res verbo ſeu voce ſignificata. Id inprimis frequens eſt Hebræis. Sic* οὐδὲν πρὸς ἔπος, *nihil ad rem.* Idem: DICTUM *eſt res: ut Virgil. ex omni injuria dicto: ſic aliquando Homero* ἔπος *eſt res.* Imo etiam *res* multorum judicio eſt a ῥῆσις dictio, & ponitur pro eo quod aliquid eſt. Sed in Germanica lingua factum ponitur pro dicto, & res pro verbo, ob rationes ſatis bonas, cum quia omnis ſermo, verus & mendax, revera eſt ens ab ore & ſpiritu humano productum, tum quia ſermo eſt ipſa res voce expreſſa, & imago intelligibilis eorum quæ ſunt, & alium habere ſermonem quam verum, homini non decet. Eamque ob cauſam inter honeſtos dicta & facta pari paſſu ambulant. Quam pulcra hæc ſint, & ex intimis Philoſophiæ adytis petita, nemo non videt. Conſtat igitur Germanis ſua dicendi ratio, etiamſi pauci eo intellectu præditi ſint, ut voces a majoribus relictas, & ſapientiſſime inventas, digne æſtimare poſſint. Dicitur autem latiſſime de omni ſermone, cujuscunque generis ſit, familiari & recitativo, hiſtorico & mythico, ſacro & profano. Gloſſ. Lipſ. *ſpel* fabulatio. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſpel* ſermo, fabula, hiſtoria, doctrina. Vetuſtas inde formavit verba,

ſpillon, narrare, prædicare, nunciare, quod Gothicum. Cod. Arg. Luc. II. 10. *ſpillo izwis fabeid mikila*, annuncio vobis gaudium magnum.

ſpellian, narrare, rem geſtam exponere, imò etiam docere, inſtruere, quod Angloſaxonicum, apud SOMNER. & BENSON.

Hinc porro evangelizare Gothis dicitur *thiuthſpillon*, Angloſax. *godſpellian*, Francis *gotſpellon*. TATIANUS Cap. XXII. 4. *gilimphit mir zi gotſpellonne Gotes ribbi*, oportet me evangelizare regnum Dei. Quod certe non eſt θεολογεῖν, de Deo loqui, ut PALTHENIUS exiſtimavit; ſed potius εὐαγγελίζειν, bona nunciare, ducta appellatione a notione BONI, quod Gothis vocatur *thiuth*, Angloſax. *god*.

SPIL, in compoſitis veterum dicitur (1) de prædicatione Evangelii. Hinc Evangelium ſenſu antiquo proprie eſt bonus ſermo, vel bonum nuncium, & Angloſaxonibus vocatur *god-ſpell* Matth. IV. 23. Marc. XIV. 9. Francis *gotſpel*, in Harm. Tatian. Cap. XXII. 1. Islandis *gudſpiall*, in Verſione Evangeliorum a STIERNHIELMIO publicata, Anglis *goſpell* per ſyncopen. (2) de ſermone quo aliquid docetur, exponitur, aut illuſtratur. Inde *big-ſpell* parabola, in Verſ. AS. Luc. VIII. 4. 9. 10. a *big* juxta, quaſi fabula docendi cauſa adjecta. Similiter apud LIPSIUM in Gloſſis, *ſpella*, *biſpilla* exponitur parabola. (3) de homiliis & ſermonibus ſacris. Inde Angloſax. *lar-ſpel* concio, *ſpelboc* liber homiliarum. (4) de frivolo ſermone. Hujusmodi eſt *ydel-ſpell* vaniloquium, eadem Dialecto. Plura non addo, ne imperitis, qui nova tantum extollunt, & vetera ſuperciliose contemnunt, faſtidium moveam.

SPIL, ſecundæ claſſis.

SPIL, ludus, luſus. Id eſt, omnis actus, ſive noſtræ, ſive alienæ, ſive mutuæ oblectationis cauſa ſuſceptus, a *ſpilen* ludere.

SPIL, cujuscunque ſit ſignificatus, eſt verbale a *ſpilen*. Quod cum in latiſſimo ſignificationum ambitu poſitum ſit, hinc tot exiſtunt ludorum appellationes, quot modi ludendi eſſe poſſunt. Idque ſemel monuiſſe ſufficiat.

SPIL, quatenus eſt verbale a *ſpilen* fidibus canere, ſignificat quantum poteſt, muſicam ſeu artem canendi, cantum & inſtrumentum muſicum. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 40. de Muſica cœleſti:

Thaz ſpil thaz ſciton fuarit,
Ioh man mit hanton ruarit,
Ouh mit blaſanne,
Thaz horiſt thu allaz thanne.

Vertit SCHILTERUS:

Muſica quæ fidibus utitur,
Et manibus movetur,
Et quæ flando fit,
Id audis omne iſthic.

Gloſſ. Pez. muſicorum *ſpilo*, ſiſtris *in den ſpilun*. Huc ſpectant ex hodierna lingua *ſpilman* ludio, *ſaitenſpil* muſica inſtrumentalis & inſtrumentum muſicum, *ſpilrad* rota muſica &c.

SPIL, ludus ſcenicus. Vide *ſpilen* hiſtrionem agere.

SPIL, ſpectaculum. Vide *ſpilen* ludere in circo.

SPIL, ludus gladiatorius, cruentus & incruentus. Quamvis enim cruentus plenus ſit homicidiis, ludum tamen appellare placuit, quod a populo cum voluptate ſpectaretur. Hinc Franci omnia Romanorum ſpectacula, etiam cruenta, vocant *ſpilo*. Vide plura in *ſpilen*, ludere gladiis.

SPIL, decurſio. Vide *ſpilen* ludere decurſione.

SPIL, quatenus eſt verbale a *ſpilen* venari, ſignificat (1) ludum venatorium. Inde *federſpil* aucupium, venatio avium per aves. (2) ludionem venaticum, & dicitur de *cane* & *accipitre*, quia ludo venatorio inſerviunt, ille in capiendis feris, hic in capiendis avibus. Inde compoſita,

federſpil falco, & omnes aves quibus fit aucupium.

windſpil vertagus, a *wind* odor, velut ludio odoriſequus.

SPIL, ludus venereus. Vide *ſpilen* laſcivire.

SPIL, ludus luſorius. Vide *ſpilen* ludere alea.

SPIL, ludus illuſorius. Vide *ſpilen* illudere.

SPILEN, ludere. Hoc eſt, aliquid agere vel ſuæ, vel alienæ, vel mutuæ oblectationis cauſa. Hic primus & generalis vocis ſenſus, a quo reliqui deſcendunt per ſynecdochen generis. Unde Franci hoc verbum a ſe proſeminatum acceperint, non liquet. Facilius evolutionem ejus, quam originem intelligimus.

SPILEN, a ſynecdoche generis tot recipit ſignificatus, quot modi ludendi eſſe poſſunt. Hinc Franci omnes actus oblectationis cauſa ſuſceptos, cujuscunque generis ſint, uno eodemque verbo deſignant, etiam eos, quibus Græcitas diverſa vocabula impoſuit. Quamvis dubitari poſſit, an omnino diverſa ſint? Nam ex his Græcorum verbis quædam Francico adeo ſimilia ſunt, ut jures, vel Græcos barbare, vel Francos Græce loqui. Talia ſunt,

ψάλλειν citharam pulſare, quod convenit cum *ſpilen* fidibus canere.

παλαίειν luctari, quod convenit cum *ſpilen* gladiis ludere.

βαλλίζειν tripudiare, quod convenit cum *ſpilen* ſaltare.

παλέυειν venari, decipere, quod convenit cum *ſpilen* venari, ludificare.

SPILEN, fidibus canere, *vorſpilen* præludere. Derivata vide in verbali.

SPILEN, hiſtrionem agere, *ſpil* ludus ſcenicus, *ſchauſpil* comœdia, tragœdia, *nachſpil* exodium, poſtludium. Gloſſ. Pez. ſpectaculum *ſpile*, theatrum *ſpilihus*, hiſtriones *ſpiliman*. Allegorice dicitur de omni vitæ ſcena, in qua quis perſonam ſuam bene vel male repræſentat.

SPILEN, ludere in circo vel amphitheatro. NOTKERUS Pſal. XXXIX. 5. *uuieo auriga in circo ſpilot ufen ſinemo curru.* Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Inde *ſpil* ludus circenſis, quinquennalis, ſæcularis, & omne ſpectaculum publicum. Gloſſ. Pez. publicis ſpectaculis *liutparlichero ſpilo.*

SPILEN, ludere gladiis. Utitur Luth. 2 Sam. II. 14. *laſs ſich die knaben uufmachen, und für uns ſpielen*, ſurgant pueri & ludant coram nobis. Id eſt, ni fallor, præludant pugnæ augurii captandi cauſa. Mos priſcis Germanis haud ignotus. TACITUS Cap. X. de M. G. *Eſt & alia obſervatio auſpiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus Gentis, cum qua bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis committunt. Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur.* Hoc quodammodo excuſari poteſt in Germanis, minime vero in Judæis. At homines gladiis inter ſe committere, ſolius oblectamenti (non augurii) cauſa, voluptas inhumana, & Romanis propria eſt. Quales fuerint Germanorum ludi, rurſus deſcribit TACITUS Cap. XXIV. de M. G. *Genus ſpectaculorum unum atque in omni cœtu idem. Nudi Juvenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe, atque infeſtas frameas ſaltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem, non in quæſtum tamen aut mercedem. Quamvis audacis laſciviæ pretium eſt voluptas ſpectantium.* Nullum hic immanitatis veſtigium. Aut enim juvenes illi ſe invicem agitabant per frameas, illasque ſaltu tranſiliebant illæſi: aut gladios ita tractabant manibus, ut in aera librati alternatim exciperentur, quem *priſcum noſtratium armis ludendi modum* vocat OLAUS WORMIUS in Mon. Dan. Lib. 5. pag. 417. Hujusque ludi, qualiscunque fuerit, extant adhuc verba vetera apud VERELIUM in Ind. *hior-leik* gladiorum ludus, *jarn leik* ferri ludus, *ſverda-leik* enſium ludus. Cuncta a *laichen* ludere.

SPILEN, ludere decurſione, *ſpil* decurſio, *ritter-ſpil* ludus equeſtris, *turnier-ſpil* ludus Trojanus.

SPILEN, venari, feras perſequi, aves avibus capere. Utitur Luth. Baruch. III. 16. 17. *wo ſind die fürſten der heyden, die über das wild auff erden herrſchen? die da ſpielen mit den vögeln des himmels?*

SPILEN, ludere alea, chartis, ſponſione &c. *ſpil* ludus luſorius, *ſchachſpil* ludus latrunculorum, *würffelſpil* ludus talarius. Gloſſ. Pez. ludere tabulis *za ſpillonne zaples.* Tabulis, i. e. aleis. Vide *tafel.*

SPILEN, illudere, ludificare, *ſpil* ludus illuſorius, ſive ſit artificialis ut *taſchenſpil* & *gauckelſpil*, ſive non-artificialis ut *poſſenſpil.* Gloſſ. Pez. ludificant *ſpilont*, ludicra arte *ſpiles liſti.*

SPILEN, ſalire, ſaltare, exſultare. Utitur Luth. Exod. XXXII. 7. ptæeuntibus Francis. OTFRIDUS Lib. I. Cap. VI. 7. de S. Johanne in utero:

Jo ſpilota in theru muater
Hier ira ſun guater.

Vertit SCHILTERUS:

Exultavit in utero
Filius ejus optimus.

Epinic. R. Lud. verſ. 97.

Bluot ſkein in uuangon
Spilodun der Vrankon.

Vertit SCHILTERUS:

Sanguis apparuit in genis
Exultantium Francorum.

SPILEN, laſcivire, ſcortari, mœchari. Belg. *ſpeelen*, Francis ut ſupra. Gloſſ. Pez. laſcivientium *ſpilontero*, gymnaſium *ſpilohus*, *huorhus.* Inde Belgarum compoſita, *ſpeelkind* ſpurius, parthenius, filius e virgine non nupta

nupta editus, *overſpeel* adulterium, quaſi ſuperior ſcortatio. Ejusdem gradationis verbum eſt *laichen*, quod primo ſignificat *ludere*, poſtea *ſalire*, denique *laſcivire*.

SPILER, ſignificat quantum poteſt, *ludionem, biſtrionem, aleatorem* &c.

SPILRAD, rota muſica. Angli & Werini *circulum* vocant in Lege Tit. V. 20. *Qui harpatorem, qui cum* CIRCULO *harpare poteſt, in manum percuſſerit* &c. Differt omnino a Francico *rotta*, etiamſi STADENIUS hæc inſtrumenta confundat. Illud, de quo agimus, rotatur, alterum pulſatur. Vide etymon in loco.

SPILLE, fuſus, *ſpill-magen* cognati materni, ab inſtrumento muliebri ſic dicti, & hoc a *bolen* vertere, auſpicio ſibili.

SPILLEN, perdere. Vide *verſpillen*.

SPIND, adeps. Vox NOTKERO familiaris, Pſal. XVI. 10. LXII. 6. LXXII. 7. LXXX. 17. Germanica ſit, an aliunde accepta, non liquet.

SPIND, arca. Vide *ſpünden*.

SPINDEL, fuſus. Factum ex antiquiori *ſpinnel*, & hoc a *ſpinnen* fila ducere. N. in ore Germ. ſæpe attrahit D. ut in PROLEGOMENIS oſtendi. Gloſſ. Pez. fuſum *ſpinnila*. Angloſaxones promiſcue dicunt *ſpindl* & *ſpinl*. Græcis σπόνδυλος eſt vertibulum, verticillum, quod fuſo appendi ſolet a nentibus, ut pondere ejus facilius rapidiusque torqueatur filum, manifeſta cum reliquis cognatione, judice JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 313.

SPINGLER, acicularius. A Gall. *eſpingle* acicula, & hoc a Lat. *ſpinula*. Angli eundem hominem vocant *pin-maker*, a Lat. *ſpina*. Confer *pfin* clavulus.

SPINGLER, fibularius. Poſſit eſſe ex eodem fonte, quia ante inventas fibulas *ſpina* officium fibulæ faciebat. TACITUS Cap. XVII. de M. G. *Tegumen omnibus ſagum, fibula aut (ſi deſit) ſpina conſertum.* Sed præſtat ſcribere *ſpengler*, & derivare a *ſpange* fibula.

SPINNE, aranea, *ſpinne-webe* tela aranææ, rete ſubtiliſſimum quo muſcas captat aranea. Gloſſ. Pez. caſſes *ſpinnuſuueppi*. Belgis aranea dicitur *ſpinne-kop* quaſi caput filans. Refer ad *ſpinnen*.

SPINNEN, fila ducere. Gothis, Angloſaxonibus; & Francis *ſpinnan*, Matth. VI. 28. TATIANUS Cap. XXXVIII. 4. de liliis agri: *ni arbeitent, noh ni ſpinnent*, non laborant, neque nent. Si lanificium Germanis domi natum inventumque eſſet, deducerem a *ſpannen* trahere, quia filum e colo trahitur, vel a *ſpannen* extendere, quia filum a nentibus in longitudinem extenditur: Sed cum veroſimillus ſit; rem aliunde ad majores noſtros veniſſe, idem de nomine judico. Græcis πηνίζειν eſt e colo ducere, & πηνίον fuſus. Quæ videntur a Germanis ſibilo aucta, ut fert conjectura PEISKERI. Cur autem Græcis πηνίζειν? An quia PAN quidam inventi author perhibetur, quod alias tribuitur *Minervæ* aut *Mercurio*, inquirant quibus otium. Alii malunt vocem noſtram deflectere a σπᾶν trahere, vel σπίζειν extendere. Sed hic ſenſus commodius ex vernacula petitur.

SPINT, arca. Vide *ſpünden*.

SPINTISIEREN, meditari, animo volvere. A Lat. *penſitare*, per proſthеſin & metathеſin.

SPION, explorator. Vide *ſpæhen* ſpeculari.

SPISS, *ſpieſs*, proprie eſt *ferrum mucronatum*, a *ſpaden* fodere, & non a σπίζειν extendere, etiamſi uſu volente longis tantum ferris, ut ſunt obeli, & per ſynecdochen partis longis tantum lignis cuſpide munitis tribuatur. Nam in his inſtrumentis non conſideratur longitudo, ſed uſus & potentia transfigendi, quæ certe eſt a radice *ſpaden* fodere, fodicare, transfigere. Fodere autem dicuntur nonſolum inſtrumenta ruſtica, ſed etiam obeli & arma. Ex dictis patet, (1) quod *ſpiſs* & *ſpieſs* in Dialectis male diſtinguantur, (2) quod tantum ſignificent quantum poſſunt, veru, obelum, lanceam, haſtam &c.

SPISS, *ſpieſs*, veru, obelus, *ſpiſslein* parvus obelus, *bratſpiſs*, *bratſpieſs* veru aſſatorium. Idem Angloſax. *ſpitu*, Anglis & Belgis *ſpit*, Suecis *ſpet* & *ſtekeſpett*, Islandis *ſpet*, Ital. *ſpiedo*. VEREL. in Ind. *ſpet* veru. FERRARIUS vocem Italicam ducit a Germanica, Germanicam a Lat. *ſpiculum*, præter neceſſitatem.

SPISS, *ſpieſs*, haſta, lancea, venabulum. Francis *ſpiet*, Belg. *ſpies*, Suec. *ſpeſſe*, *ſpiut*, Island. *ſpiot*, Ital. *ſpiedo*. Gloſſ. Lipſ. *ſpietis* haſtæ. VEREL. in Ind. *ſpiot* bipennis, lancea, *ſpiotalaug* certamen in quo punctim res geritur.

SPISS, *ſpieſs*, vexillum. Dicitur de vexillo per ſynecdochen partis, quia eſt *haſta pura*, h. e. cuſpidis expers, a qua ſignum militare dependet. Hinc commilito, ſeu qui ſub eodem vexillo militat, Germanis vocatur *ſpieſs-geſell*, Belgis *ſpitsbroeder*. Et huc etiam ſpectare videtur *ſpiſsrute* virga qua milites ejusdem vexilli caſtigantur, niſi malis referre ad *ſpiſſen* pungere.

SPISSEN, *ſpieſſen*, transfigere veru, haſta, ſpiculo. Belg. *ſpeten*. Utitur Luth. I. Sam. XVIII. 11. XX. 33. Dicitur etiam de ſtipite, qui per medium hominem adigitur, quia obelo ſimilis eſt.

SPISSEN, pungere, compungere. A *ſpize* cuſpis. Occurrit in compoſito *ſpiſsrute* ſtimulus, virga qua equum inſtigamus.

SPITAL, ab *hoſpitale*.

SPIZ, acutus, acuminatus. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. p. 124. *ſpizziſtechun* fudes. Proprie fudes acuminatæ. A *ſpizen* acuminare, quod eſt a *ſpize* cuſpis. Dicitur allegorice de ingenio acuto, ſed callido, maligno, & ad decipiendum nato. Inde *ſpiz-kopf* caput aſtutum, *ſpizbube* fur vafer, furti artifex.

SPIZE,

SPIZE, cuſpis, mucro, aculeus. A *picken* pungere, punctim ferire. Sibilus ſæpe præfigitur, ubi non neceſſarius, & K. ſæpe mutatur in Z. Allegorice dicitur (1) de ſummitate cujuscunque rei, montis, ædificii, arboris &c. Gloſſ. Boxh. *ſpiz* cacumen. Gloſſa antiqua apud JUNIUM loc. cit. *ſpizzi perges* juga montis. (2) de textilibus, quorum extrema cuſpides referunt. Inde *ſpizen* pactagia denticulata. (3) de ſubtilitate in verbis & ratiociniis, ſed vana, ſophiſtica, & mordaci. Inde *ſpizfindig* ſophiſticus, *ſpizfindige reden* ſophiſmata, argutiæ, & genus dicendi aculeatum. A *ſpize* porro eſt *ſpizig* acutus, aculeatus, & dicitur proprie de rebus, quæ cuſpidem habent.

SPIZE, quicquid in cuſpidem deſinit, aut punctim ferit. Gloſſ. Pez. veru *ſpize*, cornibus *ſpizun*, obelis *ſpizun*. VEREL. in Ind. *ſpita* acus lignea. Ad eandem claſſem referri poſſunt ex Latinis *ſpica* & *ſpiculum*.

SPIZEN, acuminare. Verbum a ſubſtantivo factum, cum quo ſono & ſignificatu convenit Lat. *ſpicare*, quo utitur VIRGIL. Georg. 1. *ferroque faces inſpicat acuto*.

SPLEISSEN, findere. Belg. *ſplyten* & frequentative *ſpliſſen*, Angl. *to ſplit*. Idem quod *ſpalten*. Varietas in verbo eſt ab elemento L. quod natura ſua mobile. Græcis σκαλύπτομαι eſt laceror, cognato ſignificatu.

SPLITTER, feſtuca. Suecis *ſpyldra*, Anglis & Belg. *ſplinter* per epentheſin. VEREL. in Ind. *ſplits* dilaceratum. Refet ad verbum antecedens. Quid enim eſt feſtuca, niſi tenuis aculeus ex ligno fiſſo? Latinis quoque *fis* in fiſtuca *fiſſum* quid denotare videtur. Præcipuum compoſitum eſt *ſplitter-richter* cenſor iniquus, cujus interpretatio pendet a parabola Chriſti, Matth. VII. Luc. VI. In vetuſtioribus Dialectis alia occurrunt vocabula, & ſemper diverſa. Sic feſtuca Gothis dicitur *gramſta* Luc. VI. 42. Angloſaxonibus *egle* ibid. Francis *fes* in Harm. Evang. Tatiani Cap. XXXIX. 6. Interpretationem vocis Saxonicæ habes in *ecke* cuſpis, Francicæ in *feslein*. De Gothica nondum liquet. Cæterum & hoc obſervandum, quod ſingula ſubſtantiva rurſus abeant in verba. Sic a *ſplitter* fit *zerſplittern*, a *ſplinter ſplintern*, a *ſpilter ſpiltern*, in fruſta confringere.

SPOCKEN, ſpuere. Belg. *ſpuigen*, & inde *ſpog* & *ſpeekſel* ſputum & ſaliva. Vide *ſpeyen*.

SPÖK, *ſpuk*, ſpectrum. Belg. *ſpook*, *ſpookſel*, Suec. *ſpöke*, *ſpökelſe*. Duo ſignificare poteſt valde diverſa, ſpeciem veram a Dæmone quodam objectam, aut ſpeciem falſam a phantaſia ex metu vel aliunde conceptam. Priori ſignificationi originem dare potuit verbum antiquiſſimum *ſpæhen* (*ſpechen*) videre, oculis percipere. Et hactenus ſpectrum erit viſum nocturnum, & ſpectaculum verum. Poſteriori verbum Angloſax. *pecan* decipere, a quo præpoſito ſibilo facile fit *ſpok* deceptio. BENSON. in Voc. AS. *pecan* decipere, *peca* deceptor, *bepecan* fallere, *bepeht* illuſus. Hoc ultimum occurrit in Verſione Angloſax. Matth. II. 16. & dicitur de Herode a Magis illuſo. Cuncta fortaſſe a Græc. παίζω illudo. Nam Z. eſt litera convertibilis in D. & K. Cum priori ſignificatu convenit, quod Latinis quoque *ſpectrum* verum viſum innuere videtur, & quod ſpectrum Angloſaxonibus vocatur *ſcinlac*, h. e. apparitio Matth. XIV. 26. *unfele gaſt*, h. e. malus ſpiritus Marc. VI. 49. Belgis *ſchim*, quaſi ſplendor obſcurus. Cum poſteriori, quod ſpectrum Scriptoribus N. T. in locis proxime citatis vocatur φάντασμα (a quo Gallis *fantome*) quaſi ſpecies imaginaria, Suecis *inbillning* eodem ſenſu, Francis *gidrog* i. e. fallacia. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VIII. 47.

Firnamun in giuuari
The'iz ein gidrog uuari.

Vertit SCHILTERUS:

Putabant certe
Quod ſpectrum eſſet.

Ut plane neſcias, quid tandem perſuaſum fuerit inventoribus vocabuli, numenne aliquod eſſe, & proprium formam habere ſpectra, an vanam & inanem a timore nocturno accipere? Similis obſcuritas deprehenditur in voce *geſpenſt*.

SPOKEN, *ſpuken*, dicitur active de ſpectris, quæ apparent vel tumultuantur, paſſive de locis quæ ſpectris infeſtantur.

SPOND, aſſer, aſſula. Angloſax. *ſpon*. Ergo idem quod *ſpan* ſegmentum ligni. N. ſæpe attrahit D. ut oſtendi in *Proleg.* Sect. III. Hic ſignificatus, quamvis extinctus, viget in derivato *ſpünden* tabulare, coaſſare, aſſeribus compingere.

SPONDE, pars lignea lecti. Utitur Luth. Amos III. 12. Vera vox, quæ totum explet ſenſum, eſt *beddſponde*, unde aphæreſis fecit *ſponde*. An a Lat. *ſponda*? At qua ſententia vel idea ſubjecta? Nulla ſane, quia nec Græcæ nec Latinæ linguæ accommodari poteſt, ſed barbaricæ tantum. Nobis enim ſignificare poteſt id, quod revera eſt, nempe opus coaſſatum, ſi derivetur, ut par eſt, a *ſpünden* coaſſare.

SPORN, calcar. Angloſax. & Suecis *ſpora*, Belg. *ſpoor*, Angl. *ſpur*, Island. *ſpori*, Ital. *ſperone*, Gall. *eſperon*, Camb. *barrog* & *yſpardon*. MENAGIUS vocem Gallicam ab Italica, & hanc a Germanica petit: ſyncerior FERRARIO, qui ſuam & noſtram a *ſpola*, textorio inſtrumento effingit. Quamvis etiam a *ſphærula*, quæ extremitati calcaris addi ſolet, haud inepte deduci poſſe putet. Alii tectius & verius rationem nominis deſumunt ab acicula, quæ Græcis πείρων dicitur, a πείρω pungere. Præpone S. & habebis *ſporn*. Hoc volunt auctores MENAGIO laudati. Et tale eſt calcar, quo Gallus gallinaceus a natura munitur, quodque vulgo

vulgo *banenſporn* vocamus. Sibilum præfigere vocabulis Græcis, quid magis ſolemne in ore Germanico?

SPORNEN, ſtimulare, incitare. Angloſax. *ſpornan*, Angl. *to ſpur*. Ab antecedenti.

SPORNEN, calcitrare, calce ferire. Gloſſ. Pez. calcitrabant *ſpornoton*. Idem Angloſax. *ſpornan*, Anglis *to ſpurn*. Hoc certe alterius naturæ eſt, & originem refert ad Græc. σφυρὸν malleolus pedis.

SPORTELN, munuſcula. A Lat. *ſportula*.

SPOTTEN, illudere, irridere, *ſpott* illuſio, irriſio, *ſpöttiſch*, *ſpöttlich* illuſorius & illuſorie. NOTKERUS Pſal. II. 4. *ter in himile buet ter ſpottot iro unde naſeſnudet an ſio*, qui habitat in cœlis irridebit eos & ſubſannabit eos. Ex σκώπτω cavillari, inquit HELVIGIUS. Dubito. Nam *ſpotta* Suecis eſt ſpuere. Sputum autem eſt excrementum, & ſymbolum contemptus ac contumeliæ. Et qui irridetur, ſimilis eſt ei, qui ſputo conſpergitur. Neceſſe igitur eſt, ut idem verbum a ſpuendo ad irridendum translatum ſit. De verbo Suecico vide plura in *ſpeyen*.

SPRACH, ſermo, loquela. Angloſax. *ſpæce*, *ſpræce*, Francis & Alam. *ſprahha*, Belg *ſpraak*, Angl. *ſpeech*. Gloſſ. Keron. eloquium *ſprahha*. Verbale a *ſprechen*.

SPRECHEN, dicere, fari, loqui. Angloſax. *ſpæcan*, *ſprecan*, Francis & Alam. *ſprehhan*, Belg. *ſpreeken*, Angl. *to ſpeak*. Gloſſ. Keron. loqui *ſprehhan*, loquitur *ſprihhit*. TATIANUS Cap. CLXVII. 2. *thuruh thaz uuort thaz ih zu ſprah*, propter ſermonem quem vobis locutus ſum. Cum ab antiquo duplex fuerit verbi forma, una cum canina in medio, altera absque illa, inquirendum ante omnia, quænam fuerit primigenia? Nam hoc ignorato vix aliquid tuto de ortu ejus affirmari poteſt. Plerique eam, qua hodie utimur, formam, altera antiquiorem cenſent. Et ſignum antiquitatis eſt, quod *ſpræcan* habet etymologiam, *ſpecan* vero nullam, niſi eam, quæ a ſyncope deſumitur. CLAUBERGIUS, qui Linguam Germanicam putavit ex ſe natam, & nullo peregrino contagio infectam, *ſprechen* deduxit a *brechen* rumpere, quod loqui ſit erumpere in verba, Græcis quoque dicentibus ῥῆξαι φωνὴν rumpere vocem, & Latinis *ora ſolvere*. Sane qui loquuntur, nonſolum ſilentium rumpunt, ſed etiam vocem, quæ, dum palatum tranſit, varias fracturas obit, pro ratione literarum, e quibus componitur. Et hactenus loqui eſt rumpere. Vide plura in *brechen*, quatenus de voce humana dicitur, & confer verba analoga *ruffen* clamare, *ſagen* dicere, *reden* loqui.

SPREIDEL, lignum fiſſum, Dial. Suev. A *ſpleiſſen* findere, mutato L. in R quod fieri ſolet ſæpiſſime.

SPREISSEL, aſſula, ſchidium. Minuſculum antecedentis.

SPREISSEL, virgultum. Diminutiv. a *ſproſs*.

SPREISSEN, fulcire, *ſproſs* fulcrum. Gloſſ. Boxh. *arſprinzit* fulta. Gloſſ. Pez. fulcietur *giſprinzit*, fulcra *ſprinza*. Gloſſ. Keron. gradus *ſtiagilſprozzo*. Id eſt, gradus ſcalæ. Quales Belgis vocantur *ladder-ſporten*, Suevis *leiterſproſſen*. Græca ὑπερείδω fulcio, & ὑπέρεισμα fulcimentum, noſtris adeo ſimilia ſunt, ut hæc ex illis manaſſe, ſpiritu aſpero in ſibilum mutato, & reliquis in compendium redactis, valde probabile ſit.

SPREISSEN, niti, reſiſtere cum niſu, *ſich gegen an ſpreiſſen* obniti, contra niti, *ſpreisſigkeit* vis elaſtica. Senſus a fulciendo ad nitendum translatus, quoniam obnixi ſimiles ſunt eorum, qui aliquid ſuſtinent.

SPREITEN, expandere, extendere. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſprædan*, *ſpredan* extendere. NOTKERUS Pſal. XLIII. 21. *obe uuir geſpreiten unſere hende ze fremidemo Gote*, ſi expandimus manus noſtras ad alienum Deum. Haud dubie a ſimpliciori *breiten*, præpoſito ſibilo, quem vehementiæ cauſa additum cenſet CLAUBERGIUS in Arte Etymol. Teut. pag. 236.

SPRENGEL, diſtrictus, præcipue eccleſiaſticus. A *parochia* vel *parochiale*, præpoſito S. & inſerto N. Eodem artificio factum eſt *ſprenkel*, quamvis ex alio fonte.

SPRENGEN, pulvere pyrio evertere. Verbum faceſſens a *ſpringen* ſaltare, ſaltum facere. Nam qui muros aut petras hoc pacto diſſolvunt, faciunt ut ſaliant.

SPRENGEN, ſpargere. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſprengan* ſpargere, *beſprengan* conſpergere, *on-ſpringan* inſpergere. Gloſſ. Keron. conſpergatur *ſi keſprengit*. Gloſſ. Pez. perfundi *piſprenget uuerden*. Videtur cognatum cum Lat. *ſpargere*. Utrumque eſt paſſim jacere, & proprie dicitur de humido, allegorice vero de ſermone per ora hominum ſparſo. Inde *auſſprengen* divulgare, in vulgus ſpargere.

SPRENKEN, minutatim ſpargere. Angloſax. *ſprencan* apud BENSON. Anglis *ſprinkle*. Frequentativum verbi præcedentis.

SPRENKEN, maculare, maculis variegare. Dictio ſynecdochica, qua genus ponitur pro ſpecie, ſpargere pro maculam adſpergere. Inde *ſprenkel* macula, *ſprenklich* maculoſus, *anſprung* aſpergo, macula in vultu.

SPRENKEL, tendicula. Quamvis tendicula, qua turdi capiuntur, ſit ſurculus coryli, non puto tamen eam ſic appellari ab Anglico *ſprig*, ramulus, ſurculus, nec a *ſpringen*, etiamſi reſiliat. Obſtat enim, quod Angloſaxonibus *ſprincl* eſt piſcella, aliud genus tendiculæ, quo piſces capiuntur, quod nec reſilit, nec ex uno, ſed pluribus virgultis conſtat. Alia igitur etymologia opus eſt, quæ utriusque vocis ſenſum & communes inſidias declaret. Vide ergo, annon *ſprenkel* proprie ſit *decipula*, a Græc. πλέγω fallere, decipere, præpoſito S. & inſerto N. Iisdem mutationibus ex alia dictione Græca producitur *ſprengel*, ut oſtenſum ſupra.

SPREU, palea. Vox Francica & Alamannica. ISIDORUS Cap. IX. 4. *Oxſſo endi leo ezſſant ſamant ſpriu*, bos & leo una comedent paleas. TATIANUS Cap. XIII. 24. *thiu ſpriu bibrennit in fiure*, paleas comburet in igne. MARTINIUS duxit a *ſeparo*. Cur non a *ſpargo?* HELVIGIUS a σπείρω. Sed hoc eſt ſeminantis, non ventilantis. Et ſi Græca origine opus ſit, malim a πρεύω projicio, abjicio, præpoſito ſibilo. Saxonicam dictionem vide in *kaff*.

SPRIESSEN, ſalire, ſurſum moveri, proſilire. VEREL. in Ind. *ſprotta* exilire. Rhythmus de S. Annone §. 47.

Daz ouge ceſive
Spreiz uz imi verre.

Vertit SCHILTERUS:

Oculus dexter
Saliebat ex ipſo procul.

Significatus pridem deſitus, ſed primus & princeps, & veriſimiliter ex πρὸ & ἄισσω, a quibus conjunctis fit proſilire, præpoſito ſibilo compoſitus, ut alia multa, in quibus Græcam linguam imitamur. Quod, etiamſi Sæculo noſtro minus gratum auditu ſit, verum tamen eſt, & innumeris exemplis comprobatum. Gothis *ſpraito* eſt cito, in Codice Argenteo paſſim, neſcio an aliqua affinitate. Nam cito dicitur fieri, non quod in ſublime movetur, ſed quod ſubito & celeriter.

SPRIESSEN, gemmare, germinare, fruticari. Angloſax. *ſprutan, ſprytan, ſpryttan*, apud BENSON. Belg. *ſpruiten*, Angl. *to ſprout*, Island. *ſprotta*, Hiſp. *brotar*. Id eſt, proſilire. Quamvis enim natura non faciat ſaltum, & lente procedat in productionibus ſuis, *ſalire* tamen dicuntur gemmæ & germina, quatenus ad ſuperna tendunt, nonſolum Latinis, ſed etiam noſtris, qui hoc dicendi genere ab impetu deſumto, mire delectantur in regno vegetabili. Hinc ea, quæ a natura e terra vel ligno protruduntur, dicuntur nobis *ſchieſſen* jactari, emitti, & quæ altius creſcunt, *reiſen* ſurgere. Inde *ſchoſs, reis, ried*, germen, ſurculus, arundo, quæ vide. Præcipuum derivatum eſt *ſproſs*.

SPRIESSEN, oriri, naſci, pronaſci, *entſproſſen* ortus, natus, prognatus. Quamvis πρὸς, quatenus ſignificat *ab*, ſæpe ſit nota originis apud Græcos, & inde formari potuerit *ſproſſen, ſprieſſen*, præpoſito ſibilo; Veriſimilius tamen eſt, oriri nihil aliud eſſe quam ſurſum moveri, aut ſaliendo provenire, ducta a plantis metaphora. Nam hac figura in aliis quoque vocabulis, procreationi ſobolis dicatis, delectamur. Vide *pflanzen* plantare.

SPRIESSLICH. Vide *erſprieſſen*.

SPRINGEN, ſalire, ſaltare, ſurſum moveri. Gloſſ. Pez. aſcendebat *ſpranc*. WILLERAMUS Cap. II. 8. *er uberſpringet die buhela*, tranſilit colles. Origo verbi varie exponitur. HELVIGIUS deflexit a σπίεχω, σπίρχω urgere, feſtinare, & quaſi ſaltu propellere ſe: MARTINIUS vero duas dictiones Latinas in unam contraxit, quod ſalire ſit quaſi ad *ſuperna agi*. Sed his fidiculis minime opus habemus. Nam Celtica Lingua *brig* & *brigyn* ſignificat ſummitatem, faſtigium, cacumen, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Hinc ſcil. fieri poterat *ſpringen* ad ſuperna agi, in ſublime ferri, per proſtheſin & epentheſin, figuras admodum uſitatas, & in una voce ſæpe concurrentes. Quemadmodum autem Latinis *ſalire* de coitu animalium dicitur, ita etiam nobis *ſpringen*. Inde *ſpringer* admiſſarius, *beſpringen* inire. Hic ſignificatus eſt a metonymia antecedentis pro conſequente, quia bos & equus ante aſcendit quam ineat.

SPRINGEN, per ſynecdochen generis ſignificat quantum poteſt, *germinare, ſcaturire, oriri*. Qua in re ſimile eſt verbo præcedenti *ſprieſſen*, quod hic conferendum.

SPRINGEN, germinare, fruticari. SOMNER. in Dict. Augloſax. *ſpryngan* pullulare, germinare, vernare. Hinc ver Anglis eleganter dicitur *ſpring*, quia tunc temporis omnia vernant. Nec aliunde Cambris *brig* ramus, Anglis *ſprig* ſurculus, quam a motu vegetativo, quo creſcentia in altum tolluntur.

SPRINGEN, ſcaturire, promanare, *ſpringbrunn* fons aquæ ſalientis. SOMNER. loc. cit. *ſpryngan* ſcatere, ſcaturire, *ſpring* fons, origo, ſcaturigo, ſcatebra. ISIDORUS Cap. VI. *lantſcaft dhar honec endi miluh ſpringant*, terra ubi lac & mel ſcaturiunt.

SPRINGEN, oriri, provenire, *entſprungen* ortus, natus, prognatus. SOMNER. loc. cit. *ſpryngan* oriri, enaſci, *aſprungen* ortus, natus, enatus.

SPRINKEL, locuſta. Gloſſ. Lipſ. *ſprinco* locuſta. Belgæ utuntur compoſito *ſpringkhaan*. Omnino a *ſpringen* ſaltare. Nam ob eandem cauſam vocatur etiam *heuwſchreck*, ut oſtendi in loco. Vocem Angloſaxonicam idem ſignificantem vide in *ſtapfen* ſaltare. Latinis quoque *locuſta* ſaltatricem deſignare poterit, ſi derivetur a *leken* ſaltare.

SPRINZEN, irrorare, leviter conſpergere. Formari potuit, vel a *ſprenken* minutatim ſpargere, mutato K. in Z. vel a *ſpritzen* ſpargere humidum, inſerto N.

SPRITZE, ſiphon. Suecis *ſprutta*, Belgis *ſpuit*, expulſo R. A *ſpritzen* protrudere humidum.

SPRITZEN, ſpuere, exſpuere. Belgis *ſpritſen* dicitur de ſputo & ſaliva quæ ejicitur. Opinor a *ſpützen* ejusdem ſignificatus, inſerto R.

SPRITZEN, ſpargere humidum, *beſpritzen* conſpergere. Italis *ſpruzzare* & *ſprizzare*. Quod judice FERRARIO eſt a *ſpargitare*. Undecunque ſit, non certe idem eſt quod ſpuere. Aliud enim eſt ejicere, aliud paſſim

ſim jacere. Illud eſt ſpuentis, hoc ſpargentis.

SPRITZEN, protrudere humidum. Diſſert ab antecedenti. Nam qui ſpargit, paſſim jacit, qui vero protrudit, cum radio emittit. Hinc vel idem eſt quod proflare, a Græc. πρῆσαι flare, ſpitare; vel idem quod ejaculare, a Lat. *projicere*, præpoſito S. vel denique idem quod facere ut ſaliat, a *ſpritzen* ſalire.

SPRITZEN, ſalire, proſilire, *das waſſer ſpritzet aus der rören*, aqua ſalit ex ſiphunculo. Hoc verbum in nulla re differt a *ſprieſſen*, niſi quod durius effertur, & de humido tantum uſurpatur.

SPRÖD, *ſpröd*, aſper, ſcaber, *ſpröde haut* ſcabra cutis. Contractum e Græc. ψωρώδης ejusd. ſignif. De mutatione PS. in SP. vide *Prolegom.* Sect. IV. in *anaſtrophe*.

SPROSS, gradus ſcalæ. Vide *ſpreiſſen* fulcire.

SPROSS, ſurculus, germen. Gloſſ. Ælf. in nom. arb. ſurculus vel virgultum *ſprauta*. Idem Anglis *ſprout*, Belg. *ſpruit*, Gall. *brout*, Hiſpan. *broton*. Cuncta a *ſprieſſen* germinare.

SPRUCH, ſententia, *ſprüchwoort* proverbium, dictum ſententioſum, vel ſententia paſſim dicta, a *ſprechen* dicere.

SPRUNG, ſaltus. WILLERAMUS Cap. II. 8. *min uuine uerit al in ſprungen an den bergon*, amicus meus venit ſaliens in montibus. Refer ad *ſpringen* ſalire.

SPUDEN, feſtinare, *ſpudig* feſtinus & feſtinanter. NOTKERUS Pſal. CXLVII. 4. *ſin evangelium louſet ſpuotigo*, ſermo ejus currit velociter. MARTINIUS in voce *feſtinus*: Eſt nobis *ſpuden*, Belg. *ſpoeden*, Angl. *ſpeede*, accelerare, progredi, ipſum σπεύδω: ex quo ſi πεύσδω per transpoſitionem faciamus, ſane admodum propinquum eſt τῷ *feſtinus*.

SPUK, ſpectrum. Vide *ſpok*.

SPULE, arundo textoria. A *bolen* vertere, auſpicio ſibili, quaſi volvula. Eſt enim verſatilis, & vertitur aſſiduo dum lana deducitur. Et ab hac parte ipſe radius textoris Islandis & Italis vocatur *ſpola*, per ſynecdochen. VEREL. in Ind. *ſpola* radius trama involutus ſtamini inferenda, vel inſtrumentum textorium, quo trama ſtamini inſeritur. FERRARIUS exiſtimat, Italos ab *aſpo* (alabrum) feciſſe *aſpula*, & deinde *ſpola*. Quamvis etiam a *ſpiculum* formari potuiſſe putet, quod ſpola ſit radius acutus, ut OVIDIUS, *radio ſubtegmen acuto*. Sed hanc opinationem ipſe deſtruit dicendo: *Quanquam radius proprie, qui ſpolam continet*. Ergo non ipſa ſpola.

SPULEN, *ſpülen*, abluere, eluere. Belg. *ſpoelen*. Græcis σπῖλος eſt labes, macula, inquinamentum, & inde σπιλόω maculare, contaminare. *Spul* etiamnum ſordes ſignificat in compoſito *ſpulwurm* lumbricus, quem a ſordibus inteſtinorum, in quibus naſcitur & degit, ſic dictum eſſe, ſatis perſpicuum eſt. Hinc concipi non poteſt, quo pacto *ſpülen* poſſit a ſordibus ſignificatum purgandi recipere, cum potius contrarium ſignificet, ut Græcis σπιλόω. Hoc etiam arguere videntur compoſita, *abſpülen* abluere, *auſſpülen* eluere, quæ certe ſimilia ſunt Latinis, a *luere* vel maculare factis. Et tale quoque eſt *irſpuolen*, quo utitur NOTKERUS Pſal. XCV. 6. *ſo du dih irſpuoleſt, ſo biſt du ſcone fore imo*, ſi te ablueris, pulcher eris coram eo. Hinc ſuſpicor, *ſpülen* factum eſſe ex aliquo compoſitorum per mutilationem capitis, quam aphæreſin vocant, auctoribus lixis, aliisque infimæ ſortis hominibus. Aut ſi hoc minus veroſimile videatur, neceſſe eſt ut dicamus, quod ſit verbum remotivum a σπῖλος ſordes, quia actio purgantis eſt paſſio purgati. Ita *ſchleimen* apud Lipſienſes eſt limum tollere, & dicitur de foſſis, quæ a limo purgantur.

SPUND, *ſpunt*, obturamentum dolii. A σφηνόω cuneo obturo, & non a *ſpünden*. Nam *ſpünden* eſt aſſerculis claudere, non cuneis.

SPUNDEN, *ſpünden*, aſſeres compingere, contabulare, coaſſare, a *ſpond* aſſer, tabula ſecta. Utitur Luth. 1. Reg. VI. 9. 15. 20. Dicitur de opere ſcriniario & victorio, non ſolum per ſe, ſed etiam in derivatis. Inde *ſpünt* arca, ſcrinium ex tabulis ligneis compactum, *ſponde* opus coaſſatum, *beddſponde* latera lecti, *ſpundbrett* tabula doliaris.

SPUR, veſtigium. Omnes Antiqui habent *ſpor*, Saxones, Franci, Alamanni, & ex recentioribus Belgæ & omnes Septemtrionales. VEREL. in Ind. *ſpor* veſtigia. Gloſſ. Keron. veſtigiis *ſporum*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 24. *ſpor thero fuazo*, veſtigia pedum ejus. JUNIUS in Obſervatis ad Will. pag. 30. deduxit a σφυρὸν malleolus pedis, quod etiam pro toto pede ponitur. Si Græca origine opus ſit, malim a περάω tranſire, quoniam veſtigium eſt ſignum pedis a tranſeunte homine vel fera relictum; Vel, quod longe elegantius, a Laconico πὴρ pes, præpoſito ſibilo. Nam veſtigium poteſt dici *pes* per metonymiam ſignati, & unum pro altero poni, nihil habet inſolentiæ. NOTKERUS Pſal. XVI. 5. *folletuo mine genge in dinen uuegen, daz miniu ſpor, daz chit mine fuozze, dar aba ne uuenchen*, perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ne veſtigia mea, hoc eſt, pedes mei, ab illis declinent. Plures voces, Laconicis ſimiles, aut ab illis oriundas, in hoc Opere inveniet, qui quærere voluerit. Et de conformitate Laconum & Celtarum in moribus & Lingua, quædam lectu haud injucunda reliquit doctiſſimus Abbas PEZRONIUS in Antiq. Celt. pag. 155. ſeq. Allegorice dicitur de *indicio* & quovis noſcendi ſigno.

SPUREN, *ſpüren*, cujuscunque ſit ſignificatus, non eſt a Lat. *ſapere*, ut voluit MARTINIUS in voce *ſagax*, ſed a ſubſtantivo *ſpur*.

SPUREN, *ſpüren*, quatenus derivatur a *ſpur* veſtigium, ſignificat veſtigare, veſtigia

pedum quærere, ſectari, perſequi, & dicitur proprie de canibus ſagacibus. Inde *ſpürhund* canis veſtigator, qui odoratu veſtigia feræ quærit, nec inventa ante dimittit, quam cubile invenerit. In Lege Bojorum Tit. XIX. 3. vocatur *ſpurihunt*. Allegorice uſurpatur de quovis ſcrutinio. Angloſaxones utroque ſenſu dicunt *ſpyrian*, Franci *ſpuren*. SOMNER. in Dict. AS. *ſpyrian*, veſtigare, inveſtigare, indagare, exquirere, ſcrutari, explorare. Gloſſ. Pez. circuire *urſpurien*. Gloſſ. Lipſ. *geſpuredos* inveſtigaſti. Gloſſ Boxh. *unarſpurilibban* inveſtigabilem.

SPUREN, *ſpüren*, quatenus derivatur a *ſpur* indicium, ſignificat indicio cognoſcere. Inde formulæ, *man ſpüret hieraus*, *man hat noch nichts verſpüret*, ſimilesque in vulgus notæ.

SPUTZEN, *ſpützen*, ſpuere. Forma verbi antiquiſſima, de qua pluribus actum in *ſpeyen*. Utitur Luth. Joh. IX. 6.

STAAT. Vide *ſtat*.

STAB, baculus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtaf*, *ſtæf* baculus, ſcipio, fuſtis, pedum, virga, *ſtæfsweord* ſica, dolon. Gloſſ. Pez. pedum *ſtap*, ſcorpionibus (lege ſcipionibus) *mit affolirinen ſtapon*. Id eſt, cum ſcipionibus ex arbore pomi. VEREL. in Ind. *ſtaf* ſcipio, *ſtafkarlar* mendici. Formari potuit vel a *batt* fuſtis, per anaſtrophen, quod eſt a *batten* cædere, quia baculo verberamus: Vel a *ſtappen* (*ſtapfen*) ire, gradire, quia cum baculo tanquam tertio pede incedimus. Plures origines facile inveniet, qui ſcrutari voluerit.

STAB, liters. Verſio Angloſax. Luc. XVI. 17. *eathre ys thæt heofen and eorthe gewiton, thonne an ſtæf of thære æ fealle*, facilius eſt cœlum & terram præterire, quam unam literam de lege cadere. VEREL. in Ind. *ſtaf* litera. Hodie utimur compoſito *buchſtab*, quod eſt quaſi baculus librarius. Nam vocem a baculo ad literam translatam eſſe patet. Ratio, cur literam priſcis baculum nominare placuit, haud dubie hæc eſt, quod omnes literæ Alphabeti Runici a prima & elementari litera I. quæ manifeſta ſimilitudine ſcipionem erectum repræſentat, per ſimiles baculos vel annexos vel transverſos, partim obliquos, partim incurvos oriantur. Quam obſervationem debemus OLAO WORMIO, viro de Literatura Septemtrionali meritiſſimo. Idem obſervare licet in literis majuſculis Græcorum & Latinorum. Primus Literarum in Germania ſtator fuit WODANUS, quem & ODINUM vocant, de quo plane dici poteſt, quod de EVANDRO dixit LIVIUS: *mirabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines*. Is Saxonicæ Genti Alphabetum Runicum primus intulit. Et ab his, Saxonibus inquam, res & nomen rei ad reliquos Germanos pervenit. Nam *Runas* ab antiquo fuiſſe in Germania, & multis ſæculis ante, quam Chriſtiani rerum potirentur, ſed ab oriente Chriſtianiſſimo poſtea una cum idololatrico cultu, cujus præcepta continebant, & magicas artes fovebant, oppreſſas & deletas, ex uſu & praxi veteris Eccleſiæ tam manifeſtum eſt, ut mirum ſit, quosdam haud infimæ doctrinæ Viros inventum Runarum Monachis auctoribus tribuere velle, hoſtibus Runarum infenſiſſimis. Gothi neſciunt quid ſit *ſtaf*, quia ſcil. literas ſuas non a WODANO, ſed ab ULPHILA Epiſcopo ſuo acceperunt, teſtibus *Socrate*, *Sozomeno* & *Philoſtorgio*. Hodie, uti dixi, non amplius utimur ſimplici *ſtab*, ſed compoſito *buchſtab*, & inde derivamus *buchſtabieren* literas vocis colligere & ſyllabatim pronunciare.

STAB, literæ, ſcriptum e literis contextum, monumentum literarium. Verſio Angloſax. Joh. V. 47 *gif ge bú ſtafum ne gelyfath, hu gelyfe ge minum wordum*, ſi illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Inde Angloſax. *ſtæfen* literarius, *ſtæflice* literalis, *ſtæf-cræft* literarum ſtudium. Illud præterea obſervatione dignum, quod vetuſtas a *ſtab* fecit *ſtaben* legere. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *ſtafva*, *ſtawa* legere, *ſtafua eeden* prælegere vel præire alii juramentum. Inde Formulæ forenſes Sæculi XIII. & XIV. *geſtapter eyd* juramentum prælectum, *beſtabung* & *vorſtabung des eydes*, prælectio juramenti. Quæ certe ſignificationem ſuam non habent ab aliquo ritu tangendi baculum Judicis inter jurandum, ut exiſtimat SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 257. (de quo ritu me nihil legiſſe memini), ſed a *ſtaben* legere. Et hinc quoque pendet intellectus compoſiti Angloſaxonici *athſtæf* juramentum, apud SOMNER. & BENSON. Quod vim ſignificandi ſuam habet a metonymia antecedentis pro conſequente, qua *prælectio juramenti* pro ipſo *juramento* ponitur, quia jurans ſequitur verba præeuntem.

STAB, judicium, *regiments-ſtab* judicium militare. Vox a Gothis proſeminata. In Codice Argenteo occurrunt, *ſtojan* judicare Joh. VIII. 26. *raihtaba ſtauides* recte judicaſti Luc. VII. 43. *ſtaua* judex Matth. V. 25. *ſtaua* judicium Joh. VIII. 16. *ſkula ſtauai* reus judicio Matth. V. 21. *ſtauaſtol* tribunal Matth. XXVII. 19. *andaſtaua* adverſarius cauſæ Matth. V. 25. *in daga ſtauos* in die judicii Luc. X. 14. Quæritur, unde ſit illud *ſtojan* judicare, a quo reliquis initium? Non certe ab aliquo manus geſtamine, ut STIERNHIELMIUS exiſtimaſſe videtur. Quamvis enim Judices pro tribunali ſedentes ex Conſtitutione Carolina Cap. LXXXII. baculum tanquam ſignum auctoritatis prætoriæ, manu geſtarent, ut Comes gladium; ille tamen ritus recentior eſt, quam ut antiquis vocabulis ſubſterni poſſit. Res igitur altius repetenda. Gothos, cum adhuc in Dacia Trajana & circa Pontum habitarent, multa a Græcis & Latinis vocabula adoptaſſe, in Diſſertatione *de Lingua Codicis Argentei* ſat luculenter oſtendi. Vide ergo, annon *ſtojan* ſit a Lat. *ſtatuere*? Nam hæc mutatio, qua

qua litera T. in medio vocis eliditur, & in locum ejus jota ſurrogatur, Gothico idiomati valde familiaris eſt. Exempla vide in *Prolegom.* Sect. III. Quid autem eſt judicare, niſi ſtatuere, decernere, ordinare? Poſtea *ſtojan* pronunciari cœpit *ſtauan*, & denique *ſtavan*. Quod ideo obſervandum, quia mox inde prodierunt *ſtafan* & *ſtaban*, mutatis ſaltim labialibus. VEREL. in Ind. *ſtafa* conſtituere, judicare. Ex his manifeſtum eſſe reor, cur judicium nobis dicatur *ſtab*, & judicium militare *regiments-ſtab*.

STAB, judicatum. Ex eodem fonte, nempe a *ſtaben* judicare. Inde Francis *eidſtab* decretum, ſententia juris, ab *eid* jus, quod vide.

STAB, criminatio, accuſatio, *ſtaben* criminari, accuſare. Utrumque obſoletum. Gloſſæ veteres apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 319. *ſtvvota* querebatur, cauſabatur, *ſtaivota* increpuit. Gloſſ. Lipſ. *ſtawingon* increpatione. TATIANUS Cap. CXCIV. 1. *uuelhhhen vvngſtab bringet ir uuidar theſan man*, quam criminationem (accuſationem) profertis contra hunc virum? Quibus ſimilitudine accedunt Græca ϛοβὸς convicium, ϛοβάζειν conviciari. Et hinc ni fallor interpretationem accipit vox antiquo-Boica *ſtapfſaken*, quæ extat in Legibus popularibus TASSILONIS §. 7. *De eo quod Baioarii* STAPFSAKEN *dicunt, in verbis*, (in) *quibus ex vetuſta conſuetudine paganorum idololatriam reperimus*, (conſtituimus) *ut deinceps non aliter niſi ſic dicat, qui quæriſ debitum: Hæc mihi injuſte abſtuliſti, quæ reddere debes. Reas vero contra dicat: Non hoc abſtuli, nec componere debeo. Iterata voce requiſito debito dicat. Extendamus dextras noſtras ad juſtum judicium Dei. Et tunc manus dexteras uterque ad cælum extendat.* „Tranſiit vocem „hanc vir acutus (verba ſunt SPELMANNI „in Gloſſario Archaiologico,) & Germanici „idiomatis, dilectiſſimus mihi *Fredericus „Lindenbrogius*; quod me igitur monet, ut „mihi caveam in explicando. Opinaret „tamen, de lite dici, quæ ante idolorum ſta„tuas conteſtata fuit; nam Saxonice memi„ni me alicubi legiſſe *ſtaf* vel *ſef* pro ſtatua. „*Saca* autem & *ſac* cauſa eſt. Sic *ſtapfſaken* „(erit) cauſa ad idolum delata. Hæc ille. Sed qua Lingua *ſtaf* ſtatuam ſignificet, me quidem fugit. Contra ex dictis colligitur, quod criminationem ſignificare poſſit. Qualis omnino eſt ablatio rei alienæ, quæ viro honeſto imputatur. Hinc totum compoſitum nihil aliud deſignare videtur quam *cauſas criminoſas*, vel ſimile quid. SCHILTERUS exiſtimat, Baioarios ipſam formulam idololatricam in rei vindicatione, hoc nomine appellaſſe. Sed de ratione compoſitionis mentem non explicat.

STABEN, legere. Vide *ſtab* literæ.

STABEN, judicare. Vide *ſtab* judicium.

STABEN, accuſare. Vide *ſtab* accuſatio.

STACHEL, aculeus. Angloſaxonibus *ſticcel*, Belgis *ſteekel*. Græcis ϛαχυς eſt ſpica frumenti, quia aculeata. Refer ad *ſtechen* pungere. Dicitur allegorice in malam partem de facetiis acerbis, quæ ſunt linguæ maledicæ quaſi ſpicula, quia pungunt & fodicant eum quem feriunt.

STACHEL, ſtimulus, quo boves inſtigantur. Angloſaxonibus ut ſupra. Utitur Luth. Act. IX. 5. Dicitur allegorice in bonam partem de incitamentis ad virtutem, gloriam, & honeſtatem.

STADEL, horreum. Gloſſ. Pez. aream *chornſtadal*. Ita Franci & Alamanni. Reliqui variant in voce. Angloſaxonibus *ſtathol* eſt firmamentum & ſedes fixa, *ſtathol-feſt* ſtabilis, firmus, *ſtathol-wangas* ſtationes campeſtres, manſiones fixæ in campis, *ſtathelian* ſtabilire, *ſteda* locus. Gothis Ponticis *ſtada* eſt diverſorium, in Evangelio Ulphilano Luc. II. 7. Gothis Scanicis *ſtodil* ſtabulum. VEREL. in Indice: *ſtod*, *ſtodil* ſtabulum, ſeptum equorum. Hodie horreum eſt pars diverſorii & cujusque ſedis fixæ, ſicut ſtabulum pars horrei. At primis Germaniæ temporibus, cum annuæ adhuc eſſent ſingulorum manſiones, & caſæ ſtructura in unum diem conſtantes, ut diſerte STRABO, idem locus & hominum & pecudum & frugum erat receptaculum. Tunc ſcil. ſedes cujusque a Principe tributa vocari poterat *ſtadel* quaſi manſiuncula, a *ſtat* locus manendi, quod unus idemque locus

- - - ignemque laremque
Et pecus & dominos communi claderet umbra,

ptout JUVENALIS Sat. VI. de vetuſtiſſimo & Saturno Regi coævo mortalium habitandi more decinit. Quod tanto magis convenit Germanis, quoniam apud illos ex antiquiſſimo inſtituto nemini licebat *longius anno* (utor verbis CÆSARIS) *remanere uno in loco incolendi cauſa*. Vocem omnibus populis Celticis quondam communem fuiſſe, colligo ex uſu perenni Cambrorum, quibus *eiſteddva* & *eiſteddle* eſt ſedes, ſedile, in Lexico Antiquo-Britannico BOXHORNII. Poſtquam vero Germani priſtino Reip. ſtatu mutato (quod haud dubie bello quodam civili factum, quorſum Libri deperditi PLINII ſpectare videntur) proprios habere agros, & ſedes tenere fixas atque ampliores cœperunt, mirum non eſt, vocabulum primævum *ſtadel* apud diverſos populos diverſis locis adhæſiſſe. Confer *ſtat* locus paratus.

STADT, vrbs. Vide *ſtat* locus paratus.

STÆNEN. Vide *ſtenen*.

STÆRKEN. Vide *ſtark*.

STÆT, continuus. Vide *ſtat* firmus.

STÆTIG. Vide *ſtatig*.

STAFFEL, gradus. Vide *ſtapfen* ſcandere.

STAFFETE, tabula, literæ curſoriæ, & tandem curſor ipſe. Ab Angloſaxonico *ſtæf* literæ, ſcriptura, quem ſignificatum ſupra produxi in *ſtab*. Hoc certe malo, quam a *ſtapf* ſtapes deducere, quod fecit FERRARIUS, cui curſor tabellarius dicitur *ſtaffetta*, quod pedes eius in ſtapide perpetuo ſint.

STAFFIEREN, inſtruere. Belg. *ſtaffeeren*, Gall. *eſtofer*, Lat. Barb. *ſtuffare*. Non certe a *ſtube* balneum aut vaporarium, ut ſit quaſi veſtibus frigus depellere, aut calorem, qualis eſt in *ſtubis*, conciliare, quæ CANGII interpretatio eſt: Nec a *ſtoff* materia, quod voluit VOSSIUS: ſed a *ſtoff* apparatus. Nam proprie eſt *apparatu inſtruere*, & dicitur antiquitus non ſolum de pannis aliisque textilibus, ut hodie, ſed etiam de apparatu expeditionali & nautico, ut pluribus oſtendit CANGIUS in voce barbara. Inde nobis *ſtaffier*, Belgis *ſtaffeerder*, qui inſtruit, apparat, exornat, vel res parando factas (pileos aut veſtes) vendit.

STAHL, chalybs, ferrum duriſſimum & puriſſimum, *ſtahlern* chalybeus, *verſtahlen* chalybe obducere, vel munire. VERELIUS in Ind. *ſtal* chalybs, transl. arma, *lata ſverſa til ſtals* Marti rem committere. Idem Belgia *ſtaal*, Suecis *ſtæel*. Litera H. in medio vocis non eſt ſupervacanea, ſed index & cuſtos originis, quoniam chalybs in quibusdam Dialectis ſuperioris Germaniæ, præcipue Bavarica & Tyrolenſi, dicitur *ſtahal*, *ſtagel*, *ſtachel*, ut pateat eſſe a *ſtechen* pungere, fodicare, non quod chalybs ſit ex particulis acutiſſimis compoſitus, ſed quod belli uſibus & telis fabricandis præ cæteris metallis aptiſſimus. Similiter Gallis hodiernis *acier* dicitur ab *acies*, quia ex chalybe fiunt enſes, ſpicula, cultri, & ſimilia acuta.

STAKETE, ſtipes in terram defixus, Belgis *ſtaketſel*, Gallis *eſtacade*, Italis *ſtaccheta*. Diminutivum a *ſtecken* ſudes, de quo infra. In plurali ſenſum habet collectivum, notatque locum ſudibus & ſtipitibus ſeptum aut munitum, quem Itali vocant *ſteccato*. FERRARIUS vocem Italicam petit a Lat. *ſtipes*, unde illi fit primo *ſtipicatum*, quamvis absque auctore, mox *ſteccatum* per ſyncopen. Eundem ortum tribuit verbo Germanico *ſtecken* (male ſcribit *ſtechen*,) quod ſecundum ejus opinionem eſt a *ſteccato*, & non *ſteccato* a *ſtecken*. Et ſic confictas obſcurasque origines veris & manifeſtis nusquam non præfert, amore Linguæ non tam patriæ quam Latinæ in transverſa raptus.

STAL, furtum. Francis *ſtal*. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XXXVI. 21.

Thaz ſie thaz n' intheken,
Mit ſtalu nan n' irzuchen.

Ne ſepulcrum aperiant,
Et ipſum furto ſubtrahant.

Idem Angloſaxonibus *ſtalu*, *ſtala*, *ſtale*, & in comp. *ſtæl*, qualia ſunt, *ſtæl-berge* præda furtiva, *ſtæl-branas* cervi illices ad capiendos alios emiſſi, *ſtæl-thing* furtum, & ſimilia apud SOMNERUM. Belgis ſuperat in *ſteelswyze* furtim, modo furtivo, Anglis in *ſtealing* furtum, Germanis in *diebſtal*, quod vide. Cuncta a *ſtelen* furari.

STALL, pro vario parentis ingenio varia ſignificat. Nos evitandæ confuſionis cauſa cogimur ſignificatus ejus in tres lineas dividere.

STALL, a *ſtan*.

STALL, quatenus derivatur a *ſtan* ſtare, conſiſtere, ſignificat quantum poteſt, (1.) *locum*, quia locus eſt ſuperficies immobilis, ſtabilis, & vi ſua ſtans, & in loco omnia conſiſtunt. (2.) *ſtationem*. (3.) *manſionem* & *locum habitandi*, quia manentes ſtantibus ſimiles ſunt. (4.) *ſtabulum*, locum ſeptum in quo pecora ſtant. Ita Græcis στάβλος a στῆναι, Latinis *ſtabulum* a *ſto*. Extra hanc analogiam ſtabulum poteſt eſſe locus, in quo pecudes cohercendi cauſa includuntur, a *ſtellen* compeſcere.

STALL, locus. Gloſſ. Pez. loco *ſtalle*. SOMNER. in Dict. AS *ſteal*, *ſtealle*, locus. Hodie quidem dicimus *ſtelle*, quod idem. Sed ab antiquo *ſtall* componimus *notſtall* locus violentus, repagulum equorum ferocium, & ergaſtulum miſerorum. A *ſtall* rurſus fit *ſtellen* locare, collocare, ponere in loco, & *ſtallen* conſtituere, diſponere, ordinare, quia conſtituentes idem facere videntur quod collocantes.

STALL, ſtatio. Dicitur antiquitus (1.) de excubiis. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 34. *liutſtal*, *heriuuabta* ſtationes. (2.) de caſtris ſtativis. Inde Francis *heriſtelli* caſtra ſtativa, ſedes & manſio exercitus in loco. Eſt & nomen proprium loci prope Viſurgim in Saxonia, ex nomenclatura Caroli M. quod bello Saxonico ibi cum exercitu hiemaſſet. Annales Francorum Lambeciani cap. 57. *Poſtisque caſtris apud Wiſeram fluvium, locum caſtrorum* HERISTELLI *vocari juſſit*. Latino-Barbari eundem locum *Heriſtellum* & *Heriſtallum* vocant. Vide CANGIUM in voce.

STALL, manſio, locus habitandi. Inde Latino-Barbaris *ſtallum* locus in quo quis habitat, & *ſtalliati* quibus manſio quacunque lege conceſſa.

STALL, ſtabulum. Gloſſ. Pez. præſepia *ſtalla*. SOMNER. loc. cit. *ſtal* ſtabulum, ſeptum, mandra. VERSEL. in Ind. *ſtall* ſtabulum. Idem Belgis *ſtal*, Italis *ſtalla*, imo etiam Græcis στάλη eſt ταμεῖον κτηνῶν receptaculum jumentorum, interprete HESYCHIO. A *ſtall* rurſus fit *ſtallen* ſtabulare & ſtabulari.

STALL, a *ſtellen*.

STALL, ſæpe eſt verbale a *ſtellen* ponere, ſtatuere, collocare, & tunc ſignificat (1.) *baſin* ſeu *fulcrum*, quia fulcrum eſt ſuppoſitum cui aliquid imponitur. (2.) *altare*, quia eſt locus ſtatutus cui victima imponitur. (3.) *menſa* vel *pluteus*, in quo merces venales exponuntur. (4.) *ſubſellium*, locus in templo vel theatro ad ſedendum factus.

STALL, baſis, fulcrum. Hinc candelabrum OTFAIDO dicitur *kerziſtal*, quaſi fulcrum cerei, Lib. II. Cap. XVII. 35. Gothi eandem rem ſimili compoſito deſignant, quod vide inferius in *ſtat* fulcrum.

STALL, altare, locus in delubro, ſuper quem victimæ immolantur. Vox paganica, a primis

mis Chriſtianæ Religionis præconibus una cum victimis abolita. Utuntur ea Scriptores Sagarum apud Septemtrionales. VEREL. in Ind. *ſtallr* ara, altare, *ſiri Thors ſtalli* ante aram Jovis, *Hecuba fornfærdi goduin yfer ſtallana*, Hecuba Diis ſuper aras ſacrificavit. Alia Dialecto vocatur *ſtat*, id eſt; fulcrum, ut oſtendi in voce.

STALL, menſa vel pluteus mercatorum, in quo merces venales exponuntur. Latino-Barbari inde habent *ſtallagium*, i. e. locarium, ſeu jus exigendi ſiliquaticum a mercatoribus, pro loco in foro. Hodie ſuperat apud Gallos, quibus *eſtal* eſt pluteus mercatorum, *eſtaler ſa marchandiſe* exponere merces venales, *eſtaler ſon erudition* eruditionem ſuam tanquam rem promercalem ambitioſius oſtendere, *eſtaleur* propola, qui merces exponit. Recentiores ſcribunt *etal* & *etaler*, ſed male. Nam litera S. eſt Index & cuſtos originis Germanicæ, quem illi non debebant eliminare.

STALL, ſubſellium in Templo vel Theatro. SOMNER. in Dict. AS. *ſteal*, *ſtealle*, podium, ſubſellium templorum, ſedes, ſedile, cathedra. BENSON. in Voc. AS. *weard-ſtael* ſpectacula, ludicra. Proprie ſubſellium unde ludicra ſpectantur, a *waren* videre. Inde Latino-Barbaris *ſtallus* & *ſtallum* ſubſellium Monachi in choro, & hinc porro *inſtallare* locum in choro dare, unaque beneficium eccleſiaſticum cum loco in choro conjunctum conferre. Teſtimonia vide apud SPELMANNUM & CANGIUM. Hodie ſuperat apud Anglos, quibus *a ſtall* idem quod *a ſeat in the church* ſedes in templo.

STALL, a *ſtallen*.

STALL, ſtatus, conditio. Angloſax. *ſteal* apud SOMNER. & BENSON. Refer ad *ſtallen* conſtituere.

STALLEN, conſtituere, diſponere, ordinare. Proprie quidem eſt collocare, idemque quod *ſtellen*, a *ſtall* locus, allegorice vero conſtituere, quia conſtituentes ſimiles ſunt eorum, qui res ordine collocant. Inde

Angloſax. *ſteal* ſtatus, conditio.

Francis *ſtallo* & *giſtallo* officialis, homo in officio conſtitutus, *notſtallon* vaſalli, qui tenentur Dominum in expeditionem vel aliam neceſſitatem ſequi, quo ſenſu occurrit in EPINICIO R. Ludov. verſ. 64.

Germanis *beſtallen* officium conferre, in officio conſtituere, *beſtallt* auctoratus, in officio conſtitutus, *beſtallung* collatio muneris publici.

Gallis *inſtaller* in munus inducere.

STALLEN, ſtabulare & ſtabulari. SOMNER. loc. cit. *ſtyllan* ſtabulare, in ſtabulo locare, *hrythera ſtyllan* boves ſtabulare. Allegorice eſt concordare, conſociari, conjungi. Inde formula, *nicht wol zuſamen ſtallen* male convenire cum aliquo, non poſſe vivere cum illo, ducta ſimilitudine ab equis calcitroſis, qui dum una ſtabulantur, ſe mutuo calcaneis petunt.

STALLEN, mingere, urinam reddere. Dicitur de equis tantum. Ab initio videtur quamvis excretionem denotaſſe, etiam ſtercoris. Id enim Græcis eſt πλάζω, a quo non diſtat *ſtallen* niſi præpoſito ſibilo. Poſtea reſtringi cœpit ad minĉuram. Et inde Anglis *ſtale* urina. Quod non debet mirum videri, cum etiam χέω, quod de ſicco & humido excremento dicitur, hodie ad ſiccum reſtringatur.

STALLER, œconomus. VEREL. in Ind. *biskups ſtallare* Epiſcopi œconomus. Puta a *ſtall* domus vel habitatio Epiſcopi.

STALLER, dux belli. SOMNER. loc. cit. *ſtallere* dux. VEREL. in Ind. *ſtallare* præfectus prætorio, aulæ magiſter. Latino-Barbari *ſtallarium* vocant apud SPELMANNUM. Videamus quo ſenſu? SOMNERO ſic dicitur, quaſi *ſtæl-here*, allector exercitus, ut quidam cervi vocantur *ſtæl-rhanas*, qui alios cervos alliciunt. Quod ſenſum Duci minime convenientem generat. Magis adſentior SPELMANNO, cui *ſtallarius* eſt ſtabulo præfectus, alias *conſtabularius*. Ergo a *ſtall* ſtabulum equorum. Cœpit autem denotare Ducem, poſtquam Duces ex ſtabuli præfectis lecti ſunt.

STAMM, ſtirps, pars arboris media & firmior inter ramos & radices. A *ſtan* ſtare, per medium derivandi M. Stat enim erecta & immota, & arborem quoque ſtare facit. Eſt & Græcis ἱστάμενος ſtans, ab ἵστημι ſto. Vocem antiquis uſitatam fuiſſe, patet ex ſenſu allegorico, qui ſemper poſterior proprio. A virtutibus ſtirpis deſumpta ſunt, *ſtæmmig* robuſtus, *ſich ſtemmen* contra niti, ut ſolent ſtirpes flexionis imparientes.

STAMM, genus, proſapia, *ſtambaum* arbor conſanguinitatis, *abſtammen* originem ducere, *angeſtamte tugend* iólita patrum virtus. Cuncta figurate. Quemadmodum enim ex ſtirpe arboris progerminant rami, ita ex conditore generis vel familiæ naſcuntur nepotes & poſteri. Dicitur autem antiquitus non ſolum de genere nobili, ſed etiam plebeio. Hinc vulgus OTFRIDO vocatur *liutſtam*, quaſi genus populare, a *liut* plebs. Lib. III. cap. XII. 13.

Uuas quit ſon mir ther liutſtam,
Thaz gizelles mir nu fram.
Quid dicit de me vulgus?
Hoc mihi nunc enarrate.

Idem Lib. IV. cap. VIII. 27.

Thaz therſelbo liutſtam
Thar uuig n' irhuabi zi fram.
Ne idem vulgus
Seditionem moveat.

Græcis & Latinis *ſtemma* non dicitur de arbore, ſed primo de coronis, deinde de ornamentis, mox de imaginibus majorum, & denique de nobilitate, ſic vt ſono magis convenire quam ſenſu videatur.

STAMM, truncus, ſtirps arboris exciſæ, truncatis utrinque partibus extremis. Angloſax.

fax. *ſtemme*, apud SOMNER. & BENSON. Appellationem accipit, vel a ſtatu priſtino, quia olim fuit ſtirps arboris, vel a Græc. τέμνω ſeco, præpoſito ſibilo. Synecdochice dicitur de arbore navis. Inde *ſtam-ſtus* tributum de qualibet nave. Vocem ſiſtit CANGIUS, ſed non explicat. Similia compoſita vide in *ſchoſs* tributum.

STAMMELN, *ſtammern*, balbutire, impedite loqui, *ſtammer*, *ſtamler* balbus. Gloſſ. Pez. balbutiat *ſtammalo*, balbulorum *ſtammero*. SOMNER. in Dict. AS. *ſtomm*, *ſtomer*, *ſtamor* balbus, balbutiens, titubator in verbis, *ſtommettan* balbutire, titubare, vacillare lingua, *ſtomm-mdisp*, blæſus, balbus, dentiloquus. Verbum ab adjectivo ortum eſſe patet. Adjectivorum ſimpliciſſimum eſt eſt *ſtomm*, & ſimile Græco τομίας putator, ſector, caſtraror. Talis enim eſt balbutiens, in tropico loquendi genere, dum voces in partes ſecat, & fruſtatim effundit. Quod etiam conſideraſſe videtur MARTINIUS, dum *ſtamlen* exponit per *ſtümlen* mutilare verba.

STAMPFE, pilum, piſtillum, inſtrumentum tundendi. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſtampe* pilum. Gloſſ. Pez. pila *ſtampb*, pilo *ſtampbe*. Hodie utimur diminutivo *ſtempfel*. Refer ad *ſtampfen* tundere.

STAMPFEN, calcare. Anglis *to ſtamp*. A ſimpliciori & inuſitato *ſtapfen*, quod eſt a Græc. στίβειν calcare. Proprie dicitur de pedibus, quatenus ſubjecta *premunt*, *pulſant*, *terunt*, poſtea etiam de inſtrumentis, quæ ſimilem effectum producunt, ut mox patebit.

STAMPFEN, a pedibus transfertur ad inſtrumenta *premendi*, *pulſandi*, *terendi*, ob manifeſtam ſimilitudinem, & tunc ſignificat quantum poteſt, quantumque ſimilitudo permittit. Inde nobis *ſtampfen* tundere mortario, *ſtempfel* piſtillum, *ſtampfmüle* piſtrinum, locus ubi frumentum pilis conteritur, *ſtempel* typus monetarius, quia malleo vel prelo tunditur, & metallum viciſſim premit. Italis *ſtampare* nummos cudere, *ſtampa* forma. Gallis *eſtampe* effigies prelo expreſſa. Anglis *ſtamper* impreſſor.

STAN, ſtare, conſiſtere in loco. Græc. στῆν, στῆναι. Gloſſ. Keron. ſtare *ſtan*, ſtar *ſtat*. Allegorice ſignificat (1.) manere, relinqui, quia manentes ſtantibus ſimiles ſunt. Inde *beſtand* reſiduum, *ausſtand* debita activa. (2.) permanere, ſubſiſtere. Inde *ſelbſtændig* permanens, per ſe ſubſiſtens. (3.) immotum ſtare. Inde *ſtandhaft* fortis, immotus, *beſtændig* conſtans. (4.) a partibus alicujus ſtare. Inde *beiſtand* auxilium & auxiliator, *widerſtand* oppoſitio, *gegenſtand* oppoſitum, *zuſtændig* quod ad aliquem ſpectat ſub ratione proprii. (5.) hæſitare, ambigere, quia dubitantes videntur ſtare, nec ultra progredi poſſe. Inde *anſtand* dubitatio, hæſitatio. Plures ſignificatus inveniet, qui meditari voluerit.

STAN, quatenus eſt verbum faceſſens a *ſtan* ſtare, ſignificat *ſtare facere*, & dicitur duobus modis, *immanenter* & *tranſitive*. Priori modo ſignificat *ſurgere*, quia ſurgere eſt ſeipſum ſtare facere; Poſteriori *figere* & *ſtatuere*, quia figere & ſtatuere eſt alium ſtare facere.

STAN, ſurgere, ſe ipſum erigere, *urſtend* ſurrectio, reſurrectio. OTFRIDUS Lib. V. cap. XI. 75.

Ioh ſie giuuiſſo uueſtin,
Thaz er ſtuant fon then reſtin.
Ut certo cognoſcerent,
Quod ſurrexerit a requie.

KERO in Prologo Regulæ S. Benedicti pag. 17. *cit iſt ſona ſlaffe ze ſtanne*, hora eſt de ſomnio ſurgere. Belgæ eodem ſenſu dicunt *opſtaen*.

STAN, ſiſtere. Græcis quoque ἵστημι ſtare & ſiſtere ſignificat. Inde *anſtand* mora, ceſſatio, *anſtand des gerichtes* juſtitium.

STAN, ſtatuere, ſtabilire. Inde eſt, quod ſortes hominum inæquales, & tam vitæ genere quam ordine & dignitate diſcretæ, vocantur *ſtænde*, quia ſunt ſtatus auctoritate publica ſtabiliti, & firmamenta reipubl. Er hinc etiam eſt *beſtand* firmitas, & *beſtand der warheit* firmamentum veritatis.

STAN, tranſigere, paciſci. Hic ſenſus oritur a præcedenti, quia tranſigentes ſunt ſtatuentibus ſimiles. Inde *beſtand* conventio, conductio, *abſtand* renunciatio, *ſtillſtand* induciæ, pacta armorum ceſſatio.

STAND, quatenus derivatur a *ſtan* ſtare, ſignificat quantum poteſt, (1.) actionem ſtandi, (2.) locum ſtandi, (3.) ſtatum, bonum vel malum, decorum vel indecorum. Inde *zuſtand* ſtatus & conditio rei, *umſtand* circumſtantia, *wolſtand* decus & proſperitas, *unſtand*, *übelſtand* dedecus, *anſtændig* decens, conveniens.

STANDART, vexillum militiæ equeſtris. Angloſax. *ſtandard* apud BENSON. Gall. *eſtendart*, Lat. Barb. *ſtandardum*. Id eſt, ſignum ſtatarium, a *ſtanden* ſiſtere, figere, ſtatuere, interprete LOCCENIO Lib. III. Antiq. Sueo-Goth. cap. 2.

STANDEN, ſtare, *ſtand ſtill* ſta placide. Omnes Antiqui habent *ſtandan*, *ſtantan*, Islandi *ſtanda*, Angli *to ſtand* Codex Arg. Matth. VI. 5. *ſtandandans bidjan*, ſtantes orare. Verſio Angloſax. Luc. XXI. 36. *ſtandan beforan mannes ſuna*, ſtare ante filium hominis. Gloſſ. Keron. ſtet *ſtante*, ſtans *ſtantanti*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. IV. 41.

Thar giſah er ſtantan
Gottes boton ſconan.
Vidit ibi ſtare
Angelum Dei pulcrum.

Cum *ſtan* ſimplicius ſit, & ab illo oriatur *ſtand* actus ſtandi, dubium non eſt, quin ab hoc ſubſtantivo profectum ſit *ſtanden* ſtare, ſtationem facere. Ita a *gang* itus fit *gangen* ire. In metaphorico dicendi genere tot recipit ſignificatus, quot primitivum ejus

ſtan

ſtan. Gloſſ. Pez. remaneat *piſtante.* Gloſſ. Keron. perſiſtere *duruhſtantan.* Gloſſ. Boxh. *anaſtantendo* conſtanter. Et huc etiam ſpectat, quod in Evang. Goth. & Angloſax. Marc. III. 24. 25. 26. *ſtandan* dicitur de regno & domo, quæ ſtare, h. e. ſubſiſtere non poſſunt in ſe diviſa.

STANDEN, quatenus eſt verbum faceſſens, novum accipit ſenſum, *immanentem* & *transeuntem*, ut ſupra *ſtan.* Quod propter ſequentia notandum.

STANDEN, ſurgere, *ſtand auf* ſurge. Gloſſ. Keron. ſurgat *erſtante*, ſurgant *erſtanten*, exſurgamus *erſtantames.* TATIANUS Cap. CCXVIII 4. *uuanta gilimfit thes mannes ſun irſtantam thritten tages*, quia oportet filium hominis reſurgere tertia die. OTFRIDUS Lib. V. Cap. IV. 94. *er iſt fon dode irſtantan*, ſurrexit a mortuis.

STANDEN, ſiſtere, figere, ſtatuere. Id eſt, ſtare facere, quocunque modo. Gloſſ. Keron. fixis *kiſtantem.* Angloſaxonibus quoque *ſtandan* non ſolum ſtare, ſed etiam ſiſtere ſignificat, teſte SOMNERO in Dict. Suecis *ſta* eſt ſto, & *ſtanna* ſiſtere, expulſo D. ut ſæpe alias. Præcipua derivata ſunt *ſtender* & *ſtandart*, quæ vide.

STANDEN, ſtabilire. Gloſſ. Keron. ſtabilire *ſtantan.*

STANDRECHT, judicium ſtatarium, ſic dictum, ſive quod ſtante pede habeatur ſub dio, ſive quod in eo vexillis in terra defixis jus dicatur.

STANGE, pertica. VEREL. in Ind. *ſtanga* fuſtis, pertica. Idem Belgis *ſtang*, Italis *ſtanga*, Camb. *yſtang.* Prima pertica videtur ſic dicta a *ſtingen* ferire, percutere, & tales hodie ſunt ruſticorum perticæ, quibus poma decutiunt. Reliquæ perticæ, quæ vel oneri ferendo, vel retibus ſuſpendendis, vel ſepibus faciendis, aut aliis uſibus inſerviunt, idem nomen a ſimilitudine acceperunt.

STANGE, contus. Gloſſ. Pez. contos *ſtanga.* OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XVI. 41.

Sume ouh thie ginoza
Druagun ſtangun groza.
Quidam ſociorum
Portabant contos magnos.

Hic ſenſus oritur a *ſtingen* pungere, punctim ferire, de quo infra. Hinc eodem nomine nonſolum contos, ſed etiam haſtas, lanceas, nec non ſudes & ſtimulos, & quicquid in ſummitate acuminatum eſt, inſignitum legimus. HOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *yſtang* pertica, haſta, lancea. VEREL. in Ind. *ſtang* haſta, vexillum. SOMNER. in Dict. AS. *ſtæng* ſudes, fuſtis, vectis, ſtipes. Imo etiam perticæ idem ſenſus aptari poteſt, quatenus in cuſpidem deſinit. Idque videntur cogitaſſe Sueci, quibus *ſticka* pungere & perticam ſignificat.

STANCK, odor. Angloſax. *ſtenc* apud SOMNER. & BENSON. Francis *ſtanch*; *ſtonk.* NOTKERUS Pſal. X. 6. *ſumen hirin uuir ſtanch libis ze libe, ſumen ſtanch todis ze tode*, quibusdam ſumus odor vitæ in vitam, quibusdam odor mortis in mortem. WILLERAMUS Cap. IV. 14. *boumelin ſuozes ſtankes*, arbuſculum ſuavis odoris. Sorabis *duch* eſt ſpiritus, *dobry duch* bonus ſpiritus, *zły duch* malus ſpiritus, a Bohemico *dychám* exhalare, quod eſt fortaſſe a θυμιάω vaporo. Vide ergo annon *ſtanch* ſit originis Slavonicæ a *duch* per proſtheſin & epentheſin? Quid enim eſt odor, niſi vapor, exhalatio, ſpiritus? Hic ſignificatus obſoleſcit, etiamſi natura prior ſit reliquis.

STANK, fœtor. Angloſax. *ſtenc*, Angl. *ſtink*, Belg. & Suec. *ſtank.* Cum odor poſſit eſſe bonus vel malus, gratus vel ingratus, mirum non eſt, ſenſum ab odore in genere ad fœtorem translatum eſſe.

STANK, olfactus. Angloſax. *ſtenc.* Refer ad *ſtinken* odoratu percipere. A *ſtenc* poſteritas fecit *ſtenkern* & *durchſtenkern* olfactu explorare, quod proprie quidem convenit canibus, metaphorice vero iis, qui omnia curioſe perquirunt.

STAPEL, gradus. Idem quod *ſtaffel.* F. & P. permutantur.

STAPEL, ſtipes, στύπος. BENSON. in Voc. AS. *ſtapul* ſtipes, *ſtapulas* ſtipites. Cuncta inter ſe cognata, & forte in acumine. Nam *ſtippen*, *ſtupfen* eſt pungere, & ſtipes eſt fuſtis acuminatus terræ infixus. Aliud ejusdem rei nomen a cuſpide formatum vidimus paulo ante in *ſtange* contus.

STAPEL, palus, ſudes, truncus. Angloſax. *ſtybbe* apud SOMNER. & BENSON. Suecis & Island. *ſtubbe.* Rurſus a pungendo, quia ea parte, qua acumen habet, terræ infigitur. Quædam etiam ſudes ſuperne ſunt acuminatæ, inprimis eæ, quibus vallum cingitur. Et hæ duplici jure nomen promeruiſſe videntur.

STAPEL, baſis, fulcrum. Angloſax. *ſtaple*, *ſtapul*, apud SOMNER. & BENSON. Videtur deſumptum a truncis, qui pontem ſuſtinent, quos ſublicas vocant, & poſtea omnibus fulcris adplicatum.

STAPEL, ſubex pedaneus. Italis *ſtaffa*, Lat. Barb. *ſtapes*, *ſtapia.* Cum vox æque ac res veteribus Latinis fuerit incognita, non videtur a *ſtatione pedis*, ſed aliunde derivanda. Originem Germanicam tuetur optimus ſenſus. Nobis enim ſignificare poteſt, vel *fulcrum* cui pedes equitantis inſiſtunt, vel *gradum* quo equus conſcenditur.

STAPEL, ſtrues, non quævis, ſed ordinata, hoc eſt, talis, in qua res rem ſuſtinet. Hodie utuntur Belgæ. Refer ad *ſtapeln* ordinate ſtruere. Qui *ſtapel* acervum interpretantur, vim voci faciunt.

STAPEL, forum principale, eadem Dialecto. Proprie emporium, ſeu locus, ubi merces promercales, aliunde advectæ importantur, & in ſtrues eriguntur. In Gallia primarium Aureliæ forum dicitur *eſtape*, & alibi *eſtaple.* Haud dubie ſenſu Belgico.

STAPEL, ſtructura lignea. Hoc omnium

vetuſtiſſimum, & ejusdem originis ut reliqua, nempe a *ſtapeln* ordinate ſtruere. Dicitur antiquitus (1.) de tectis ſepulcrorum. Lex Salica Editionis Lindenbrogianæ & Pithœanæ Tit. LVII. 3. *ſi quis Ariſtatonem, id eſt, Staplum ſuper hominem mortuum capulaverit.* De hac ſtructura vide plura in *Ariſtato.* (2.) de phalis ſive turribus ligneis. Verſio Angloſax. Marc. XII. 1. *ſum man getimbrode anne ſtypel*, quidam homo ædificavit turrim. VEREL. in Ind. *ſtapul* campanarum turris vel ſuſtentaculum. (3.) de ſede Regum Francorum, quæ certe ab initio fuit ædificium ligneum, in formam turris aut caſtelli aſſurgens, non ex palis, ſed ex trabibus extructum, & alio nomine vocatur *pfalz* a *phala.* Lex Ripuaria Tit. LXXV. *ſi quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriſerit, aut eum ſecutus fuerit, per tres marcas ipſum oſtendat, & ſic poſtea ad Regis ſtaplum ducat.* Hic adſentiri non poſſum ECCARDO, qui *Staplum Regis* ſolium & tribunal regium interpretatur, quod, quia gradibus aſcenditur, ſic dictum putat a *ſtaffel* gradus. Nam ubi hæc ſolia & excelſas Juſtitiæ ſedes reperiamus in prima Francorum ætate, non docet. Mihi, quod faſtus ſequiorum temporum induxit, non videtur tribuendum primævæ ſimplicitati.

STAPELN, ordinate ſtruere, facere ut res ſe mutuo ſuſtineant. Belgis *ſtapelen.* Oritur vel a Græc. στυβάζω ſtruo, compono, vel a *ſtapel* ſulcrum. Vulgo male exponitur *congerere, coacervare.* Hoc enim non eſt ordine ſtruentis, ſed temere conjicientis.

STAPELRECHT, *ſtaffelrecht*, jus ſtapulæ. Re ipſa eſt privilegium, prætereuntes cum mercibus in flumine publico ſiſtendi, neceſſitate vendendi injuncta, aut, ſi vendere nolint, tributum ſolvendi. Virtute nominis *jus fori*, a *ſtapel* forum. Diſcrepantes doctorum ſententias expoſuit CANGIUS in voce *ſtapula*, & ENGELBRECHTUS in Diſſert. *de jure ſtapulæ.*

STAPF, *ſtapp*, quatenus eſt verbale a *ſtapfen* calcare, ſignificat *veſtigium*, & Græce effertur στίβος, Angloſaxonice *ſtæp*, Sorabice *ſtup*, *ſtowp.*

STAPF, *ſtapp*, quatenus eſt verbale a *ſtapfen* gradi, ſignificat (1.) actionem gradiendi & pedum viciſſitudinem, (2.) ſpatium inter duos pedes diductos. Primum vocatur *greſſus*, alterum *paſſus.* Utrumque Angloſax. vocatur *ſtæp*, Belg. *ſtap*, Anglis *ſtep.* Inde *thuſend ſtapa* milliare, mille paſſus, in Verſione AS. Matth. V. 41.

STAPFEN, *ſtappen*, calcare, veſtigia figere. Hodie dicimus *ſtampfen* ex antiqua epentheſi, quomodo etiam dicimus *trampen* pro *trappen*, per eandem epentheſin. Sed *ſtapfen*, ſicut ſimplicius, ita etiam antiquius eſt, ut patet ex Gr. στύβω calco. Et ab illo derivamus *fuſs-ſtapfen* veſtigia, quia ſunt ſigna pedum calcando expreſſa.

STAPFEN, *ſtappen*, dicitur etiam de *gradientibus*, *ſcandentibus*, & *ſaltantibus*, quia calcantibus ſimiles ſunt, & veſtigia motus ſui in pulvere relinquunt.

STAPFEN, *ſtappen*, gradi, incedere. Angloſax. *ſtæppan*, Franc. *ſtephen*, *ſteffen*, Belg. *ſtappen*, Angl. *to ſtep*, Sorab. *ſtupiu.* SOMNER. in Dict. AS. *ſtæppan* gradi, incedere, veſtigium figere, *ofer-ſteppan* transgredi. Inde Francis *ſtaffel* paſſus. Gloſſ. Pez. paſſibus *ſtaffalun.*

STAPFEN, ſcandere, aſcendere. NOTKERUS Pſal. CXIX. pr. *dara nab ſtephet ſie an den tritten gradum*, tunc aſcendit ad tertium gradum. Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Hodie occurrit in derivatis *ſtuffe* & *ſtaffel* gradus.

STAPFEN, ſalire, ſaltare. Apud NOTKERUM Pſal. XXXVIII. 1. *uberſtephen* & *uberſpringen* uſurpantur tanquam ſynonyma, pro tranſilire. Et hinc opinor locuſtam Angloſaxonibus appellari *gærs-ſtapa*, quod in gramine ſaltet. Nam hæc eſt vis & poteſtas omnium pene vocabulorum, quibus natura huius inſecti exprimitur. Vide *heuwſchreck* & *ſprinkel.*

STAPPELN, cæſpitare. Vide *ſtolpern.*

STAPPEN. Vide *ſtapfen.*

STAR, ſturnus. Angloſax. *ſtær*, *ſtærn*, Angl. *ſtare*, *ſtarling*, Gall. *eſtourneau.* Gloſſ. Ælf. in nom. avium: ſtronus (lege ſturnus) *ſtærn.* An a Lat. *ſturnus?* Sit ita, quia MARTINIUS ſic voluit. Sed unde *ſturnus?* Forte a *tornando*, quia in gyrum cum ſociis volitat? Huc me ducit PLINIUS Lib. X. cap. 24. *Sturnorum generi proprium catervatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus.* De verbo *tornare* vide plura in *drehen.*

STAR, ſuffuſio oculorum. Revera eſt στέρησις, id eſt, *privatio* viſus, ſi Græca non aſpernemur. Voces in fine truncari, & ſenſum a genere ad ſpeciem transferri, quid magis obvium?

STARBLIND, ſcotomaticus. Angloſax. *ſtær-blind*, apud SOMNER. & RENSON. Id eſt, ſuffuſione cœcus.

STARK, rigidus, durus, ſolidus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtarc*, *ſtearc* rigidus, durus, *ſtearclice* violenter, rigide, dure. STILERUS optime notavit, *ſtark* ſic dici quaſi *ſtarrig*, a *ſtarren* rigere, indurari, ſolidari. Rigere enim dicuntur, non ſolum quæ frigore denſantur, ſed etiam omnia ea, quæ duritie & ſoliditate ſua tangentibus reſiſtunt. Hic primus vocis ſignificatus, quo non anterior ullus. Id quod probe obſervari velim. Nam a duro denominationem accepit *firmus*, *validus*, *robuſtus*, *fortis*, *vehemens*, *violentus*, *gravis*, quia durum diverſis modis exprimunt. Quid enim duro firmius? Quid ad reſiſtendum validius? Quid acrius & penetrantius? Quid denique gravius aut moleſtius? Et hac imagine delectamur etiam in aliis vocibus, ut oſtendi in *hart*, quod certe ante durum, quam fortem, robuſtum, & reliqua ſignificat. Interim a *ſtark* durus, rigidus, derivatur *ſtærken* facere ut

re ut rigeat, a quo rurſus fit *ſtærke* & *ſtærkmæl*, gluten farinaceum, quo lintea ſolidantur.

STARK, firmus, ſtabilis, *ſtærke* firmitas, *ſtærken* firmare, *mit einem eid beſtærken* juramento confirmare. OTFRIDUS Lib. III. Cap. X. 86. *ſtark iſt gilouba thinu*, firma eſt fides tua. WILLERAMUS Cap. VIII. 9. *ſtark quaſi murus ſuper petram ædificatus.* Similiter & Græcis στηρίζειν eſt firmare, ſtabilire.

STARK, validus, robuſtus, *ſtærke* vis, robur, *ſtærken* roborare, *ſich ſtærken* recipere vires. Gloſſ. Pez. robur *ſtarchi*, brachium carneum *menniſciu ſtarchi*. VEREL. in Ind. *ſtyrkia* firmare, roborare, *ſtyrkur* vis, robur, exercitus.

STARK, fortis, ſtrenuus, *ſtærke* virtus, *ſtærken* confortare. Gloſſ. Keron. fortes *ſtarche*, fortiores *ſtarchirun*, fortiſſima *ſtarchiſtun*, confortetur *keſtarachit*. Neſcio an *ſtark* & κρατὺς caſu tantum conveniant. Saltim ſe mutuo producunt per anaſtrophen.

STARK, vehemens, violentus. NOTKERUS Pſal. XLIX. 3. *umbe in ſtarch uuint*, in circuitu ejus tempeſtas valida. Id eſt, vehemens, violenta.

STARK, gravis, moleſtus. Hymnus antiquus apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 289. *arratte ſona ſtarchiſtum kappot Faraones*, erepti de duriſſimo imperio Pharaonis. Id eſt, graviſſimo, moleſtiſſimo. Eodem obſervante *ſtarko thing* ſunt *res duræ* apud WILLERAMUM, id eſt, graves, adverſæ, moleſtæ.

STARK, per omnes ſignificatus, excepto primigenio, Angloſaxonibus effertur *ſtrak*, quod ideo monendum duxi, ne offendamur, ſi literam caninam in aliis quoque vocibus, & permultis, e ſede nativa motam inveniamus. SOMNER. loc. cit. *ſtreca*, *ſtrace*, *ſtræc* violentus, fortis, robuſtus, immoderatus, *ſtrece* vis, violentia, *ſtreca mod* magnanimus. Nec deſunt Dialecti, in quibus ſibilus ſupprimitur. Ita Cambris *trech* eſt fortior, potentior, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

STARR, rigidus, durus, ſolidus. Græcis στερεὸς, στερρὸς, & inde στερεῶν, στερρῶν rigidum, durum, & ſolidum facere, στερεότης, στερρότης rigiditas, durities, ſoliditas.

STARREN, rigere, indurari, ſolidari. Gr. στερρῦσθαι. Utitur Luth. Hiob. XL. 12. Metaphorice dicitur (1.) de attonitis, torpidis, & exſanguibus, quia ſimiles ſunt earum rerum, quæ frigore obduruerunt. VEREL. in Ind. *ſtirna* obrigeſcere, *ſtirnat* obriguit, *ſtirdur* rigens, exſanguis, calore, ſanguine, & vita propemodum deſtitutus. Gloſſ. Pez. attonitos *ſtornentiu*, attonitis *ſtornentin*. Hodie dicimus *erſtarren* & *erſtarrt*. (2) de obſtinatis & morosis, quia ſimiles ſunt rebus duris, quæ tangentibus reſiſtunt. Inde *ſtier*, *ſtur*, *ſtorriſch* aſper, auſterus, intractabilis, *halsſtarrig* refractarius, ad verbum *cervicoſus*, vel inſtar *duræ cervicis*, quæ jugum ferre recuſat.

STARREN, fixis oculis intueri, *ſtarrende augen* oculi defixi, *ſtarr* defixus obtutu. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtarian* aſpectare, intentis & fixis oculis intueri, hiantibus oculis videre. VEREL. in Ind. *ſtara augum* intentis & inconnivis oculis intueri. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XVII. 83.

Jagilih ſin zilota,
Unz er ſo nidar ſtareta.

Vertit SCHILTERUS:

Quilibet ipſum obſervavit,
Dum ſic deorſum inclinaret.

Male. Nam poſteriora verba ſic reddenda ſunt: *cum oculos ad terram defigeret.* Belgis quoque *ſtaren* & *ſtarougen* ſignificat oculos in rem figere. An dicemus, hunc ſenſum petitum eſſe ex præcedentibus, ut *ſtarren* primo ſit ſtupere, poſtea ſtupentibus & immotis oculis adſpicere? Dubito. Nam *ſtarren* non eſt attonite, ſed avide ſpectare, & deſiderium magis videndi quam ſtuporem indicat. Ducam igitur cum CASAUBONO a Græc. θωρῶν contemplari, auſpicio ſibili. Utrique cognatum eſt Latinum *tueri.*

STARREN, trucibus oculis intueri. VEREL. loc. cit. *han ſtardi a moti*, torvis oculis contra intuebatur. Senſus ab aſpectu defixo ad atrocem translatus, quia defixo ſimilis eſt. Inde *ſtarr* & *ſtier* torvus.

STARZEN, eſt frequentativum a *ſtarren* rigere, rigidari, & ejusdem ſignificatus. Ita veſtes auro fulgentes vulgo vocamus *kleider von gold ſtarzend*, & ubera turgentia *ſtarzende brüſte*, quia ſicut veſtes auri copia, ita ubera plenitudine ſua rigent. Rigere etiam nobis dicuntur ſtupentes & timore perculſi, quia rebus rigidis ſimiles ſunt. Idque videtur colligi poſſe ex compoſito *beſtürzt* attonitus. Cui ſimile Græc. ταραχθεὶς conſternatus, a ταράττομαι conſternor. Aliud etymon habes in ſupra in B.

STAT, varie ſcribitur in Dialectis, tam recentibus quam antiquis, ut mox patebit. Quæ res ſæpe etymologiam & operationem mentis turbat. Ergo ne mens pluribus intenta ſignis ab unitate notionis dimoveatur, ex tot inconſtantibus ſcripturis unam eligendam duximus, ad quam reliquæ omnes docendi cauſa referri poſſent.

STAT, duplicem habet ſignificatum, unum a *ſtan* ſtare, conſiſtere, alterum a *ſtatten* ponere, collocare, ſtatuere.

STAT, a *ſtan*.

STAT, quatenus derivatur a *ſtan* ſtare, conſiſtere, ſignificat (1) *locum*, quia locus eſt ſuperficies immota & vi ſua ſtans, in qua aliquid collocari poteſt. (2.) *ſtationem*, h. e. tam vim & actionem, quam locum ſtandi. (3.) *ſtabilem*, firmum, conſtantem, quia vel ſtat revera, vel ſtanti & immoto ſimilis eſt.

STAT, *ſtette*, locus, *auf der ſtette* in loco, *dürre ſtette* arida loca, Matth. XII. 43. *ſchedeliett*

delſtetts calvaria, locus ubi cadavera interfectorum inſepulta jacent, Matth. XXVII. 33. *walſtat* locus ſtragis, *feimſtat* locus ſupplicii, *malſtat* locus comitiorum &c. Gloſſ. Keron. locum *ſtat*, loca *ſteti*, locorum *ſteteo*, in omnibus locis *in allem ſtetim*. Idem Gothis *ſtads* Luc. XIV. 21. & alibi *ſtad*, *ſtaths*, Angloſax. *ſteda*, *ſtede*, Belg. *ſteede*, Angl. *ſted*, Island. *ſtad*. A ſubſtantivo rurſus fiunt verba varii ſignificatus,

Perſis *ſtaden*, ſtare, conſiſtere in loco.
Græcis ϛαθῆναι, idem.
Germanis *ſtatten*, ponere in loco, alias *locare*, *collocare*, *ſtatuere*.

STAT, actus & vis ſtandi. Gr. ϛάσις. Derivata vide in *ſtatig*.

STAT, ſtatio, locus ſtandi, & per ſynecdochen generis *ripa*, *littus*, id eſt, ſtatio navium. Hodie dicimus *geſtad*, Gothi ſimpliciter *ſtad*, *ſtath* Marc. IV. 1. 35. Angloſax. *ſtathe*, *ſtæthe*, Franci *ſtathe*, *ſtade*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XIV. ab init.

Thaz bizeinot mihil guat,
Thaz Druhtin thar in ſtade ſtuant.

Vertit SCHILTERUS:

Hoc deſignat magnum bonum,
Quod Dominus hic in littore ſtetit.

TATIANUS, Cap. CCXXXVI. 1. *ſtuont ther heilant in ſtathin*, ſtetit Jeſus in littore.

STAT, *ſtet*, ſtabilis, immotus, *unſtet* inſtabilis, vagus. Græcis ϛατὸς & ἄϛατος, manifeſto conſenſu.

STAT, *ſtæt*, firmus, conſtans. Græcis ϛάδιος eſt firmus, ἀϛαθὴς inconſtans, Cambris *anwaſtad* inſtabilis, inconſtans.

STAT, *ſtet*, continuus, quia ſtabili & conſtanti ſimilis eſt. Dicitur (1.) de tempore continuo, & duratione non interrupta. Inde *ſtets* ſemper, jugiter, continuo. (2.) de actione continua. Inde *ſtæter ſteifs* induſtria continua, *ſtæte arbeit* labor aſſiduus & non intermiſſus.

STAT, a *ſtatten*.

STAT, quatenus eſt verbale a *ſtatten* ponere, ſtatuere, collocare, varia ſignificat pro vario ingenio parentis, (1.) *locum paratum*, ſeu parando factum, ut ſunt ædificia, & ſimilia. (2.) *ſtatumen*, ſeu fulcrum, id eſt, ſuppoſitum quo impoſitum ſuſtinetur. (3.) *rem conſtitutam*. (4.) *ſtatum*, hoc eſt, conſtitutionem, conditionem & qualitatem rei. (5.) *vicem*, ſeu *ſubſtitutionem*.

STAT, *ſtatt*, *ſtadt*, locus paratus, vel parando factus. Dicitur per ſynecdochen generis (1.) de manſionibus & habitaculis. Codex Arg. Joh. XIV. 2. *gagga manwjan ſtad izwis*, vado parare locum vobis. Id eſt, ſedem & manſionem. Inde Cambris *eiſteddia* ſedes, Germanis *wonſtat* domicilium. (2.) de ædificiis tam publicis quam privatis. Inde Græcis ϛαθμὸς ſtabulum, Gothis *ſtada* diverſorium Luc. II. 7. *motaſtad* telonium Luc. V. 27. nobis *ſtadel* area, ſtabulum, horreum, diminutive. (3.) de urbibus & oppidis. Hic eſt ille locus, quem hodie vocamus *ſtatt*, *ſtadt*, conſentientibus Belgis & Suecis, qui cum ex pluribus manſionibus & ædificiis componatur, revera eſt locus reip. parando factus. Vox nova videri poſſet ob ſilentium veterum, niſi Græcis ἄϛυ idem ſignificaret, quod a reliquis haud alienum videtur.

STAT, *ſtatt*, ſtatumen, fulcrum, *beddſtatt* lectica, fulcrum lecti. Ad hanc claſſem ſpectant compoſita antiqua,

bunslaſtad, altare, in Evang. Goth. Matth. V. 23. Id eſt fulcrum, cui ſacrificium imponitur. Nam *bunsla* eſt oblatio manuaria, ut oſtendi in *ſat* traditio, & *ban* manus. Et altaria fulcra appellari, non eſt inſolitum. Vide *ſtall* altare.

lukarnaſtath, candelabrum, ibidem Matth. V. 15. Id eſt fulcrum candelæ. Simile compoſitum vide in *ſtall* locus artificialis.

cereoſtatum, eadem notione apud CANGIUM, quia candelabrum eſt fulcrum cerei.

eiſteddia, *cyfeiſtedd*, ſedile, Dial. Cambrica, quia ſedentibus eſt pro fulcro.

Hodie dicimus *ſtütze*. Sed *ſtat* ſimplicius eſt, & cum illo convenit Angloſax. *ſtudu* poſtis, columna, fulcrum.

STAT, *ſtaat*, res conſtituta. Dicitur per ſynecdochen generis de *regnis* & *imperiis*, quia regna & imperia ſunt res publicæ conſtitutæ. Inde *ſtaats-rat* adminiſter regni, *ſtaats-ſachen* cauſæ publicæ, ad regnum & jura regnandi ſpectantes. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſtaat*, Galli *eſtat*.

STAT, *ſtaat*, ſtatus, i. e. conſtitutio, conditio, & qualitas rei, *ſeinen ſtat in achs nemen* dignitatem ſuam tueri.

STAT, *ſtatt*, vice, *an Gottes ſtatt* vice Dei, *ſtatthalter* pro-rex, ad verbum *vicem tenens*, quod recte dicitur de eo qui alterius nomine remp. adminiſtrat. Non certe a *ſtat* locus, etiamſi Latini dicant *loco patris*, *loco filii*: Non enim, qui ſic loquuntur, de loco aut ſpatio cogitant, ut hic ſit nunc, ubi antea fuit ille; ſed quod pro eo ſit tanquam ſubſtitutus. Ergo a *ſtatten* ſtatuere, collocare.

STATEN, *ſtaaten*, optimates reipublicæ regendæ. Id eſt, ſtatuti, conſtituti, a *ſtatten* ponere, collocare, ſtatuere.

STATIG, *ſtætig*, ſtabilis, firmus, fixus. Angloſax. *ſtæthig*, Francis & Alam. *ſtatig*, *ſtadig*. Gloſſ. Keron. ſtabiles *ſtadige*, ſtabilitas *ſtadigii*. Gloſſ. Pez. fluxa *unſtatigiu*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 62. *polaran oub then ſtetigon*, polarem quoque fixum. Proprie eſt ſtabilitate pollens, vi terminationis *ig*, a *ſtat* ſtatio, quatenus vim ſtandi ſignificat. Inde *beſtætigen* confirmare. Dicitur allegorice (1.) de conſtanti. (2.) de gravi & modeſto. (3.) de continuo & non interrupto. Inde *ſtætig* aſſiduus & aſſiduo. Belgæ modeſtum vocant *ſtaatig*, conſtantem & aſſiduum *geſtadig*. Scripturæ diverſitas

ſitas neminem debet turbare, quia literæ duræ & molles ſunt permutabiles in omnibus Dialectis.

STATT, *ſtadt*, urbs. Vide *ſtat* locus conſtitutus.

STATTEN, ponere, collocare, ſtatuere. NOTKERUS Pſal. LXXVII. 13. *ſtatta diu uuazzer ſamo ſo in udirbalge*, ſtatuit aquas quaſi in utre. Gloſſ. Boxh. *kiſtaton* collocare. Gloſſ. Lipſ. *giſtatodun* locaverunt. Gloſſ. Keron. collocet *keſtatot*. A *ſtat* locus, ut Latinis a *locus locare*. Inde compoſita, *beſtatten* loco inferre, *auſſtatten* elocare, *geſtatten* locum dare petitioni, &c. A *ſtatten* rurſus fit *ſtat* quintuplici ſignificatu, de quo ſupra.

STATTLICH, quod in ſuo genere eximium eſt, a *ſtat* qualitas.

STAUB, pulvis. Gothis *ſtub* Luc. X. 11. Francis *ſtuppe*, *ſtubbi*, Belg. & Danis *ſtof*, *ſtoff*. NOTKERUS Pſal. I. 4. *ſie zefarent alſo daz ſtuppe dero erdo*, diſſipantur tanquam pulvis terræ. MARTINIUS deduxit a στύβω calce tero, quem ſequitur JUNIUS. Secundum hanc etymologiam pulvis erit contritum quid ex quacunque materia. Et cum hac notione generali convenit compoſitum *ſtaubmæl* pollis, farina in minutiſſimas partes contrita. Cum voce Germanica conſentire videtur Græca στυδὸς pulvis, cinis. Nam *ſtaub* & στυδὸς ſe mutuo producunt per metatheſin. HELVIGIUS tribuit Hebræis *ſchaphath* in pulverem collocavit, quod cæteris affine exiſtimat. A *ſtaub* eſt *ſteuben* duplici ſignificatu, ut oſtendi in loco.

STAUCHEN, luxare, *verſtaucht* luxatus. Forte a στύχος varus, diſtortus. Dicitur de dislocatione pedum & manuum, & vocatur alias *verrenken* diſtorquere.

STAUDE, frutex. Gloſſ. Boxh. *ſtuda* frutix. Gloſſ. Pez. nemoroſa *ſtudagaz*. A ſtando, inquit MARTINIUS, quia firmius ſtat quam herba. Malim a *ſtoſſen* protrudere, quod Gothice effertur *ſtautan*. Nam verba in regno vegetabili deſumuntur ab impulſu naturali, quo ramuli & frondes protruduntur, ut oſtendi in *ſchoſs* ſurculus, & *ſchieſſen* ac *ſprieſſen* fruticari.

STAUF, genus poculi capacioris. SOMNER. in Dict. AS. *ſteap* cyathus, calix, *ſtoppa* batiola. Gloſſ. Ælf. in nom. vaſor. ſitula *ſtoppa*. Gloſſ. Pez. calicibus *ſtouphin*, cyathos *ſtoupha*. Gloſſ. Keron. *Stoupus*, *ciphus certæ menſuræ*. Lege *ſcyphus*. Latino-Barbari habent etiam *ſtaupus*, Belgæ *ſtoop*, Islandi *ſtaup*. Cuncta a Gr. δέπας poculum, præpoſito ſibilo. Hodie utimur diminutivo *ſtäubchen*, dum *ſtauf* perennat apud Helvetios, teſte PICTORIO.

STAUNEN. Vide *erſtaunen*.

STAUPE. Vide *ſteupen*.

STECHEN, incipit a puncto, & definit in vulnere. Ordo ſignificandi eſt, (1.) pungere, (2.) puncto notare, (3.) punctim ferire ſeu ſtimulare, (4.) cuſpide ſodere, (5.) cuſpide trajicere, (6.) confodere, jugulare, (7.) incidere. Creditur oriri a Gr. στίγω vel στίζω pungere, unde etiam Latinis *ſtigo* & *ſtingo*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtican* pungere, confodere, jugulare, *toſticod* confoſſus, *ſtice* punctio, compunctio, lateris pleuritis, *ſticcel* ſtimulus, aculeus. Gloſſ. Pez. foderunt *durahſtachun*, transverberabitur *durahſtochan uuirdit*. TATIANUS Cap. CCXI. 4. *giſahun in then ſie anaſtabun*, videbunt in quem transfixerunt. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XX. 9. *thiu kind ſtechan*, infantes confodere. Inde

Græcis στίγμα punctum, cicatrix, στιγὺς ſubula, στάχυς ſpica, στικτὸς punctis diſtinctus, pictus, ſignatus.

Gothis *ſtik* punctum, *in ſtika metis* in puncto temporis Luc. IV. 5. *ſtikl* calix Marc. VII. 4. quod proprie eſt cornu, quo animal punctim ferit, & dicitur de calice, quia veteres ex cornibus potabant, ut demonſtravi in *horn* poculum.

Islandis *ſtikil* acutior pars cornu, *ſtekametz* pugio, apud VEREL. in Ind.

Germanis *ſtich*, *ſtichel*, *ſtachel*, & alia noti ſignificatus, quæ vide ſuis locis.

Allegorice dicitur de dictis mordacibus & aculeatis, item de donis, quibus homines tanquam calcaribus ſtimulantur ad agendum. Inde *beſtechen* corrumpere &c.

STECHEN, fodere ligone. Anglis *to dig* abſque ſibilo.

STECHEN, certare ludendo. Senſus a ludis equeſtribus petitus, ubi certantes annulum haſta trajiciunt.

STECHEN, incidere, *in kupfer ſtechen* æri incidere, *auffſtechen* inciſionem facere. Senſus a puncto ad inciſionem prolatus, quia inciſio eſt continuatio punctorum.

STECHER, ſecundum antecedentia ſignificat quantum poteſt, vel eum qui incidit, inde *kupferſtecher* chalcographus, vel inſtrumentum pungendi aut fodiendi, ut ſunt graphia, ſtimuli, pugiones &c. Inde Italis *ſtocco* gladius punctim ſeriens.

STECK, *ſtecken*, ſtipes, ſudes, paxillus. Gloſſ. Boxh. *ſtecko*, *dhorn*, ſudes. Gloſſ. Pez. paxillus *ſtechu*, paxillum *ſtechun*, in ſude *in ſtechin*. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſtaca* ſtipites. Proprie eſt omne lignum eo fine acuminatum ut in terram pangi poſſit, a *ſtechen* pungere. Hodie utimur compoſito *zaunſtecken* pro ſudibus, quales ad ſepes adhibentur. A ſimplici poſteritas fecit diminutiv. *ſtakette*, quod vide.

STECK, *ſtecken*, a paxillo transfertur ad baculum, quia paxillo ſimilis.

STECKEN, hærere, ineſſe, defixum eſſe, *im kot ſtecken* in luto hærere, *in der erde ſtecken* in terra defixum eſſe. Angloſaxones eodem ſenſu dixiſſe *ſtican*, teſtis SOMNER. & BENSON. Sumptum videtur a *ſteck* paxillus, quia paxillis in terram defixis ſimiles ſunt qui cum loco cohærent.

STECKEN, quatenus eſt verbum faceſſens a præcedenti, ſignificat quantum poteſt,

(1.) facere ut insit. Inde *stecken* rem rei immittere. (2.) facere ut cum loco cohæreat. Inde *stecken* figere. (3.) facere ut fixo simile sit. Inde *stecken* impedire, impedimentum afferre.

STECKEN, rem rei immittere, *ins maul stecken* immittere ori, *in sack stecken* recondere in loculo, *ins gefængnus stecken* conjicere in carcerem, *unterstecken* immiscere, *anstecken* incendere, immittere flammam, *anstieckend* contagiosus, quia luem immittit, *besteck* theca, in qua culter reconditur &c.

STECKEN, figere, *stecknadel* acus ad figendum. Gloss. Keron. defixis *kestactem*. Inde Gothis *hlethrastakeins* scenopegia, festum tabernaculorum, a figendis tabernaculis sic dictum Joh. VII. 2. In quo composito *hlethr* non significat corium, sed tectum. Nam tabernacula illa fuerunt tecta tumultuaria ex frondibus structa, non tentoria ex corio vel pellibus animalium. De voce *hlethr* vide plura in *leder* corium.

STECKEN, impedire, impedimentum objicere. VEAEL. in Ind. *stika* adactis & impactis palis flumina & freta navibus impervia reddere. Inde *steckbriefe* nobis significant literas quæ cursum fugientis intercipiunt, quamvis eriam mandatum de immittenda manu denorare possit. Dicitur etiam *sticken*, & tunc significat spiritum intercipere, posito genere pro specie. Et hinc *steckfluß* catarrhus suffocativus.

STECKEN, latere, *wo hastu so lang gesteckt* ubi latitasti tam diu. A *decken* latere, præposito sibilo.

STECKEN, tegere, abscondere, occultare. Verbum facessens ex præcedenti. Quid enim est occulrare, nisi facere ut lareat? Hodie utimur composito *verstecken* occulere, & reciproco *sich verstecken* latebras quærere. Cum simplici convenit Gr. στέγω operio, occulto.

STECK-FLUSS. Vide *sticken* suffocare.

STEG, semita. Gorh. *staigs* Marc. I. 3. Anglosax. & Francis *stigo*. TATIANUS Cap. XIII. 3. *tuot rehto sino stiga*, rectas facite semitas ejus. Proprie est via eundi, a *steigen* ire, vadere. In compos. dicitur *steig*. Inde *fuß-steig* trames.

STEG, gradus, *stegreif* circulus vel funis quo equus ascenditur. VEREL. in Ind. *stigi* gradus, scala, *stigreip* stapedes, vel stapedum funes. Refer ad *steigen* ascendere. Saxones & Alamanni dicunr *stigel*, sive diminutive, sive per medium derivandi *el*. BENSON. in Voc. AS. *stighel* gradus. Gloss. Keron. gradus *stiagil*. Dicitur & *stirig* in comp. Inde *steighügel* circulus ferreus ad conscendendum equum.

STEHEN, stare, consistere in loco. Verbum rarissimum, & in monimenris veterum vix semel obvium, simile tamen Græco στάκεν, στήκεν stare. Verba antiqua vide in *stan* & *standen*.

STEHEN, surgere, *erstehen* resurgere. Verbum facessens a *stehen* stare. Nam qui surgit, se ipsum stare facit.

STEHEN, inrelligere. Vide *verstehen*.

STEIF, strictus, adstrictus, Saxonice *stif* vel *styf* in omnibus Saxonum Dialectis, Belgica, Anglica, Scandica. A στύφω adstringere, spissare. Translarive dicitur de duro, denso, solido, firmo, & rigido, quia hæc & talia a natura sunt adstricta. Inde Anglosaxonibus *stifan* rigere, Germanis *steiffen* facere ur rigear, item solidare, roborare, confirmare, Suecis *styfsnackot* cervicosus, obstinatus, contumax, Latinis *obstipus* qui collum habet rigidum & in latus rerortum.

STEIG, idem quod *steg* in compositis, h. e. semita vel gradus.

STEIGEN, ire, vadere, tendere. Significatus extinctus, sed aliunde liquidus. JUNIUS eum colligit ex derivaro *steg* vel *steig* semita, & quod Græcis στείχω idem significet, in Gloss. Goth. pag. 316. nec quenquam reperiri posse putar, qui non hoc verbum fidenter deducar a στείχω ire, in Observ. ad Will. pag. 87. Pro confirmarione addi poresr, quod *stigan* Anglosaxonibus & Francis sit *ascendere* & *descendere*, quod derivata utrumque sensum custodiant, & quod idem verbum in compositis contrarios recipiat motus, sursum & deorsum tendenres, pro natura particularum, quibus jungitur. Quod fieri non posset, nisi adscensus & descensus in una & generali significatione convenirent. In qua vero, nisi in notione eundi?

STEIGEN, ascendere, surgere, sursum tendere. Goth. *steigan*, Anglosax. Franc. & Alam. *stigan*. Evang. Gorh. Joh. VII. 14. *staig in alh*, ascendit in templum. TATIANUS Cap. LIV. 1. *steig tho in shifilin*, tunc ascendir in naviculam. Composita vetetum sunt, *atsteigan*, *usteigan* quod Gorhicum, *astigan*, *upstigan*, quod Anglosaxonicum, *ufstigan* quod Francicum & Alamannicum. Cuncta eodem quo simplex significatu.

STEIGEN, crescere. Dicitur (1.) de plantis, prorsus ut *reisen* surgere, & *sprieſſen* salire. Vers. Anglosax. Marc. IV. 7. *tha stigon tha thornas*, tunc ascenderunt spinæ. Ubi Lurh. *die dornen wuchſen empor*. (2.) de pretio crescenri. Utrumque incrementum ascensui simile est.

STEIGEN, descendere, deorsum tendere. Anglosaxonibus & Francis ur supra. Evang. Anglosax. Marc. XIII. 15. *se the ys ofer thecene, ne stige he on hys hus*, qui est in tecto, ne descendat in domum. TATIANUS Cap. CCXVII. 1. *Gotes engil steig fon himile*, angelus domini descendir de cœlo. Inde per varia præfixa componunrur apud Gorhos *atsteigan*, *afsteigan*, apud Anglosaxones *astigan*, *ofstigan*, *nitherstigan*, apud Francos & Alamannos *niderstеigan*. Cuncta eodem sensu ur simplex.

STEIGERN, augere, facere ur crescar. Verbum facessens a *steigen* crescere. Antiquiras dixir de iis, qui res suas liciris modis amplificant. WILLERAMUS Cap. IV. 2. *ſie ſtegetent*

gerent ie doh gerno mit iro gelouben, mit gebete, mit elemoſina, unte mit anderen uuoletaten, ze demo gith huffen. Lege *gibt-huffen* cum cel. SCHERZIO, & locum ſic verte: Libenter aliquid adjiciunt per fidem, orationem, eleemoſynam, & alia bona opera, ad cumulum confeſſionis. Hodie non amplius utimur bono ſenſu, ſed pravo tantum, inprimis de fœneratoribus, qui annonam flagellant, & pretium ejus duplicant.

STEIL, acclivis, præruptus. Vitiatum per ſyncopen ab antiquiori *ſtickel*, quod vide.

STEIN, lapis, petra &c. Græcis στία & στίον, Gothis *ſtains* & *ſtaina*, Angloſax. *ſtan*, Franc. & Alam. *ſtein*, Belg. & Suec. *ſteen*, Angl. *ſtone*, Monum. Run. *ſtein*, *ſtain*, *ſtin*, *ſten*. Cuncta a *ſtan* ſtare, quia vi ſua ſtat. Gloſſ. Boxh. *ſteina* prerupta, *ſteinili* calculus. Gloſſ. Keron. petram *ſteina*. Gloſſ. Pez. ibices *ſteingeizi*, latomorum *ſteinpozilo*. Eodem nomine deſignari ſolet, quicquid ad lapidem proprietate aliqua vel ſimilitudine accedit, ut gemmæ ſeu lapilli pretioſi, lateres ſeu lapides cocti, calculi luſorii &c. A *ſtan* antiquitas Saxonica fecit *ſtænen* lapideus, & *ſtænan* lapidare, lapidibus obruere. Hodie dicimus *ſteinern*, & frequentative *ſteinigen*.

STEIN, murus coctilis. Dictio metonymica, qua pars ponitur pro toto, later pro ſtructura lateritia. Inde Angloſaxonibus *bol-ſtan* fornix, Germanis *ſchorſtein* caminus, *rabenſtein* locus ſupplicii, ubi exterminatorum corpora inſepulta abjiciuntur, non a *rabe* corvus, ſed a *rabe* cadaver.

STEIN, regio. Vox Scythica, quæ Perſis effertur *ſtan*, Græcis ταν͂α, ſibilo barbarico ſuppreſſo. De Perſis teſtem habeo LUDOVICUM DE DIEU in rudimentis Linguæ Perſicæ pag. 64. ubi multa Perſarum ſiſtit compoſita, cujusmodi ſunt,

Arabiſtan, regio Arabum ſive Arabia,
Hindoſtan, regio Indorum ſive India,
Turkiſtan, regio Turcarum trans Oxum,
Gurgiſtan, regio Georgiorum &c.

Perſas eam vocem a Scythis accepiſſe, colligitur ex nomine vetuſtiſſimo SACASTENA, regio Sacarum, ab ipſis Sacis (quos Scythici generis fuiſſe novimus) invento. STRABO quidem habet *Sacaſena* Lib. 2. Geog. *Sacæ optimam Armeniæ regionem occuparunt, quam nomine ſuo vocarunt Sacaſenam*, Σακασήνην. Sed manifeſto & facili deſcribentium errore, quem PEZRONIUS in Celticis pag. 38. ex ISIODRO CHARACENO, ſcriptore apud HOESCHELIUM & HUOSONIUM inter Geographos minores obvio, recte corrigit legendo Σακαστήνην. Nam *Sacaſtana* bis occurrit apud hunc ISIDORUM in Stathmis Parthicis, ſemel ab initio, iterum in fine, ubi *Sacaſtana Sacarum Scytharum* legitur. Perſas imitati ſunt Græci in voce ταν͂α, Græcos Latini in nominibus regionum, quæ in *tania* vel *donia* exeunt, cujusmodi ſunt,

AQUITANIA, regio fontium ſalubrium, non matrix aquarum, etiamſi *cwith* veteribus ſit matrix. Priorem & veriorem etymologiam ſiſtit PEZRONIUS in Ant. Celt. pag. 418. Alteram, ſed minus probabilem, SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 5.

LUSITANIA, regio Luſiorum in Hiſpania, interprete PEZRONIO ibidem.

MAURITANIA, terra nigricantium. Vide *mor*.

BRITANNIA, regio pictorum, a Celtica voce *brith* diverſicolor, maculoſus, PEZRONIO interprete pag. 379. *Britones*, *Friſiones*, & *Brigantes*, eadem eſſe nomina, pro Dialectorum diverſitate e *Phrygum* nomine corrupta, BAXTERO, quamvis auctori perdocto, & inter Britannos præcipuo, non credo: Et multo minus CLUVERIO, qui primum *Britonem* unum ex quinque filiis Aſcanii eſſe fingit. Nam *Britones* Lingua Celtica & hodie Cambrica ſunt homines picti. Et tales fuiſſe veteres Britannos, manifeſtum eſt. TACITUS Siluribus tribuit *coloratos vultus*, in Vita Agricolæ Cap. XI. CÆSAR vero, *omnes ſe Britannos glaſto inficere, quod cæruleum efficiat colorem*, ſcribit in Comment. Lib. 5. Hinc *picti Britanni* paſſim occurrunt apud veteres Poëtas. Rectius vero ſcribitur *Brittania*. Nam & Græci habent Βρεττία & Βρεττάνια, & Angloſaxones *Brytland*.

CALEDONIA, regio ſilveſtris. Hibernis *coit* etiamnum pro ſilva eſt.

Atque hinc jam patet, quid Germanis proprie ſit HOLSTEIN, nempe non cavus lapis, ut imperitis videri poſſet, ſed vel humilis & depreſſa regio, vel Saxonum antiqua tellus. De hoc celeberrimo nomine vide plura in *bol* inferus, & *Holſatia*. Si quæratur, unde ſit illud *ſtein?* Reſpondeo, ex eodem fortaſſe fonte ut *ſtein* lapis, nempe a *ſtan* ſtare, conſiſtere, quia regio eſt terra firma, & locus ſtabilis atque immobilis Reipublicæ. Si quis tamen malit derivare a *denen* extendere, non vetabo.

STELEN, furari. Gothis *ſtilan* Matth. VI. 20. Angloſax. & Francis *ſtelan*, *forſtelan*, Belg. *ſteelen*, Island. *ſtela*, Angl. *ſteal*, Suec. *ſtiæla*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXVII. 8. de latronibus cum Chriſto crucifixis: *thie ſtalun er zi ſlizze*, qui furta & latrocinia ante faciebant aſſidue. TATIANUS Cap. XXXVI. 1. *thar noh thioba ni grabent noh ni furſtelent*, ubi fures non effodiunt, nec furantur. Hujus verbi tres afferri ſolent origines. (I.) Græca, ſed a diverſis diverſa. HELVIGIUS ducit a συλᾶν ſpoliare per epentheſin, CASAUBONUS a στερεῖν privare, mutato R. in L. JUNIUS a σφάλλεσθαι fallere. (II.) Latina, a *ſuſtollere*, auctore MARTINIO. (III.) Germanica, a *ſtill* tacitus & tacite. Ita rurſus JUNIUS & poſt illum STADENIUS. Ad familiam ſpectant, *ſteler* fur, *ſtal* & *diebſtal* furtum, *geſtolen* furtivus, *verſtolen* & *verſtolnerweiſe*

weiſe clam, furtim, ſub- & obreptitie, *ſich einſtelen* obrepere, irrepere, *ſich verſtelen* ſurripere ſe aliorum conſpectui, clam ſubducendo ſe, & SKINNERI judicio etiam *ſtellatura*, ſed non *ſtellionatus*.

STELLE, locus. Angloſax. *ſteale*, *ſtealle*, Franc. *ſtall*. Gloſſ. Pez. loco *ſtalle*. A *ſtan* ſtare, per medium derivandi L. quia locus eſt res ſtabilis, & in loco omnia conſiſtunt. Dicitur ſenſu latiſſimo de loco naturali, conſtituto, honorario, vicario &c.

STELLE, *geſtelle*, quatenus derivatur a *ſtellen* ponere, ſtatuere, collocare, ſignificat omne tabulatum cui aliquid imponi poteſt, pluteum, fulcrum &c. Inde *ſtellen-macher* apud Berolinenſes eſt faber carpentarius, a compagine plauſtri ſic dictus.

STELLEN, ponere, ſtatuere, collocare. Francis *ſtellen*, *ſtollen*, *ſtullen*, Belg. *ſtellen*, Suec. *ſtælla*. NOTKERUS Pſal CVI. 36. *unde dar bi dien uuazzeren ſtolta er hungerge*, & ibi juxta aquas collocavit eſurientes. A *ſtelle* locus. Quid enim eſt ponere, niſi facere ut ſit in loco? Inde *ſtellung* poſitio, ſitus vel habitus corporis, & reciprocum *ſich geſtellen* ſiſtere ſe in loco. Ex eodem fonte promanant omnia factitiorum nomina, quæ collocandi cauſa fiunt, aut quibus aliquid imponitur. Inde στύλος columna, *ſtoll* baſis, fulcrum, *ſtul* ſella, *geſtell* pluteus, *ſtelzen* grallæ, & ſimilia.

STELLEN, conſtituere, diſponere, ordinare, *anſtalt* diſpoſitio, *geſtalt* forma, diſpoſitio, habitus, adjective conſtitutus, *ungeſtalt* deformis, *verſtelt* deformatus, *ſich gleich ſtellen* conformari reliquis. Confer dicta in *geſtalt*.

STELLEN, quatenus ſignificat *diſponere*, ſæpe in malam partem ſumitur, pro diſpoſitione ficta, & doloſa. Inde *ſich ſtellen*, *ſich anſtellen*, *ſich verſtellen* ſimulare, diſſimulare, mentiri habitum & diſpoſitionem, *verſtelt* fictus, *verſtellung* ſpecies ficta, *nachſtellung* inſidiæ.

STELZE, gralla. Angloſaxonibus *ſtælc*, ut patet ex verbo *ſtælcan* grallare, Belgis *ſtelt*, Angl. *ſtilt*, Suec. *ſtylt*. Proprie eſt fulcrum ſeu pes ligneus, cui genu aut axilla claudicantis vel mutili imponitur, adeoque a *ſtellen* ponere, collocare.

STEMEISEN, ſcalprum, cælum, inſtrumentum lapicidæ. Græcis τόμη eſt ſectio, amputatio, τέμνω ſcindo, ſeco. Hinc ſcil. noſtris *ſtem* præpoſito ſibilo, quod in conjunctione cum ferro efficit inſtrumenrum quo lapis ſcalpitur. Qui hoc ferro utitur, Græcis & Latinis vocatur *latomus*, id eſt, lapicida, a λᾶς lapis & τέμνω cædo, manifeſta viri & inſtrumenti cognatione.

STEMMEN, obniti, *ſtemmig* validus, robuſtus. Vide *ſtamm* ſtirps.

STEMPEL, *ſtempfel*. Vide *ſtampfen*.

STENDER, varie uſurpatur. Significat enim (1.) alveum ſtatarium. (2.) machinam ſubalarem, quæ infantes ſtare facit. (3.) trophæum. Ab hoc ſignificatu nomen urbis STENDAL deduxit ALTINGIUS in Tab. Ptol. Cap. 4. Obſtat tamen conjecturæ viri ingenioſi, quod eadem urbs in veteribus chartis vocatur *Steindal*. Vide diploma Ludovici Bavari citatum in voce *bider*. (4.) vexillum. Hoc ſenſu Latino-Barbari dicunt *ſtantarum* & *ſtandale* apud CANGIUM. (5.) candelabrum ſtatarium. Lat. Barb. *ſtantareum* apud eundem. (6.) fulcrum. Anglis *a ſtand*. Cuncta a *ſtanden* ſiſtere, ſtatuere, ſtare facere. Hinc illa ſignificationum amplitudo, ut *ſtender* dicatur, quicquid erectum ſtatuitur, aut aliis, ut ſtent, ſupponitur.

STENEN, ſuſpirare, ſuſpiria ex imo pectore ducere, ut miſeri, ægroti, & defatigati ſolent. Scribitur etiam *ſtænen* & *ſtönen*. MATHESIUS Conc. X. de vita & ſcriptis Luth. pag. 110. *und hilfft uns mit unausſprechlichen ſeufftzern ſtönen*. Idem Græcis στένω & στενάχω. A poſteriori Islandi habent *ſtanka* gemere.

STENGEL, caulis, ſcapus plantæ. NOTKERUS Pſal. LXIII. 8. de ſagittis puerorum: *diu uzer ſtengelen iro ſcuz machont*, qui ex ſcapis faciunt ſagittas ſuas. Quamvis etiam verti poſſit: *ex arundinibus jacula ſua*. Neſcimus, an ſit diminutivum a *ſtange* pertica, an vero a Gr. στέλεχος ſtipes? Illud STADENIO, hoc HELVIGIO ſe probavit. Ab alterutro tamen denominari potuiſſe intelligimus, quia caulis & perticæ ſimilis eſt, & in planta id, quod in arbore ſtipes.

STENKEN, fœtore inficere, olido conſpergere, *ſtubenſtenker* canis conclavia oleto contaminans, interprete STILERO. Id eſt, facere ut fœteat. Ergo verbum facellens a *ſtinken* fœtere.

STENKER, litigator, *ſtenkerei anrichten* lites excitare. Ducta ſimilitudo non a fœtore, ut STILERUS exiſtimat, ſed potius a cornupeta, bove vel capro, qui Danis dicitur *ſtanger*, a *ſtingen* pungere, ferire, quodquemvis obvium cornu petat. Quem morem imitantur ii, qui vitio naturali jurgia quærunt. Hinc vulgo *zænker* & *ſtænker* conjungimus.

STENKERN. Vide *ſtank* olfactus.

STEPPEN, acu prætexere. A *ſtipp*, *ſtupf* punctum, quia *ſteppen* eſt punctis inter conſuendum notare.

STEPSEL, obturamentum. Refer ad *ſtoppen*, *ſtopfen* obſtruere.

STER, terminatio. Vide PROLEG.

STERBEN, mori. Gloſſ. Keron. morientur *erſterbant*. NOTKERUS Pſal. CXVII. 17. *ne irſtirbo ih*, *nube ih lebo*, non moriar, ſed vivam. Et mox: *irſterben ne liez er mih*, non patiebatur me mori. Idem Belgis *ſterven*. Hæc prima verbi acceptio, a Francis & Alaman. relicta, ſed hactenus obſcura. Quidam ex duabus vocibus contrahunt: HELVIGIUS ex στερεῖσθαι βίου privari vita: BECANUS ex *ſtede erven* domum vel hæreditatem adire, puta cœleſtem. Uterque nimia in derivando licentia. Et de his ſimilibusque plurium verborum anguſtiis valet univerſe dictum

dictum GELLII Lib. XII. cap. 14. *Tot verba in pauciſſimas literas cludere, improbæ cujusdam ſubtilitatis eſt.* CLAUBERGIUS in Arte Etymol. Teutonum formavit a *derben* perire, interire, per medium ſibili. Hoc cæteris præferendum eſſet, ſi *derben* eo ſenſu apud veteres aut recentiores alicubi occurreret, quod minime fit, ne quidem in compoſito *verderben*. Quid ergo eſt *ſterben?* Forte nihil aliud quam θεοφθορεῖν facere, h. e. vitam cum morte commutare. Sane Græcis καταφθορὴ eſt mors & interitus, & καταφθίνειν mori & interire. Alia veterum verba vide in *wal* mortuus.

STERBEN, interficere, facere ut moriatur. SOMNER in Dict. Angloſax. *ſteorfan* cædere, occidere, *ſteorfa* cædes, clades, lues, peſtis. NOTKERUS Pſal. XXXIX. 15. *die mina ſela ſuochent, daz ſia ſie irſterben*, qui animam meam quærunt, ut eam interficiant. Verbum faceſſens a præcedenti, quod viguit adhuc ante ducentos annos. Vide verba MATHESII apud Staden. in Explic. Voc. Bibl. pag. 606.

STERBET, peſtis, Dial. Suev. Id eſt, lues morifera, morbus internecinus, non a *ſterben* mori, ſed a *ſterben* necare.

STERLING, *ſterlingus*. Moneta Anglica. Vide conjecturam noſtram in verbo *ſteuren* donare.

STERN, ſtella, ſydus. Perſis *ſtareh*, Græc. ἀστὴρ, Lat. *aſtrum*, Goth. *ſtairn*, plur. *ſtairnons* Marc. XIII. 25. Angloſax. *ſteorra*, plur. *ſteorran*, ibidem, Francis & Alam. *ſterro*, plur. *ſterron*, Belg. & Angloſax. *ſtarre, ſterre*, Suec. *ſtierna*, Island. *ſtiorna*, Armor. *ſter, ſteren*, Procop. *ſtern*. TATIANUS Cap. VIII. 5. *ſenu ſterro forafuor ſie*, ecce ſtella antecedebat eos. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 69.

Thoh n' iſt nihein ſterro,
Ni er uberfuari ferro.
Vertit SCHILTERUS:
Nec tamen ulla eſt ſtella,
Quam non ſupergreſſus eſſet procul.

Cum res mundanæ a motu & influxu cœleſtium pendere, & aurigantibus aſtris decurrere vulgo exiſtimentur; Hinc fieri poterat, ut credula vetuſtas nomen ſtellis a *ſteuren*, h. e. a regendo & gubernando impoſuerit. Idque nomen videtur e *Sphæra Antiquo - Barbarica* (de qua aliquid dixi in *wagen* currus cœleſtis) ad Græcos & reliquas gentes perveniſſe.

STERT, cauda. Angloſaxon. *ſteort*, Belg. *ſteert*, *ſtaart*, Suec. *ſtiert*. Sive quia ὄπισθος, h. e. pars poſterior animalis; Sive a *ſtarren*, quia riget dum erigitur.

STERZ, eadem notione. An huc ſpectet comp. *pflugſterz* ſtiva, quæſitum in loco.

STET. Vide *ſtat* ſtabilis, firmus, continuus.

STETIG. Vide *ſtatig*.

STETS. Vide *ſtat* continuus.

STETTE. Vide *ſtat* locus.

STEUBEN, vim ſignificandi ſuam habet a *ſtaub* pulvis. Significat autem (1.) pulverem movere. Inde *abſteuben*, *ausſteuben* pulverem amovere, quocunque modo id fiat, everrendo vel excutiendo, *beſteuben* pulvere conſpergere. Utimur etiam ſenſu paſſivo. Inde formulæ, *es ſteubet* pulvis excitatur, *das mæl ſteubet durch den beutel* farina excutitur e cribro pollinario. (2.) pulveris inſtar diſpergere. Francos eodem ſenſu dixiſſe *ſtouben*, obſervavit SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. Nos inde habemus *ſtaubregen*, *ſtofregen* pluvia tenuiſſima, pulveris inſtar cadens, *zerſtoben* diſſipatus, diſperſus, & frequentativum *ſteubern*, *ſtöbern* diſſipare, diſpergere. Utimur etiam ſenſu paſſivo. Inde *zerſtieben* evaneſcere, diſſipari, diſpergi, *es ſteubet*, *ſtiebet* pluit tenuiſſime.

STEUPEN, cædere, pulſare, percutere. MARTINIUS deduxit a *ſtipes*, quaſi *ſteupen* ſit fuſte vel ſtipite cædere, ingenioſe magis quam vere. Nam *ſteupen* eſt vox antiquiſſima, quæ Punice effertur *tuppin*, Hebraice *tuphaph*, Græce τύπτειν, τυπεῖν. Ab ultimo formavit HELVIGIUS *ſteupen* per proſtheſin, REIZIUS *tympanum* & *tambour* per epentheſin. Ipſum vero τύπτειν & reliqua a ſono tympani ficta exiſtimat, quod fuſtibus pulſum videtur dicere *dobbedobbedob*. BREDERODE in fabula Molitoris, citante REIZIO: *me dunkt dat te trommel dobbedobbedob gaat.* Quicquid ſit, Angli dicunt *taber*, & priores Galli non dicebant *tambour*, ut hodierni, ſed *tabur*, quod certe genuinum, & origini conformius. Teſtis mihi R. P. DANIEL in *Hiſtoria Militiæ Francorum* Lib. VI. pag. 534. *Dans nos anciens Auteurs il eſt appellé Tabur, Thabur, Tabor, Tabour.* Auctores ab illo laudatos, vide ibidem. Hodie *ſteupen* eſt virgis cædere, per ſynecdochen generis, & inde *ſtaupe* caſtigatio quæ fit virgis, metaphorice calamitas, *ſtaupenſchlag* pœna virgarum, *ſtaupbeſem* virga caſtigatoria, & alia, quæ nullam habent difficultatem.

STEUR, donum, largitio, & per ſynecdochen generis dos, vectigal, ſtipendium, collecta &c. Lat. Barb. *ſteura*. A Græc. δώρον donum, præpoſito ſibilo. Hinc etiam vulgo vocatur *gabe* a *geben* dare. Inde compoſita,

beriſtiura, ſtipendia, in Gloſſ. Pez. id eſt, tributa militaria.

beimſteur, dos, donatio propter nuptias, & dicitur *beim* a domo, quia domui mariti infertur.

beiſteur, collecta ſubſidiaria.

brandſteur, collecta incendiaria &c.

STEUREN, primi generis.

STEUREN, donare, largiri. Græc. δωρεῖσθαι. A præcedenti *ſteur*. Dicitur (1.) de pecunia quæ in publicum confertur. Inde *ſteuren* tributa pendere, *ſterling* nummus cenſualis, olim Danis ſolvendus, cum rerum potirentur in Anglia. (2.) de dote. Inde *ausſteuren* dotare, dotem conferre. (3.) de collectis. Inde formula *den armen ſteuren* erogare pauperibus.

STEUREN, ſecundi generis.

STEUREN, remigare, gubernare. SOMNER. in dict. AS. *ſteoran* clavum tenere, agere navigium, *ſteore* gubernaculum, *ſteor-man* gubernator navis, *ſteor-ræther* gubernaculum, clavus nauticus. Gloſſ. Pez. gubernator *ſtiurari*, gubernatores *ſtiurun*, gubernaculo *ſtiurroudre*. Gloſſ. Junianæ loc. cit. *ſtiuro* gubernator, nauclerus, *ſcheffes ſtiura* puppis. Ex his Gloſſis manifeſtum eſt, quod vi compoſitionis ſit *ſteur-ruder*, nempe clavus naucleri. Totum agmen ducitur a *ſteuren*, quod judice JUNIO in Obſervatis ad Willeramum eſt a σῆρα carina. Si Græca origine opus ſit, ut certe videtur, hoc potius dicendum, quod *ſteuren* factum ſit e verbo navali Græcorum ἐρέτ͂ειν remigare, transpoſitis literis, præpoſito ſibilo.

STEUREN, in metaphorico loquendi genere ſignificat *regere* & *reſiſtere*, quia ſicut regentes gubernantibus, ita reſiſtentes remigantibus ſimiles ſunt.

STEUREN, regere, dirigere, præeſſe. Angloſax. *ſteoran* apud SOMNER. *ſtyran* apud BENSON. Francis *ſtiuren*, *ſtiurren*, Suec. *ſtyra*, Island. *ſtiorna*. Gloſſ. Pez. dirigentis *ſtiurrentin*. Gloſſ. Junianæ in Obſ. a Will. pag. 65. *ſtiuret mich* dirigite vel gubernate me, *ſtiurre inti rihte* gubernet ac regat, *ſtiuri dina ſcalcha* guberna tuos famulos. VERELI. in Ind. *ſtiorna* regere, præeſſe, *ſtiorna kongs malum* regis nomine muniis fungi, *ſtiorn* regimen, *ſtiori* rector, inſpector, *vald-ſtiorn* magiſtratus, *oſtyrogr* refractarius, qui regi difficulter poteſt. FRENZEL. in Orig. Sorab. p. 1018. 1023. *ſtiaram* guberno, *ſtaroſta* præfectus. Interpretes Codicis Argentei tribuunt etiam Gothis *ſtiuran* eodem ſignificatu; ſed ex conjectura magis, quam ullius loci auctoramento. *Olim*, inquit JUNIUS, *prima ſua ſignificatione ad rem navalem pertinuit*. Quod, ut paulo ante demonſtravi, veriſſimum. Ergo ſenſus a gubernantibus ad rectores reipubl. translatus eſt per metaphoram, quia navim regentibus ſimiles ſunt. Et hac metaphora delectamur etiam in aliis verbis, quæ vide in *raten* & *ſchalten* regere.

STEUREN, reſiſtere, obniti, *dem übel ſteuren* reſiſtere malo. Ductum a remigantibus, quia reſiſtentes videntur idem facere quod ii, qui contra fluctus aut contra flumen obnixo corpore remos movent.

STEUREN, prohibere, compeſcere. Angloſax. *ſtieran*, Suec. *ſtyra*. Idem quod *reſiſtere*, per ſynecdochen generis. Nam qui dictis aut factis prohibet, ne quid fiat, utique agenti reſiſtit.

STEUREN, tertii generis.

STEUREN, firmare, fulcire, *zu ſteur der warheit* in fulcimentum veritatis. Gloſſ. Pez. ſuſtentamur *giſtiurit*, fultus *kaſtiurter*, ſuffulcit *giſtiurta*. Idem Gr. στηρῶ & στηρίζω.

STEUREN, quarti generis.

STEUREN, ſervare, curare, cuſtodire. Factum auctoribus Francis a Gr. τηρεῖν ſervare, vel a Lat. *tueri*, præpoſito ſibilo. OTFRIDUS Lib. II. Cap. IV. 135. de Chriſto: *ni bitharf dero engila ſtiura*, non indiget cuſtodia Angelorum. Eſt & Sorabis *ſtaram* curo, proſpicio, *neſtaram* non curo, non proſpicio. Quæ certe ſunt affinia.

STICH, quatenus derivatur a *ſtechen* pungere, ſignificat quantum poteſt, ictum & punctum. Gloſſ. Pez. ictu *ſtibbe*. Cod. Arg. Luc. IV. 5. *in ſtika melis*, in puncto temporis. Gr. ἐν στιγμῇ χρόνε.

STICHBLAT, charta victrix, & lamina ferrea in capulo enſis. Illud a *ſtechen* certare, hoc a *ſtechen* pungere, quia manum ab ictu defendit. In priori *blat* ſignificat folium, in poſteriori laminam, a *plat* planus & latus.

STICHEL, verbi *ſtechen* progenies, varios accipit valores ab origine. Angloſaxonibus *ſticcel* eſt aculeus & ſtimulus: Islandis *ſtikil* cornu, a parte pungente ſic dictum: Gothis *ſtikl* calix Joh. XVIII. 11. quia priſcis cornu erat pro vaſe potorio. Ita vocem Gothicam, in qua JUNIUS hæret, optime & ingenioſe explicat STIERNHIELMIUS. Nobis *ſtichel* eſt ſtylus ad fodiendum, & inde *grabſtichel* cælum, ſtylus chalcographi, a *graben* ſculpere.

STICHELN, fodicare, compungere. Frequentativ. a *ſtechen*. Dicitur primo proprie, deinde etiam figurate, de compunctione quæ fit verbis. Inde *ſtichelu* vellicare verbis, *ſtichel-reden* verba quæ tectum habent aculeum & conſcium pungunt.

STICHLING, acicula. Piſcis minutus ab aculeis ſic dictus.

STICHT, monaſterium, aut ſimilis fundatio. Vox veteribus chartis, & hodie Belgis uſitata. Proprie ſignificat id, quod in proprio fundo factum, fundatum, & ædificatum eſt, a Græc. τευκ͂ὸς factus, fabricatus, verbi τεύχω facere, ſtruere, fabricare. Litera S. in fronte vocis eſt a libidine ſibilandi, ut in aliis innumeris. Hodie dicimus *ſtift* pro *ſticht*, mutato *ch.* in *f.* quod facimus ſæpiſſime, & nobiſcum Belgæ. Sed *ſticht* antiquius eſt, & vere genuinum, cauſasque habet intelligibiles. Hinc adſentiri non poſſum SCHILTERO, qui *ſticht* pro *ſtift* invaluiſſe exiſtimat. Quod plane invertendum.

STICHTEN, facere, ſtruere, ædificare. Gloſſ. Lipſ. *ſtihtan* ædificabis. Idem Belgis *ſtichten*. Rurſus a τευχω per part. τευκ͂ὼν præp. ſibilo. Allegorice eſt *diſponere*, *ordinare*, *conſtituere*, quia mens, dum ordinat & diſponit, fabricanti ſimilis eſt. Inde *ſtichtung* diſpoſitio, ordinatio, conſtitutio. SOMNER. in Dict. AS. *ſtihte* deſtinatus, *ſtihtod*, *ſtihtud* idem, *ſtihtunge* diſpoſitio, diſpenſatio. Hodie dicimus *ſtiften* & *ſtiftung*, ob rationes ſupra memoratas.

STICKEL, arduus, acclivis, præruptus. Angloſax. *ſticol*, Franc. *ſtechal*. Gloſſ. Boxh. *ſtechal* arduum. Gloſſ. Pez. prærupto *ſtechalemo*. Haud dubie a *ſteigen* ſurgere, erigi, non

non quod arduus aſcenſu difficilis ſit, ſed quod ipſe haud leniter aſſurgat. Nam loca quoque ſurgere dicuntur, quatenus repente eriguntur. Inde *ſtickelhoher berg* mons prærupte altus, apud STILER. in Theſ. L. Germ.

STICKEN, *erſticken*, ſuffocare, & ſuffocari. Genus eſt *ſtecken* impedire. Ab illo fit *ſticken* intercipere ſpiritum, per ſynecdochen generis. Et hinc porro *ſteckfluß* catarrhus ſuffocativus.

STICKEN, acu pingere, *geſtickt* acu pictus. Græcis στίγω, στίζω eſt pungere, notis & maculis diſtinguere, στικτὸς pictus, ſignatus, punctis diſtinctus. Et cum etiam Suecis *ſtika* ſit pungere, hinc genus pro ſpecie poni intelligitur.

STICK-WURZ, bryonia. Forte eſt *radix arcana*, a *ſtecken* occultare, quia ſecretis magicisque uſibus inſervit, ut oſtendi in *alraun* mandragora artificialis.

STIEBEN. Vide *ſteuben*.

STIEF, in compoſitione reſpondet particulæ Angloſax. *ſteop*. SOMNER. in Dict. AS. *ſteop-fæder* vitricus, *ſteop-moder* noverca, *ſteop-ſunu* privignus. Hodie dicimus *ſtief-vater*, *ſtief-muter*, *ſtief-ſon*. Similia habent Belgæ, Angli, Sueci. Olim etiam Franci. Gloſſ. Boxh. *ſtiuf-muater* noverca. Quidam in his vocibus vituperium, alii laudem ineſſe ſuſpicantur. Vulgo exponitur *durus pater*, *dura mater* &c. tanquam eſſet a *ſteif* durus, rigidus, aſper, quod experientia teſtetur, vitricos & novercas plerumque privignis iniquiores eſſe. Ita ſentit MARTINIUS, & cum illo SKINNERUS. A quibus recedit VOSSIUS, qui vitricum & novercam ſic dictos putat, tanquam fulcimenta domus, a *ſtyven*, *ſteiffen* firmare. Hoc etiamſi experientiæ adverſum ſit (conſtat enim vitricum & novercam plerumque domus ruinam eſſe) tolerabilius tamen eſt quam antecedens, quod abſque contumelia dici non poteſt, ut bene monet STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 607. Ipſe deduxit a *ſtiften* conſtituere, ordinare, commoda quidem interpretatione, ſed infauſta Lucina, quia partus diſſimilis eſt parenti, ob defectum literæ T. in fine. Dicimus enim *ſtief*, non *ſtieft*. Reſtat, ut quid nobis de hac vocula videatur, paucis exponamus. Angloſaxonibus *ſtow* eſt locus, opinor a τόπος locus, præpoſito ſibilo. Et hinc etiam eſt *ſteop* & *ſtief*. *Locus* autem in omnibus linguis ponitur pro *vice*. Vide ergo annon *ſtief-vater* ſit vicepater, *ſtief-muter* vice-mater, *ſtief-ſon*, vice-filius? Sane vitricus & noverca ſunt loco patris & loco matris, ut privignus loco filii, ſi non ſemper affectu, certe repræſentatione aut ſubſtitutione. Poſſit etiam denotare patrem, matrem, & filium *legalem*, ſi radix ſit vox Sorabica *ſtow* conſtitutio.

STIEFEL, *ſtifel*, ocrea. Belg. *ſtevel*, Suec. *ſtöfwel*, Ital. *ſtivale*. Ut *ocrea* a *crure*, VARRONE judice: ita *ſtifel* a *tibia* vel *tibiale*, præpoſito ſibilo, quia tibiam tegit. Qui a *ſteif* rigidus deducunt, videntur ſupponere, ocreas ſemper e ſolido corio fuiſſe, ut ſunt hodie. Quod, an verum ſit, dubito. Nam primæ ocreæ videntur fuiſſe caligæ ex linteo vel panno, quod vel hinc concludere licet, quia pedibus ocreatis ſandalia ſuperinduebant. CANGIUS in voce Caliga: *Caliga præterea propria eſt Epiſcoporum: nam priusquam ſandalia induant, caligis ad genua usque protenſis crura revinciunt.* SPECKLINUS de cadavere effoſſo Epiſcopi Argentinenſis: *hatte ſtieffel an und darüber bantoffflen*. Notitiam utriusque loci debeo SCHILTERO in Gloſſ. Teut. pag. 73. col. 1.

STIEGE, ſcala. Gloſſ. Pez. cocleas *giuuntenan ſtiegun*. Id eſt, tortuoſas ſcalas. Gloſſ. Keron. gradus *ſtiagilsprozzo*. Id eſt, fulcra ſcalæ. Refer ad *ſteigen* ſcandere.

STIEGE, modus numerandi per bis dena. Lat. Barb. *ſtica*. CANGIUS in voce: *Lunda anguillarum conſtat ex 10. ſtillis, & quælibet ſtika ex 20. anguillis*. MARTINIUS deduxit a στίχος ordo, in voce *viginti*. Quamvis etiam *ſcanſionem* denotare poſſit. Nam & numeros ſcandere vulgo dicimus.

STIEL, manubrium, capulus, *beilſtiel*, *meſſerſtiel*, *beſenſtiel* manubrium ſecuris, cultri, ſcoparum. HELVIGIUS & MARTINIUS detruncant a στιλὸς manubrium ſecuris. Quod certe non eſt repudiandum. Nam στιλὸς Græcis ſignificare poteſt lignum ferro vel aliis rebus immiſſum, ut ea parte teneri queant, ſi derivetur a στέλλω mitto. Idque notavit MARTINIUS in Cadmo.

STIEL, quicquid manubrio ſimile. Inde Angloſax. *ſtele* caulis, cauliculus, ſcapus, nobis *ſtiel* caulis florum & herbarum, & petiolus uvarum & pomorum. Belgæ dicunt *ſteel*, Itali *ſtelo*. FERRARIUS mallet derivare a στύλος columna. Verum cum hæc imago thyrſo tantum conveniat, qui florem ſuſtinet, minime vero petiolo uvæ aut pomi: veriſimilius eſt, omnium appellationes ex una cauſa fluxiſſe, nempe ab ea parte, qua manu teneri poſſunt.

STIER, *ſtarr*, torvus. Belg. *ſtuurs*, Angl. *ſturdy*. Refer ad *ſtarren* intueri, quod natura ſua ita comparatum eſt, ut non ſolum de fixis, ſed etiam de trucibus oculis uſurpetur. Compoſita *ſtieriſch* & *ſtierbooſt* idem ſignificant. A *ſtier* rurſus fit *anſtieren* torvum intueri.

STIER, *ſtorr*, *ſtur*, aſper, immitis, auſterus. Belgis & Angl. ut ſupra. Id eſt, rigidus, a *ſtarren* rigere. Gothi ab hoc adjectivo videntur accepiſſe *ſtaurran* fremere, exaſperari, quod extat in Codice Arg. Marc. XIV. 5. Nos inde formamus *ſtorrig*, *ſtorriſch*, eodem ſenſu quo *ſtier*.

STIER, bos maſculus & juvencus. Gothis *ſtiur* Luc. XV. 27. Angloſax. *ſteor*, Belg. *ſtier*, Angl. *ſteer*. At vetuſtiores Dialecti (quod notatione dignum) carent ſibilo. Hinc idem animal Phœniciis vocatur *thor*, teſte PLUTARCHO in *Sulla*: Græcis ταῦρος, Latinis *taurus*, Cambris & Arm. *tarw*, Danis

& Suecis *tiur*, Islandis *tyr*. JUNIUS in Alphabeto Runico pag. 22. ↑ Tyr *eſt taurus. Exprimitur ergo hac litera Taurus terram cornibus ſodicans.* Sic autem dicitur, non quod ſit τερέτης aut τέρος, robuſtus aut ſterilis, ut Græciſſanres volunt ; ſed quod ſit cornupeta, ſive animal cornu feriens, a verbo Celtico *taro, taru* ferire, percutere, quod hodie ſuperat apud Cambros, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Cui valde conſonum, quod Græcis quoque δαίειν & δέρειν cædendi & percutiendi ſignificatum habent. Vulgo diſputant, utrum *taurus* ſit a *ſtier*, an vice verſa *ſtier* a *taurus?* Satis futiliter. Neutrum enim ab altero eſt, ſed utrumque a Celtis proſeminatum, *taurus* quidem in Latio abſque ſibilo, *ſtier* vero cum ſibilo in Germania.

STIFT, acicula, *ſenkelſtift* acicula ligulæ, *bleyſtift* acicula plumbea, ſtylus ex plumbo. A *ſtippen, ſtupfen* pungere. A *ſtift* rurſus fit *ſtiften* pungere, & dicitur allegorice de ſtimulo, qui animis addirur ad agendum: Inde *zank ſtiften* excitare lites, *ſtifter* impulſor, *anſtiften* incitare, inſtigare, facere ut faciat, *aufrur anſtiften* concitare ſeditionem. Quæ vulgo male referuntur ad *ſtiften* fundare.

STIFT, fundatio. Non a *ſtecken* figere, nec a *ſteiffen* firmare, etiamſi hæc etymologia auctores habeat non contemnendos; ſed a *ſticht*, quod genuinum & videndum. Quamvis enim monaſteria ſimilesque fundationes ſint fixæ & ſtabiles conſtitutiones, a principe vel privato religionis cauſa factæ, non tamen a figendo aut firmando ſic appellantur. Cauſæ, cur ita mihi videatur, ſunt, (1.) quia *ſticht* antiquius eſt, & Græcæ Linguæ conſenſione ſultum. Conſtat autem, multa noſtros in negotio religionis e Græca locutione in ſuam transtuliſſe, quod inrer alios notavit WALAFRIDUS Strabo Cap. VII. de rebus Eccleſiaſticis. (2.) quia *ſticht* ſignificantius eſt, & facile mutatur in *ſtift*. Notat enim non ſolum fundationem *diſponentis* & *deſtinantis*, ſed etiam *ædificantis*. (3.) quia *ſtiften* non poreſt eſſe a *ſtift* fundatio, ſecundum omnes ſignificatus; cum ex adverſo in omnibus conveniat cum *ſtichten*.

STIFTEN, facere, agere, patrare, *böſes ſtiften* mala cauſari, *ſtifter* auctor, cauſa. Dicitur de bono & malo, quod quis per ſe vel per alios facit, non certe a *ſtift* fundatio, ſed a *ſtichten* facere, parare, mutato CH. in F.

STIFTEN, ædificare, conſtruere. NOTKERUS Pſal. CIII. 17. *ſie ſtiftent monaſteria an iro eigenen*, ædificant monaſteria fratribus ſuis. Rhythmus de S. Annone verſ. 146. de Nino: *da ſtift er eine burg*, tunc condidit urbem. Et paulo poſt verſ. 166. *gezugi des ſtiphtis*, materia conſtructionis.

STIFTEN, fundare. Id eſt, inſtituere, conſtituere, diſponere, ordinare &c. ſenſu ab architectis, qui fundamenta ædificiorum jaciunt, accepto. Rhythmus de S. Annone verſ. 131. *da ſtift er heriverti*, tunc inſtituit expeditiones. NOTKERUS Pſal. LXXXVI. 5. *er ſtifta ſina muoter Synagogam fora uuerlt ſtiftida*, fundavit matrem ſuam Synagogam ante conſtitutionem mundi. Inde *ſtifter* fundator, i. e. ſtator, inſtitutor, *ſtiftung* fundatio, inſtitutio, deſtinatio, *ſtiftshütten* tabernaculum cultui divino deſtinatum.

STIFTEN, pungere, incitare. Vide *ſtift* acicula.

STILET, ſica. Gall. *ſtilet*, Ital. & Angl. *ſtiletto*. Vox MENAGIO & FERRARIO omiſſa. De illa ſic ſcribit SKINNERUS: *ſtiletto*, pugionis genus, Italis nimis uſitatum, credo a *ſtylorum* Romanorum ſimilitudine ſic dictum; Styli enim inſtar verſus extremitatem tenuatur. Certe etiam veterum ſtylis multos confoſſos legimus. Hæc ille, & veriſſime. Belgæ vocant *moordtpriem*, Sueci *förborgad mordwæria*, noſtri alias *dolch* & *ſtecher*. Verba veterum vide in *framea* ſecundæ ſignificationis.

STILL, quatenus derivatur a *ſtillen* ſedare, placare &c. quod docendi cauſa ſuppono, ſignificat quantum poteſt. SOMNER. in Dict. AS. *ſtille* tranquillus, quietus, ſedatus, ſerenus, *unſtill* inquietus, *unſtillian* inquietare. Gloſſ. Keron. quietus *ſtiller*, deſidioſus (id eſt, diſſidioſus) *unſtiller*, inquietos *unſtilleem*, inquietet *kiunſtille*.

STILLE, quies, & quicquid quieti ſimile, malacia, ſerenitas, tranquillitas, ſilentium &c. Hoc ſenſu Angloſaxones dicunt *ſtilnyſſe*, Franci & Alam. *ſtilli* & *ſtillida*. Gloſſ. Keron. ſilentium *ſtilli*, diſſenſionis *unſtillida*. Rurſus a *ſtillen*.

STILLEN, ſiſtere, ſedare. Græcis στέλλειν, Angloſax. *ſtillan* apud SOMNER. *ſtyllan* apud BENSON. Francis & Alam. *ſtillen*, *giſtillen* apud SCHILTER. in Gloſſ. Teut. pag. 382. 764. Opinor a loco, qui noſtris vocarur *ſtall* & *ſtelle*. Quid enim eſt ſiſtere vel ſedare, niſi facere ut in loco conſiſtat, quieſcar, nec amplius moveatur ? Hinc vulgo dicitur de motu in loco, qui contrario motu cohibetur. Inde *blut ſtillen* ſiſtere fluxum ſanguinis, *mer ſtillen* componere fluctus, *auflauf ſtillen* ſedare commotionem vulgi.

STILLEN, compeſcere, inhibere, cohercere. Græcis & reliquis ut ſupra.

STILLEN, allegorice dicirur de motibus animi, & tunc ſignificat quantum poteſt, *modum ponere, mitigare, placare* &c. SOMNER. loc. cit. *ſtillan, geſtyllan* placare, corrigere, mitigare. VEREL. in Ind. *ſtilla* modum ponere. Inde *zorn ſtillen, hader ſtillen*, & ſimilia, noti ſignificatus.

STILLEN, alia allegoria dicitur de appetitu naturali, & tunc ſignificat *facere ut ceſſet*, quod fit explendo appetitum. Inde *hunger ſtillen* ſaturare famem, *durſt ſtillen* reſtinguere ſitim.

STILLEN, interdum eſt derivatum a *ſtille* quies, & tunc ſignificat (1.) quieſcere, quietum eſſe. Gloſſ. Keron. quieſcat *kaſtille*. Hic ſenſus obſoleſcit. (2.) facere ut quieſcat.

Dicitur

Dicitur ſere de infantibus tantum, qui inſerto ori ubere ad ſilentium rediguntur. Inde formula, *das kind ſtillen* lactare infantem. Id eſt, facere ut quieſcat.

STILLSCHWEIGEN, ſilentium & ſilere. Novum, & a pleonaſmo factum.

STIMM, *ſtimme*, vox & ſonus. Francis & Alam. *ſtimma*, *ſtemma*, Belg. *ſtem*, *ſtemme*, Suec. *ſtæmma*. Dicitur de ſono articulato & non articulato, naturali & inſtrumentali, ſaltim apud Francos, a quibus vocem accepimus. Gloſſ. Keron. vox *ſtimma*, exalret vocem ſuam *hevit ſina ſtim*. TATIANUS Cap. XIII. 3. *ſtemma ruofentes in uuoſtinnu*, vox clamantis in deſerto. NOTKERUS Pſal. XCII. 4. *aha huoben uf iro ſtimma*, flumina elevaverunt vocem ſuam. Pſal. CIII. 7. *fone dero ſtimmo dines tonneris*, a voce tonitrui tui. Idem Pſal. XCIV. 3. *mit aller slahto ſtimmo uuunneſangon menniſchin, orginon, ſeiton, ſiſon, cymbon, cloccon, horno, &c rel.* Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Vox Francica corrupta eſt ex ſaniore *ſtimma*, quæ paſſim occurrit in Codice Varicano OTFRIDI Lib. I. cap. IX. 21. Cap. XXIII. 5. Lib. IV. Cap. XXXIII. 31. obſervante ROSTGARDO in *Emendationibus Otfridinis*. Sed hanc quoque vitiatam eſſe conſtat ex antiquiore *ſtibna*, qua uritur Codex Argent. Marc. IX. 7. *quam ſtibna ur thamma milbmin*, venit vox de nube. Ubi interpres Angloſax. haber *ſtefn*. Quod certe idem, quia B. & F. ſunt literæ convertibiles. Idem dicendum de labialibus B. & M. quæ cum ſint ejusdem inſtrumenti, facile permutantur in labio Francorum. Hinc ſcil. ex *ſtibna* primo factum eſt *ſtimna*, mox nova mutatione & ſatis frequenti *ſtimma*. Sed unde inquies *ſtibna?* Et quæ cauſa, cur hoc cæteris antiquius aut nativius cenſendum ſit? Reſpondeo a radice τυπτω ſonare, vel pulſare cum ſono. Utrumque enim ſignificat apud Lexicographos. Hinc ſcilicet verſimiliter exiſtit *ſtibna*, præpoſito ſibilo, quia vox omnis, cujuscunque generis ſit, eſt ſonus, qui pulſu linguæ, vel inſtrumenti, vel alterius rei editur. MARTINIUS breviter deduxit a στόμα os, JUNIUS multo apparatu a στέμμα, στέφανη corona. Neutrum auctore ſuo, & majoribus noſtris ſatis dignum eſt.

STIMM, *ſtimme*, per ſynecdochen generis dicitur de cantu tam oris quam fidium, nec non de clangore & fragore. Inde *ſtimm* vox muſica, *grundſtimm* baſſus, vox ima, *mittelſtimm* vox media, *gegenſtim* antiphona, *donnerſtimm* vox terribilis &c.

STIMM, *ſtimme*, per metonymiam ſigni dicitur de eo quod mens vult, quia vox eſt index animi. Inde *ſtimm* ſuffragium, ſententia, placitum, *einem ſeine ſtimm geben* ſuffragio ſuo aliquem ornare, *beiſtimmen* adſentiri, ejusdem opinionis eſſe, *überſtimmen* ſuffragiis vincere.

STIMMEN, quarenus formatur a *ſtimm*, ſignificat quantum poteſt, (1.) ſonare, ſonum edere. Inde *einſtimmen* conſonare, allegorice convenire & concordare, *einſtimmig* uniſonus, conſonus, allegorice concors. (2.) vocare, & ſenſu forenſi citare, indicere. VEREL. in Ind. *ſtæmma*, *ſtæmna* convocare, in judicium citare, *ſtæmmodag* dies negotio cuique concludendo aut efficiendo præſtitutus. Huc ſpectat *beſtimmen* indicere, præſtituere, determinare, *beſtimmt* indictus, præſtitutus, determinatus, quod dicitur de rempore & loco definito. (3.) canere. Inde *anſtimmen* intonare, præcinere, cantandi initium facere. (4) rendere chordas, tonos ordinare. Inde *geſtimmt* conſonus, *verſtimmt* diſſonus, *ſtimmeiſen* inſtrumentum rendendi chordas.

STINGEN, ferire, ictu petere. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſtyngan* ferire. Græcis στύω eſt percutio. Sibilus præpoſitus eſt a libidine ſibilandi, & G. in medio vocis ab attractu literæ N. Hodie eſt obſoletum: nec tamen deceſſit improle. Nam hinc habemus *ſtange* pertica.

STINGEN, pungere, ſtimulare, punctim ferire. Angloſax. *ſtingan*, Angl. *to ſting*, Græcis ut ſupra. Vel idem eſt quod antecedens, ſenſu ab ictu ad punctum translato: vel oriri potuit a *ſtechen* per epenrheſin. Olim omnibus Dialectis fuit commune. SOMNER. in Dict. AS. *ſtingan* pungere, ſtimulare, *ſtungen* punctus, *ſtinge* aculeus, ictus, punctio. Codex Arg. Marth. V. 29. *uſtagg auga*, erue oculum. Id eſt, expunge. NOTKERUS Pſal. XXXIV. 16. *zeuuorfen nals keſtuncte*, diſſipati non compuncti. Gloſſ. Keron. compunctione *ſtuncniſſi*. JUNIUS tribuit etiam Danis & Islandis *ſtinge* pungere. Quod verum eſſe neceſſe eſt, quia Literæ Runicæ punctis notatæ vocantur *ſtungen*. Suecis *ſtænga* eſt coniſcare, h. e. cornu petere, manifeſta cum reliquis cognatione. Hodie ceſſat, vigentibus tamen derivatis, *ſtange* contus, *ſtenker* cornupeta. Nec aliunde Italis *ſtinca* apex montis, quam quia cuſpidi ſimilis.

STINKEN, oritur a *ſtank* odor, non vice verſa. Er hinc ſignificat quantum poteſt, (1.) odorem ſpirare, bonum vel malum, (2.) fœtere, (3) odorem percipere.

STINKEN, olere, odorem ſpirare. Angloſax. *ſtincan*, *ſtencan*, Franc. *ſtinken*, *ſtincben*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 546. *lilia inti roſa ſuazo ſie thir ſtinkent*, lilia & roſæ dulce tibi fragrant. WILLERAMUS ab initio: *dine ſpunne ſtinchent mit den bezzeſten ſalbon*, ubera tua fragrant cum oprimis unguentis. Hodie obſoleſcit.

STINKEN, fœtere, retrum & gravem odorem emittere. Verſio Angloſax. Joh. XI 39. de cadavere Lazari: *nu he ſtincth*, jam fœtet. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XX. 116. *thieſelbo zigun ſtinkent*, hi hœdi fœtent.

STINKEN, olfacere, percipere odorem. NOTKERUS Pſal. CXV. 6. *habent naſa unde ne ſtinchent*, nares habent & non olfaciunt. Hodie ceſſat.

STINT, *ſtintz*, piſcis minutus & vilis, quem a putore ſic dictum putant, quaſi *ſtinkfiſch*. Ita MARTINIUS in voce *ſaperda*. Scandis tamen *ſtiunta* eſt abbreviare, decurtare, apud LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. & ſtinti ſunt omnium piſciculorum minimi.

STIPP, *ſtupf*, punctum. Gloſſ. Pez. apex *ſtuph*. RUODEPERTUS Magiſter S. Galli Epiſt. VII. *uuanda des keſtirnis chraft fergat unde virloufit in ſo langero viriſte ſo man einin ſtupf ketuon mag*, quoniam virtus conſtellationis in ictu pungentis eſt. Dicitur etiam *tupf* abſque ſibilo, & diminutive *tüpflein*. Haud dubie rectius. Nam proprie eſt ictus, a Græc. τύπος, ejusdem ſignificatus.

STIPPEN, *ſtupfen*, pungere. Gloſſ. Pez. ictu pungentes *ſtioze ſtophontes*. Verbum a ſubſtantivo factum, non vice verſa. Dicitur etiam *tupfen* absque ſibilo.

STIPPEN, *ſtupfen*, tingere, immergere. Idem quod *dupfen*, præpoſito tantum ſibilo. In Belgio quoque *ſtippen* & *indoopen* ſunt ſynonyma. Revera autem ſunt eadem.

STIRN, frons. Vox ſingularis, & German. hodiernis unice propria, quæ ſimilem non habet, nec in antiquis, nec in recentioribus Dialectis. Qui Suecicum *ſtierna* ad conſenſum referunt, ſono decepti id faciunt. Conſtat enim Suecos hac voce non frontem, ſed ſtellam deſignare. A ſtellis vero nomen frontis deducere (quod fecit MARTINIUS) ego quidem non auſim, etiamſi pars ima frontis luminibus tanquam ſtellis ſit ornata. Nam frons ipſa non eſt lumen nec ſtella. Dici tamen poteſt στέφη, h. e. zona, quia oculos præcingit, vel quia lumina ibi lucent tanquam in zona. Sed mittamus zonam, & *ſtirn* ducamus a τέρμα finis, extremum, quia ſtaturam hominis terminat. Nam ob eandem cauſam Francis vocatur *ende*, ut oſtendi in loco. Alienas voces aſſibilari, & M. in N. mutari, quid magis obvium? Angloſaxones frontem vocant *forehеafod*, quod eſt quaſi ſinciput, vel potius anticiput, ſi ita loqui fas ſit. Idque imitantur Belgæ in *voorhoofdt*, Angli in *forehead*, dum Sueci dicunt *ænna* pro *ende*, Dani *pande*.

STOBERN, *ſtöbern*, diſſipare. Vide *ſteuben*.

STOCHER, *ſtocker*, dicitur a *ſtechen* pungere, fodere, ſcalpere, & compoſite vocatur *zanſtocher* dentiſcalpium, Belgice *tandeſtooker*.

STOCK, adjective.

STOCK, durus, impenetrabilis, allegorice pertinax, obſtinatus. Græcis utroque ſenſu στεγανὸς. Inde *verſtocken* indurare, obſtinatum & pertinacem reddere, quo utitur Luth. Joh. XII. 40. ubi interpres Angloſax. habet *ahyrdan*, ab *hart* durus.

STOCK, denſus, ſpiſſus, *ſtocken* ſpiſſare & ſpiſſari. Vel idem eſt quod *dick* præpoſito ſibilo, vel abſciſſum a Græc. στεγανὸς denſus, quod eſt a στεγόω conſtringo. Utimur tantum in compoſitis, & tunc ſignificat id, quod ita ſpiſſum eſt, ut radios non transmittat. Inde *ſtockblind* ſpiſſe cœcus, *ſtockfinſter* ſpiſſe obſcurus. Aliam tamen interpretationem ſuppeditabit proximus ſignificatus.

STOCK, valde, vehementer. Quemadmodum a *dick* ſpiſſus fit *dick* ſæpe; ita a *ſtock* durus fit *ſtock* valde. Ad hanc notationem me ducit, cum analogia voculæ *hart*, quæ primo *durum*, deinde *valde* ſignificat: tum quædam compoſita, quæ hunc exigere ſenſum videntur. Tale eſt Belgicum *ſtockoud* annoſus, valde vetus, quod certe non eſt a baculo, quo ſenex nititur: & noſtrum *ſtockdumm* valde ſtupidus, non certe a trunco, etiamſi homo ſtupidus extra compoſitionem truncus & ſtipes appellari poſſit. Et huc etiam aliquando retuli *ſtockblind* valde cœcus, *ſtockfinſter* valde obſcurus. Neſcio an rectius quam paulo ante? Viderint alii, utrum ex duobus poſſibilibus magis eligendum ſit. ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. p. 63. *ſtochblind* arceſſit a *ſtechen* pungere, ut proprie ſit cœcus cui oculi expuncti. Sed non magis perſuadet quam alius vir doctus, qui idem nomen a baculo deduxit, quod cœcus cum baculo incedat, nec tuto incedere poſſit, niſi officium oculorum baculus fecerit.

STOCK, ſubſtantive.

STOCK, ſtirps. Gloſſ. Pez. ſtirps *ſtoch*. Proprie eſt ſtirps arboris, compoſite *baumſtock*, a στάχυς, στήκω, *ſtehen*, ſtare, ſic dicta, quod ſtet erecta & immota, & ſtare faciat arborem, ut *ſtamm* a *ſtan*. Inde Italis *ſtocco*, Gallis *eſtoc*, eodem ſenſu. Allegorice dicitur de ſtemmate gentili, prorſus ut Latinis *ſtirps*. Inde Anglis *ſtock* genus, origo, proſapia, Belgis *ſtockgoederen* bona paterna, avita, hæreditaria. Hoc Itali rurſus imitantur in *ſtocco* origo gentis, quod FERRARIUS perperam & reclamantibus literis deduxit a *ſtipite*.

STOCK, frutex. A vi ſtandi, ut antecedens. Inde *ſtöcklein* arbuſcula, *weinſtock* vitis, frutex vini, *roſenſtock* roſarium, frutex roſarum, *blumenſtock* frutex florum. Hoc metaphora e regno vegetabili transtulit in animale. Inde *eyerſtock* ovarium, quia ramoſum & frutici humili & baccifero ſimile.

STOCK, truncus, caudex. Gloſſ. Ælf. in nom. arb. truncus *ſtoc*. Hunc ſignificatum habet vel ἀμέσως a ſtando, ut reliqua, vel a priſtino ſtatu. Ante enim fuit ſtirps arboris, quam ex arbore truncaretur. Hinc illi fortaſſe adhæſit nomen, quod habuit, cum adhuc pars arboris eſſet. Dicitur etiam per ignominiam de homine agreſti, intractabili, & ſtupido, prorſus ut Latina *truncus*, *caudex*, *ſtipes*, *frutex*.

STOCK, pedica, compes, & omne impedimentum pedibus captivi injectum, quod plerumque truncus eſt, aut fruſtum trunci. Hinc vel idem eſt quod *ſtock* truncus, vel derivatum a *ſtecken* impedire. A *ſtock* rurſus

ſus ſit *ſtöcken* trunco alligare, in vincula conjicere, & hinc porro *ſtockhaus* carcer, *ſtockwart*, *ſtockmeiſter* cuſtos carceris. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *ſtucka* in cippo vel robore tenere aut cuſtodire, a *ſtok* compedibus, trabe vel robore.

STOCK, per metonymiam materiæ eſt *cippus ex trunco*, & quicquid cippo ſimile. Inde *kirchenſtock*, *armenſtock*, *almoſenſtock* cippus largitionum, gazophylacium pauperum, *waxſtock* cera ductilis in formam cippi conglomerata.

STOCK, ſudes, ſtipes, paxillus. Proprie lignum acutum, quod terræ infigi poteſt, a *ſtechen* pungere. Conſenſum Antiquitatis vide in *ſteck* ſtipes.

STOCK, baculus, fuſtis. Belg. *ſtock*, Angl. *ſtick*. Sive quia ſtipiti ſimilis, ſive ἀμέσως a στύω, quod Græcis nonſolum *pungere*, ſed etiam *verberare* ſignificat. Ita *baculus* a *batuo*, quia eſt inſtrumentum verberandi. Inde compoſita, *ſtockſchlag* ictus baculi, *ſtockfiſch* aſellus, piſcis qui fuſtibus tunditur. Inde etiam locus joco inter Flandros, ut verbera vocentur *ſtockviſch zonder boter*, aſelli ſine butyro. Poſtea ſenſus a baculo ad ſcipionem & omne lignum tenue & teres, duce ſimilitudine translatus eſt.

STOCK, tectum. Gr. στέγη, στέγος. A *ſtecken*, στέγω, tegere. Inde *bienenſtock* apiarium, id eſt, domus vel tectum apum. Qui dubitat, adeat *beute* alvearium, & ſimiles voces reperiet.

STOCK, contignatio. Gr. στέγη, στέγος, Gall. *eſtage*. Ex eodem fonte, quia contignationes ſe mutuo tegunt, ita ut ſolum ſuperioris ſemper ſit tectum inferioris. Inde Græcis δίστεγος & τρίστεγος binas & trinas habens contignationes, nobis *ſtockwerk* ſtructura tecto inferioris partis ædificii impoſita.

STOCK, tenaculum, *ſchraubſtock* tenaculum cochleatum, *daumenſtock* forceps digitorum, *zwingſtock* retinaculum, cohibitorium. Referri poteſt ad Gr. στεγνόω conſtringo.

STOCKEN, ſpiſſare & ſpiſſari. Refer ad *ſtock* ſpiſſus.

STOCKEN, *ſtöcken*, in vincula conjicere. VEREL. in Ind. *ſtukkaſt* cippo vel compedibus ſtringi. Refer ad *ſtock* pedica.

STOCKEN, *ſtöcken*, ſiſtucare. Refer ad *ſtock* ſudes.

STOCKER. Vide *ſtocher*.

STOCKERN. Vide *ſtottern*.

STOCKNARR, cujus generis ſit hic ſtultus, an ex conductis, quales ſunt Principum moriones, quos a geſtamine, ferula vel ſcipione, ſic dictos volunt, an ex mente captis, qui vinculis cohercentur, an vero ex iis, qui ob inſignem pertinaciam nec conſilio regi nec monitis emendari poſſunt, cum *ſtock* & *ſcipionem* & *vinculum* & *contumacem* ſignificet, plane incertum eſt. Nec uſus hic ſibi conſtat, ſicut nec in aliis conviciis, de quibus ſæpe nihil affirmari poteſt, quam quod ſint vagi & indeterminati ſignificatus.

STOCKZAN, dens genuinus. Id eſt, ſtabilis, immobilis. Reliqui dentes ſunt caduci, & a natura expelluntur tanquam ſpurii; hic vero nomen promeruit a στάω, ſtare, quia cæteris ſtabilior.

STOFEN, coquere ſuffocando. Vide *ſtoven*.

STOFF, apparatus. A τεύχω paro. Utraque mutatio, tam ea qua ſibilus præfigitur, tam altera qua CH. in F. vertitur, exempla habet innumera. Dicitur alias *zeug*, & ex eodem fonte. Uſurpari autem ſolet duobus modis, (1.) de quacunque ſubſtantia ex qua aliquid fit vel fieri poteſt. Inde

Anglis *ſtuff* materia.

Belgis *ſtoff* pannus, laneus & ſericus, quia ſicut ex materia fit materiatum, ita ex panno veſtis.

Gallis *eſtoffe*, eodem & latiſſimo ſenſu.

Cambris *yſtof* ſtamen, forte quia initium telæ.

(2.) de quacunque re parando facta. Inde Anglis *houshold-ſtuff* ſupellex.

STOFREGEN. Vide *ſteuben*.

STOLL, ſedes, ſedile. Dicitur alias *ſtul*. Utrumque a *ſtellen* ponere, ſtatuere, collocare.

STOLL, baſis, fulcrum. Gloſſ. Boxh. *ſtollum*, *ſtozza* baſes. Rurſus a *ſtellen* ſtatuere, quia baſes ſunt earum rerum, quibus ſupponuntur, ſtatumina. Inde Gallis *piedeſtal*, Belgis *voetſtal*, pes columnæ, vel potius fulcrum pedeſtre. Ob eandem cauſam ara Scriptoribus Sagarum vocatur *ſtall*, quia eſt fulcrum cui victima imponitur.

STOLL, cuniculus, locus effoſſus & trabibus fultus in metallifodinis. A *ſtollen* fulcire. Inde compoſita apud STILERUM, *erbſtolle* pars fodinarum hæreditaria, *waſſerſtolle* aquagium, cuniculus aquilicius, *goldſtolle* arrugia. A *ſtoll* rurſus derivantur *ſtollen* cuniculum agere, & inde *ſtollung* foſſio cuniculorum, eodem interprete.

STOLLEN, fulcire, ſtatuminare. NOTKERUS Pſal. CI. 25. *fone eriſt ſtollotoſt du die erda*, ab initio fundaſti terram. Refer ad *ſtoll* fulcrum. A *ſtollen* rurſus fit *ſtoll* cuniculus, fundus ſubterraneus, de quo paulo ante.

STOLPERN, cæſpitare. Suecis *ſtupa*, Anglis *ſtumble*, Germanis alias *ſtappeln*, Belgis *ſtibberen* & *uitſtibberen*. Credo Belgas ante dixiſſe *uitſtibberen*, quam *ſtibberen*. Nam cæſpitare eſt errorem committere in calcando, fallente pedem veſtigio, ob inæqualitatem ſoli. Veſtigium autem Græcis dicitur στίβος, Angloſax. *ſtæp*, Sorab. *ſtup*, *ſtowp*, Germ. *ſtapp*, *ſtapf*. Hinc falli veſtigio recte dicitur *uitſtibberen*, male vero *ſtibberen*, *ſtupa*, aut *ſtappeln*, & adhuc pejus *ſtolpern* & *ſtumble*. Nam hæc poſtrema nonſolum laborant aphæreſi ut reliqua, ſed etiam litetas non inſerendas adſciſcunt.

STOLZ, conſtitutus. Saxonice *ſtolt*, *ſtalt*, *ſtelt*. Participium verbi *ſtellen* conſtituere, quod

quod dicitur cum relatione ad ſtatum & conditionem hominis, humilem vel ſublimem, in quo poſitus eſt. Hinc credo interpretationem accipit *hageſtolz*, quod certe ſignificat *in edito conſtitutum*, ab *hag*, *hoch* altus, ſublimis, & uſurpatur antiquitus (1.) de Principe. SOMNER. in Dict. Angloſax. *heg-ſteald* princeps. BENSON. in Voc. AS. *heg-ſteald* princeps. Haud dubie quia ſupra cæteros eminet, ſive auctoritate, ſive fortunæ & natalium celſitudine. Hinc etiam vulgo Principes & *celſos* & *celſitudines* vocamus. (2.) de virgine. Codex Cottonianus Matth. I. 23. citante JUNIO: *heonu behſtald in hrif ſceal habba*, ecce virgo in utero habebit. Hunc appellationis honorem accepit virgo a Veteribus, quod omnes a Venere abſtinentes, ſupra communem hominum ſortem conſtitutos eſſe, & cœleſtem agere vitam exiſtimaſſent. (3.) de quovis cœlibe. Ob eandem rationem. Vide plura huc ſpectantia in ipſo compoſito.

STOLZ, loco aliquo conſtitutus. Inde Latino-Barbaris *haiſtaldus* & *heſtaldus*, colonus in domo Domini conſtitutus. De hoc colono jam aliquid dixi in *hag* domus, & *hageſtolz* tyro.

STOLZ, in officio aut dignitate quadam conſtitutus. A *ſtellen*, *ſtallen* conſtituere, auctorare. Hunc ſignificatum colligo ex compoſito *gaſtaldus*, quod vide.

STOLZ, miſſus regius. Longobardis *ſtoliz* & *ſtolizer*. Rex ROTHARIS Lib. I. Legum Long. Tit. XIX. 5. de damno ab judice dato: *ſi judex dilataverit ipſum cauſam deliberare, aut licentiam dederit adverſæ parti ipſum molinum evertendi, componat Sol. XX. in palatio Regis diſtrictus ab* STOLIZAZ. Gloſſa antiqua apud LINDENBROGIUM: *Stolizaz, id eſt, miſſus Regis.* GROTIUS in Indice appellativorum: *Stolizaz, ſtoli-zaz, ſolii inſeſſor, nomine Regis ſcilicet. Miſſum Regis interpretantur Leges.* Quamvis regis nomine præſidens etiamnum dici poſſit *ſtulſoß*, auſim tamen legere *ſtolizar*, ut proprie ſit *miſſus Regis*, non inſeſſor ſolii, a στέλλω mitto. Idem Græcis στόλος ſignificat in compoſitis ἀπόστολος, μυσόστολος &c. A στόλος autem facile fit *ſtoliz*, & cum terminatione maſculina *ſtolizar*, *ſtolizer*. Dicitur autem *diſtrictus ab ſtolizar*, id eſt, ſevere increpatus. Hoc enim Latino-Barbaris ſignificat *diſtringere*, ut me docuit CANGIUS in Gloſſario. Ab eodem accepi ſequentem locum, qui lectionem meam confirmat: *Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Arrichis, ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum* (i. e. rogationem) *Griſerifci* STOLEZARI *noſtri, tibi Municulano Gaſtaldo noſtro pueros duos* &c. Siſtitur ex Charta Arichis Ducis Longob. in Chronico Beneventano S. Sophiæ citante CANGIO. Ipſe quidem reponit *ſtolizaz*. Sed nihil in lectione mutandum eſſe, ex dictis palam eſt. Quid mirum, Longobardos quædam Græca adoptaſſe, cum in provinciis Græcorum diu fuerint commorati? Si quis tamen alteri lectioni inhærendum cenſeat, vox Longobardica poterit denotare *judicem aulicum*. Vide *ſtulſaß* judex.

STOLZ, ſuperbus, arrogans, inflatus. Suecis *ſtælt*, Island. *ſtolizlegur*, Belgis & Anglis *ſtout*. Plures etymologias recipere poteſt, *unam* a proverbio: STULTUS *und* STOLZ *wachſen auf einem holz: alteram* a Gr. στύραξ minatur, quæ placuit CASAUBONO, & confirmari poteſt ex eo, quod ſuperbi & arrogantes plerumque ſint minaces: *tertiam* a vituperio. Apud Longobardos *Gaſtaldi* erant rectores locorum, & *Stolizeri* miſſi regii. Hi, cum forte eſſent ſupra modum tumidi, inſolentes, imperioſi, aliosque præ ſe contemnerent, ut ſolent eſſe mores eorum, quos fortuna aliorum collis impoſuit, potuerunt anſam dare verbo *ſtolzieren*, h. e. mores præpoſitorum imitari. Et hinc porro deduci potuit *ſtolz* ſuperbus & ſuperbia.

STONEN, *ſtönen*, gemere. Vide *ſtenen*.

STOPFEN. Vide *ſtoppen*.

STOPPEL, caudex frumenti. A Lat. *ſtipula*. Vocem Saxonicam exhibet Gloſſarium ÆLFRICI in nom. tritici: ſtipulæ *healmes laf*. Id eſt, reliquiæ culmorum, vel reſiduum ejus quod ex culmis demeſſum, & in terra relictum eſt.

STOPPELN. Vide *ſtoppen* farcire.

STOPPEN, *ſtopfen*, obſtruere, occludere. Angloſax. *for-ſtoppan*, Belg. *ſtoppen*, Angl. *to ſtop*, Suec. *ſtoppa*, Ital. *ſtoppare*, Gall. *eſtouper*, Lat. Barb. *ſtuppare*. Judice FERRARIO eſt a στύπη vel *ſtupa*, h. e. a cannabi, qua rimæ navium obturantur. Inde Belgis & Suecis *ſtopp* obturamentum, nobis *ſtöpſel* idem.

STOPPEN, *ſtopfen*, farcire, ſartum facere, alias *flicken*. Dicitur de iis, qui rupturas veſtium reficiunt, quia ſimiles ſunt eorum, qui rimas obturant. Idem Belgis *ſtoppen*. Utimur etiam frequentativo *ſtoppeln*. Inde *zuſammen ſtoppeln* conſuere fruſta, centonem facere.

STOPPEN, *ſtopfen*, conſtringere, *ſtopffich*, *ſtopffend* adſtringens. Græcis στύφω & στυπτικός. Dicitur de cibis & medicamentis, quæ vim habent adſtrictoriam.

STOPPEN, *ſtopfen*, ſpiſſare, denſare. Græc. στύφω, Lat. *ſtipare*, Isl. *ſtuffa*, *ſtæffa*, apud VEREL. in Ind. Hic ſignificatus ſequitur ex præcedenti per metonymiam cauſæ. Nam quæ ſubſtantiam laxiorem conſtringunt, hoc ipſo eandem denſiorem & ſpiſſiorem reddunt.

STOPPEN, *ſtopfen*, farcire, implere. Italis *ſtivare*, *ſtuffare*. Id eſt, implere denſando, poſita cauſa pro effectu.

STOPSEL, *ſtöpſel*, obturamentum. Refer ad *ſtoppen* obſtruere.

STOR, *ſtör*, ſterilis. Gothis *ſtairo* Luc. I. 7. Græcis στεῖρος, a στερέω privo, judice MARTINIO, quem ſequuntur Linguæ Gothicæ interpretes.

STOR,

STOR, ſtör, quidam piſcis, qui Latine ſcribentibus *ſturio, ſtirio, ſturcio*, Angloſax. *ſtyria* & *ſtyriga*, Belg. *ſteur*, Suec. *ſtöria*, Ital. *ſturione*, Angl. *ſturgeon*, Gall. *eſtourgeon*. Gloſſ. Ælf. in nom. piſcium: rombus *ſtyria*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtyria, ſtyriga* porcopiſcis, porcus marinus. CANGIUS in voce *ſturcio*: „Piſcis, qui maximo in menſis „honore habetur apud eos, in quorum flu„minibus capitur: ſubit enim e mari flumi„na. Hunc *ſturum* Paulus Jovius Auſo„nii exiſtimavit, ut & Voſſius: Hermolaus „*Hiccam* apud Athenæum, alii *Turſionem* „Plinii: denique Rondeletus *Acipenſerem* „Romanorum literis nobilitatum. Huc usque CANGIUS. Ab inſigni longitudine (quam aliqui ad XIV. pedes extendunt) nomen piſci creavit MARTINIUS, quia Danorum & Suecorum lingua *ſtor* magnum ſonat. Quod non auſim refellere, ſed nec probare. Nam potius eſt *porcopiſcis*, a roſtro porcino ſic dictus. Sane Cambrica lingua *twrch* eſt porcus, opinor a *turio* fodere, quod terram roſtro effodiat. Hinc idem piſcis alio nomine *hicca* vocari ſolet, ab *hwch* ſus, ejusdem Dialecti, nec non *hyſca*, ab ὗς ſus, & *turſio* a *turch* ſus. Non igitur eſt vox Gothica, ut SCALIGER ſcribit apud MENAGIUM, ſed Celtica & Antiquo-Britannica. Huic etymologiæ plurimum fido, etſamſi libido ſibilandi elementum ſuum præfixerit, quod fieri ſolet ſæpiſſime. Quemadmodum igitur *ſtör* eſt abſciſſum a *ſturch*, ita a *ſturch* factum eſt *ſturcio, ſtyriga* & reliqua.

STORCH, ciconia. Gloſſ. Ælf. in nom. avium: ciconia *ſtorc*. Gloſſ. Pez. ophimachus *ſtorab*. Anglis & Suecis *ſtork*. Derivari ſolet a στέργειν amare, colere, obſervare, ob pietatem erga parentes ſenio confectos, de qua PLINIUS Lib. X. cap. 23. *Ciconiæ genitricum ſenectam invicem educant*. Inde ciconia *pietaticultrix* Publ. Syro apud Petronium. Hunc avis affectum omnis retro mirata eſt antiquitas: notumque Græcos a πελαργὸς (quod apud eos ciconiæ nomen) formaſſe ἀντιπελαργεῖν gratum referre.

STOREN, *ſtören*, movere, ciere. Angloſax. *ſtyran*, Angl. *to ſtir*. Qua notione, aut unde hauſta, non liquet. Solent autem verba motus in omnibus pene linguis ad varia motus genera transferri. Hinc *ſtören* non ſolum dicitur de motu impellentis, ſed etiam irritantis, turbantis, deſtruentis.

STOREN, *ſtören*, irritare, *ein weſpenneſt ſtören* irritare crabrones. Idem Angloſax. *ſtyran*, Angl. *to ſtir*.

STOREN, *ſtören*, turbare. Angloſax. *ſtyran*, Belg. *ſtooren*, Angl. *to ſtir*, Suec. *ſtöra*, Græc. ταράσσω & ταράττω. SOMNER. in Dict. AS. *ſtyran* movere, irritare, turbare, *ſtyrung* motus, agitatio, turbatio, *aſtered* turbatus, commotus, concitatus.

STOREN, ſtören, ſternere, evertere, proſternere, *zerſtören* deſtruere, vaſtare, ſolo æquare. Græcis ταράσσω utroque ſenſu. Conſenſum Antiquitatis vide in compoſito.

STORGEN, *ſtörgen*, errare, vagari, *ſtörger* erro, vagabundus. STADENIUS has voces, tanquam a ciconia oriundas, produxit in Explic. Voc. Bibl. pag. 610. *Weil der ſtorch alle Jahre weite reiſen thut, und nach den Ländern, da es warm iſt, hin und zurück gehet, ſo werden daher die Landſtreicher, die in abgelegene Länder hin und zurück lauffen*, STÖRGER *genandt, und nennet man ſolche Fahrten thun*, STÖRGEN, *nach gleichnis des Storches*. Dubito. Potius eſt a *ſtreichen* errare, palari, transpoſito R. quod, cum natura ſua ſit erraticum, & ab anteriore locoſæpe in poſteriorem rejiciatur, decipit incautos, ut ad falſas origines delabantur. Pone vero *ſtörgen* differre a *ſtreichen*, aliud certe denotabit, nimirum non vagari, ſed mendicare, & ſtipem vicatim petere, ſicut Græcis στέργειν orare, obſecrare.

STORR, aſper, auſterus. Id eſt, rigidus, ut dixi in *ſtier* quod idem. Inde *ſtörrig* & *ſtorriſch* pertinax, morosus. Cambri odio ſibili dicunt *terrig*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *terrig* rigidus, auſterus.

STORZER, *ſtörzer*, mendicus. Forte a στερῆσθαι privari, carere. Inde *landſtörzer* mendicus vagabundus, qui ſtipem per vicos quærit.

STOSS, quatenus eſt verbale a *ſtoſſen*, ſignificat *ictum* & *pulſum*. Gloſſ. Pez. ictu pungentes *ſtoze ſtophontes*.

STOSSEN, varie effertur in Dialectis, Græcis quidem στίζειν, Francis *ſtozen*, Gothis *ſtautan*, Belgis *ſtooten*, Suecis *ſtöta*. Proprie ſignificat *ferire*, & dicitur per ſynecdochen generis (1.) de ictu pungentis. Ita Græcis στίζειν eſt pungere, nobis *ſtoſſen* punctim ferire, cornu vel gladio, *ſtösſig thier* cornupeta, bos vel caper, *ſtoſidegen* gladius punctim feriens, *durchſtoſſen* gladio transfodere. (2.) de ictu percutientis. Codex Arg. Luc. VI. 29. *thamma ſtautandin thuk hi kinnu galewei imma jah anthra*, percutienti te in maxillam præbe ei & alteram. Similiter & Græcis στίζειν nonſolum pungere, ſed etiam percutere & verberare ſignificat. (3.) de ictu impellentis. Gloſſ. Pez. impulerit *ſtozit*. Gloſſa Juniana in Gloſſ. Goth. pag. 316. *ſtozzit, ſcurgit* impulerunt. Inde *ſtoſſen* trudere, impellere, pulſu urgere, *ſtosvogel* avis rapax, quia minores aves deprimit & pulſu urget, *ſtoſſaar, ſtoſſalk* avis venatica, capturæ cauſa emiſſa, & ob eandem rationem ſic dicta, *auffſtoſſen* pulſu aperire, *abſtoſſen* detrudere, *ausſtoſſen* protrudere, extrudere, expellere, *verſtoſſen* idem, & allegorice abdicare, repudiare, divortium facere. (4.) de ictu impingentis. Inde *anſtoſſen* allidere, *ſich ſtoſſen* allidi. Metaphorice dicitur de obviis, quia videntur mutuo allidi, dum contraria via pergunt: nec non de iis qui offenſam faciunt. Inde *auffſtoſſen* occurrere, ſubito & improviſo in aliquem incidere, *anſtoſſen* offendere, *anſtoß* offendiculum, *anſtößig* ſcandalosus, *ſich verſtoſſen* errare, delinquere. (5.) de ictu tundentis & conte-

rentis. Inde *ſtöſſer* piſtillum. Plures ſignificatus reperiet, qui ſcrutari voluerit.

STOSSEN, ſtipulari, *friden anſtoſſen* pacem pangere. Sumptum a ritu antiquiſſimo complosis manibus paciſcentium. Confer *treffen* pangere.

STOTTERN, impedite loqui. Id eſt, lingua allidere. Frequent. ab inf. Germ. *ſtoten* impingere. Dicitur etiam *ſtockern*, quia ſcil. T. & K. frequenter permutantur.

STOVEN, coquere ſuffocando. Belg. *ſtooven*, Gall. *eſtuver*. Rectius ſcribitur & pronunciatur *ſtofen*. Nam proprie idem eſt quod *ſtoppen*, *ſtopfen* obturare, occludere, vaporem intercipere, & dicitur de ſuffocatione per metonymiam cauſæ. Qui rem ipſam noverit, in voce non hæſitabit. Utimur enim de cibo, qui in vaſe clauſo paratur, ſic, ut exhalationi omnis præcluſus ſit exitus. Quo ipſo cibum in proprio vapore ſuffocari neceſſe eſt. Ergo cauſa ponitur pro effectu, *occludere* pro *ſuffocare*. Inde Italis *ſtuffato* ſuffocando coctum. FERRARIUS in Orig. pag. 295. col. 1. „*Stuffato* In„ſubres appellant carnem patinariam, nem„pe teſto, vel intra duas patinas elixam, Ve„neti *ſoffegato*, ſuffocatam, quia exhalare „non poteſt. Apud nos ſynonyma ſunt *dæmpfen* & *ſchmoren*.

STRACK, tenſus, intenſus, Dial. Belgica. Refer ad *ſtrecken* tendere, intendere.

STRACK, rectus, directus. Angloſax. *ſtrace*, Angl. *ſtraight*. Ex eodem fonte. Nam tendere eſt trahere in rectitudinem, & quo magis res aliqua intenditur, eo majorem rectitudinem conſequitur. Utimur in formula, *ſchnurſtracks zuwider* directe oppoſitum, e diametro adverſum.

STRACKS, cito. Id eſt, recta, absque ullis ambagibus, optime judicante SKINNERO. Nam linea recta eſt breviſſima, & ſymbolum rei ocyus agendæ.

STRÆL, pecten, Dial. Suecica. Ducta haud dubie appellatio a dentibus pectinis, qui cum ſint ſpiculis ſimilis, eodem nomine inſigniri potuerunt. Secundum hanc impoſitionem *ſtræl* eſt collectivum a *ſtral* ſagitta. Inde porro *ſtrælen* pectinare, eadem Dial.

STRAFF, rigidus, durus, adſtrictus, *ſtraffe ſtiefel* ocreæ rigidæ, *unſtraffe* laxæ, apud STILERUM in Theſauro. Idem Belgis *ſtraf*, Græcis στριφνὸς, a στρέφω ſtringo.

STRAFF, metaphorice eſt ſeverus. Inde *ſtraffer mann* vir auſterus, *ſtraffe gerechtigkeit* jus ſtrictum, rigor juris, interprete STILERO.

STRAFFEN, punire, quocunque modo, plectere vita, mulctare pecunia, caſtigare verberibus, corrigere verbis, *ſtraffe* pœna. Deficit antiquitas. Conſentiunt tamen nobiſcum Sueci & Belgæ. Verba Francorum vide in *riſpen*. Illud, de quo hic agitur, STADENIUS deduxit a *ſtraff* rigidus, durus, ſeverus, quamvis punire non ſit ſævire, ſed pœnam ſumere de merentibus, quod citra ſævitiam fieri poteſt ac debet: melius MARTINIUS a στρέφω torquere, dolore afficere. Malim tamen, ſi Græca origine opus ſit, a στρέφος cutis, pellis, corium, ut primo fuerit *vindictam ſumere in cute*, poſtea ad omnes vindictæ ſpecies extenſum. Ita Latinis *plecto* fit a πλήσσω percutio, quia prima ſupplicia fuerunt verbera. Adde, quod verba verberandi noſtratibus formantur a pelle. Exemplum vide in *fillen* percutere. Hodie utimur ſenſu latiſſimo nonſolum de pœna capitis & cutis, ſed etiam de mulcta, carcere, & omnibus animadvertendi modis, etiam caſtigatione quæ fit verbis.

STRAL, ſagitta. Angloſax. *ſtræl*, Franc. & Belg. *ſtral*, Ital. *ſtrale*, Slav. *ſtrela*. SOMNER. in Dict. AS. *ſtræl* ſagitta, telum, ſpiculum, jaculum, *ſtræl-bora* ſagittarius, arcitenens, *ſtrælian* ſagittare, jaculari. Gloſſ. Boxh. *ſtrala* obelus. NOTKERUS Pſal. CXLIII. 6. *ſciuz dine ſtrala*, emitte ſagittas tuas. MARTINIUS in voce Latina: „Itali ſuum *ſtrala* „habent commune cum vicinis Slavonis, „quibus *ſtrela* eſt telum, puto a στέλλω mitto, „inſerto R. quod & alias amant in voces in„trudere. Ita *miſile* Latinis, *miſiles ſagittæ* „Horatio. Quamvis hoc etymon non careat elegantia, aliud tamen nobis ſuggerit Lingua Celtarum & hodie Cambrorum, qua *taro* eſt ferire. Nam hinc aliorum quoque armorum, quæ vel cominus vel eminus feriunt, dictiones formantur, ut δόρυ haſta apud Græcos, & *dard* jaculum apud Gallos & Anglos. At ne partus videatur difficilis, obſervandum, quod aſſibilare voces & caninam transponere, noſtris perquam familiare ſit, & quod L. ſit medium naſcendi in multis nominibus. Hodie viget in compoſito *donner-ſtral* fulmen, telum triſulcum cœli fulminantis.

STRAL, dicitur etiam de rebus, quæ, etiamſi non feriant, ſagittis tamen ſimiles ſunt, & (1.) quidem de fulgure, in compoſito *wetterſtral*. (2) de radio. Radii enim ſunt ſpiculorum inſtar acuti, & ſæpe eodem nomine deſignantur. Ita Varro *jacula ſolis*, Lucretius *lucida tela diei*, Prudentius *ſpicula ſolis* dicit, obſervante MARTINIO in voce *radius*. Manifeſto indicio, nova etymologia minime opus eſſe, ſed radium a ſimilitudine ſignificatum ſuum accepiſſe. Dicitur autem nonſolum de radiis ſolaribus, lunaribus, & ſydereis univerſe, ſed etiam de radiis oculorum, & omnibus lineis e communi centro prodeuntibus. Vox Græca θρυαλλὶς, quæ apud BUDÆUM exponitur *radius*, Germanicæ haud abſimilis eſt. (3.) de re dentata. Inde *ſtræl* pecten, quod vide.

STRAMM, rigidus, durus, adſtrictus, *ſtrammen* rigere, adſtringi, durum eſſe & durum fieri. Auditu valde affine eſt στερρὸν rigidum, & στερέωμα ſoliditas. Sed fortaſſe fallor. Nam *ſtramm* & *ſtraff* non videntur differre niſi labialibus, quæ cum ſint ejusdem inſtrumenti, in ſe mutuo converti poſſunt.

STRAM-

STRAMPFEN, *ſtrampeln*. Vide *trampen* plodere pedibus.

STRAND, littus, vel ora littoris. Angloſax. Belg. Suec. & Island. *ſtrand*. Verſio Angloſax. Matth. XIII. 48. *tha hi thæt nett up-atugon and ſæton be tham ſtrande*, cum rete educerent, & ſecus littus ſederent. VEREL. in Ind. *ſtrandbaugg* piratarum vel hoſtium exſcenſio, & pecorum aliarumque rerum prædatio & abactio, *ſtrandvrak* bona naufragorum litori appulſa. *Forte a* στείβω, inquit MARTINIUS, *quod id firmiter & rigide obnitatur fluctibus, ut* ἀσφάλισμα *aliquod*. Malim, ſi peregrina origine opus ſit, a στρίζω vel *ſtrideo*, inſerto N. ſic ut *ſtrand* idem ſit quod Latinis *crepido* a *crepo*. Nam littus ab undis verberatum fragorem edit. Forte tamen domi natum eſt, & ex duabus vocibus *ſalt-rand* margo maris, coaluit. *Salt* pro mari eſt vox Islandica apud VEREL. in Ind. Dicitur autem nonſolum de littore tuto, ubi naves ſecure appelli poſſunt, ſed etiam de arenoſo, ſaxoſo, importuoſo, & ob ſimilitudinem de ſyrtibus. Ita Græcis ἀκτὴ nonſolum littus, ſed etiam locum maris petricoſum & navigantibus infeſtum ſignificat. Hinc *ſtranden*, quatenus derivatur a *ſtrand*, ſignificat quantum poteſt, provolvi ad littus, & naufragium facere in littore vel in ſyrtibus. Alias littus Angloſax. dicitur *ſcore*, Angl. *ſhore*, Græc. σχηρὸς, a *ſchoren* prominere. Vocem Gothicam & Francicam vide in *ſtat* ſtatio.

STRANG, funis, laqueus, & quicquid funi ſimile eſt, chorda, nervus, ligula, tendicula &c. Angloſax. & Belgis *ſtreng*, Francis *ſtrang*, Angl. *ſtring*, Suec. & Isl. *ſtræng*, Ital. *ſtringa*. Gloſſ. Pez. reſticulis *ſtrangon*. VEREL. in Ind. *ſtræng* nervus, tendicula, *ſtrangr* chorda, fides, *ſtrængleikur* cantus fidium, *ſtreingir* rudentes, funes nautici. Refer ad *ſtrengen* torquere, quia funis eſt vinculum tortum & torquendo factum. Quod ſi idem nomen ad res non tortas extenditur, id propter ſimilitudinem fit. A *ſtrang* rurſus fit *ſtrengen* intendere & ligare.

STRANGULIEREN, ſuffocare laqueo. Græc. σφαγγαλᾶν, Lat. *ſtrangulare*, Angl. *to ſtrangle*. Refer ad ſubſtantivum.

STRAPATZE, labor, moleſtia, defatigatio. Italis *ſtrapazza*. Utrumque a Cambro-Britannico *trafod* labor, præpoſito ſibilo. Inde *ſtrapetzieren* moleſtia afficere, nimio labore fatigare. Alium huic verbo ſenſum tribuit ECCARDUS in notis ad Leg. Sal. pag. 58. „A *battere* facta eſt, inquit, vox noſtra *tra-*„*battere*, quaſi *transbattere* vel *trapaſſare*, ire „ſuper aliquem, ſive aliquem pedibus con-„culcare, indigue tractare; id quod Itali & „Galli poſtea in *ſtrapazzare* & *ſtrapaſſer* „corruperunt.„ Rurſus alium FERRARIUS in Orig. Ital. „*ſtrapazzare* contemnere, in-„juria afficere: non a *traspatiare* aut *trans-*„*paſſare*, ſed a *depretiare*, *expretiare*, *trans-*„*pretiare*. Mira etymologia. Si verus eſt ſignificatus, de quo dubito, formari potuit a Cambro-Britannico *tribaeddu* cœno vel ſanguine fœdare.

STRASSE, via. Angloſax. & Isl. *ſtræt*, Francis *ſtraz*, Cambris *ystryd*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 33. de aſcenſu Domini in cœlum:

Ther n'iſt in ala uuari,
Ther er thia ſtraza fuori.
Non eſt profecto
Qui prior hac via iter fecerit.

VEREL. in Ind. *ſtræte* via. Reor a *tretten* calcare, præpoſito ſibilo, ut proprie ſit ſolum calcatum & itineri idoneum. Ita Græcis ἀτραπὸς via, a τραπῶν calcare. In Jure prov. Alam. occurrunt compoſita, *kungez-ſtraz* via regia Cap. CCXIV. & *ſtrauzraup* latrocinium Cap. CCCLXXIV. 4.

STRASSE, platea. Angloſax. & Franc. ut ſupra, Belg. *ſtraat*, Angl. *ſtreet*, Camb. *ystrad*, Lat. Barb. *ſtrata*, *ſtrada*. NOTKERUS Pſal. CXLIII. 14. *no ſcreiot ne iſt in iro ſtrazon*, neque clamor in plateis eorum. Proprie eſt via lapidibus munita, a Gr. στρατὸς, vel Lat. *ſtratus*. Noſtros hanc vias ſternendi rationem a Romanis didiciſſe, recte ſcribit ECCARDUS in not. ad Leg. Sal. pag. 136.

STRASSE, fretum. Belg. *ſtraat*, Angl. *ſtreight*. Itali vocant *ſtretto*, id eſt, ſtrictum, anguſtum mare: ut Galli *deſtroit*, id eſt, anguſtiam ſtrictam maris. Inde Belgis *ſtrate* fretum, nominatim Gaditanum. Ita nodum ſolvit MARTINIUS in voce Latina. Confer CANGIUM in voce *ſtrictum*.

STRAUB, horricomis, *ſtraubicht* horripilaris, *ſtrobelhar* capillus horridus. Levi mutatione a *ſtraff* rigidus. Nam qui horrentes habet capillos, & ſetarum inſtar erectos, haud dubie ea parte rigidus eſt, & ſic appellari poteſt per ſynecdochen generis.

STRAUCH, frutex, *geſtreuch* frutetum. Belgis *ſtruik* & *ſtruikboſch*. Quamvis frutex non ſit arbor juſtæ magnitudinis, arborei tamen generis eſt, & arbuſcula appellari poteſt. Hinc ſuſpicor *ſtruik* eſſe diminutivum a *triu*, præpoſito ſibilo factum, ut alia multa ejusdem indolis. K. ſæpe eſt nota minuſculi. Gothis autem *triu* nonſolum lignum & arborem, ſed etiam fruticem ſignificat, in compoſito *weinatriu* vitis Joh. XV. 1. De voce Gothica vide plura in *der* arbor.

STRAUCHELN, cæſpitare, vel labi ex cæſpitatione. Belg. *ſtruikelen*, *ſtronkelen*, Ital. *sdrucciolare*. Frequentativ. a ſimplicio-ri *ſtrauchen*.

STRAUCHEN, labi, lapſare, cæſpitare, cadere revera vel inchoative. Francis & Helvetiis *ſtruchen*, Cambris *trwccio* absque ſibilo. Gloſſ. Pez. impingentem *ſtrubbontaz*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *trwccio* cadere. Quemadmodum *cæſpitare* ſic dictum creditur, quaſi *cæſpitem* offendere, vel in cæſpitem impingere: ita *ſtrauchen* volunt eſſe a *ſtrauch* frutex, quod in ſentibus & dumetis pedes ſubinde offendant. Auctores etymi ſunt MARTINIUS & STILERUS. Sed

non perſuadent. Nam *ſtrauchen* proprie eſt cadere vel cadere velle ex inæqualitate loci, ut *glitſchen* ex lubricitate. Ducam igitur a Gr. τραχὺς aſper, fragoſus, ſaxoſus, præpoſito ſibilo.

STRAUCH-RÆUBER, latro publicus. Belg. *ſtruik-roover*. An a *ſtrauch* dumus? Neſcio an dumeta ſint loca inſidiis apta. Et alias vox Belgica etiam de piratis uſurpatur. Malo igitur *ſtrauch* referre ad *ſtreichen* palari, ut proprie ſit vagus latro, qui prædandi cauſa oberrat.

STRAUSS, pugna, certamen. OPITIUS in Hymno *Treuer Gott* verſ. 9.

Gib kraft, daß ich allen ſtrauß
Ritterlich mög ſtehen aus,
Und ſo oft ich noch mus kæmpfen,
Hilf mir meine feinde dæmpfen.

Idem quod *ſtreit* vel τραυμα. T. millies liqueſcit in ore ſuperioris Germaniæ, & diphthongi inter ſe permutantur.

STRAUSS, avis quædam magnitudine colli & plumis inſignis. Gr. στρουθοκάμηλος, Lat. *ſtruthio*, Angloſax. *ſtruta*, Franc. *ſtruz*, Belg. *ſtruis*, Gall. *auſtruche* &c. Gloſſ. Pez. ſtruthiones *ſtruza*. Interpretatione Græca eſt avis magna inſtar cameli.

STRAUSS, criſta galeæ ex plumis ſtruthionis, & quicquid huic criſtæ ſimile eſt. Inde *blumenſtrauß* faſciculus florum.

STRAUSS, ſylva, nemus. Alia Dialecto *ſtrut*. CAROLUS IV. in Diplomate quodam an. 1350. *wælde, hölzer, forſte, heyde, und ſtröte*. Locum citavit FRISCHIUS in Fund. L. Germ. pag. 262. Forte eſt a Græc. δρῦς ſylva, locus arboribus conſitus, præpoſito ſibilo, aut ſi mavis a Gothico *triu* arbor, lignum, quo pacto lignetum denotabit. De voce Gothica vide plura in *der* arbor.

STRAUSS, cremium, *ſtreuſſer* ſarmenta, rami minores ab arbore amputati, *geſtreuß* idem collective. Proprie ſunt ſegmenta arborum a θρύω reſeco, præpoſito S.

STREBEN, niti, omnibus viribus conari, *widerſtreben* obniti, reſiſtere, repugnare. Belg. *ſtreeven* & *tegenſtreeven*, Anglis *ſtrive* & *ſtrive againſt*, Suec. *ſträfwa* & *ſträfwa emoot*. MARTINIUS in voce *nitor*: Germanis niti eſt *ſtreben*, eleganti voce, quaſi στρέφειν βίαν (firmam vim) adhibere. Gall. *s'efforcer*, Ital. *sforzarſi*. STADENIUS tribuit etiam Gallis *eſtrever*. Ipſum vero *ſtreben* deduxit a *ſtraf* rigidus, durus, adſtrictus. Secundum haoc etymologiam niti eſt adſtringi, contrahi, & obfirmari ad aliquid conſequendum, & niſus adſtrictio virium, qualis illa apud VIRGILIUM Æn. 12.

Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Sive animis ſive arte vales.

STRECKE, quatenus eſt verbale a *ſtrecken* expandere, ſignificat (1.) inſtrumentum expandendi. Inde *lederſtrecke* tentipellium, inſtrumentum ſutorum. (2.) expanſionem ipſam. Inde *landſtrecke* diſtrictus, tractus regionis, *ſtrecke des berges* dorſum montis.

STRECKEN, tendere, & per ſynecdochen generis *extendere*, *protendere*, *intendere* &c. Angloſax. *ſtrecan*, *ſtrican* apud BENSON. Belg. *ſtrekken*, Suec. *ſträckia*, Angl. *to ſtretch*. Verſio Angloſax. Matth. VIII. 3. *tha aſtrehte ſe hælend hys hand*, tunc extendit Jeſus manum ſuam. Ortum videtur a ſimpliciori *trecken* trahere, quo Belgæ utuntur, translatumque ad tenſioem, per ſynecdochen generis, quia tendere nihil aliud eſt quam in longitudinem trahere. Sibilus, vel ex libidine ſibilandi, vel vehementiæ cauſa præpoſitus eſt, ut vis intendendi fortius exprimatur. Verbum Gothicum & Francicum vide in *recken*.

STRECKEN, porrigere. Extat in compoſitis *darſtrecken*, *vorſtrecken*, in quibus antecedens ponitur pro conſequente, extendere manum pro manu extenſa præbere. Latini eadem metonymia utuntur in verbo *porrigere*. Verbum Francorum vide in *reichen*.

STRECKEN, ſternere, *geſtreckt* proſtratus, *ſtreckebein* proſtrator oſſium, epitheton mortis. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſtregian* ſternere, *ſtreccende* proſternens. Gloſſ. Keron. ſtratus *keſtrahter*, proſtratus *forakiſtrahter*, proſternatur *fora ſi kiſtrehchit*. Alia metonymia, qua effectus ponitur pro cauſa, expandere humi, pro dejicere, proſternere.

STREICH, ludificatio. Forte idem quod *trug* illuſio, præpoſito S. Belgæ tamen ludificationem vocant *treek*, & cum ſibilo *ſtreek*, tanquam eſſet a *trecken*, *betrecken* decipere, ducta metaphora ab aucupibus, qui aves retibus attractis improviſo capiunt. Poſſit etiam denotare verſuram, vel actionem fraudulentam. Id enim Græcis eſt στροφή. Et F. mutari in CH. ſæpe contingit. Galli aliis verbis, ſed eodem ſenſu dicunt *tour* & *jouer un tour*. Et Latini callidum vocant *verſutum* a vertendo.

STREICH, ictus, verber. Angl. *ſtroak*, Suec. *ſtreek*. Refer ad *ſtreichen* cædere. Inde *backenſtreich* alapa, & alia noti ſignificatus.

STREICHEN, & *ſtreifen*, in Dialectis promiſcue uſurpantur. Cauſa confuſionis eſt, quod ex genio Linguæ CH. & F. permutantur.

STREICHEN, tangere, *beſtreichen* attingere, *ſtreichlinie* tangens, linea defenſionis, e qua hoſtes longe tangi & tormentis arceri poſſunt. A *ſtreifen* tangere, mutato F. in CH. Hæc prima & generalis verbi acceptio, in qua ſpeciales omnes conveniunt, quarum nec numerus iniri, nec vis intelligi poteſt, niſi ad hoc domicilium redigantur, quod me longa exercitatio docuit. Tangimus autem variis modis, varioque fine & propoſito. Quod hic probe notandum. Nam quod primo fuit tangere, poſtea a *modis tangendi* & *cauſis finalibus* multiplices ſignificationes accepit, quarum potiores nunc in tranſi-

tranſitu oſtendam. Aliam medelam huic verbo afferre non poſſum.

STREICHEN, cædere, percutere, *mit ruten ſtreichen* cædere virgis. Idem Angloſax. *aſtrican*, Angl. *to ſtrike*. Id eſt tangere ſeriendo vel feriendi cauſa. Latinis *tangere* interdum idem ſignificat. Ita *fulmine tactus* eſt fulmine ictus.

STREICHEN, mulcere, *den bart ſtreichen* mulcere barbam. Angloſax. *ſtracan*, Belg. *ſtrooken*, Angl. *to ſtroke*, Suec. *ſtryka*, Isl. *ſtriuka*. VEREL. in Ind. *ſtriuka* mulcere. Id eſt, molliter & blande tangere, allegorice adulari. Dicitur etiam *ſtreicheln* frequentative.

STREICHEN, *beſtreichen*, inducere, obducere. Id eſt, tangere coloribus vel unguento, illud infucandi, hoc illinendi cauſa. Utrumque Belgis dicitur *ſtryken*, *beſtryken*, Suecis *ſtryka*, *beſtryka*. Metaphorice urimur de præconio. Inde *herausſtreichen* laudibus extollere, ducta ſimilitudine ab interpolatoribus, qui rebus vetuſtis gratiam novitatis fucis & pigmentis conciliant.

STREICHEN, immittere, *ins maul ſtreichen* ori immittere. Id eſt, tangere ingerendi cauſa.

STREICHEN, complanare, tangere æquandi cauſa, *ſtreichholz* radius ligneus quo frumentum in modio æquatur. Anglis *to ſtrike* & *a ſtrike*. Et huc etiam ſpectat *ziegelſtreicher* laterarius, qui imbrices æquando facit.

STREICHEN, ludere fidibus. Id eſt, tangere chordam plectro ludendi cauſa. Gallis interdum *toucher* idem ſignificat.

STREICHEN, tergere, *abſtreichen* detergere. Suecis *ſtryka* & *ſtryka af*. Id eſt, tangere mundandi cauſa. Latinum *tergere* cæteris conſonat.

STREICHEN, fricare, tangere fricando. Belg. *ſtryken*.

STREICHEN, probare, *gold ſtreichen* aurum probare, *ſtreichnatel* acus exploratoria, *ſtreichſtein* lapis lydius. Dictio metonymica, qua antecedens ponitur pro conſequente, *fricare* pro *examinare*, quod in metallis fricando fieri ſolet.

STREICHEN, trahere, *ſtreichgarn* rete quod per humum trahitur, alaudis nocturno tempore capiendis. A *trecken* trahere, præpoſito S.

STREICHEN, contrahere, *ſegel ſtreichen* contrahere vela, id quod Belgis dicitur *zeil ſtryken*, Anglis *to ſtrike ſail*. Forſan a Lat. *ſtringere*. Nam vela deducere & carbaſa ſubſtringere apud Latinos ſunt ſynonyma.

STREICHEN, lineam ducere, *ausſtreichen* linea cenſoria expungere, *unterſtreichen* linea intercalari notare. Nova, ſed legitime facta a *ſtrich* linea, quod eſt a *ſtreichen* trahere.

STREICHEN, currere, celeriter ire, abire, tranſire, *durchſtreichen* percurrere, *herumſtreichen* circumcurſitare, *entſtreichen* fuga elabi, *ſporenſtreichs* celerrime, curſu calcaribus incitato. Gothica antiquitas dixit *tragen*, a Gr. τροχῶν currere, ut oſtendi in loco. Nos cum Francis ſibilum præfiximus. NOTKERUS Pſal. VIII. 9. *Gefugele unde mere fiſcha, die alle mereuuega durſtrichent*, volucres cœli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. WILLERAMUS Cant. III. 1. *ih durchſtreich ſie alle*, omnes vicos percucurri. Dicitur etiam de tempore, de vento, aliisque rebus pernicibus, quæ, etiamſi pedes non habeant, cito tamen tranſeunt.

STREICHEN, errare, palari, vagari, *landſtreicher* erro, vagabundus. VEREL. in Ind. *ſtrakur* erro, nequam, nebulo. Dicitur de vagabundis, quia circumcurſitantibus ſimiles ſunt. Confer *ſtreifen* excurrere.

STREIF, linea, ſtria, ductus. Belgis *ſtreep*. Vox Germanica eſt a *ſtrich*, mutato CH. in F. Belgica a *ſtreif*, mutato F. in P. Anglis *to ſtripe* eſt ſtriare, lineis diſtinguere, nobis *ſtreificht* & *geſtreift* ſtriatus, virgis ſeu lineis variegatus, ut ſunt panni ſerici. Belgis *ſtreepen* flagellare, quia flagellatio cutem ſtriis variat.

STREIF, excurſio, *einen ſtreif ins land thun* excurſionem facere in agros prædandi vel vaſtandi cauſa. Refer ad *ſtreifen* vagari.

STREIFEN, excurrere, vagari, palari, *ſtreifende rotte* milites palantes, *landſtreifer* erro. Non videtur differre a *ſtreichen* vagari, niſi literis convertibilibus. Sed & Græcis στρο-φᾶν eſt vagari, & στροφέυτος vagans, quamvis non ab excurſione, ſed ab obliqua flexione, & quia vagantes ſubinde corpus vertunt.

STREIFEN, tangere, *ſtreifer* tangens, *geſtreift* tactus, leviter læſus. A *treffen* tangere, præpoſito S. An ſimile extet in reliquis Dialectis, ignoro. Verba veterum vide in *reichen*, *reinen*, *riiren*, &c. Gothi imitantur Græcum θίγω dicendo *tekan*, unde Gallis remanſit *toucher*, Italis *toccare*.

STREIFEN, detrahere pellem, *abſtreifen* decorticare, deglubere. Angl. *to ſtrip*. Græcis στρέφος eſt corium, pellis, & στρέφω, στροφᾶν vertere. Er decorticare quid eſt, niſi corticem detrahere, aut pelliculam vertere? Ita a σκύλος pellis fit *ſchelen* deglubere, ut a *fell fillen*.

STREINER, erro, vagabundus. Italis *ſtrano* & *ſtraniero* eſt peregrinus, a Lat. *extraneus*. Imo etiam Latino-Barbari extraneum *ſtraneum* vocant apud CANGIUM in Gloſſario. Hoc videntur noſtri in malam partem accepiſſe, & inde formaſſe nomen hominis, qui ſine fine & juſto negotio per regiones diſcurrit. Anſam vituperio dare potuit, quod plerique peregrinatores viderentur ſine propoſito errare, & tranſire loca vagandi cauſa, h. e. vel nullo vel malo conſilio. Extat in compoſito *landſtreiner* apud FRISCHIUM in voce *land*. Ipſe quidem concinnat a *ſtreinen* ſcrutari, quod Franconibus tribuit, & e Lingua Bohemica arceſſit. Si verus eſt ſignificatus (de quo dubito,) non erronem, quæ ipſius explicatio eſt, ſed exploratorem denotabit. Anglis *to ſtray*

eſt errare, vagari, *a ſtray* beſtia erratica, & *a ſtrayer* erraticus, quæ cæteris videntur affinia, etiamſi litera N. in medio & fine deſideretur.

STREIT, derivatur a *ſtreiten*, non vice verſa. Et hinc ſignificat quantum poteſt, *bellum* vel expeditionem bellicam, *pugnam* vel ipſum certandi actum, *exercitum* ſeu multitudinem militantem. Primus ſignificatus eſt extinctus, ſecundus adhuc viget; tertius Græcis proprius eſt, quibus στρατὸς exercitus, & inde στρατηγὸς & στρατάρχης dux exercitus.

STREIT, bellum, militia, expeditio. Græc. στρατεία, Angloſax. *ſtrith*, Franc. *ſtrit*. Gloſſ. Pez. militia *ſtrit* vel *uuich*.

STREIT, pugna, certamen, conflictus. Saxonibus & Francis ut ſupra, Belgis & Suecis *ſtryd*. Gloſſ. Boxh. *ſtrit* commiſſio. Gloſſ. Pez. certamina *ſtrita*, in conflictu *in ſtrite*.

STREIT, metaphorice dicitur de quavis cauſa controverſa & litigioſa, quia pugnæ ſimilis eſt. Gloſſ. Boxh. *ſtrit* jurgium, *ſtrit* querela. Gloſſ. Pez. diſceptatio *ſtrith*, quæſtionis *ſtritus*, lites *ſtritun*. TATIANUS Cap. XXXI. 4. *in ſtrite bagen* judicio contendere.

STREITBAR, bellicoſus. Gr. στρατιώς. Particula *bar* parem & idoneum rei, cui annectitur, ſignificat.

STREITEN, militare. Gr. στρατεύω. Gloſſ. Pez. militant *ſtritant*.

STREITEN, pugnare, præliari, dimicare cum hoſte. Gloſſ. Pez. confligere *ſtritan*, compugnat *ſtritit*. Vocem Saxonicam vide in *fechten* & *kæmpfen*, Gothicam in *wigen*.

STREITEN, ab armis transfertur ad quamcunque contentionem & reſiſtentiam. Gloſſ. Pez. diſputabant *ſtritun*, renititur *uuidarſtritit*, obſtinatio *einſtriti*, pertinaces *einſtritige*. Gloſſ. Keron. obſtinatus *einiſtritter*, contumax *einſtreiter*, contumacia *einſtritii*. VEREL. in Ind. *ſtrita* obniti, *ſtridlete* contumax ſuperbia.

STREITER, miles, bellator. Gr. στρατιώτης. Gothi milites vocant *militondans*. Luc. III. 14. manifeſto a *militantes*.

STRENG, fortis, ſtrenuus. Angloſax. *ſtrang*, *ſtreng*, *ſtrong*, Francis *ſtreng*, Angl. *ſtrong*, Suecis *ſtræng*, Island. *dreingr* absque ſibilo. SOMNER. in Dict. AS. *ſtrang*, *ſtreng*, *ſtrong* fortis, validus, firmus, *ſtrength* vis, vigor, virtus, fortitudo, nervus, *modes ſtrength* magnanimitas, *geſtrangod* corroboratus, ſtabilitus. Similia extant in monumentis Francorum & Alam. ISIDORUS Cap. V. 2. *endi uuurdit ſún namo thinemnit uuundarlúb*, *chiſado*, *Got ſtrengi*, & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis. TATIANUS Cap. LXII. 6. *uuo mag einig ingangan in hus ſtrenges*, *nibi her ér gibinte then ſtrengon*, quomodo poteſt quisquam intrare in domo fortis, niſi prius alligaverit fortem. Idem Cap XII. 1. *ther knebt uuohs inti ſtrangeta ſol ſpahidu*, puer creſcebat & confortabatur plenus ſpiritu. Hoc verbum perdidimus. Adjectivum, a quo verbum derivatur, omnium pene Criticorum conſenſu oritur, vel a Græc. σθενὴς, quod apud HESYCHIUM exponitur ἰσχυρὸς fortis, robuſtus: vel a Lat. *ſtrenuus*. Quod ſi verum eſt, aut veritatis argumentum, aliquid multis videri, ab initio fuit *ſtren*, & poſtea *ſtreng*, quia N. & G. ſe mutuo attrahunt in omnibus pene linguis. Dixi Islandos voce uti, quæ ſibilo caret. Teſtis mihi VEREL. in Ind. *dreingr* fortis, ſtrenuus, *dreingskapr* ſtrenuitas, fortitudo, *dreingilegur* virilis &c. Quæ, quam ſimilia ſint Græcis, δρεανὴς fortis, & δράσσω fortem & potentem eſſe, nemo non videt.

STRENG, quatenus eſt titulus nobilium, ſignificat *fortem* & *ſtrenuum*, non *aſperum* aut *ſeverum*, ut vulgo nugantur rerum & vocabulorum ignari. Primi nobilium hunc titulum virtute militari conſecuti ſunt, eundemque ad poſteros transmiſerunt, quia fortes creantur fortibus, aut creari putantur. Confer *geſtreng*.

STRENG, vehemens, violentus, acer. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſtrang* acer, *ſtrangre ea* fluvius rapidus. Gloſſ. Reenhielm. *ſtrong moda* flumen rapidum. Vocabula, quæ viribus & robore pollentem ſignificant, ſolent in omnibus pene linguis ad impetuoſum transferri, præcipue in Germanica veteri. Ita *ſtark* & *hart* non ſolum fortem, ſed etiam vehementem ſignificant.

STRENG, adſtringens, vi contrahendi pollens. Dicitur de omni eo, quod vel tactu vel guſtu adſtringit. Ita gelu adſtringit cutem & liquida, & hinc etiam *ſtringor* appelli ſolet Islandis: pruna ſylveſtria palatum. Inde *ſtrenge kælte* frigus atrox, quod aquam convertit in glaciem, & cutem reddit ſtrigoſam, *ſtrenger geſchmack* ſapor acerbus, qui acrimonia ſua fauces conſtringit. Belgæ eodem ſenſu dicunt *ſtreng*. Refer ad *ſtrengen* conſtringere.

STRENG, aſper, ſeverus, immitis. Francis & Belg. *ſtreng*, Suec. *ſtræng*, Cambris *dreng* absque ſibilo. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. VII. 31. *nid filu ſtrenga* invidia valde gravis. Apud HESYCHIUM στρηνὴς exponitur τραχὺς durus, aſper, vehemens. Quod malo ad conſenſum, quam etymologiam referre. Factum enim videtur ex præcedenti, ducta ſimilitudine vel ab atroci frigore, vel (ſi mavis) a pomis agreſtibus & immitibus. Apud Latinos ſane *acerbus*, *auſterus*, *immitis*, & ſimilia, quæ linguam valde contrahunt, a guſtu ingrato ad rigorem & inhumanitatem transferri ſolent. Quidni & apud nos? Inde *ſtrenge ſtraffe*, *ſtrenge regierung*, *ſtrenge herren*, & alia ſatis nota. A *ſtreng* porro fit *ſtrenge* & *ſtrengigkeit* rigor & ſeveritas.

STRENG, auſterus, *ſtrenge lebens-art* vita auſtera. Proprie adſtricta, a *ſtrengen* conſtringere.

STRENGE, rigor. Vide *ſtreng* aſper.

STRENGE, anguſtia, neceſſitas. Vide *ſtrengen* premere.

STREN-

STRENGEN, conſtringere, arctare, in arctum contrahere. Anglis *to ſtrain*, Gallis *eſtreindre*, Latinis *ſtringere*, & ab illo reliqua, judice SKINNERO. Hodie quidem ceſſat, ſed ab illo derivatur *ſtreng* adſtringens & adſtrictus.

STRENGEN, per ſynecdochen generis ſignificat *premere* & *torquere*, quia duobus modis ſtringimus, premendo aut torquendo. Græcis σραγγεύω utrumque ſignificat.

STRENGEN, premere, comprimere. Anglis *to ſtrain*. Metaphorice idem eſt ac *urgere*, *adigere*, *compellere*. NOTKERUS Pſal. CIII. 32. *der die ubermuoten mennisken triffet unde geſtrunget ze riuuo*, qui ſuperbos homines tangit & adigit ad pœnitentiam. Hoc ſenſu etiamnum delectamur. Inde *ſtrenge* anguſtia, neceſſitas, apud STILERUM, *anſtrengen* adigere, compellere ad agendum.

STRENGEN, torquere, obliquare, tortuoſum reddere. Belgæ utuntur frequentativo *ſtrengelen*. Sed a ſimpliciori derivantur, σραγγὸς tortus, obliquus, *ſtrang* funis, quia tortus & torquendo factus.

STRENGEN, interdum eſt nominale a *ſtrang*, & tunc ſignificat quantum poteſt, (1.) *intendere*, a *ſtrang* nervus, tendo. (2.) *contendere*, a *ſtrang* chorda. (3.) *ligare*, a *ſtrang* vinculum, ligamen.

STRENGEN, intendere, *alle kræften anſtrengen* omnes vires & nervos intendere.

STRENGEN, contendere. Inde Anglis *to ſtring a lute* barbitum fidibus contendere.

STRENGEN, ligare, obligare. VEREL. in Ind. *ſtreingia beis* voto ſe obſtringere.

STREU, ſtramentum, locus jacendi ex ſtramine. Angloſax. *ſtreaw*, *ſtreow*, Franc. & Alam. *ſtreuu*, Suecis *ſtræ*. Gloſſ. Keron. ſtramenta *kaſtreuui*. Refer ad *ſtreuen* ſternere.

STREUBEN, obluctari, reſiſtere. Dicitur tantum reciproce *ſich ſtreuben*, ut pateat eſſe a σρέφω vertere, torquere, ducta ſimilitudine a luctatoribus, qui corpus in omnes partes vertunt & torquent, ut adverſario reſiſtant. Vulgo male confunditur cum *ſtreben* niti.

STREUBLEIN, ſtriblita, σραβλίτης, placenta tortili figura, & inde nomen a σρέφω torquere, vel σραβλὸς tortuoſus. Eſt & σραφὺς contortus, unde Belgis *ſtruif*.

STREUEN, cujuscunque ſit valoris, eſt a Gr. σορῶ ſternere. Olim tot habuit ſignificatus, quot apud Latinos *ſternere*. Codex Arg. Marc. XIV. 15. *taikneith' izwis keliken gaſtrawith*, oſtendet vobis cœnaculum ſtratum. OTFRIDUS Lib. IV. cap. IX. 25. de eodem cœnaculo:

Iz uuas garo zioro
Giſtreuuitero ſtuolo.

Vertit SCHILTERUS:

Id erat paratum ornate
Stratis ſedilibus.

Gloſſ. Keron. ſtrati lecti *kiſtreuuitiu*, lectiſternia *kaſtreuuitiu*. Cuncta hodie infolentia & ab uſu longiſſime remota.

STREUEN, ſternere, humi expandere, facere ut jaceat, *unterſtreuen* ſubſternere. Dicitur de ſtramine tantum.

STREUEN, ſpargere, diſpergere, facere ut paſſim jaceat. Codex Arg. Marc. XI. 8. *ſtrawidedun aſtans ana wiga*, ſternebant ramos in via. Ibidem *ſtrawidedun* uſurpatur etiam de veſtimentis. LUTHERUS vero, optimus hodierni uſus interpres, de veſtimentis dicit *breiteten*, & de ramis *ſtreweten*. Id eſt, ſpargebant. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *ſtreowan* Marc. XI. 8. & alibi *ſtrewian* & *ſtregian*, Belg. *ſtrooien*, Angl. *to ſtraw*, Sueci *ſtröö*. Allegorice dicitur de rumoribus in vulgus ſparſis, & de diſperſione conjunctæ multitudinis.

STREUEN, perdere, deſtruere. Angl. *to ſtroy* & *deſtroy*. ISIDORUS Cap. V. 6. *Titus ziſtrudida dhea burc*, Titus deſtruxit urbem.

STRICH, linea, ductus calami, & quicquid lineæ ſimile, radius, ſtria, ſtriga, tractus terræ vel nubium &c. Referri poteſt ad *ſtreichen* trahere, quia linea eſt productio punctorum in longitudinem. Inde Gothis *ſtriks* lineola Matth. V. 18. interprete JUNIO & STIERNHIELMIO, quamvis punctum eſſe videatur. Angloſaxonibus *ſtrice* linea, tractus, apex literæ; Anglis *ſtreak* linea & radius, *ſtroke* linea & ductus calami; Belgis *ſtreek* linea, radius in pyxide nautica, via navis, & latus regionis. Nec aliunde Latinis *ſtria* linea cavitatis, & *ſtriga* linea ordinis, quæ vulgo perperam a *ſtringendo* deducuntur. Nihil enim ſtringunt, ſed in notione protractæ longitudinis cum reliquis conſentiunt.

STRICH, probatio auri vel argenti per fricaturam, *ſtrich halten* ſuſtinere probationem. Non a *ſtreichen* lineam ducere, ſed a *ſtreichen* probare. Non enim eſt linea ſimpliciter, ſed linea exploratoria fricando facta.

STRICH, modius. Cosmas Pragenſis apud CANGIUM in voce: *In pluribus locis menſura ſiliginis ſtrich dicitur*. Angli modium etiamnum vocant *ſtrike*, nos radium quo modius æquatur *ſtreich-holtz*. Utrumque a *ſtreichen* complanare.

STRICH, ductus plectri. Refer ad *ſtreichen* canere fidibus.

STRICH, color inductus, *anſtrich* fucus. Refer ad *ſtreichen* linere.

STRICK, convicium incerti ſignificatus, fortaſſe *verbero*, a *ſtreichen* cædere, percutere, ut *fillo* Latino-Barbaris a *fillen* verberare. Dicitur etiam compoſite *galgenſtrick*, quaſi verbero patibularius, vel ſuſpendio dignus.

STRICK, funis, laqueus. Syncopatum a *ſtrang*, auctoribus Francis. TATIANUS Cap. CXLIII. 3. de Juda: *erhieng ſich mit ſtricu*, ſuſpendit ſe laqueo. VEREL. in Ind. *ſtrik* funiculus.

STRICK,

STRICK, tendicula, laqueus inſidioſus, compoſite *fallſtrick*. NOTKERUS Pſal. IX. 16. *in diſemo ſtricche, den ſie burgen, gehaftet tro fuoz*, in laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Pſal. CXXXIX. 5. *ubermuote ribton mir ſtricche*, ſuperbi tenderunt mihi laqueos.

STRICK, nodus, Dial. Belgica. A *ſtrengen* conſtringere, per ſyncopen literæ N.

STRICKEN, cujuscunque ſit ſignificatus, oritur a ſubſt. *ſtrick*, non contra. Alios tamen ſignificatus accipit a laqueo, alios a nodo.

STRICKEN, tendere. NOTKERUS Pſal. CXXXIX. 5. *ſie ſtriction iro ſeil daz mine fuoze darana gehaftetin*, extenderunt funes in laqueum pedibus meis. Ita a *ſtrang* fit *ſtrengen* tendere. Hodie tamen obſoleſcit.

STRICKEN, *beſtricken*, irretire. Refer ad laqueum inſidioſum.

STRICKEN, nodum nectere, *ſtricker* textor reticularius, *geſtrick* opus reticulatum. Galli imitatione Germanorum dicunt *tricoter* & *tricoteur* expulſo S.

STRICKEN, nodo implicare, *verſtricket* implicatus, impeditus, quod imitantur Latino-Barbari in *ſtricare* apud CANGIUM.

STRICKEN, nodo claudere, *die gurgel zueſtricken* fauces laqueo conſtringere, *entſtricken* ſolvere nodum.

STRIEGEL, ſtrigilis. Nobis ſignificare poteſt inſtrumentum fricandi, ſi derivetur, ut par eſt, a *ſtreichen* fricare. Ita *ſchrappe*, alterum ejusdem rei nomen, eſt a *ſchrappen* radere, fricare, ſcalpere. Vulgo tamen a latina voce, & hanc a *ſtringo* arceſſunt. *Etymon melius*, inquit MARTINIUS, *quam a ſtringo, non eſt quærendum*. Sed non apparet, quid ſtringat. Vide ergo annon Germanicæ originis ſit?

STRIEME, vibex aut tumex ex verbere virgæ. Belg. *ſtreem*, *ſtraam*. Quidam deduxit a *ſtria*, alius a *ſtreif* ſtria, mutatis labialibus, quomodo a *ſtraff* fit *ſtramm* rigidus. Si Græcus eſſem, derivarem a τραῦμα vulnus, per ſibilum barbaricum. Nam vibex non ſolum eſt tumor carnis, ſed etiam ruptura cutis, & ſæpe cruenta. Et hactenus eſt vulnus quoddam. Magis & minus non variant rem, nec nomen rei. *Schramm*, quod olim fuit grave vulnus in carne, hodie eſt leve vulnus in cute.

STRIEMEN im holz, ſtamina in textura ligni. Non quod cuti virgis aratæ, ſed quod ſubtegmini ſimilia ſint, adeoque a *trama*, præpoſito S. Poſtea idem nomen omnibus lineis, quibus arteſacta ornantur aut variegantur, ob ſimilitudinem ſtaminum ligni, aptari cœpit. Inde *ſtriemen* ſtriæ, ſtrigæ, *ſtriemicht* ſtriatus, virgulatus, radiatus.

STRITTIG, controverſus, olim etiam contentioſus. Gloſſ. Pez. contentioſus *ſtritigor*. A *ſtreit* lis, quæſtio, controverſia.

STRO, ſtramen, culmus frumenti. Angloſax. *ſtreaw*, *ſtreow*, Franc. *ſtro*, Belg. *ſtroo*, Angl. *ſtrow*, Suec. *ſtrö*. Gloſſ. Pez. ſtipula *ſtro*. Proprie eſt materia ſtramenti, & inde nomen a *ſtreuen*, h. e. a ſtratu, etiamſi aliis quoque uſibus inſerviat.

STRO, palea, feſtuca, & quicquid levitate ſua facile a vento diſpergitur. Gloſſ. Pez. paleis *ſtro*. Refer ad *ſtreuen* ſpargere.

STROBELHAR, capillus horridus. Vide *ſtraub*.

STROM, fluvius, *ſtrömen* fluere, profluere. Gloſſ. Pez. alveum *ſtroum*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtream* flumen, fluvius, torrens, amnis, curſus aquæ, fluctus, fluxus, *ſtream-race* alveus, *ſtremre-ea* fluvius rapidus, *ſtreamian* fluctuare, fluere, undare. Belgæ agnoſcunt *ſtroom* & *ſtroomen*, Angli *ſtream* & *to ſtream*. HELVIGIO videtur abſciſſum a Græc. στρόμβος vortex, turbo. Sed hæc etymologia res diverſas eodem ſono involvit. Aliud eſt fluvius, aliud vortex in fluvio. Et ſi Græca ſectari juvat (quod ſæpe factu jucundum & neceſſarium eſt,) id ſalva verborum ſignificatione fieri debet. Ducam igitur a δραμεῖν vel δρέμειν currere, præpoſito ſibilo. Græci inde derivant δρόμος curſus, δρομὰς curſor, δρομαῖος curſu valens &c. nos *ſtrom*, quia fluvius eſt aqua currens. Hoc etymo ne quis offendatur, obſervandum, quod in omnibus Linguis *currere* dicantur non homines & animalia tantum, ſed etiam aquæ & fluvii, & quod multa fluviorum nomina inde formata ſint. Teſtis *Rhodanus* in voce *rad* fluvius. Anglis omne flumen dicitur *current*, Gallis *courant*.

STROM, æſtus maris. Angloſax. *ſtream*, Belg. *ſtroom*. Rurſus a δραμεῖν, quia æſtus eſt aqua reciproco motu decurrens & recurrens. Inde Islandis *ſtraumfall* acceſſus & receſſus maris apud VEREL. in Ind.

STROP. Vide *ſtrupfen*.

STROTER, *ſtröter*, prædo. Utitur Luth. Hoſ. VI. 9. *die prieſter ſind wie die ſtröter, ſo da lauren auf die leute, und würgen auf dem wege*. FRISCHIUS vocem Lutheri primo deduxit a *ſtraſſe*, *ſtrate* via, ob ſynonymum *ſtraſſenræuber* inſeſſor viarum: poſtea mutata ſententia a *ſtrauß*, *ſtrut* ſylva, ob ſynonyma *ſtrauchdieb* & *buſchklöpfer*. Ita mentem ſuam ipſe explicat in Fundamentis L. Germ. pag. 262. Alius deduxit a στρατιώτης miles. Sed neuter perſuader. Nam *ſtrudan* Angloſaxonibus eſt rapere, ſpoliare, *ſtrudend* direptor, *ſtrudere* raptor, graſſator, *ſtrudunge* rapina, interprete BENSONIO in Voc. AS. Quæ certe non a via, aut nemore, aut militia ſic dicuntur, ſed potius a Gr. δραττομαι rapio, capio, prehendo, ſibilo in ſocietatem vocis aſſumpto, ut alias millies. Quidam juniores vocem Lutheri non intellectam expunxerunt e Bibliis, & in locum ejus ſurrogarunt *ſpötter*, proprio & temerario auſu, ne quid gravius dicam. Extat hæc depravatio in Bibliis Ratzeburgi editis an. 1695. obſervante Joh. Henr. a SEELEN in *Selectis Literariis* pag. 197. Apud Francos *ſtrudan* latius patet, & non ſolum de rapina, ſed

ſed de quavis violenta ablatione, etiam legitima uſurpatur. Hinc in Lege Ripuaria Tit. XXXII. 3. 4. LI. 1. ablatio rei alienæ e domo rei poſt ſeptem citationes non comparentis a judice fiſcali facta, vocatur *ſtrudis legitima*, ſenſu ad forum accommodato.

STROTZEN, turgere, rigere, *ſtrotzende brüſte* mammæ turgentes. Idem quod *ſtarzen*. Canina amat transponi, & modo præcedere, modo pone ſequi vocalem. Figurate dicitur de faſtu inflatis. Inde *ſtrotze* ſerva ſuperba, *ſtrotzig* arrogans, *das ſtrotzen* faſtus, elatio.

STRUDEL, vortex, locus vertiginoſus in mari vel flumine. Proprie eſt gurges, & deminutivum a Belgico *ſtrot* gula, guttur. Nam hac ſimilitudine delectantur etiam Latini in *gurges* & *vorago*, noſtri in *kolk*, Sueci in *gööl*, quod non differt a *gula*, Islandi in *ſvelgur*, quod eſt a *ſvelgia* deglutire, alii in aliis nominibus. De voce Belgica vide plura in *droſſel*.

STRUDELN, bullire. Id eſt, voraginis inſtar æſtuare. Verbum a ſubſt. factum, non vice verſa.

STRUF, aſper, Dial. inf. Sax. Germani ſuperiores dicunt *ſtraff*, quod vide.

STRUMPF, fruſtum, ſegmentum, pars a toto avulſa. Utitur Luth. de trunco corporis 1. Sam. V. 4. & de trunco arboris Jeſ. IX. 14. Extat quoque eodem ſenſu apud STILERUM in Theſ. L. Germ. pag. 2226. Idem Græcis τρύφος, a θρύπτω feco. Ita *rumpf* a *rumpo*.

STRUMPF, tegumentum pedum. Olim femoralia nonſolum genua, ſed etiam crura & pedes tegebant, quod pulcre declarat verſus GUIL. BRITONIS in Philippide Lib. 2.

Brugia quæ caligis obnubit crura potentum,

Hinc quidam exiſtimant, nomen, de quo agimus, iis temporibus ortum eſſe, cum cruralia a femoralibus cœpiſſent ſeparari, ducta appellatione a *ſtrunk* truncus, quod non amplius eſſent connexa, ſed more ſæculi abſciſſa. De qua re juvat audire FRISCHIUM in Voc. Bibl. pag. 194. ubi verba ſic fluunt: *Gleichwie man hoſen und ſtrümpfe an einander trug, und die ſtrümpfe, ſo mit zu den hoſen gehörten, auch hoſen hieſſen, aber da man das untere teil dieſer beinkleider von dem obern ſonderte, hieß das untere teil der* ſtrunck, *und kommt mit* truncus *überein, woraus* ſtrump *und* ſtrumpf *worden iſt.* Quamvis hæc etymologia ſatis ingenioſa & opinabilis ſit, præſtat tamen evitandis mutationibus tam duris & inſolitis recta deducere a præcedenti *ſtrumpf* ſegmentum. Poſſit etiam referri ad *ſtrupfen* nodare, ſi prima tibialia fuerint reticulata, ut ſunt hodie.

STRUMPF, interdum idem eſt qui Græcis στρόφις, id eſt, callidus, aſtutus, verſutus. Hoc ſenſu videtur occurrere in compoſito *blawſtrumpf*, quod dicitur de homine callido, qui fraudes & mendacia nectit, & falſa pro veris denunciat. Priorem compoſiti partem vide in *blaw* falſus.

STRUNK, caudex plantæ vel arboris. Belg. *ſtronk*. Utrumque a Lat. *truncus*.

STRUNT, ſtercus. Belg. *ſtront*, Ital. *ſtronzo*, Gall. *eſtron*, Lat. *ſtruntus*. Videtur proprie denotare ſimum, h. e. illud ſtercus tam hominum quam animalium, quod ſtramini mixtum lætificandis agris infertur, a *ſtreuen* ſpargere. SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. radicem agnoſcit, ſed vocem paulo aliter explicat: *Stront*, *a ſtreuen des ſtrohs zu miſte*. Alias conjecturas vide apud MARTINIUM in voce Latina, JUNIUM in Belgica, MENAGIUM in Gallica.

STRUNZE, mulier cœnoſa, lutoſa, interprete STILERO. Dubito. Potius eſt impudica, a Gr. στρυᾶν laſcivire, intemperanter vivere. Et hinc etiam eſſe puto, quod meretrix Saxoniæ inferioris Dialecto vocatur *ſtrüne* apud STADENIUM in Explic. Voc. Bibl. pag. 91. & Angloſaxonibus *mylte ſtreona*, etiamſi non liqueat, quid ſit *mylt* in voce Saxonica. JUNIUS, qui hic multam eruditionem profundit in Obſervatis ad Willeram pag. 202. non perſuaſit STADENIO.

STRUPFEN, *ſtrüpfen*, nodare, interprete STILERO. Verbum parum uſitatum, ſed tamen verum. Nam *ſtrop* Belgis eſt funis & nodus, Italis *ſtroppe* vimen, Latinis *ſtroppus* & *ſtruppus* vinculum ex vimine vel lino factum, Græcis στρόφος funiculus. Cuncta a στρέφειν torquere.

STRUSSEN, *ſtrüſſen*, efferre ſe. Teſtis verbi GESNERUS: Quoniam, inquit, pennis ſtruthionis pilei & galeæ ornantur, deducitur inde nomen *ſtrüsle* pro quavis criſta, & verbum *ſtrüſſen* pro eo quod eſt ſuperbe ſe erigere. Hæc ille apud MARTINIUM in *ſtruthocamelus*. Revera idem eſt quod *ſtrotzen* turgere, & nequaquam a ſtruthione.

STRUT, nomen multis fluviis commune, ſed valde obſcurum, ut alia multa fluviorum, montium, ſylvarum nomina, quæ dum hodie non amplius intelliguntur, diſceſſum ab antiqua lingua nobis objiciunt. In Anglia STROUD eſt fluvius Gloceſtriæ, in Germania UNSTRUT fluvius Thuringiæ. ECCARDUS in Prologo Legis Salicæ *ſtrut* interpretatur *alveum*, *curſum*, & *Unſtrus* corruptum putat ex *Windaſtrut*. Sed qua lingua aut Dialecto *ſtrut* alveum vel curſum fluminis ſignificet, & unde oriatur, non docet. BAXTERUS *ſtroud* exponit *trajectum*, & vocem tribuit Britannis, qui ſolent dicere *eſtroud*, in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 117. Contra STILERO *ſtrut* eſt rapidus, præceps, quod unde acceperit neſcio. Si verus eſt ſignificatus, poſſit eſſe a Belgico *ſtorten* præcipitare, transpoſito R. Interim a *ſtrut* componit *Unſtrut* fluvius Thuringiæ præceps & exundans, *qualis eſt*, inquit, *revera*. Quis hoc exſpectet? Nam *un* adjectivis junctum eſt particula negandi in omnibus & vetuſtiſſimis Dialectis, & hoc loco totam rapiditatis

ideam evertit, & ex fluvio rapido facit non-rapidum & leniter fluentem. Quod etiamſi veriſſimum ſit, malo tamen, ob naturam ejus fluvii, mihi plane ignotam, partes ſilentii amplecti, quam fortuito veri aut falſi eventui me committere.

STRUTZEL, *ſtrützel*, papilla, a *ſtrotzen* turgere, quia tumore ſuo ſupra mammam inſurgit. Gloſſ. Ælf. pag. 71. papilla *titt-ſtrycel*. Hodie ad ſuavia extenditur, inprimis ea, quæ ſaccharo aut aromate turgent vel rigent. Inde *zuckerſtrützel* confectum ex ſaccharo vel aromate.

STUBE, manſio, habitatio, locus commorandi, in antiquiſſimis Dialectis. Verſio Angloſax. Joh. X. 40. *and he for ofer Jordanen to thære ſtowe the Johannes wæs*, & abiit trans Jordanem in eum locum ubi erat Johannes. Joh. XIV. 2. *in mines fæder huſe ſynt manega eardung-ſtowa*, in domo patris mei ſunt multæ manſiones. VERELIUS in Ind. *forſtofa* atrium. In Lege Alamannorum videtur accipi pro loco ſtabulandi Tit. LXXXI. 3. *Si quis ſtubam, ovile, porcaritiam domum alicujus concremaverit.* SPELMANNUS in voce *ſtowa* deduxit a στόα porticus. Malim, ſi Græca origine opus ſit, a τύπος locus, præpoſito ſibilo.

STUBE, focus. A *deben*, τύφειν, incendere. Vox cum parente ſuo pene extincta. Habent tamen adhuc Belgæ, unde ſignificatum agnoſcas. Illis enim *ſtoof* eſt foculus, ignitabulum, batillus, & inde *ſtooven* calefacere, ſubjecto igne fovere, & ab illo *ſtooving* fomentatio. Atque ad hæc veteris ſermonis veſtigia ſpectant etiam diminutiva *ſtübchen*, *ſtöfchen*, & compoſita *feuer-ſtübchen*, *feuer-ſtöfchen* foculus, teſta vel arcula, in qua prunæ includuntur, quæ millies audivi apud Berolinenſes.

STUBE, hypocauſtum. Angloſax. *ſtofa*, Angl. *ſtove*, Sax. inf. *ſtave*, Isl. *ſtufa*, Suec. *ſtufwa*, Sorab. *ſtwa*, Ital. *ſtufa*, Gall. *eſtuve*, Hiſpan. *eſtufa*, Lat. Barb. *ſtuba*. SOMNER. in Dict. AS. *ſtofa* balneum, caldarium, hypocauſtum. VERELIUS in Ind. *ſtufa* hypocauſtum. Plerique dubitant, an vox Germanica ſit, quamvis a Germanis proſeminatam fateantur. Hinc FRENZELIUS eam deduxit ab Heb. *ſchebbeth* ſedes, habitatio, per metathefin: MARTINIUS ab *æſtuo*: SALMASIUS a τύφη accenſio: LIPSIUS a *tubis*, illis ſcil. de quibus ſcribit SENECA Epiſt. XC. *Quædam noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, ut ſpecularium uſum, perlucente teſta clarum transmittentium lumen: ut ſuſpenſuras balneorum, & impreſſos parietibus* TUBOS, *per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul & ſumma foveret æqualiter.* Sed hos tubos non magis novit Germania antiqua, quam fornaces & hypocauſta. Diſerte TACITUS Cap. XVII. de M. G. *Cetera intecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt.* Huic foco cum ædificandi peritia ſucceſſit hypocauſtum, ſeu conclave, in quo ignis calefaciendi cauſa accenditur, ſive in camino, ſive intra fornacem. Hinc manifeſtum eſſe puto, *ſtubam* a poſterioribus Germanis ſic appellatam eſſe ſynecdochice, poſita parte pro toto conclavi, *foco* pro *hypocauſto*.

STUBCHEN, *ſtübchen*, *ſtöfchen*, foculus. Diminutiv. a *ſtube* focus.

STUBICH, *ſtübich*, menſura liquidi. Diminutiv. a *ſtauf* poculum.

STUCK, *ſtück*, pars a toto ſeparata. Latini pro vario ſeparandi modo *fruſtum*, *fragmen*, *ſegmentum*, &c. vocant. Nos uno & generali nomine contenti omnes partes a toto ſeparatas vocamus *ſtuck*, a Græco, ut auguror, διχάζω in duo divido, præpoſito ſibilo. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſticce* pars, fruſtum, *ſticce-mælum* fruſtatim, fruſtulatim, minutatim. Gloſſ. Pez. fragmen *ſtuchi*, ſciſſuras *ſtuchi*, in fruſta disrupti *in ſtuchi kaprochan*. Hinc porro *ſtücken*, quatenus eſt verbum a ſubſt. ortum, duplici pollet ſignificatu. Vel enim partes disjungit, & tunc dicitur *zerſtücken* diſſecare: Vel disjunctas conſarcinat, & tunc dicitur *anſtücken* aſſuere.

STUCK, *ſtück*, pars cum toto conjuncta. Ex eodem fonte. Quamvis enim hæc pars non ſit diviſa a toto, dicitur tamen diviſa, quia eam a toto mente dividimus. Ita partem viæ, campi, vel alterius rei continuæ vocamus *ſtück-weges*, *ſtück-feldes*, etiamſi cum toto cohæreat. Sic & interpres TATIANI ſpatium terræ inter Hieroſolyma & Emauntidem vocat *ſtuck*, Cap. CCXXIV. 1. *burgilun unas in ſtuke ſtadiono zehenzug inti ſehzug fon Jeruſalem*, caſtellum erat in ſpatio CLX. ſtadiorum ab Hieroſolymis.

STUCK, *ſtück*, pars generis, quæ noſtro concipiendi modo in univerſali tanquam toto continetur. Dicitur de toto phyſico. Inde loquendi formulæ: *ein ſtück wild* cervus, aper, *ein ſtück vieh* bos, vacca, quia ferini & pecuini generis partes ſunt, quamvis in ſe totæ & indiviſæ.

STUCK, *ſtück*, pars indigna generis ſui, *weibſtück* dedecus mulierum. Hac contumelia videmur imitari Latinos, quibus *fruſtum hominis* eodem ſenſu dicitur.

STUCK, *ſtück*, opus. A τεύχω facio, paro, præpoſito ſibilo. Inde *kunſt-ſtück* artificium, *meiſter-ſtück* ſpecimen artis. Quæ vulgo male referuntur ad *ſtuck* pars.

STUCK, *ſtück*, per ſynecdochen generis dicitur de quovis *opere artificiali*, cujuscunque generis ſit. Ita in genere pictorio habemus *nacht-ſtück*, *knie-ſtück*, *bruſt-ſtück*: in genere fabrili *ſchawſtück*: in genere muſico *leibſtück*, *geigenſtück* &c. quorum explicatio a Lexicographis vulgaribus petenda eſt.

STUCK, *ſtück*, factum. Ex eodem fonte. Inde *freundſtück* factum officioſum, *ſchelmſtück*, *bubenſtück* factum flagitioſum.

STUCK, *ſtück*, tormentum bellicum. An a *ſtuck* pars, ut ſit quaſi *pars rei tormentariæ*, quo modo Galli ſolent dicere *pieçe de canon*? Dubito. Nam primi rei tormentariæ

riæ inventores fuerunt eruditi. Hos vero inventum tam ſingulare, & omnibus retro ſæculis ignotum, voluiſſe tam inepto nomine deſignare, vix credibile eſt. Supponamus, eos Græce peritos fuiſſe. Hoc conceſſo, poterant tormentum bellicum appellare *ſtuck* vel *ſtuch*, quod eſſet machina *jaculatoria*, vel machina *terribilis*. Ad priorem nomenclaturam poterat eos ducere verbum inuſitatum σεχὴν jaculari, quod ſuperat in compoſitis ἔυσεχος jaculandi peritus, ἄσεχος jaculandi imperitus. Ad poſteriorem σὺξ horror, συγὲν horreſcere, συγὸζω horrendum facere, συγητὸν terribile. Pone vero, eos e patria lingua maluiſſe nomen rei effingere, multa ſe illis offerebant. Nam *ſtingen* antiquis eſt ferire, ut oſtendi in loco, & *skot* telum, ut oſtendi in *ſchieſſen* jaculari. A *ſtingen* vero formari potuit *ſtuck* per ſyncopen, & a *skot ſtuk* per metathefin.

STUFFE, gradus, *ſtuffen-weis* gradatim. Refer ad *ſtapfen* ſcandere.

STUFFE, *ſtupfe*, *ſtuppe*, limen ante fores, & omnis locus, ubi per gradus aſcenditur. Inde nomen arci montanæ in Ducatu Würtembergico HOHENSTAUFFEN, ab arduo aſcenſu.

STUFFEN, in metalli fodinis eſt cædere, *abſtuffen* decidere, *ſtuffe* pars æris deciſa. Opinor a *ſtechen* fodere, effodere, mutato CH. in F. Nam hæ literæ ſolent a foſſoribus confundi. Ita puteum metallicum vocant *ſchacht*, cum deberent dicere *ſchaft*, quod certe eſt a σκάπτω fodio.

STUL, oritur a *ſtellen* ponere, ſtatuere, collocare, & tot recipit ſignificatus a cauſis finalibus, quot ab animo ponentis intendi poſſunt. Inprimis vero ſignificat (1.) *fulcrum*, quia ſuſtinendi cauſa ponitur. (2.) *locum ſedendi*, non naturalem, ſed manu factum, ſulcris munitum, & ſedenti ſuppoſitum, id eſt, *ſellam*, & per ſynecdochen generis *ſellam regalem*, *prætoriam* &c. id eſt, thronum, tribunal, cathedram &c. (3.) *ſedem potentiæ & dignitatis*. (4.) quicquid loco ſedendi ſimile eſt, ſive uſu, ut *clitellæ*, quibus onus imponitur, ſive fulcimentis & ſitu edito, ut *ſtructuræ*. De ſingulis videbimus in ſequentibus.

STUL, fulcrum, *dachſtul* fulcrum tecti, contignatio qua tectum ſuſtinetur. Græcis σύλη eſt columna, cognato ſignificatu. Dicitur etiam *ſtoll* & *ſtall*, quæ vide.

STUL, ſella, ſedile. Gothis & Angloſax. *ſtol*, Francis *ſtual*, *ſtuol*, Præcop. *ſtal*, Belg. *ſtoel*, Anglis & Suec. *ſtool*, Isl. *ſtol*, Cambris *yſtol*. Gloſſ. Pez. accubitus *ſtuola*, trielinium *ſtuol* vel *bohſedal*, geſtatorio *tragaſtuole*. VEREL. in Ind. *ſtol* ſedile. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *yſtol* ſella, ſeliquaſtra, ſedile. Inter compoſita, quæ hic recenſeri merentur, eſt *faldiſtolium* ſella plicatilis, unde Gallis hodiernis *fauteuil*, obſervante CANGIO.

STUL, thronus, ſolium, ſella regalis. Cod. Arg. Matth. V. 34. *himins iſt ſtols Gotha*, cœlum eſt thronus Dei.

STUL, tribunal, ſella vel ſolium judicis, *ſtulſaß* judex pro tribunali ſedens. In Evangelio Goth. ttibunal Pilati vocatur *ſtavastol* Matth. XXVII. 19. a *ſtab* judicium, quod vide. Ejusdem indolis compoſita ſunt, *dingſtul* & *richterſtul*.

STUL, cathedra, ſella doctoris. Utitur Luth. Matth. XXIII. 2. Hinc *ſella peſtilentiæ*, h. e. peſtilentis doctrinæ, in Verſione Pſalmorum Notkeriana vocatur *ſuhtſtuol*, Pſal. I. 1.

STUL, ſedes potentiæ & dignitatis. Cod. Arg. Luc. I. 32. *gibith imma ſtol Daweidis*, dabit ei ſedem Davidis. Et mox verſ. 52. *gadrauſida mahteigans af ſtolam*, depoſuit potentes de ſede. NOTKERUS Pſal. LXXXVIII. 45. *du zebrache ſinen ſtuol in erdo*, tu colliſiſti ſedem ejus in terra. Inde Angloſaxonibus *frum-ſtol* ſedes primaria, apud SOMNER. & BENSON. & Islandis *kongs ſtol* ſedes regia & metropolis. Dicimus etiamnum *der ſtul zu Rom* ſedes pontificalis romana, *der biſchoffliche ſtul* ſedes epiſcopalis.

STUL, clitellæ. Gloſſ. Boxh. *ſtual* ſagma. Hodie obſoleſcit.

STUL, ſtructura, *predigt-ſtul* ſuggeſtus, *glocken-ſtul* campanile.

STULPEN, *ſtülpen*, in ſe vertere, flectendo vel torquendo, *geſtülpt* tortus, flexus, *hutſtülpe* curvatura pilei. Ab initio, ut conjecto, fuit *ſtrupen*, a Gr. στρέφω vertere, torquere; poſtea mutata camina in L. & in poſteriorem locum rejecta *ſtulpen*. Utraque mutatio ſatis frequens eſt in ore vulgi, & neminem debet ſuſpenſum tenere.

STULSASS, judex. Vetus Francicum, SCHILTERO obſervatum in Gloſſario. NOTKERUS Pſal. LXVII. 35. de Apoſtolis & Prophetis: *die hier uuaren uuolchen-tunchel, uuerdent dar ſtuolſazzen*, qui hic erant nubes, ibi erunt judices. Haud dubie a *ſtul* tribunal, & *ſitzen* ſedere, quia, qui olim jus dicebant, in loco excelſo ſedebant. Huic ſimile cenſeri poteſt Longobardicum *ſtolizaz*, niſi lectio mendoſa ſit. Conjecturam noſtram vide in *ſtolz* miſſus regius.

STUM, *ſtumm*, mutus. TATIANUS Cap. LXI. 5. *brahtun imo man ſtummun*, obtulerunt ei hominem mutum. Et mox: *ſprah thie ſtummo*, locutus eſt mutus. NOTKERUS Pſal. XXXVII. 15. *ih ſuigeta alſo der unſprechento ſtummo*, tacui ſicut mutus elinguis. Idem Belgis *ſtom*. A στόμα os, inquit HELVIGIUS, quaſi ἄστομος ore carens, ob loquendi impotentiam. Dubito. Nam ſibilus non agnoſcitur ab omnibus Dialectis, & quod Francis eſt *ſtum*, id Angloſaxonibus & Anglis eſt *dumbe*, Alamannis *tumbo*. Verſio Angloſax. Marc. VII. 37. *dyde thæt deafe gehyrdon and dumbe ſprecon*, fecit ut ſurdi audirent & muti loquerentur. Gloſſ. Keron. obmutui *ertumbeta*. In reliquis Dialectis *ſtum* & *dum* promiſcue uſurpantur. Ita Gothis mutus vocatur *dumba* Matth. IX. 33. & *ſtamma* Marc. VII. 32. Sueciis *dumbe* & *ſtum*.

Non poſſet autem ſibilus modo præfigi modo omitti, ſiquidem radicalis eſſet. Credo igitur quam minime eos falli, qui vocem ab Hebræis arceſſunt. Illis enim, ſi recte memini, *dam* eſt mutus, & *dom* mutum eſſe, ſilere. Et hinc etiam derivari poſſunt μύτης & *mutus*, quæ cæteris conſentiunt per anaſtrophen. Interim a *ſtumm* eſt *verſtummen* obmuteſcere.

STUMMELN, *ſtümmeln*, *ſtümpeln*, truncare, mutilare, *verſtümmelt*, *zerſtümpelt* mutilatus, parte aliqua truncatus. Gloſſ. Pez. detruncaſſe *pistumplan*, abſcidit *pistumplit*, abſciſſus *pistumpleter*. MARTINIUS in voce *mutilo* connectit cum præcedenti *ſtumm*, quod primo lingua & ore privatum, poſtea quovis membro mutilum denotaſſe exiſtimat. Atqui mutus nec lingua nec ore privatus eſt, etiamſi illis uti non poſſit ad loquendum. Mihi *ſtümmeln* & *ſtümpeln* ſunt frequentativa a Scandico *ſtympa* truncare, mutilare, & hoc a *ſtump* fruſtum.

STUMP, fruſtum, ſegmentum, truncus. Belgis *ſtomp*, Græcis τόμος & τομία, a τέμνω ſeco, amputo.

STUMPELN, *ſtümpeln*. Vide *ſtummeln*.

STUMPER, *ſtümper*, *ſtümpler*, mutilator, caſtrator. Græc. τομεύς. Dicitur de opifice artis ſuæ ignaro, facto initio a ſartore, qui veſtes ſecando perdit. Confer *bümpler*.

STUMPF, obtuſus, non ſecans. Belg. *ſtomp*. A *ſtympa* mutilare, quod Scandicum eſſe vidimus. Nam primo fuit *cuſpide truncus*, & poſtea *acumine carens*.

STUND, ſenſu antiquo eſt *ſpatium temporis*, a *ſtan* ſtare, ducta allegoria a diſtantia locorum. Nam locorum proprie eſt *ſtare*, & *diſtare*, poſtea etiam temporis: quod, etiamſi in perpetuo fluxu ſit, ſtare tamen fingitur, cum quia duratio ſimilis eſt continuo, tum quia tempus & locus ſimilia habent intervalla, & terminos ſtabiles atque immobiles. Dicitur antiquitus (1.) de parvula & momentanea mora. Gloſſ. Keron. uno momento *eineru ſtunthuuilu*. Gloſſ. Pez. in puncto *in einero ſtund uuilo*. (2.) de intervallis temporis. Gloſſ. Keron. parvulo intervallo *luzzuleru untarſtuntu*, parviſſimo intervallo *skemmiſtun untarſtuntu*. (3.) De vicibus temporis per intervalla recurrentibus. Gloſſ. Keron. ſemel & ſecundo *einkin ioh andraſtunt*, denuo *andrara ſtunt*, tertio *drittiun ſtunt*, quater *feor ſtunt*, ſepties *ſibunſtunt*. VEREL. in Ind. *ſtundum* interdum. Id eſt, per vices & intervalla. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XXIII. 65.

Ja ſint, quad er, binoti
Zuelif dago ziti?
Thio iro ſtunta uuerbent,
Ioh themo dage folgent.

Nonne ſunt, inquit,
Duodecim diei horæ?
Quæ vices ſuas mutant,
Et diem ſequuntur.

STUND, hora, ſpatium temporis definitum. Senſus vocis hodiernus, & priſcis, quod ſciam, inuſitatus, quem HELVIGIUS deduxit a στάδιον, verbi στᾶν ſtare. Eſt enim hora, inquit, ſtabile quoddam ac ſtatarium currentis temporis ſpatium. Mihi nova etymologia non opus eſſe videtur, etiamſi horas ſtadiis ſimiles eſſe largiar. Enim vero, ſi *ſtare* dici poſſunt quæcunque temporis ſpatia, multo magis ſtatuta & definita. Voces veterum vide in *zeit* tempus definitum, & confer locum OTFRIDI proxime citatum.

STUPF, punctum. Vide *ſtipp*.

STUPFEN, pungere. Vide *ſtippen*.

STUPPE, aſcenſus ante fores. Vide *ſtuffe*.

STUR, *ſtür*, auſterus. Vide *ſtier* & *ſtorr*.

STUR, *ſtür*, ſturio. Vide *ſtör*.

STUREN, *ſtüren*, vertere, verſare, volutare. Proprie terram. Nam *tir* Celtica & hodie Cambrica lingua eſt terra, & *turio* terram effodere more porcorum. Dicitur allegorice (1.) de errantibus, quia ſolum continuo vertunt, & pulverem ubique excitant. Inde *landſtürer* erro, vagabundus. Nomen fiſtit FRISCHIUS in voce *land*, ſed non explicat. (2.) de ſcrutantibus. Inde *durchſtüren* perquirere, perſcrutari. Aliud verbum, & ejusdem pene indolis, vide in *wülen* verſare.

STUREN, *ſtüren*, pungere, *zanſtürer* cuſpis dentaria. Græcis στύραξ eſt cuſpis teli, στυράκιον ſpiculum, & στυρακίζω pungo.

STUREN, *ſtüren*, movere, commovere, turbare &c. Vide *ſtören*.

STURM, *ſtorm*, vox omnibus Dialectis familiaris, quæ proprie ſignificat *turbinem*, ſive ſtatum aëris male tranquillum, pluvioſum & procelloſum. Et hanc ſignificandi vim habet, non ab ulla Græcorum voce, qualis eſt quorundam eruditorum judicio στρόμβος trochus, ὁρμὴ impetus &c. ſed potius a *ſtören* turbare, agitare, concutere, contrarios motus excitare. Nam M. apud Germanos eſt medium derivandi in multis nominibus, ut oſtendi in *Prolegomenis*, & paſſim. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſtorm* turbo, procella, nimbus, tempeſtas, *ſtormig* turbidus, procelloſus, tempeſtuoſus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *yſtorm* tempeſtas, procella. Gloſſ. R. Mauri apud Diecm. nimpha *ſturmuuint*. Dicitur etiam de *oppugnatione*, ſed allegorice, & quia tempeſtati ſimilis eſt, minime vero a Lat. *turma*, etiamſi Itali inde habeant *ſtormo* pro turba vel multitudine. Iisdem tamen *ſtormo* eſt impetus & tumultus, in loquendi formula *ſonare à ſtormo*, quæ non ſolum ſignificat turbam convocare ære campano, ſed etiam convocare ad irruptionem faciendam.

STURMEN, *ſtürmen*, a *ſturm*, ſignificat quantum poteſt, *tumultuari*, *impetum facere*, *oppugnare* &c. & proprie dicitur de ventis, improprie & metaphorice de armatis & impetuoſis. Gloſſ. Pez. tumultuabitur *ſturmit*. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſtyrman* tempeſtatibus concutere.

STUR-

STURMEN, *ſtürmen*, convocare plebem pulſu nolarum ad auxilium ferendum aut impugnationem faciendam. Dictio metonymica, qua res ſignata ponitur pro ſigno.

STURZEN, *ſtürzen*, cadere, *mit dem pferd ſtürzen* ruere cum equo, *ſturz* caſus. Gloſſ. Pez. recidiva febris *avarſturz*. Belgis quoque *ſtorten* eſt cadere. Hujus verbi generationem ita concipio. Prima ejus forma fuit *ryſen*, *reiſen*, quod vide. Altera *driuſen*, facta ex priori per prostheſin, & vehementiæ cauſa, auctoribus Gothis. Illis enim in Evangelio *driuſan* eſt cadere Luc. XVI. 17. *driuſands* cadens Marc. IX. 20. *draus* procidit Marc. VII. 25. *gadraus* cecidit Matth. VII. 27. *draus mikils* magna ruina, ibidem. Huic verbo libido ſibilandi noviſſime præfixit elementum ſuum, dicendo *ſtriuſen*, & transpoſita canina *ſtürſen*, *ſtorten*, *ſtürzen*. Cum verbo Gothico *driuſan* convenit Cambricum *trwccio* cadere.

STURZEN, *ſtürzen*, præcipitare, deturbare, dejicere. Belgis *van boven neêr ſtorten*. Suecis *uthföre ſtörta*. Verbum faceſſens ex præcedenti. Quid enim eſt præcipitare, niſi facere ut ex alto in imum cadat? Gothi eodem ſenſu dicunt *drausjan* Luc. I. 52. *gadrauſida mahteigans af ſtolam*, deturbavit potentes de ſede.

STURZEN, *ſtürzen*, tegere, *ſtürze* operculum. OTFRIDUS Lib. II. cap. XVII. 29.

Ni brennit man ouh thuruh thaz
Giuuiſſo ſinaz liohtfaz,
Thaz er iz biuuelze,
Mit muttu biſturze.

Senſus eſt, neminem accendere lucernam, ut eam modio tegat. Græcis σορεῦω & σορίτω eſt ſtratura tegere.

STUT, equus admiſſarius, *Stutgard* ſeptum admiſſariorum. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſteda* equus emiſſarius vel admiſſarius, equus bellator & generoſus, *ſtod-fold* equorum admiſſariorum ſeptum, *ſtod-hors* ſtotarius, *ſtod-myra* equa ad fœtum, *ſtod-theof* equorum admiſſariorum abigeus. CANGIUS in Gloſſ. *ſtuot* equus admiſſarius. Anglis idem equus etiamnum vocatur *ſteed*. An a *ſtout* fortis, audax? Hoc etymon ſe probavit SOMNERO, quia ad uſum belli unice attendit. Ego malim cum SKINNERO ad generandi potentiam reſpicere, & nomen formare a στύω in venerem erigo. Germanis *ſtan* ſæpe eodem & obſcœno ſenſu dicitur.

STUTE, equa. Fœmininum a maſculino *ſtut*, ut *equa* ab *equus*, *mere* a *mar* equus. In quibusdam tamen Dialectis nota derivativi omittitur. WINSBEKIUS ad fil. Stroph. 43. *ein vol von einer wilden ſtut*. Idem Suecis *ſtood*. Quod videtur apocopatum ab Angloſax. *ſtod-myra* equa. Nam Græcorum στύτη, στύτα fœmina, non auſim huc trahere, etiamſi equa ſit fœmina admiſſarii.

STUTZE, *ſtütze*, fulcrum, fulcimentum, *ſtützen* fulcire. Gloſſ. Boxh. *ſtollum*, *ſtozza* baſes. Gloſſ. Keron. fundata *keſtudit*. Verbum eſt a ſubſtantivo *ſtütze*, ſed litera Z. in fine ſubſtantivi eſt a paragoge, & ex mera ſibilandi libidine adjecta, ut in aliis multis. Nam fulcrum Gothis ſimpliciter dicitur *ſtath* & *ſtad* in compoſitis, Angloſaxonibus *ſtuda*, *ſtuthu*, Belgis *ſtut*, Islandis *ſtod*. De voce Gothica, ejusque etymo vidimus ſupra in *ſtat*. Ab illa Galli habent *eſtaye* per ſyncopen. Allegorice utimur de auxilio & patrocinio. VEREL. in Ind. *ſtoda* juvare, fulcire, *ſtodemadur* adjutor, auxiliator.

STUTZEN, percelli, ſtupere, *ſtutzig pferd* equus pavidus. Gloſſ. Keron. trepide *ſtozzonto*. Dicitur de iis, quibus res inopinata metum aut hæſitationem injecit, & forte a Gr. τύξ horror, pavor, vel δειδίζω expaveſco, præpoſito S.

STUTZEN, præcidere, decurtare. VEREL. in Ind. *ſtumta*, *ſtytta* abbreviare, *ſtuttur* brevis, *ſtyntra* brevius, *ſtytting* abbreviatio. Litera N. eſt ab epentheſi, cætera a Gr. τυτθὸς parvus, brevis, puſillus, præpoſito ſibilo. Et huc quoque ſpectat formula loquendi *auf den ſtutz* ſubito, quæ proprie ſignificat *præciſe* & *ex abrupto*. Hoc enim intendunt, qui ſic loquuntur, ut ocyus fiat quod volunt, præciſis omnibus tam cœptis quam incipiendis.

STUTZEN, ſuperbire, *ſtutzer* juvenis ſuperbe incedens. Forte a δοκόω oſtendo, unde δόξις oſtentatio, vana oſtenſio.

SUCHEN, proprie eſt *oculis quærere*, ab *aug*, *ook*, *och* oculus, præpoſito ſibilo, & dicitur per translationem de omnibus quærendi modis quocunque fine inſtitutis. Hinc illa ſignificationum incredibilis multitudo, quia cauſa quærendi varia eſſe poteſt. CLAUBERGIUS in art. Etym. Teut. *ſuchen* deduxit a *ſehen* videre. Mihi *ſehen* & *ſuchen* non differunt ut mater & filia, ſed ut ſorores ejusdem matris.

SUCHEN, quærere adipiſcendi vel inveniendi cauſa, ſive res amiſſa, ſive nunc demum acquirenda ſit. Gothis *ſokjan*, Luc. XIX. 10. Angloſax. *ſecan*, ibid. & alibi *ſæcan*, Franc. & Alam. *ſuachan*, *ſuohan*. Gloſſ. Keron. quærere *ſuahchan*, quærite *ſuahhat*, quærens *ſuahhanti*.

SUCHEN, quætere impetrandi cauſa, alias *petere*, *poſcere*, *poſtulare*. Evang. Goth. Luc. I. 63. *ith ſi ſokjands ſpilda*, ipſe autem poſtulans pugillarem. Gloſſ. Keron. expetit *ſuahhit*, requirens *ſuahhenti*. Inde *geſuch* poſtulatum, petitum, *anſuchung* petitio, *erſuchen* blande vel ſuppliciter rogare.

SUCHEN, quærere conveniendi cauſa, alias *adire*, *accedere*. Angloſaxonibus *ſecean*, Septemtrionalibus *ſekia*, quod variis exemplis cum ex CÆDMONE, tum ex LEXICO RUNICO depromptis oſtendit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 311. Græci eodem ſenſu dicunt ἥκειν. Hodie utimur compoſitis *beſuchen*, *heimſuchen*, quod eſt viſendi & compellandi gratia aliquem adire. Inde *beſuch* aditus.

SUCHEN, quærere cognoſcendi cauſa, alias *inveſtigare*, *ſcrutari*, *examinare* &c. Gloſſ. Keron. inquire *ſuahhi*, examinaſti *erſuahtos*, probaſti *keſuahtoos*, examinatur *iſt erſuahhit*, ſcrutanti *zarſuahchanne*, diſcuſſio *keſuahhida*, examine *urſuahhidu*. Gothis *ſokjan* eſt diſputare, Marc. IX. 14. 16. Joh. V. 52. quia diſputatio fit indagandæ veritatis gratia. Hodie utimur compoſito *unterſuchen* examinare.

SUCHEN, quærere tentandi & experiundi cauſa. Inde *verſuchen* tentare, experiri, *verſuch* tentamen. Gloſſ. Pez. experimentum *urſuoh*. Gloſſ. Boxh. *arſuahniſſu* experimentum.

SUCHEN, quærere deprehendendi cauſa, alias *viſitare*. Inde *ſaliſuchen* quærere rem furtivam in ædibus privatis auctoritate magiſtratus, a *ſal* domus. Vox antiquo-Boiouarica, quæ extat in Decreto TASSILONIS de popularibus Legibus §. 14. *Qui reſiſterit domum ſuam, quod* SALISUCHEN *dicunt, qualem rem quærenti reſiſtebat, talem componat.* Hodie utimur compoſito *haus-ſuchung* pro inquiſitione furti in ædibus alienis.

SUCHEN, quærere puniendi cauſa, alias *inquirere in auctores & facta criminoſa*. Huc fortaſſe ſpectat Gloſſa R. Mauri: inquiſitationem *ſoobni*. Hodie *unterſuchen* ſæpe ſenſum habet forenſem.

SUCHEN, quærere compellendi cauſa, alias *exigere*. Gloſſ. Keron. exigitur *uuirdit erſuahhit*. VERELIUS in Ind. *ſokn* exactio rei judicatæ vel mulctæ, *ſoknare* & *konungs ſoknare* quæſitores & executores litium Regis, *biskops ſoknare* executores Epiſcopi, *ſoknarmenn* vectigalium, tributorum, litium exactores. Latinis quoque *quæſtores* a quærendo dicuntur. Hodie (quantum memini) non occurrit.

SUCHEN, quærere infeſtandi cauſa, alias *invadere*, *inſultare*. VERELIUS in Ind. *ſokn* inſultus, invaſio hoſtilis, *ſokndiarfur* ad invadendum audax. Inde veterum compoſita,

ham-ſocna invaſio domus vel manſionis contra pacem Regis, in Legibus CANUTI apud SPELMANNUM, ab *ham* domus, & *ſacan* inſultare. Vox Angloſaxonica, ſed ab interpretibus confuſa cum altera ejusdem ſoni *ham-ſoca*, quæ immunitatem domus ſignificat, ut oſtendi ſupra in *ſache* jus habendi vel poſſidendi.

heimzuht infeſtatio ædium. Non a *ziehen* proficiſci, ut Gloſſographi opinantur, ſed a *ſuchen* infeſtare, & *heim* domus. Differt gradu ab *herireita*, quæ eſt obſeſſio militaris hominis liberi in domo ſua. Utramque vocem ſiſtit Lex Bajuvariorum Tit. III. articulo *de hoſtiliter cinctis*. De qua Lege actum ſupra in *reite* invaſio. In quibusdam Germaniæ locis *heimſucht* etiamnum invaſionem ædium violentam deſignare, teſtatur STILLRUS in Theſ. L. Germ.

heimſuchung idem inſultus. Exiat in Jure Eccleſiæ Bambergenſis apud CANGIUM. Hodie eſt viſitatio: ſed nihil obſtat, quo minus etiam infeſtationem ſignificare poſſit.

Reſtat veſtigium priſtini ſignificatus in verbo *heimſuchen*, quo Theologi utuntur de Deo, quando pios malis domeſticis affligit.

SUCHEN, quærere occupandi cauſa, alias *oppugnare*. Hinc migratio Gentium Angloſaxonibus dicitur *land-ſocn*, quaſi regionis inhabitandi gratia invaſio & oppugnatio. Hodie eodem ſenſu haud inelegunter dixeris *land-ſuchung*.

SUCHT, morbus. Gothis *ſauht*, Luc. V. 15. & plur. *ſauhtins*, Marc. III. 15. Angloſaxonibus, Francis & Alam. *ſuht*, Franco-Saxonibus *ſuft*, mutato CH. in F. BENSONIUS: *ſuht* morbus. Gloſſ. Boxh. *ſuht* tabitudo. Gloſſ. Pez. tabe *ſuhti*, podagræ *ſuozſuhti*. Gloſſ. Lipſ *ſufte* peſtilentia. Hoc cultimum eſt a depravatione, cætera a *ſiechen* ægrotare, per medium derivandi T. Viget præcipue in compoſitis, qualia ſunt, *ſchwindſucht* tabes, phthiſis, *ſchlaf-ſucht* lethargus, *gel-ſucht* aurigo, *wind-ſucht* tympanites, *waſſer-ſucht* hydrops, & alia apud Lexicographos obvia.

SUCHT, affectus gravior, ægritudo animi, totum hominem inſtar morbi occupans. Tales ſunt omnes *cupiditates*, quæ modum excedunt, quæ, quia mentem obnubilant, tranquillitatem turbant, & virus ſuum in omnes animi corporisque facultates transmittunt, recte aſſimilantur *morbis*, & eodem nomine afficiuntur. Nam & habentibus nocent ut morbi, & ſæpe in proximum quemque tranſiliunt, ut contagia. Inde compoſita, *ehr-ſucht* ambitio, *regier-ſucht* regnandi libido, *gelt-ſucht* avaritia, habendi cupiditas, & alia animi male ſani & male tranquilli pathemata, vel potius tormenta. Extra hanc allegoriam *ſucht* denotare poteſt ſtudium quærendi, a *ſuchen* quærere.

SUCHTEN, languere, ægrotare. Verbum a ſubſtantivo *ſucht* factum. Hodie ſuperat apud Belgas, quibus *zuchten* eſt languere, & gemere ex languore, ſive corporis ſive animi.

SUCHTIG, *ſüchtig*, quatenus derivatur a *ſucht* ægritudo corporis & animi, ſignificat (1.) morbidum, languidum, ægrum, (2.) cupidum, flagrantem, appetentem. Utimur autem nonſolum in compoſitis, tam proprio quam allegorico ſignificatu, cujusmodi ſunt *ſchwindſüchtig* phthiſi laborans, *ehrſüchtig* gloriæ cupidus &c. Sed etiam extra compoſita. Gloſſ. Keron. morbida *ſuhdigaz*, morbidis *ſuhtigeem*. TATIANUS cap. CCXLIII. 4. *obar ſuhtige legent ſie henti*, ſuper ægrotos manus imponent. Et huc etiam ſpectat *ſüchtig in fragen*, qui diſputandi libidine tanquam morbo laborat, quo utitur Luth. I. Tim. VI. 4.

SUD, pars mundi meridionalis. Armor. *ſu*, Anglo-

Angloſax. *ſuth*, Franc. *ſund*, *ſunt*, Belg. *zuid*, Angl. *ſouth*, unde Gallis & Italis *ſud*. PEZRON. in Antiq. Celt. pag. 437. *ſu* meridies, *avel-ſu* ventus meridionalis. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſuth* meridies, pars vel plaga auſtralis, *ſuthan wind* notus, auſter, ventus meridionalis, *ſuth-ſeaxas* Saxones auſtrales. Gloſſ. Boxh. *ſundar wins* africus, *ſuudhalba* auſtrum, meridiem. Verſio Angloſax. Luc. XI. 31. *Suth-dæles cwen ariſt on dome*, Regina Auſtri ſurget in judicio. Vox genuina videtur eſſe *ſud*, non a Lat. *ſudus*, ſed a *ſieden* æſtuare, fervere, vel (ſi mavis) ab *eiten* uri, ardere, præpoſito ſibilo, quia plaga auſtralis eſt pars mundi æſtiva & omnium calidiſſima. Reliquæ voces vitium trahunt, vel ab apocope, ut *ſu*, vel ab epentheſi, ut *ſund*. Interim vox Francica *ſund* ſuperat in SUNDGOW, Sundgovia, quo nomine tractus meridionalis Alſatiæ ſup. deſignatur.

SUDDE, foſſa, *ſalzſudde* fodina ſalis. Hodie & ſimplex & compoſitum obſoleſcit. Utrumque tamen antiquum eſt, quamvis origine obſcurum. CANGIUS in Gloſſario: *ſuda*, foſſa. Et paulo poſt: *Græci recentiores vocem σύδα uſurpant interdum pro foſſa.* Addere poterat ex Lege Wiſigothorum Lib. VIII. Tit. IV. 22. *ſudes*, i. e. foſſas feris inſidiandi cauſa præparatas. Nam hæ *ſudes* in Lege ſequenti vocantur *foveæ*. Quicquid ſit, vocem Majoribus noſtris haud inuſitatam fuiſſe, ex idiomate Saxonico & Francico facile evinco. SOMNER. in Dict. AS. *ſeath* fovea, lacus, puteus, *ſealt-ſeath* ſalina. Gloſſ. Pez. ſalinarum *ſalzſutino*.

SUDELN, ſordes tractare, *beſudeln* conſpurcare, inquinare, polluere. Omnes Dialecti, tam veteres quam recentiores carent litera D. in medio verbi, quæ certe ſupervacanea eſt, & præter rationem ab uſu hodierno inſarta, ut mox patebit in *ſulen*.

SUEONES, *Suiones*, incolæ Scandinaviæ, ultimi Germanorum, TACITO nominati & deſcripti Cap. XLIV. de M. G. Nomen e lingua Saxonica hauſtum eſſe, dubio caret. SOMNER. in Dict. Angloſax. *Sweon* Suiones, *Sweoland* Suecia, Suedia. Eadem lingua, Saxonica inquam antiqua, *ſwan* & *ſwein* puerum, juvenem, aut tyronem denotaſſe, conſtat. SOMNER. loc. cit. *bat-ſwan* remex. VEREL. in Ind. *ſveinn* puer, *ſveinbarn* puer, *ſveinpilt* famulus, *skosvein* famulus cubiculi, *skolasveinar* ſcholares, *skialdſvein* armiger, ſcutiger, *bat-ſvein* remex. WORMIUS in Mon. Dan. p. 196. SVEIN *primitivum & ſimplex, appellative juvenem præclarum, exercitatum & induſtrium ſignificat, qui tyrociuii annos egreſſus inter veteranos recenſeri meruit*, SVENO *Saxoni* (Grammatico) *dicitur, apud quem hujus nominis plures reperire licet. Quin & hodie in frequenti uſu eſt.* Ab hoc primitivo, neſcio unde accepto, tanquam ultimo auctore, veriſimiliter prodiit nomen Gentile *Suionum*, hoc eſt, juvenum. Dicti autem ſunt *juvenes*, quod priores Scandinaviæ coloni pubes eſſent Germanica, a Wodano tanquam ver novum eo deducta, & quod Germanis, tanquam parentibus ſuis, militarent, pulſis in interiora Lapponibus. Quicquid ſit, omnium Eruditorum judicio, a *ſwein* puer, juvenis, tyro, derivantur & componuntur vocabula Suecorum

Swenska, *ſwenske*, Suecus & Suecicus.
SWERIGE, Suecia, quod judice CLUVERIO contractum ex *ſweon-rice* regnum Suecorum, Lib. III. Germ. Ant. cap. 41.

Idem CLUVERIUS exiſtimat, *Suiones* & *Suevos* convenire in nomine cum monte *Sevo*, & fluvio *Suevo*; ſed quodnam ex illis primum ſit, mons an amnis, Suevus an Sevo? ignorari. Aliis *Suiones* ſunt progenies Suevorum, & a genitoribus ſic appellati quaſi *Sueviones*. Adeo incerta ſunt omnia, ſi ab antiquo vocabulo *ſweo*, *ſweon*, *ſwein*, ſemel recedatur. Interim ex *Sueonico* nomine, recte, ni fallor, novitas Gentis colligitur. Quis enim veterem populum, cujus origo ignoratur, *juvenes* appellare præſumat?

SULEN, *ſülen*, conſpurcare, contaminare, polluere. Gothis *ſauljan* & *biſauljan* Joh. XVIII. 28. Angloſax. *ſylian* apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. Francis *ſalou*, *kiſalon*, Suec. *ſöla*, Angl. *ſoil*, Gall. *ſouiller*. Gloſſ. Boxh. *kiſalota* decoloravit. Proprie eſt mores ſuum imitari, & quaſi *ſuillare*, a Gr. σίαλος porcus pinguis. Nam hoc animal quo pinguius eo ſpurcius & impurius eſſe ſolet. Hodie Misnici utuntur compoſito *beſülen*, dum reliqui Germani dicunt *beſudeln* per epentheſin. Præcipuum derivatum eſt *ſal* ſordidus & ſordities, & *ſaul* macula.

SULZ, *ſülze*, ſalſamentum. Gloſſ. Lipſ. *ſulton* ſalſuginem. Idem Gallis *ſauſſe*, olim *ſaulſe*. Refer ad *ſalzen* ſalire, condire.

SUMME, ſumma. Utrumque ab obſoleto *ſamen* colligere. Quid enim eſt ſumma, niſi collectio numerorum? Cambris quoque, & Armoricis *ſom*, *ſumm* ſummam denotat, quod JUNIUS præter neceſſitatem detruncat a Gr. σύμπαν univerſum.

SUMPF, palus, *ſumpfig*, paludoſus. Depravatum e Francico *ſanft* ejusdem ſignificatus. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXIII. 219.

Uuir biruu zi unmeze,
Hiar enmizen mit hazze,
In ſuntono ſunftiu
Mit grozeu ungizunftin.

Vertit SCHILTERUS:

Nos ſumus immodice
Hic perpetim cum odio
In peccatorum palude
Cum magna confuſione.

Vox Francica eſt ab adjectivo *ſanft* tardus, piger, quod ubi ſubſtantivatur, aquam pigram & ſtagnantem ſignificat, Latinis quoque *pigrum* ad paludes transferentibus. Inde *mare pigrum trans Suionas* apud TACITUM,

TUM, id eſt, ſtagnans & pene immotum, cap. 45. de M. G.

SUMSEN, bombire. Vox a ſono ficta, judice STILERO.

SUND, fretum Codanum inter Scandiam & Selandiam. VEREL. in Ind. *ſund* frætum. STILERO venit a *ſondern* disjungere, ſeparare, quia partem terræ dirimit & ſejungit ab altera aquis interfluis. Sed fallitur vir doctus. Eſt enim vox apocopata ab antiquiori *ſund-mer*, & proprie denotat mare anguſtum, quod ab homine vel equo nando trajici poteſt, a *ſund* natatus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſund* natatio, *mid ſund oferfaran tha ea*, nando fluvium transmeare, *ſund mære* (al. *mere*) natatorium. VEREL. in Ind. *ſund* natatio, *neita ſunds* natare, *ſundlæte* facultas vel agilitas natandi. Dicitur & *oreſund*, fortaſſe a nummo Danico *ora*, quem etiamnum coguntur ſolvere exteri, qui fretum illud tranſeunt. De nummo Danico vide SPELMANNUM in voce.

SUND, meridies. Vide *ſud*.

SUND, bene valens. SOMNER. in Dict. Angloſ. *ſund* ſanus, ſoſpes, integer. Angli eodem ſenſu dicunt *ſound*, Scandi *ſund*. Convenit Græc. σῶς ſalvus, & Lat. *ſanus* & *ſanatus*. Nec deſunt, qui ab his noſtra derivant. Hodie utimur compoſito *geſund* cum Francis & Belgis.

SUND, *geſund*, ſalubris. Senſus apud veteres haud obvius, & forte a σώζειν ſalvare petitus.

SUNDE, *ſünde*, peccatum, reatus ex transgreſſione legis. BENSON. in Voc. Angloſax. *ſyn*, *ſynne* peccatum, *ſyn-bote* pœnitentia, *ſyn-full* peccator, *ſyn-leas* ſine peccato, *ſyunig* reus, *ſyngian* peccare. Gloſſ. Keron. peccatum *ſunta*, peccator *ſuntigo*, peccanti *ſuntontemu*. Græcis σίνος eſt noxa, σίντης nocivus, σίνομαι qui lædit, σίνειν lædere, nocere. Quibus reſpondet *ſons*, *ſontis*, apud Latinos. Hæc procul dubio moverunt JUNIUM, ut Angloſax. *ſyn* a σίνομαι deduceret, in Obſ. ad Will. pag. 254. Quid enim eſt peccatum niſi noxa? Sed venuſtius, ni fallor, ex domeſticis fontibus derivatur, quod fieri poſſe, primus oſtendit STADENIUS, qui peccatum ſic dictum cenſet quaſi factum piaculare, hoc eſt, tale, quod expiatione opus habet, a *ſünen* expiare, plane ut Latinis *piaculum* a *piando* dicitur, in Expoſ. Voc. Bibl. pag. 617. Præcipua Francorum compoſita ſunt

unſuntige inſons, in Gloſſ. Boxh.
boupitſunton crimina, in Gloſſ. Pez.
ſinvluoth cataclysmus, ibid.

A *ſuntig*, quod Alamannicum eſſe vidimus, poſteritas formavit *ſündigen* peccare.

SUNDE, *ſünde*, culpa, reatus levior. Gloſſ. Keron. culpa *ſunta*. Dicitur & *ſona*. Inde Latino Barbaris *exonia* & *eſſonia* exculpatio, & quævis excuſatio. HINCMARUS in Epiſt. ad Carol. M. *Excuſationem patriotica lingua nominamus. Exonia.* VOSSIO idem eſt quod *ſäum* impedimentum. Sed hunc ſenſum non patitur præfixum *ex*.

SUNDE, *ſunde*, macula, reatus ex impuritate. Inde Luth. *entſündigen* expiare Pſal. LL. 9. proprie purgare hyſſopo vel aqua luſtrali, a privativo *ent*: non certe a *ſunde* iniquitas, ſed potius a *ſünde* impuritas, quæ in Lege rituali eſt inſtar peccati. Manifeſto enim reſpicitur ad ritus lege Lev. XIV. & Num. XIX. definitos, ubi idem verbum aliquoties occurrit. Et hoc pacto nonſolum homines, ſed etiam parietes expiari dicuntur Lev. XIV. 53.

SUNE, *ſüne*, quatenus eſt verbale a *ſünen* pacare, placare, ſignificat quantum poteſt, (1) piaculum ſeu factum piandum. Inde Angloſax. *ſyn*, *ſynne* peccatum, quia peccatum eſt crimen expiandum: Germ. *ſünopfer* ſacrificium expiatorium. (2.) reconciliationem. WILLERAMUS Cap. VIII. 11. *der mit ſinemo tode ſuona hat gemachet inter Deum & hominem*, qui morte ſua reconciliationem fecit. (3.) pretium reconciliationis, quo ſoluto, alter qui offenſam fecerat, in amicitiam redit. Cod. Arg. Matth. X. 45. *giban ſaiwala ſeina faur managan ſaun*, dare animam ſuam redemptionem pro multis. Vox Laconica σῦνα ſacrificia, Gothicæ haud abſimilis eſt.

SUNE, *ſüne*, quatenus eſt verbale a *ſünen* judicare, ſignificat (1.) judicium. Gloſſ. Keron. judicii *ſuana*, judicio *ſuonu*, tremendo judicio *dero forahtlibhun ſuano*. Inde nihil magis obvium apud Francos, quam diem extremi judicii appellare *ſuonotag*. Exhortatio ad plebem Chriſtianam in Monumentis Catecheticis ECCARDI §. 10. *In der den ſinan ſille zi kaleren farſumat, zi demo ſuonatage reching gepan ſcal*, & qui filiolum ſuum docere neglexerit, in die judicii rationem reddere debet. NOTKERUS Pſal. XX 9. *ze ſuone tage*, in judicio (in judicii die.) (2.) dijudicationem. VEREL. in Ind. *ſyn* in LL. ubique rei controverſæ per inſpectores a judicio deputatos, exploratio & dijudicatio.

SUNE, *ſüne*, quatenus eſt verbale a *ſünen* tranſigere, ſignificat pacem & pactionem. Vide plura in ſonte.

SUNEN, *ſünen*, pacare, placare, reconciliare. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XVIII. 46. *far*, *biſuani thih er*, vade, reconcilia te prius. TATIANUS Cap. XXVII. 1. *far er zi giſuonenne thih mit thinemo bruoder*, vade prius reconciliari cum fratre tuo. Gloſſa juniana in Obſ. ad Will. pag. 298. *kaſuannan* reconciliari. Lex. Run. *ſona* reconciliare. Hodie dicimus *verſünen*, & Sueci nobiſcum *förſöna*: Utitur tamen ſimplici Luth. Eſa. XLVII. 11. 2. Sam. XXI. 3. Sir. XXVII. 23. Quo ſenſu, explicat MARTINIUS in voce *reconcilio* his verbis: *Duco a* σύνω, *quatenus eſt* προσπάσθαι, διαλλάξασθαι, *quibus verbis inter alia* τὸ σύνω *interpretatur Heſychius.* Quod in iſta radicum indigentia certe non eſt contemnendum. Quid enim eſt placare,

care, niſi πρᾳότητα, h. e. mitem, benignum, & indulgentem reddere? Alias σαίνειν ſignificat etiam blandiri, quod hic in tranſitu obſervo, quia Belgæ videntur inde habere *ſoen* oſculum.

SUNEN, *ſinen*, judicare. Gloſſ. Keron. judicaverunt *ſuanton*. Quod dicitur in Reg. S. Benedicti cap. 63. de Samuele & Daniele, qui Presbyteros pueri judicaverunt. Symb. Apoſt. FREHERI: *ſonen quhekhe enti tote*, judicare vivos & mortuos. Gloſſæ Veteres apud eundem: dijudicavit *kaſonit*, præjudicet *foraſuanne*. Senſus a reconciliando ad judicandum translatus, quia moribus antiquis judicare nihil aliud erat, quam animos litigantium pacare, mitigare, reconciliare. Quicquid enim tunc judex agebat, ad reconciliationem tanquam principem Reip. ſcopum tendebat. Quamvis enim odia Germanorum eſſent *hæreditaria*, & inde vulnera multa & homicidia, quæ magno libertatis periculo exercebantur: non tamen erant *æterna*, ſed Judicis interventu, qui propitiatoris publici perſonam agebat, & ſatisfactionis præſtatione, tandem componebantur. Teſtis TACITUS cap. XXI. de M. G. *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui, quam amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus, utiliter in publicum, quia periculoſiores ſunt inimicitiæ juxta libertatem.* Viguit hoc verbum diu poſt Francorum tempora, ut patet ex rhythmo MARNERI, quem citat FREHERUS in Expoſitione Symboli Apoſtolici:

Es nahet gegen der Stonotage,
Das Got wil ſuonen alle klage.
Prope imminet dies judicii,
In quo Deus judicabit omnem cauſam.

Translate dicitur etiam de *ſorte*, quia judicis inſtar de fortuna viri decernit. Huc ſpectat locus OTFRIDI Lib. IV. Cap. XXIX. 29.

Thiu dunicha thiu guata
Bithin ther loz ſuanta.

Vertit SCHILTERUS:

Tunica illa bona
De qua ſors decidit.

SUNEN, *ſinen*, quatenus ſignificat *judicare*, novas accipit notationes a ſynecdoche totius pro parte. Partes autem judicis ſunt *inquirere, abſolvere, condemnare*. Quicquid horum eſt, a priſcis eodem verbo exprimitur. Gloſſa Freh. judex ad requirendum *ſoneo ze ſonene*. Lex Longobard. Lib. II Tit. LII. 2. *ſi Comes in ſuo miniſterio juſtitiam non fecerit, tunc Miſſus noſter de hac cauſa* SONARE *faciat, usque dum juſtitiæ ibi factæ fuerint.* Id eſt, *inquirere faciat*. Gothis *ſunjan* eſt juſtificare Luc. VII. 35. *gaſunjoda warth handuges*, juſtificata eſt ſapientia. Denique in Veteri Pſalmorum Verſione Notkeriana Pſal. IX. 1. *ſuende* ponitur pro damnatione, obſervante SCHILTERO in Gloſſ. Teut. Ejusmodi verba a ſynecdoche facta, permulta ſunt in veteri & hodierno ſermone. Vide inter alia *dammen*, *ſchweren dingen*.

SUNEN, *ſinen*, ſpondere, tranſigere, paciſci. Hic ſenſus, quamvis forenſis, ut reliqui, qui eum præcedunt, ad nullum tamen eorum commode referri poteſt. Hinc ſuſpicor, illum oriri a Græc. συνάγω convenire, cujus ſynonymum hodie eſt *eins werden*. Cognoſcitur autem ex derivatis, & dicitur primo in genere de conventionibus, pactis, & transactionibus, & in ſpecie de pace, quia pax eſt pacta amicitia. Gloſſa juniana in Obſ. ad Will. pag. 298. *kiſuanida* pactio. Charta Pactionis ex ævo Caroli Calvi apud GOLDASTUM Tom. III. Rer. Alam. pag. 63. *Placuit inter nos chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tuitiſce* SUONAUOCH *nominamus*. CANGIUS in Gloſſario: *ſona* pax, compoſitio, pactum, fœdus, vox Danica, *dura ſuna* firma pax.

SUNER, *ſiner*, judex. Gloſſ. Keron. judici *ſuanarre*. Proprie eſt pacator & reconciliator. Hinc idem nomen tribuitur etiam mediatori & pacificatori apud antiquos. Gloſſ. Pez. mediatorem *ſuonari*. WILLERAMUS Cap. VIII. n. *der ſuonare hat einen uuingarton*. Ubi metrum oppoſitum habet: *vinea pacifico fuit*. Id eſt, pacificatori. Talis enim erat judex apud veteres Germanos, nimirum reconciliator publicus, qui voluntates civium auctoritate ſua copulabat, controverſias omnes prudenter componendo, ut Reſp. ſecum & ipſa in gratiam redire poſſet. Nunc eſt obſoletum, quamvis ſit pulcherrimum. Gloſſa vetus apud FREHERUM judicem vocat *ſoneo*. Hinc illi SUNNO, cujus mentio fit inter Duces Francorum apud GREGORIUM Turonenſ. Lib. II. cap. 9. nihil aliud denotat, quam Judicem vel Magiſtratum.

SUNST. Vide *ſonſt*.

SUPFEN, macerare, humectare. Vide *ſaufen*,

SUPFEN, ſorbere, humidum attrahere. Vide *ſaufen*.

SUPPE, quatenus eſt verbale a *ſupfen* ſorbere, ſignificat omne ſorbile. SOMNER. in Dict. Angloſax. *ſipan, ſypan, ſupan*, ſorbere, ſorbillare, *ſype* ſorbillum. VEREL. in Ind. *ſuppa* juſculum. Gloſſ. Pez. ſorbitiunculas *ſuffilun* vel *ſuſmuoſili*.

SUPPE, offa. AOXIIORN. in Lex. Ant. Brit. *ſoppen, ſouben* offa. Proprie eſt omnis cibus humectatus, vel humectando coctus, & cum juſculo appoſitus, a *ſupfen* macerare. BENSON. in Voc. AS. *ſypan* macerare, *ſopwella* offarum fons. A *ſuppe* rurſus fit *ſupfen* vario ſignificatu. Gothis enim *ſupan* eſt condire, i. e. offam facere Luc. XIV. 34. Gallis *ſouper* cœnare, i. e. offam capere.

SUSANINNE, vox incertæ ætatis & notionis, de qua facilius dicitur, quid ſignificare poſſit, quam quid ſignificet. Occurrit in Hymno *Vom himmel hoch* verſ. 14.

Davon ich allzeit frölich ſey,
Zu ſpringen ſingen immer frey
Das rechte Suſaninne ſchon,
Mit herzens-luſt den ſüſſen ton.

Cauſa obſcuritatis eſt, quia partes compoſiti ſunt æquivocæ. *Sus* apud Belgas eſt particula ſilentium & quietem indicens, haud dubie ab elemento S. formata, quod apud omnes Gentes ſilentii nota eſt. Germani inde derivant *ſuſen* ſilere, quieſcere, Belgæ *ſuſſen* ſedare, facere ut ſileat vel quieſcat. Altera compoſiti pars vel *puſionem* ſignificat, qui Pomeranis & Sileſiis in hodiernum usque diem vocatur *ninne*, Hiſpanis *ninno*, opinor ab Heb. *nin* filius: Vel *carmen* quod puſioni canitur a nutricibus, dum cunas agitant. Id enim noſtris temporibus vocatur *nænia*, ſive a Græc. νάνος ejusd. ſignificatus apud HESYCHIUM, ſive ab Italico *nena*, *nina*, nutrix, ſive ab Heb. *nin* filius. KIRSCHIUS in Cornu Copiæ Germanico-Latino: *wiegenlied* nenia. His poſitis concludo, quod *Suſaninne* ſit vel principium Carminis nutricii, quo modo matres Sileſiorum infantes ſoporaturæ etiamnum canunt *ſuſe ninne ſuſe*, i. e. dormi puer dormi: Vel ipſum *carmen ſoporiferum*, quo infans clamoſus ad ſilentium & quietem redigitur. Senſu myſtico eſt Hymnus, quem anima puero Jeſu cantat, in ſcrinio pectoris tanquam in cunis jacenti. Et hæc puerilia me magis delectant, quam ſi quis vocem Hymni derivare inſtituat ab Heb. *ſuſanim* gaudia, vel *Hoſianna* ſerva quæſo.

SÜSS, *ſüß*, dulcis, ſuavis, *ſüſſe*, *ſüſſigkeit* dulcedo, ſuavitas. Gloſſ. Keron. dulcis *ſuazzi*, dulcius *ſuazzira*, dulcedine *ſuazzi*. Idem Belgis *zoet* & *zoetigheit*, Suecis *ſöet*, & *ſötma*. Angloſaxones utuntur epentheſi, & dulcem vocant *ſwet*, ſuavem *ſwes*, quod imitantur Angli in *ſweet*. Sed ea, quæ paulo ante produximus, ſunt antiquiora, & manifeſto deſumpta a Græc. ἡδύς dulcis, ſuavis, ſpiritu aſpero, ut ſæpe alias, in ſibilum converſo. Quamvis etiam ab ἡδύς primo fieri poterat *ſwed* præpoſito Digamma Æolico, & poſtea *ſwed* præpoſito ſibilo. Hoc mavult JUNIUS in Obſerv. ad Will. pag. 223. ego prius. Qui hoc adjectivum deducunt, vel a Græc. ζύθος cerevisia, vel a Lat. *ſuadeo*, videntur mihi nugas agere, & aſſenſum noſtrum quam minime mereri.

SUSSE THUN, *ſüſſe thun*, blandiri. Utitur OTFRIDUS Lib. II. Cap. V. 29. de Dæmone:

Themo olten dot er ſuazi,
Thaz er thaz obaz azi.

Blandiebatur veteri Adamo,
Ut pomum comederet.

T.

TACHT, *tocht*, ellychnium, funiculus lucernæ, ex lino vel lana ductus, & hinc fortaſſe nomen a *toka* trahere, extendere, quod habet VERELIUS in Ind. Conſenſum hujus verbi cum reliquis Dialectis vide in *ziehen*.

TACKEN, tangere. Vide *dicht* contiguus.

TACKEN, capere. Vide *attachiare*.

TADEL, vituperium, jure vel injuria factum, *tadlen* arguere, reprehendere, *mit unrechi tadlen* carpere non carpenda, *tadler* momus, cenſor ſæpe injuſtus. Argumentum vetuſtatis eſt, quod eadem vox, quamvis omnibus veſtigiis ſuperiorum temporum deletis, ſenſum habet forenſem apud poſteros Celtarum in Britannia. Nam *dadl* Cambris eſt quæſtio, dica, controverſia, lis, contentio. Hinc ſuſpicor, ſenſum a cauſis litigioſis ad leviores, quas prætor non curat, traductum eſſe. Quid enim eſt *tadlen*, niſi dicta & facta aliorum accuſare, & litem defectibus movere? Et Ariſtarchi illi, qui omnibus ſuccenſent, nonne judicis perſonam induunt, aut certe rabulæ objurgantis?

TÆDING, vide *Taiding*.

TAFEL, alea, teſſera, talus. Angloſax. *tæfl*, Franc. *zapl*, Lat. Barb. *tabula*. Gloſſ. Pez. ludere tabulis *za ſpillonne zaples*. Vox Celtica. A *taffu* jacio, jeci, quod hodie cuſtodiunt Cambri. Inde Angloſaxonibus *tæfle* aleator, *tæfliun* latrunculus, calculus aleatorius, & alia plura apud SOMNERUM. Et huc etiam ſpectat *ſkacktafl* ludus latrunculorum, *rafflſe* pecunia pro ludo latrunculorum, ex Ind. VEREL. Cuncta a jactu, ut conſideranti manifeſtum. Hinc porro alveus latrunculorum Cambris dicitur *tawlbwrdd*, Islandis *taflbord*, a *bord* tabula. Hodie ſuperat in *tafel-ſtein* calculus aleatorius. Item in *doppelen* aleis ludere, & *doppeler* aleator. Antiquitatem vocis confirmat uſus alearum vetuſtiſſimus apud Majores noſtros, de quo ſequentia memoriæ prodidit TACITUS cap. XXIV. de M. G. *Aleam (quod mirere) ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendique temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam ſervitutem adit. Quamvis junior, quamvis robuſtior, adligari ſe ac vinciri patitur. Ea eſt in re prava pervicacia: ipſi fidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut ſe quoque pudore victoriæ exſolvant.*

TAFEL, tabula. STILERO eſt vox Germ. facta per converſionem a *plat*, quod adjecti-

ve

ve planum, ſubſtantive planitiem denotat. Similius vero eſt, nos a Latinis vocem accepiſſe, quam illos a nobis. Sed unde Latinis *tabula?* Forte a Græco ταυλὴ, quod SCALIGER deduxit a τάλλω extendo, quamvis parum convenienter. Magis congruum eſt, ut ταυλὴ ducatur a διαλῶ, *teilen*, dividere, ſecare, ut proprie ſit *aſſer*, vel *tabula ſectilis*. Et hoc ſignificatu, qui certe primus & præcipuus eſt, etiamnum viget in derivatis, cujusmodi ſunt, *taflen* tabulare, parietes aſſeribus veſtire, *tafelwerk* tabulatum. Quando idem nomen *menſæ* & *pugillaribus* tribuitur, tunc id fit per ſynecdochen generis. Confer *teil* ſegmentum.

TAG, dies naturalis, lux diurna. Cambris *diau*, Armoricis *di*, apud PEZRON. in Celticis pag. 385. Gothis *dags*, Angloſax. *dag*, *deg*, Franc. *dag*, Alam. *tag*, *tac*, Procop. in Cherſoneſo Taurica *tag*, Belg. *dag*, Angl. *day*, Gallis *dy* in compoſitis. Quibus convenit Latinum *dies*, & Creticum δία apud MACROBIUM Lib. I. Saturnal. cap. 15. *Cretenſes diem δία vocant.* Differt a die civili, qui non eodem modo ab omnibus computatur. Babylonii ab ortu Solis ad ortum ejusdem ſideris, Hebræi & Athenienſes ab occaſu Solis ad occaſum, diem eſſe ſtatuerunt, ut docent MACROBIUS Lib. I. Saturnal. cap. 3. & CENSORINUS de Die natali cap. 23. 24. Priorem computum ſequimur hodie: Poſteriorem ſecuti ſunt Majores noſtri, qui proinde diem civilem a nocte duce appellarunt *nacht*, ut dixi ſupra in voce. Sed quocunque modo computatio inſtituatur, dies naturalis ſemper erit pars illa diei civilis, quæ *luce* definitur. Majores noſtros diem eodem ſenſu appellaſſe *tag*, probant vetuſtiſſimæ interpretationes verborum Domini apud S. Johannem XI. 9. *nonne duodecim ſunt horæ diei?* ubi Gothus *niu twalif ſind hweilos dagis:* Angloſaxo: *hu ne ſynt twelf tida thæs dæges:* OTFRIDUS Francus Lib. III. cap. XXIII. 65. *ja ſint zuelif dagoziti.* Et hic dies diſerte opponitur nocti naturali. Hinc Evang. Goth. Marc. IV. 27. *jah urreiſith nahtt jah daga*, & exſurgit nocte & die. Evang. Angloſax. Matth. IV. 2. *and tha he fæſte feowurtig daga and feowurtig nihta*, & cum jejunaſſet XL. diebus & XL. noctibus. Harm. Evang. TATIANI XV. 2. *fiorzug tago inti fiorzug nahte*, de eodem jejunio. Unde porro dubium non eſt, appellationem a notione lucis inſtituram, & ex ea lingua deſumptam eſſe, in qua *lux* vel *lucere* ſimili vocabulo enunciatur. Atqui *dâa* in Lingua Arabica ſignificat *luxit*, ut me docuit M. CLODIUS, Profeſſor ejus Linguæ apud Lipſienſes clariſſimus: Qui pro ſua erga me humanitate, non hoc tantum, ſed & alia multa Germanicis ſimillima, ex Arabico penu mecum communicavit, ſuis quæque locis inſerenda. Sed qua via ad nos, aut noſtra ad illos pervenerint, nondum a quoquam eſt inveſtigatum. Habet hic poſteritas, in quo ſuum exerceat ſtudium. Interim ad hanc claſſem ſpectant, *mittag* meridies, *tag-werk* opera diurna, & alia, quæ nullam habent difficultatem.

TAG, dies civilis, circulus XXIV. horarum, ex luce & tenebris compoſitus. Evang. Goth. Marc. II. 1. *afar dogans galaith in Kafarnaum*, poſt (aliquot) *dies* diſceſſit in Capernaum. Evang. Angloſax. Joh. XI. 17. *for fewer dagon bebyrged*, ante quatuor dies ſepultus. TATIANUS VII. 1. *after thiu tha argangena uuarun abtho taga*, poſtquam conſummati erant octo dies. Eodem ſenſu occurrit in *ſchalt-tag* dies intercalaris, ut & in nominibus dierum *ſonntag*, *montag*, & reliquis, in quibus appellatio diei noctem quoque includit.

TAG, dies definitus. Occurrit eo ſenſu in Evangelio Gothico & Angloſaxonico Luc. I. 20. ubi tempus vaticinio prædefinitum appellatur *tag* vel *dag*. In Legibus Septentrionalium *deg* ſemper accipitur pro certo aliquo & definito tempore, & *fiurtan natta deg* ſunt quatuordecim noctium dies, h. e. quatuordecim dierum tempus præfinitum & conſtitutum, interprete VERELIO in Ind. pag. 48. Veteres inde formarunt verbum *dagen*, quod hodie ſuperat apud Belgas, & *andagen* ſtatuere diem, plane ut Galli *adjourner* a *jour* dies. In quo compoſito *an* ſignificat *ad*. VERELIUS in Ind. *endaga* certam diem præſcribere, *endagat* præfinitum. Idque clariſſime confirmatur antiquiſſimo derivato *andag*, quod in omnibus priſcorum Dialectis, præcipue Angloſaxonica, Francica, & Islandica, tempus & diem præſtitutum ſignificat. SOMNERUS in Diction. Angloſax. *andaga* terminus, ſtatum, conditum, vel præfinitum tempus; *be tham gecwedenan andagan ic cume to the*, juxta conditum revertar ad te hoc eodem tempore, Gen. XVIII. 14. OTFRIDUS Lib. I. cap. XIV. 1. de die circumciſionis: *ſo ther andag ſich tho ougta.* Ubi *andag* eſt dies lege divina definitus, i. e. octavus. VEREL. in Ind. pag. 49. *endage* paſſim in Legibus præfinitum diei tempus. Vox Francica male habuit celeberrimos OTFRIDI interpretes SCHILTERUM & STADENIUM, adeo ut quaſi deſperatis omnibus interpretandi viis aliam lectionem contra Codicum fidem confingerent, ille legendo *ubi dag*, octavus dies, hic legendo *antdag*, ab *ant* contra, quaſi dies ſequentis ſeptimanæ oppoſitus. Miror hanc poſteriorem conjecturam Cl. SCHERZIO probari, qui noverat Codicem Vindobonenſem, Vaticanum, & Flacii editionem habere *andag*. Nec aliam lectionem admittit Lingua Angloſaxonica, quæ niſi cum Francica diligenter conferatur, neglectum ſui hujusmodi hallucinationibus vindicare ſolet. Vide Gloſſ. Schilt. pag. 7. Staden in Voc. Bibl. pag 68. Scherz. in not. ad Otfrid. pag. 45. 55. Cæterum *tag* pro die certo & definito hodie ſuperat in compoſitis, *tag-fart* (Belgice *daging*, *dagvaarding*)

ding) terminus judicialis, *tag-ſazung* indictio comitiorum, *tag-leiſtung* diæta.

TAGEN, luceſcere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *dægian* illuceſcere, *bit dægiarh* dieſcit. Gloſſ. Pez. illuceſcat *tage*. Sucvi de primitiis lucis etiamnum dicunt, *es taget* dies illuceſcit. A *tag* lux.

TAGEN, condicere diem. Belgis *daagen*, Island. *endaga*. A *tag* dies definitus, de quo ſupra.

TAGEN, ſeneſcere. Cognoſcitur ex comp. *betagt* ætate provectus, annoſus, decrepitus, quod dicitur de ſene & vetula. Hic loquendi modus ex Anglia venit in Germaniam. Anglis enim *decay* eſt declinare, labi, obſoleſcere, *decayed* inclinatus, languidus, conſumptus, a Lat. *decadere* vel *decidere*, judice SKINNERO.

TAGEN, ſilere. Cambris *taw* ſilentium, *tau* ſilebit. Gothis *thahan* ſilere, obmuteſcere, *thahai* ſile, obmuteſce, Marc. I. 25. *thahaida* ſilebat, Marc. XIV. 61. *thahaidedun* ſilebant, Marc. III. 14. Islandis *thegia* ſilere, *thagde* ſilui, *thogn* ſilentium, & alia apud JUNIUM & STIERNHIELMIUM in Gloſſario. VERELIUS in Indice habet *thaka* tacere, *thogn* ſilentium, *thogul* taciturnus, *taugli as* Deus taciturnus. Francos *tagen* eodem ſenſu uſurpaſſe, primus annotavit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 805. cujus obſervationem multis exemplis auxit Cl. SCHERZIUS in notis ad Otfrid. pag. 96. Operæ pretium eſt ipſum audire OTFRIDUM. Sic autem ille Lib. III. cap. X. 31.

Thaz unlh ſo ſutlih redota,
Selbo Druhtin thageta.
Mulier hæc ita loquebatur,
Ipſe Dominus ſilebat.

Et Lib. IV. cap. XIX. 83.

Ingegin in ſo ih ſageta
So ſtuant er inti thageta.
Ex adverſo, ut vobis dixi,
Ipſe ſtabat & ſilebat.

Hiſce convenit ſono & ſignificatu Suecicum *tiga*, & Lat. *tacere*. Hodie obſoleſcit. Viguit tamen diu inter noſtros, ut patet ex Præfat. Partis II. *Des Helden-buchs*, unde STADENIUS ſequentia decerpſit:

Wer gern hört diſe mere,
Der ſol gar ſtille tagen.

Addit ibidem ex Cantione ſacra de morte Domini verba: *darauf die Juden tagen.* Quæ mallem omiſiſſet, quoniam *tagen* in manifeſto jacet mendo, ut oſtendi in *lagen* inſidiari. Cæterum, unde ſit *tagen*, jam in ſyſtemate verbi *decken* latere, expoſui.

TAGFART. Vide *tag* dies definitus & *fart* cauſa, negotium.

TAGLEISTUNG. Vide *leiſten* terminum figere negotio.

TÆGLICH, quotidianus & quotidie. Angloſax. *dæglic*, Franc. & Alam. *tagalih*. Gloſſ. Keron. cottidie *takalihchin*, cottidianum *tagalihchin*. TATIANUS XXXIV. 6. *unſar brot tagalihhaz gib uns hiutu*, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. A *tag* dies.

TAIDING, vel *tæding*, judicium certo & definito die conſtitutum. Vox corrupta ex antiquo-Francica *dagathing*, qua utitur OTFRIDUS Lib. V. cap. XIX. 1.

Thes habet er thar uuorolt ring
Gimeinit einaz dagathing.
Hinc ſuper orbem terræ
Deſignavit certum Judicii diem.

A *thing* judicium, & *dag* dies præſtitutus. G. ſæpe tranſit in J. nonſolum in aliis vocabulis, ſed etiam in hoc ipſo, teſtibus Anglis, quibus *tag* effertur *day*. Ratio appellationis eſt, quia Judicia non quotidie, ſed ſtatutis tantum diebus exercebantur. In Jure provinciali Alamannico multa reperiuntur compoſita, quæ huc ſpectant,

vogt-tædinge judicium, curia prætoris, cap. 3.

lant-tæding judicium provinciale, cap. 119. & 348.

furtadingen citare ad judicium, cap. 83. §. 1. a *fur* coram.

buuuctedingen tranſigere de locatione, cap. 397. a *buwe* ædificium.

Hodie delectamur ſequentibus:

taidings-leute arbitri, pacificatores, qui lites ex æquitate componunt, quo utitur Luth. Exod. XXI. 22.

taidingen tranſigere, componere, paciſci,

vertaidingen defendere, quod in ore vulgi incipit depravari,

vertaidingung defenſio, corrupte *vertheidigung*.

Cæterum *taiding* & *teidung* non debent confundi a peritis. Quamvis enim ſono conveniant, differunt tamen origine & ſignificatu, ut poſtea patebit.

TAL, altus. Vide *alt*.

TAL, ſermo, *talen* loqui. Angloſax. *talian* dicere, narrare. VEREL. in Ind. *tala* loqui, *tala af hliodi* ſubmiſſe loqui, muſſitare, *taulvijſr* diſertus. Belgis *taal* lingua, *latynſche taal* lingua latina, *taalkunde* notitia linguarum, *taalman* interpres. Anglis *to tell* dicere, narrare. Traductum eſt in omnibus pene Dialectis ad vitia, quæ ſermone committi ſolent, plane ut apud Græcos λόγος & λῆρος a ſermone ad futilem, fabuloſum & fraudulentum ſermonem extenditur. Inde Angloſaxonibus *tælan* calumniari, *tæl* blaſphemia, obtrectatio, *talu* fabulæ. Islandis *tæla* decipere, *tal* deceptio, *tældur* circumventus, *thylia* fabulari, garrire. Anglis *tales* fabulæ. Germanis *getal* nugæ. Cæterum *talen* & *zelen* ejuſdem ſunt proſapiæ, & differunt tantum idiotiſmis. Illud Saxonicum, hoc Francicum eſt. Vide ergo *zelen* narrare, & *zal* oratio.

TALEN, ludere, ludicre agere. A Lat. *talus*,

lus, quatenus teſſeram luſoriam ſignificat. Simile derivatum vide in *denteln* ludere.

TALG, febum. Suec. *talg*, Belg. *talk*, Angl. *tallow*. Videtur nihil aliud denotare quam liquamen ſeu liquabile, a verbo Cambrico *dellíaw* fluere, manare. Ita ſebum Belgis alias vocatur *vet*, verisimiliter a ῥυῶν fluere, ut *ſchmalz* a *ſchmelzen* fundere. Hoc certe malo, quam cum aliis deducere a τελκειν, quod in fine carnis ſit, vel a θαλύεσθαι in fuliginem evaporare.

TALK, lapis quidam pinguis, *talköl* oleum talci, ad cutem inſucandam præparatum. Angloſaxonibus *tælg* eſt tinctura, fucus, *telgan* illinere, haud dubie a Lat. *tingo*, mutato N. in L. quod mutationis genus frequentiſſimum. Exempla vide in *Proleg.* Sect. III.

TAMBUR, tympanum & tympaniſta. Vide *ſteupen* pulſare.

TAN, ignis. Vox Celtica, magnam ducens familiam in veteriſſimis Linguis, & omnibus Germanorum tam veterum quam recentiorum Dialectis. BOXHORNIUS in Lexico Ant. Brit. Armoricis tribuit *tan* ignis, rogus, Cambris *tanbaidd* ignitus, ſervens, *tanllwyth* incendium, rogus, focus, *cynne*, *cynneu* incendere, accendere, accendi. Quæ certe non aliunde quam ab elemento ignis, quod Armoricis *tan*, appellationes ſuas acceperunt. Armoricis jungo Hibernos, veteris Linguæ Celticæ in multis obſervantes, quibus *tinne* ignis, teſte TOLANDO in Druidibus pag. 207. Ab hoc primitivo Jupiter Doricc vocatur ζὰν, h. e. æther, ignis cœleſtis. Ex eodem fonte habent Latini *cendere*, in compoſitis accendere, incendere, ſuccendere, & inde *ſuccinum* lapis uſtilis. Arabes *zanada* ignem igniario excuſſit. Germani *tanne - baum* abies, arbor ignis, *zünden* excitare ignem, *zunder* fomes, quæ vide ſuis locis. Germanos ignem coluiſſe, teſtis CÆSAR Lib. VI. de Bell. Gall. cap. 21. Et tametſi omnes teſtes nos deſtituerent, ORDALIORUM tamen RELIGIO, quorum præcipuum & antiquiſſimum erat *Ordalium ignis*, abunde probaret, noſtros ab antiquo ignem tanquam Numen coluiſſe. Colebant autem nonſolum privatim, in ædibus quisque ſuis, quod ope ejus aperte juvarentur, & hi ſunt illi *Penates*, quorum mentionem obiter injicit TACITUS cap. XV. XXV. & XXXII. de M. G. ſed etiam publice. Cujus rei teſtem habemus haud obſcurum celeberrimum Templum apud Marſos, a Germanico deſtructum, & Tacito memoratum Annal. I. 51. quod

TANFANÆ

vocabant, hoc eſt, ut mihi videtur, *ignis Domini* (nam *fan* Gothica Lingua dominum ſignificat,) a communi ſacrificantium formula, quam MAXIMUS TYRIUS ſcriptis conſignavit Diſſert. XXXVIII.

πῦρ δέχεσθε θεῖον,

accipe ignis domine.

Et hinc quoque lucem accipit epitheton Solis TITAN, quod Celtica lingua abſque ullius literæ mutatione ſignificare poteſt manſionem ignis, ſi componatur ex *ty* domus, quod hodie ſuperat apud Armoricos, & *tan* ignis. Auctor elegantiſſimæ Etymologiæ eſt PEZRONIUS in Antiq. Celt. pag. 367.

TANGANARE, extat in Lege Salica Tit. LX. 1. contra Rathinburgios lata, qui cauſas litigioſas non ad præſcriptum Legis Salicæ, ſed ex jure Romano terminare præſumebant. *Si Rathinburgii noluerint dicere, tunc qui cauſſam repetit debet dicere:* EGO VOS TANGANO, UT MIHI ET ISTO LEGEM DICATIS. Id eſt, ut jus dicatis ſecundum Legem Salicam. Tria autem ſignificare poteſt, (1.) precari, ſuppliciter orare. Id enim Francis & Alamannis eſt *dicken*, *tiggan*, Suecis *tiggia*, unde per epentheſin fieri poterat *tingan* & *tanganare*, prout optime obſervatum ECCARDO in notis. Gloſſ. Keron. petat *dicke*, petierit *dikit*. Et hinc fortaſſe Latinis eſt *mendicus*, quaſi homo petens. (2.) interpellare. Quo ſenſu Angloſaxones dicunt *thingian*, *gethingian*, apud SOMNER. & BENSON. Nam *dingen*, quatenus derivatur a *ding* judicium, ſignificat omnes actus judiciales, tam judicis, quam partium litigantium, ut in loco oſtendi. (3.) adjurare, quia Cambris *tyngu* eſt jurare, & *twng* juratio, juramentum, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

TANGANARE, ligare, obligare. Saxones quidem antiqui, quos Angloſaxones appellamus, & Franci cum illis, non agnoſcunt literam N. in medio vocis, ſed ſimpliciter dicunt *tygan* & *tougan*. BENSON. in Voc. AS. *tygan* vincire. Gloſſ. Pez. ligata *touganiu*. Quæ certe ſunt a Gr. δέω vincio, ligo, conſtringo, inſerto G. Extant tamen Dialecti, in quibus nonſolum G. ſed etiam N. inſeritur. VEREL. in Ind. *teingia* colligare, conſtringere, *teingsl* ligamenta, *teingd* neceſſitudo, copulatio, *teingdamenn* neceſſarii, cognati, affines, vel neceſſitudinis aliqua copula colligati. Et hujus quoque labii eſt *tanganare* in Lege Ripuaria Tit. LVIII. 19. *Hoc etiam conſtituimus, ut ullum hominem regium, Romanum vel Tabularium interpellatum in judicio non* TANGANET. Id eſt, obſtringat, obliget, neceſſitet. Nam cauſa hominis regii (ſicut optime obſervatum ECCARDO, quamvis vim vocis non aſſecuto) ad Regem, tabularii ad Eccleſiam pertinebat, ideoque nec hic nec ille a judice ordinario obſtringi aut neceſſitari poterat ad reſpondendum.

TANGANUS, patronus cauſarum. A *dingen* interpellare, intercedere. Vulgo exponitur *interpellatio, altercatio, petitio*. Sed revera nomen hominis eſt, non ullius actionis forenſis. Lex Ripuaria Tit. LVIII. 20. *Servi autem*

Regis vel Eccleſiarum non per ACTORES, *ſed ipſi pro ſemet ipſis in judicio reſpondeant, & ſacramenta abſque* TANGANO *conjurent.* Et ſic *tanganus* ubique ponitur pro eo, qui pro altero cauſam orat, & opponitur interpellato, qui pro ſe ipſe reſpondere tenetur. Lex Rip. Tit. LIX. 8. *Si quis in judicio interpellatus chartam præ manibus habuerit, nulla ei malo ordine invaſio requiratur: quia dum interpellatur, reſpondeat ad interrogationes, & ſine* TANGANO *loquatur, & dicat: Non malo ordine, ſed per teſtamentum hoc teneo.* Conf. Tit. XXX. 1.

TANIA, in nominibus regionum quid ſit, vide in *ſtein* regio.

TANNE-BAUM, & per apocopen *tanne*, abies, arbor picea. Gloſſ. Pez. abies *tanna*. A *tan* ignis, quia facile ignem concipit. Hodie dixeris *feur-baum* arbor ignis. Confer dicta in *fôre*. Ob eandem cauſam Latinis vocatur *tæda*, a Gr. δαδὸν facula.

TANT, chorda, & ſonus chordæ. Vox Celtica. Cambris *tant* chorda, chordula, fides. Forte a *denen* tendere, quaſi tendo, quod etymon etiam ſono convenit, qui cum chorda ſimul intenditur & remittitur. Hodie obſoleſcit, relictis tamen derivatis, ut mox patebit ex ſequentibus.

TANT, cantus monochordii, *ein alter tant* vetus cantilena. Metaphorice dicitur de nugis antiquis, quæ non amplius delectant nec proſunt, quoniam ii, qui eas ſive verbis, ſive ſententiis, ſive numeris commendant, ſimiles ſunt eorum, qui chorda ſemper oberrant eadem. Viget in compoſitis, *menſchen-tant* traditio humana, *weiber-tant* fabulæ aniles.

TANZEN, ſaltare, tripudiare. Verbum a Celtis profectum. Cambris *dawnſio* eſt ſaltare. Idem Armoricis *danſa*, apud Pezron. in Celt. pag. 425. Quidam derivant a Gr. δίνησις motus, agitatio. Alii a Lat. *denſare*, quia ſaltantes choros denſant. Rectius opinor deducitur a Celtico *tani* chorda. Nam hinc primo fit *tanzen* fidibus canere, & poſtea *tanzen* ſaltare, quia ſaltare nihil aliud eſt, quam motus pedibus facere ad ſonum & numerum chordæ compoſitos. A *tanzen* derivatur *tanz* ſaltatio, chorea, tripudium. VEREL. in Ind. *danzleikr* choreæ (proprie ludi ſaltatorii, a *leikr* ludi,) *rikr danzleikr* choreæ magnificæ, *at sla danzin* choreas ducere. In aliis Dialectis reperiuntur alia verba. Gothis ſaltare eſt *plinsjan*, & dicitur de Herodiade Marc. VI. 22. Quale ſit, Gloſſatores ignorant. Angloſaxones multa habent eundem ſenſum exprimentia, *tumban* Marc. VI 22. *ſrican* Matth XI. 17. *ſaltan* Luc. VII. 32. Quæ hodie ſunt obſoleta, excepto primo, unde nobis remanſit *tumlen*, de quo infra. Tertium non reperitur apud Lexicographos. Verbum Francorum vide in *ſalzen*.

TAPEZEREI, ſtromata, aulæa, opera notis & picturis intextis variegata. Vide *teppich*.

TAPFER, ſtrenuus, fortis. Belgis *dapper*. Vox nova, & a Slavonica *dobry* bonus, oriunda. Quemadmodum enim Galli ex *prybus* fecerunt *brav* fortis: ita Germani *tapfer* ex *dobry*, ſive quia virum probum decet eſſe fortem, ſive quia malum exiſtimabant eum, qui a fortuna vel effeminatur ſecunda, vel frangitur adverſa, & pueri inſtar omnia extimeſcit. In qua translatione nihil inſolens, quod non etiam aliis linguis uſurpetur. Sic Tydides HORATIO dicitur *melior patre*, cum vellet dicere *fortior*, obſervante LAMBINO in notis ad Odam XV. Lib. I. ubi ſimul plura hujus locutionis exempla cum ex Horatio, tum ex Virgilio, Homero, Plutarcho affert, in quibus *melior* ponitur pro *fortior*. Imo etiam *pulcher* SCALIGER ducit a πολύχειρ fortis, de Cauſis L. Lat. cap. 22. *Romani*, inquit, *qui omnia ponerent in fortitudine, eum demum bonum & formoſum putarunt, qui eſſet fortis. Itaque fortis quoque pro pulchro poſitum eſt apud Plautum in Milite. Neque ſine ratione. Exemplo enim Græcorum factum eſt, qui καλὸν æque formoſum & bonum ſignificarunt. At bonus fortis eſt. Malus autem κακὸς imbellis.* De qua re digna legi epiſtola inter Miſcellanea Chevræana pag. 381. STADENIUS vocem Germanicam petit a Belgica *tap* ſiphunculus, nullo aut inepto ſenſu, in Voc. Bibl. pag. 620. Nam a *tap* recte quidem fit *tapper* promus, venditor cereviſiæ, non *tapper* fortis. Vetus lingua in hoc ſenſu reddendo erat valde copioſa. Hinc fortis paſſim dicitur *ſtreng*, *kün*, *bald*, *ſtarck*, *veſt*, *geſchwind*, *wighaft*, *degenlich* &c. Quorum alia vetuſtas abolevit, alia uſus conſtanter retenuit. Vide ſingula ſuis locis.

TAPPEN, palpare manibus, *betappen* contrectare, *ertappen* deprehendere. HELVIGIUS deduxit ab ἅπτω contrectare, per aliquam metatheſin.

TAPPEN, palpare pedibus, ut ſolent, qui in tenebris ambulant, & viam eundi pedibus quærunt. Vel idem eſt quod antecedens, ſenſu a manibus ad pedes translato, vel a ſono pedum *tapp* factum. Arabibus *dabba* eſt lente & quaſi rependo incedere, & hinc *dabba* animal reptile, apud HYDIUM in Hiſt. Scachiludii pag. 112. LUTHERO *tappen* ſunt brancæ & pedes animalium Lev XI. 27.

TAPS, ictus, pulſus. A τύπτω, τυπῶ cædere, verberare. Cognata vocabula vide in *ſteupen*.

TARANIS, Jupiter Celticus, LUCANO memoratus Lib I.

Et Taranis, Scythicæ nec mitior ara Dianæ.

Cambris tonitru etiamnum dicitur *taran*, a *taro* ferire, percutere. Utramque vocem exhibet BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. Et conſentit etymologiæ Gloſſator Antiquitatum Britannicarum celeberrimus WILLIELMUS BAXTERUS in Gloſſ. pag. 223. Similis Deaſter fuit THOR apud Septentriona-

trionales, de quo infra. Confer *donner* Jupiter.

TARTSCH, genus clypei. Græcis antiquis θυρεὸς, hodiernis τάργα, Latino-Barbaris *targa*, *targaa*, *targia* apud CANGIUM, Angloſax. *targ*, Gall. *targe*, Ital. *targa*, Hiſpan. *adarga*, Angl. *target*, Bohem. *tarcz*. Utitur Luth. 1. Reg. X. 17. Scutum Celticum fuiſſe teſtis PAUSANIAS Lib. X. cap. 20. ubi de Exercitu Brenni: *Scutis patriis, qui* THYREI *nominantur, pro tatibus utentes.* Et cap. 21. *Erat Gallis armatura infirmior: nam præter ſuos illos* THYREOS *nullo armorum genere corpora munierant.* Et rurſus cap. 22. *Ætoli Gallos jaculis figebant, quos petere* THYREIS *tantum ſuis protectos, non erat difficile.* Cambri, Celtarum in Britannia poſteri, clypeum vocant *tarian*, quæ vox valde ſimilis eſt ei, qua exercitus Brenni uſus eſt. Utramque petere poſſumus a Græc. τηρέω ſervare, tueri, quia ſcutum illud erat prælongum, & totum hominem tegebat. Imo etiam *targ* & *tarcz*, etiamſi flexionibus differant, ex eodem fonte oriri, & reliquis naſcendi occaſionem dare potuerunt. Nunc, quid de hac voce aliis viſum fuerit, paucis exponam. Quod θυρεὸς deſcendat a θύρα, & *tartſch* a *thür* janua, ſimilitudo & longitudo vereris clypei perſuaſit MARTINIO & STADENIO. Contra BOCHARTUS exiſtimat, Phœnices hujus clypei nomen & uſum ex Oriente in Europam attuliſſe, quia clypeus Chaldaice dicitur *theres*, Arabice *thurs*. Ita ſententiam ejus proponit BOXHORNIUS in Orig. Gall. pag. 25. Aliis vox recentior videtur, a Latino *tergus* derivanda, ut *ſcutum* a σκύτος corium, quia mos erat, clypeos tergore bovis crudo veſtire & munire, quod ex Virgilio & Marcellino demonſtrat FERRARIUS in Orig. L. Ital. p. 298. Iconem ipſius rei jam multi æri incidi curarunt, & noviſſime R. P. DANIEL in *Hiſtoria Militiæ Francorum* Lib. VII. pag. 554.

TASCHE, ſacculus, in quo aliquid conditur, ſive marſupium ſit, ſive pera, aut ſimile quid. Gloſſ. Pez. pera *taſcun*. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XIV. 12.

Neme thia dasgun thar mit.

Sumat ſecum peram.

VEREL. in Ind. *taska* pera. Vita S. Catharinæ Senenſis apud CANGIUM: *In regione illa* (Italiæ) TASCHA *parvus ſaccus vulgariter nominatur.* Hodie Italis *taſca*. HUETIUS in Orig. Cadom. pag. 427. *tasque* eſt „vox vetus Gallica, quæ ſignificat crume„nam, ſaccum, peram. Belgæ eodem ſenſu dicunt *tas*, quod cæteris brevius, non clarius. Quidam derivant a Græc. δισκὸς uter, ſaccus coriaceus, alii a Lat. *theca*, rurſus alii a *decken* tegere: Omnes commodo ſenſu, ſed difficili partu. Angloſaxonibus marſupium & quævis clauſura dicitur *tyge*, a *tygan* vincire, ligare, quia marſupium ligulis conſtringitur. Utramque vocem exhibet BENSONIUS. Hinc ſuſpicor, Francicam vocem, unde cæteris initium, ortam eſſe ab Angloſaxonica, & Francos primum dixiſſe *tagſa*, poſtea inverſis literis *taaga*. Anglis *tie* etiamnum eſt ligare, idemque Græcis δέω.

TASTEN, contrectare. Belg. *taſten*, & inde *taſt* contactus, Gall. *tater*, *tatonner*, olim *taſter*, Ital. *taſtare*. Cuncta Germanicæ originis, quicquid dicant FERRARIUS & MENAGIUS. Quemadmodum enim a *vola* fit *fühlen* palpare: ita a *tatſe* palma fit *taſten* contrectare, transpoſitis radiculæ literis. In quibusdam Dialectis obtinet *tatſchen*, quod origini propinquius.

TASTEN, & compoſite *antaſten*, aggredi, invadere. Senſus a contactu ſimplici ad violentum translatus. Inde Francis *teſteia* invaſio, inſultus, latrocinium. Capitulare CAROLI Calvi an. 873. Tit. XLV. 3. *De illis liberis hominibus qui infames vel clamodici ſunt de* TESTEIIS *vel latrociniis & rapacitatibus & aſſulturis* &c. CANGIUS ſenſum vocis certum, originem incertam exiſtimat. Cui hæſitationi opponere poſſumus ex idiomate Gallico *attaquer* & *attaque*, invadere & invaſio, quæ certe ſunt a Gothico *tekan* tangere, vel a Latino *tago*.

TATSCHEN, incivilius contrectare. A *tatſe*, *tatze*, quatenus palmam hominis ruſtici ſignificat.

TATTE, pater, tutor, nutricius. Armoricos patrem appellare *tad*, & Cambros vitricum *llysdad*, quaſi patrem civilem, a *llys* curia, forum, teſtis BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Græcis τέτ͂α eſt minoris ad majorem reverentiæ cauſa compellatio, a τίω honoro, judice MARTINIO in Cadmo. Ejusdem originis eſt Latinorum *tata*. MARTIALIS Lib. I. Epigr. 101.

Mammas atque Tatas habet Afra . .

Inſcriptio vetus apud GRUTERUM pag. 662. DIS. M. ZETHO. CORINTHVS. TATAEIVS. ET. NICE. MAMA. F. Veteris linguæ Friſicæ tenacibus patrem etiamnum appellari *teyte*, ſcribit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 71. Vocem a pueris, cum primum lallare incipiunt, adeoque ab ipſa natura ſuggeſtam eſſe, exiſtimat VOSSIUS. Poſteritas Chriſtiana inde formavit

totte, pater ſpiritualis, ſuſceptor ex baptismo apud Suevos, diminutivam a *tatte*.

tauff-totte, pater luſtricus in Franconia.

An TATTO & TASSO, horumque diminutiva TASSILO & TETZEL, & ſimilia Longobardis, Alamannis & Bojoariis quondam uſitata, ſint nomina vera, patrem & paterculum ſignificantia, dubito. Potius ſunt abſciſſa a TADELBERT parentibus clarus, vel ſimili compoſito. MABILLONIUS de re Diplom. Lib. III. Cap. V. n. 15. *Tadelbertus, qui & Tado, notarius ſacri Palatii apud Ticinum.* Et huc etiam ſpectat TOTILA, nomen

men Regis Oſtrogothici, ex eodem vel alio nomine, ut videtur, apocopatum.

TATZE, palma. Abſciſſum a Gr. πάτταξος, quod dicitur de manu, quia quinque habet ramos. Similis appellatio eſt, quando manus vocatur *kam*. Hodie abit in contemtum, & uſurpatur tantum de palma hominis ruſtici, & de brancha animalis.

TAU, *taw*, ros, vapor e terra ortus, & in terram per guttas denuo reverſus. Gloſſ. Boxh. *thaum* vapor. Lege *thaun*. Gloſſ. Pez. rubigo *melituo*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *deawe* ros, *deawian* rorare. Idem Anglis *a dew* & *to dew*, Belgis *douw* & *douwen*. HELVIGIUS, MARTINIUS, JUNIUS, & alii Græce doctiſſimi, communi conſenſu radicem quærunt in δεύω rigo, irrigo, madefacio, quia ros terram humectat.

TAUB, *daub*, defectus, deſtitutus, cui ex donis naturalibus aliquid deeſt, *taube nuß* nux caſſa, *taube eier* ova ventoſa. Angloſaxonibus *deaf corn* eſt ſterile frumentum, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 85. *Daub*, inquit HELVIGIUS, dicitur, de re ſuo vigore deſtituta, ut grano hordei, quaſi *tabidum*. Si Latina origine opus ſit, *deaf* poſſit eſſe a *deficio*. Hoc mirum, quod in Dialectis *daub* & *baud*, quæ ſe mutuo producunt per anaſtrophen, per omnes ſignificatus pari paſſu ambulent. In Codice Argenteo occurrit *ſalt baud*, ſal inſipidum, Luc. XIV. 34. Quod in nulla re videtur differre a *daub*, niſi ordine literarum. Nam ſi extrema Gothici *baud* elementa transponas, habes Germanicum *taub*, quod appoſite vidit & notavit MARESCHALLUS in Obſerv. pag. 458.

TAUB, *daub*, ſurdus, graviter audiens. Idem Belgis *doof*. Quod REIZIUS, vir doctiſſimus, deducit a Græc. καφὸς, quia ſcilicet K. ſæpe mutatur in D. Idque acceptarem, niſi alius ſignificatus præcederet. Nam ex hoc manifeſtum eſt, vocem a defectu naturali quocunque, ad defectum auditus translatam eſſe. Eandem certe vocem eſſe, quamvis diverſo ſignificatu affectam, liquet ex Dialectis Angloſaxonica & Anglica, in quibus *deaf ear* aurem ſurdam & ſpicam vacuam deſignat, interprete MARESCHALLO loc. cit. Quod minime dici poſſet, niſi in notione defectus convenirent. Gothis *baudai* ſunt ſurdi Matth. XI. 5. quod rurſus convenit cum *daub*, per reditum literarum.

TAUB, *daub*, ſtupidus, hebes. Quamvis Lat. *ſtupidus* non procul abſit a *taub*, non tamen eſt parens Germanicæ vocis, quæ certe a ſurdis ad ſtupidos pervenit. Ita Græcis καφὸς primo *ſurdum*, & poſtea *ſtupidum* ſignificat. Belgæ ſtupidum & hebetem vocant *bot*, ſenſu a ſile ſatuo, quod Gothis *baud*, ad ingenium ſtupidum translato. Solent enim Belgæ in multis vocibus idiomatis Gothici tenaces eſſe. Sed meminiſſe debemus, quod *baud* & *daub* non differant niſi ſola literarum tranſpoſitione. Hoc certe malo, quam Belgicam vocem cum aliis derivare a βοῦς beſtia. De illa vide plura in *butt*. Interim a *taub* eſt *teuben* hebetare, ſenſus obtundere &c.

TAUBE, columba. Gothis *dubo*, quantum ex compoſito *hraiwadubono* turtures, quod occurrit Luc. II. 24. conjicere licet. Francis & Alam. *duba*, Belg. *duif*, *duive*, Suec. *dufwa*. OTFRIDUS, ut Myſterium Trinitatis ex baptiſmo Chriſti oſtenderet, utitur hoc rhythmo Lib. I. cap. XXVI.

Thu ſliſt hiar in ala uuar
Then ſun, then doufta man thar,
Thar ſprah ther Fater, ſo thu uueiſt,
Thiu duba uuas ther Gotes geiſt.

Legis hic in veritate
Filium, qui baptizatur,
Pater loquebatur, ut noſti,
Columba erat Spiritus Dei.

STIERNHIELMIUS nomen petit a notione præpetis volatus, quia Suecis *dufa på en* eſt involare in aliquem, & *komma dufandes* irruere in aliquem præpete volatu. In Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 36. Sed veriſimilius eſt, columbam ſic dici quaſi mergum vel urinatorem, a verbo Angloſaxonico *dufian* immergere, ſicut optime obſervatum JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 146. Cui reſpondet noſtrum *tauffen*, quod nonſolum de immerſione ſacra & myſtica, ſed etiam vulgari dicitur 2. Reg V. 14. Ineſt enim columbis quidam pulchritudinis ſenſus, PLINIO quoque memoratus, & hinc etiam lavandi ſtudium. Eadem poteſtas Latini vocabuli, ſi ducatur a Græc. κολυμβᾶν urinare. Saxones creduntur ab eodem verbo formaſſe ſuum *culfre* per ſyncopen. Gloſſ. Ælf. columba *culfre*, palumbus *wude culfre*. Angli utramque vocem, & *dove* & *culver* etiamnum cuſtodiunt.

TAUBLEIN, *teublein*, columbula, pullus columbinus. TATIANUS cap. VII. 3. *zuei tubielin* duos pullos columbarum.

TAUCHEN, mergere, immergere, *taucher* urinator, *tauch - ente* mergus. Gloſſ. Pez. mergulum *tubbil*. Tribus modis oriri potuit, vel a δύω mergo per epentheſin, vel a *tunken* tingere per ſyncopen, vel a *taufen* mergere, mutato F. in CH, quod fieri ſolet ſæpiſſime.

TAUEN, *tawen*, rorare. Angloſax. *deawian*, Belg. *douwen*, Angl. *to dew*. A *tau* ros.

TAUEN, *tawen*, fundi, diſſolvi, diffluere, *es tauwet* nix & glacies ſolvitur, *tauwetter* tempeſtas remiſſa. Inde Cambris *tawdd* liquamen, liquefactio, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Quæ certe non ſunt a rore, ſed aliunde petita, & ſorte a Lat. *tabeo*, i. e. diffluo, diſſolvor. Nam B. & W. ſunt literæ ejusdem inſtrumenti, & conſequenter permutabiles.

TAUF, *tauffe*, baptiſma. Goth. *daupeins* Marc. XI. 30. Franc. *douf*, *touf*, Belg. & & Suec. *doop*, Angl. *dipping*, Sorab. *dupu*. OTFRIDUS Lib. I. cap. XXIII. 69.

Er

Er ſprah zi then euuartun
Thie ſinan douf ſuabtun.

Dixit ad Sacerdotes
Qui ad baptismum ejus venerant.

TATIANUS Cap. LXIV. 8. *gitouſite Johanniſes touſi*, baptizati baptiſmo Johannis. Proprie eſt immerſio, a *taufen* immergere, & dicitur de baptiſmo ob rationes ſatis notas. Angloſaxones tamen non utuntur hac voce in myſterio, etiamſi *deapung* illis ſit immerſio: ſed baptiſmum vocant *fulluht* Marc. XI. 30. & *fulwiht* Marc. I 4. baptiſtam *fulwihtere*, Matth. XI. 12. & alibi *fulluhtere*, baptizatos *gefulloede* Marc. I. 5. a *fullian* fullare, polire, mundare veſtes, ſenſu a fullonibus, qui veſtes lavando & poliendo candidiores reddunt, ad ſacrum fontem translato.

TAUFEN, *tæuffen, teuffen*, mergere; immergere. BENSON. in Voc. AS. *dufian* mergere, *dufed* merſus, *dyppan* immergere, *dypped* tinctus, *dippend* mergens. Utitur Luth. 2 Reg. V. 14. *da ſtieg er ab, und tæuffet ſich im Jordan ſieben mahl.* Augli eodem ſenſu dicunt *dip*, Sueci *doppa*, Græci δύω, δύπτω, Itali *tuffare*, Germani inf. *düppen*, *doppen*. Quæ cum in notione profundi conveniant, recte derivantur a *tief* profundus, apud STIERNHIELMIUM in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 34. Confer verbum ſororium *dupfen* immergere.

TAUFEN, baptizare. Goth. *daupjan*, Franc. *doufen, toufen*, Belg. *doopen*, Suec. *döpa*. OTFRIDUS loc. cit. verſ. 29.

Er fuar bredigonti,
Iob douftia thio liuti:

Ibat prædicans,
Et baptizabat homines.

Senſus ab immerſione vulgari ad ſacram translatus.

TAUGEN, poſſe, valere, præſtare. Verbum Celticum, quod Cambris effertur *dichon*, Angloſaxonibus & Francis *dugan*, Belgis *deugen*, Suec. *duga*, Sax. inf. *tögen*, *tügen*: BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *dichon*, *dichyn* poſſe, pollere, valere, *digoniant* valor, potentia. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XX. 129.

Uuio ſuntig man thaz mohti,
Odo uh zi thiu ſo dohti?

Qui homo peccaminoſus hoc poſſit,
Aut valeat hoc efficere?

Inde nomen virtuti, præſtantiæ, & valori ab omnibus Dialectis inventum, quod vide in *tüchi* & *tugend*.

TAUGEN, prodeſſe, expedire, juvare. A Belg. *deeg* bonum. Cambri dicunt *tyccio*, reliqui ut ſupra. VEREL. in Ind. *duga* juvare, *dugandi men* ad auxilium prompti. Inde Sorabis *ne doga* inutile eſt. Utitur hoc ſenſu rurſus OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 69.

Thaz, quadun ſi in, ni dohti,
Ouh uueſan thaz ni mohti.

Hoc, dicebant ei, non expedit,
Nec etiam fieri poteſt.

NOTKERUS Pſal. XXIX. 10. *uuara zuo toug danne uzchuz minis pluotis*, quæ utilitas in effuſione ſanguinis mei? Confer *deiben* prodeſſe.

TAUGLICH, dicitur de eo, qui vel aptus & idoneus eſt ad agendum, a *taugen* poſſe, cui opponitur *untauglich* impar & ineptus: Vel qui utilis eſt, a *taugen* prodeſſe, cui opponitur *untauglich* inutilis.

TAUMELN. Vide *daumeln*.

TAUSCH, cambium, permutatio, *tauſchen* res rebus permutare. Cum nihil horum in tota retro antiquitate ſe mihi obtulerit, ſuſpicor vocem a Saracenis per Expeditiones religionis cauſa factas ad nos derivatam eſſe. CLOOIUS in Lex. Turc. cambium *degis*, mutatio *degbis*, mutare *dægbismek*. Poſtea ſenſus a permutatione ad emtionem & venditionem translatus eſt. Inde *roſsteuſcher* mango equarius, qui caballos emit & vendit.

TAUSEND, mille. Gothis *thuſund*, Angloſax. *thuſend*. Marc. VIII. 9. Tatiano Franco paſſim *thuſunt*, LXVII. 14. CLXXXV. 5. Idem quod *decies centena*. Prima ſyllaba *decem* ſignificat, quamvis ſolis Septemtrionalibus, qui decem breviſſime *tiu*, *tio*, vel *tijo* vocant, etiam extra compoſitionem, teſte Evangelio Islandico & Suecico, nec non VERELIO in Indice vocabulorum veteſtiſſimorum Septemtrionis. Altera ſyllaba depravata eſt ex *hund*; quod in omnibus veterum Dialectis *centum* ſignificat, ſpiritu in ſibilum mutato. *Tau*, *tiu*, *tio*, & ſimilia, pro decem, occurrunt in pluribus veterum compoſitis, cujusmodi eſt apud Angloſaxones *teotha* decimus, & in Lege Wiſigothorum *thiufadus* decumanus, decurio.

TAUWEN. Vide *tauen*.

TAXE, æſtimatio valoris, *taxieren* pretium ſtatuere. Duci ſolet a Græc. τάτ∫ω vel τάσσω diſpono, unde τάξις ordo, & deinde æſtimatio.

TEER, pix fluida. Angloſax. *tare*, *tero*, *teoru*, Angl. *tar*, Belg. *teer*, Island. *tiora*. Hebræis *zari* eſt reſina arborum, Græcis reſina ῥητίνη a ῥέω fluo. Ab utroque formari potuit *barz* & *teer*, mutato ſaltim literarum ſitu.

TEER, axungia. Videtur apocopatum ex *teer-ſmer*, vel ſimili compoſito, quod eſt a Græc. θαμὸς cardo, axis. Nam hoc unguento axis rotæ inungitur, ut nomen Latinum indicat. Similis apocope eſt, quando vulgus in Anglia & Belgio oleum cetaceum, quo rotæ unguntur, vocat *train* & *traan*, quod judice SKINNERO eſt a Gall. *traine* traha, cum deberent dicere *train-oyl* vel *traan-oly*.

TEICH, foſſa, aquis recipiendis facta. Angloſax. *dic*, *dice*, Suec. *dyke*, Isl. *diki*. VEREL. in Ind. *diki* foſſa pro elicienda aqua ex agro, colliquiæ, colluviaria. Addit: *diki* a *dii*. Sed non explicat. Quemadmodum autem

foſſa eſt a *fodiendo:* ita *teich* eſt verbale a *teichen* fodere. A *dic* rurſus fit *dician* lacunare, Dialecto Angloſaxonica.

TEICH, agger, aquis arcendis factus. Angloſax. *dic*, *dice* eſt vallum. Belgis *dyk* agger, munimentum adverſus inundationes. Idem Gallis *digue*. Cum moles illa terrea, quam Belgæ fluminibus objiciunt, ut impetum eorum cohibeant, muro ſimilis ſit, hinc JUNIUS Belgicam vocem truncatam cenſet a Græc. τεῖχος murus, in Obſ. ad Will. pag. 182. Sed nova etymologia minime opus eſt. Nam a *teichen* fodere tam foſſa quam terra egeſta & in molem congeſta, recte vocatur *teich*. Ita etiam *graben* nonſolum foſſam, ſed etiam aggerem ſignificat.

TEICH, lacus, piſcina. VERÉL. in Ind. *diki* piſcina. Senſus Germanis unice uſitatus, & ex eodem fonte petitus, quia piſcinæ noſtræ plerumque ſunt ſolo egeſtæ aut aggere munitæ.

TEICHEN, fodere. Anglis *to dig*. Ab Angloſax. *dican* fodere, quod, etiamſi eo ſenſu apud Lexicographos non occurrat, cognoſcitur tamen ex derivatis, cujusmodi ſunt apud ÆLFRICUM in Gloſſis pag. 68. *dicung* foſſio, *dikere* foſſor. Revera autem idem eſt, quod *tiefen* profundum facere. F. mutari ſolet in CH. ſæpiſſime, ut norunt periti.

TEIDUNG, doctrina, diſciplina. Gloſſ. Lipſ. *getuwing* diſciplina. Forte legendum *getuding*. Luth. Ezech. XXII. 28. *loſe teidung* doctrina frivola. Job. XXXV. 16. *ſloſze teidung tuit unverſtand*, doctrina vana absque ſcientia. Oritur a verbo Scandico *thyda* referre, explicare, quod ſiſtit VERELIUS in Indice, unde Suecis remanſit *tyda* explicare. Ad familiam vocis ſpectat ex idiomate Angloſaxonico *tyde* doctus, peritus, inſtructus, quod habent SOMNER. & BENSON. Hodie utimur compoſito *narrenteidung*, quod eſt doctrina ſtulta & irrationalis. Vulgo confundi ſolet cum *taiding* judicium, ſed perperam, & invito LUTHERO, ſummo in arte dicendi magiſtro, qui hæc duo ſemper diſtinxit. Cum verbo Scandico *tyda* videtur convenire Gr. δίδωμι trado, & διδαχὴ doctrina.

TEIG, maſſa farinaria, farina ſubacta. Gloſſ. Pez. maſſam *teik*. Angloſax. *dah*, Belg. *deeg*, Angl. *dough*. STADENIUS derivat a *dethen* creſcere, in Voc. Bibl. pag. 628. Forte reſpexit ad maſſam fermentatam, quæ, dum intumeſcit, creſcere videtur. Alias *deagan* Angloſaxonibus eſt imbuere. Et maſſa eſt farina aqua imbuta. Hoc placuit SKINNERO. Et cum illo conſentit Græc. δεύω humecto.

TEIG, fracidus, plus quam maturus, & minus quam putris. Dicitur de pomis & pyris, quando ex nimia maturitate incipiunt corrumpi. Quo ſenſu, aut qua cognatione, diu hæſitavi. Tandem intellexi, nos ut ſæpe alias, ita etiam hic cum Græcis loqui. Illis enim ταγγὴ eſt rancor, ταγγὸς rancidus, ταγγίζω rancesco.

TEIL, fraus, fallacia. Græc. δόλος, Lat. *dolus*, Cambris *twyll* apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Armor. *duyll* apud PEZRON. in Ant. Celt. pag. 385. Forte ſenſus a fallaci ſermone ad fraudem in genere translatus, aut a duplicitate deſumptus eſt. Utriusque etymi rationes vide in *tal* ſermo, & *teuſchen* decipere. A *teil* porro fit *teilen* fallere, decipere. Gloſſ. Pez. fraudati *piteilit*. VEREL. in Ind. *tæla* deceptio. Græcis quoque δολόω eſt decipio, & Longobardis *taliola* decipula, in Leg. Long. Lib. I. Tit. XXII. 2.

TEIL, bonum. SOMNER. in Dict. AS. *teala* bonum & bene, *tæla don* benefacere. Marc. XIV. 7. *ſymble habbath thearfan mid eow, and thonne ge wyllath, ge magon hym teala don*, ſemper habebitis pauperes vobiſcum, & cum volueritis, poteſtis illis benefacere. Haud dubie a θέλω volo, appeto, opto. Nam bonum eſt, quod omnes appetunt. Et ab hoc appetitu bonum recte & philoſophice vocatur *teil*, quaſi appetibile. Hic ſignificatus probe notandus eſt. Nam ab illo habemus compoſita, *vorteil* commodum, *nachteil* detrimentum. *Vor* ſenſum intendit, *nach* ſenſum remittit. Dicitur etiam de moraliter bono in vetuſtiſſimis Dialectis. Inde Angloſax. *un-tæla* malus & male, Gothis *untalans* pravi Luc. I. 17. non certe a τέλειος perfectus, ut JUNIUS exiſtimat.

TEIL, pars, portio, ex quacunque diviſione. Cambris *diell* eſt particula. Gothis *dail* pars Luc. XV. 12. idemque Angloſax. *del*, Francis & Alam. *teil*, Belg. *deel*. Gloſſ. Keron. pars *teil*, parte *teile*, tertia pars *dritta teil*. Refer ad *teilen* dividere.

TEIL, pars quanti. Inde Gothis *dail* mina, Luc. XIX. 13.

TEIL, pars litigans, *gegenteil* pars adverſa, adverſarius in cauſa litigioſa. Inde Septemtrionalibus *deila* litigare, unde rurſus fit *deila* lis, contentio, certamen, & *delugiarn* litigioſus, apud VEREL. in Ind.

TEIL, hæreditas, pars ſucceſſionis in bonis defuncti, *vater-teil* patrimonium, *muterteil* hæreditas materna, *nos-teil* legitima, *mus-teil* cibaria, alimonia ex hæreditate.

TEIL, ſors, & participatio ſortis. Inde Gothis *gadailans* ſocii, homines ejusdem ſortis, qui opus faciunt commune, & communem inde utilitatem capiunt, quales erant ſocii Simonis in piſcatu Luc. V. 10. Francis *ateilo* exſors, expers, non-particeps, in Gloſſ. Boxhorn. Extat & verbum *beteilen* privare, ſorte & participatione excludere, in Dialectis Veterum. Gloſſ. Pez. privatione *piteilida*. SOMNER. in Dict. AS. *bedæled* expers, deſtitutus, excluſus. Cuncta obſoleta.

TEIL, ſegmentum. Græcis ταυλὴ eſt tabula, Armoricis *taul* menſa. Latinis *talea* furculus ab utraque parte præciſus apud *Varronem*, cylindrus ex arbore interciſus apud *Vegetium*, ſegmentum ligni apud *Nonium*.

Cuncta

Cuncta a *teilen* ſecare. Allegorice uſurpatur de tributis, quia tributa ſunt facultates publicæ a pecunia privatorum minutatim quaſi præciſæ. Hoc ſenſu Galli dicunt *taille*.

TEILEN, dividere in partes, quocunque modo aut fine id fiat. Gothis effertur *deiljan*, Angloſax. *delan*, Francis & Alam. *teilen*, Belg. *deelen*, Angl. *deale*, VERELIO in Ind. *dela*. Idemque Græcis eſt δαλεῖν, ut a Viris doctis pridem obſervatum: ſive a δὶς duo, quia partiri eſt in duo dividere: ſive ab uſitatiori δαίειν dividere, mutato R. in L. quod genus mutationis ubique obvium.

TEILEN, dividere ſecando. Latinis *taliare*, Gallis *tailler*, Italis *tagliare*. Simile verbum antiquitus apud omnes populos Celticos obtinuiſſe, colligitur ex derivatis, *tielen* aſſeres, *teller* aſſerculus, quæ certe a ſecando nomen habent. Idem colligitur ex Cambrico *taelinr* & Gallico *tailleur*, ſutor veſtiarius, qui Germanis *ſchneider*, quia ante ſecat quam ſuit. Plura derivata vide in *teil* ſegmentum.

TEILEN, dividere vaſtando, diripiendo, aut deſtruendo. Lat. Barb. *talare*. Lex Alam. Tit. XXXIV. *Si quis præſumpſerit infra provinciam baſiliser res Ducis invadere, & ipſas talare*. Inde *tale* deſtructio, demolitio, direptio, *talator* vaſtator. Cuncta apud CANGIUM in Gloſſario. Quæ hodie pertinant apud Hiſpanos, quibus *talar* deſtruere, *tala* deſtructio, *talador* deſtructor. Alamanni recentiores videntur inde formaſſe *burgſtall* rudera caſtelli vaſtati, quod certe non eſt a *ſtall* ſtabulum (legendum enim *burgs-tall*,) ſed potius a *teilen*, *tilen* deſtruere. Confer frequentativum *tilgen*.

TEILEN, dividere diſtribuendo. Gothis *gadeiljan* eſt diſtribuere Joh. VI. 11. *afdeiljan* offerre portionem, & dicitur de decima omnium poſſeſſionum Luc. XVIII. 12. *dis-deiljan* dividere hæreditatem inter liberos Luc. XV. 12. *fradeiljan* erogare pauperibus Joh. XII. 5. Angloſaxonibus *delan* eſt dividere, & dicitur de ſubſtantia paterna Luc. XV. 12. *to-delan* diſtribuere, & dicitur de piſcibus Joh. VI. 11. KERONI in Gloſſis *zateide* eſt diſtributio, & *ziteilen* dividere.

TEILEN, dividere ſeparando. Angloſaxonibus *bedelen* eſt ſeparare, *bedeled* ſeparatus, *to-ſeled* diſpertitus, Marc. III. 25. ubi Gothus habet *gadeiliths*. Utrinque eo ſenſu quo Cæſar: *divide & impera*.

TEILEN, dividere diſtinguendo. Quod fit mente & cogitatu. Nam ſenſus a rebus corporeis paulatim ad intellectuales translatus eſt. VERELIUS in Ind. *deli* diſtinctio, diſcretio. Gloſſ. Keron. diſcretionem *urteilida*.

TEILEN, judicare. Senſus a diſcretione deſumptus. Nam qui bene diſcernit, bene judicat. Veteres amant compoſita *ardeilen*, *erteilen*, *irteilen*. Belgæ dicunt *oordeelen*, nos *urteilen*, quod vide.

TEILEN, jus dicere. Senſus forenſis ex diſtribuendo & diſcernendo mixtus. Nam judicis officium eſt, nonſolum bene diſcernere cauſas, ſed etiam diſtribuenda ita partiri, ut ſuum cuique tribuatur. Hodie utimur compoſito ut ſupra.

TEILEN, litigare. A *teil* pars litigans. LOCCEN. in Lex. Juris Sueo-Goth. *dela* controvertere, litigare, *delobroder* adverſarius, *deelſoget* rabula forenſis. VEREL. in Ind. *deila* litigare, *viderdelumen* adverſarii litigantes in foro.

TEIL NEMEN, participare. Angloſax. *del-niman*, Franc. & Alam. *teilnemen*. Gloſſ. Keron. participamus *teil nemen*, participatio *teilnumſi*. Gloſſ. Ruodeperti Magiſtri S. Galli: participium *teilnemunga*. A *nemen* capere, & *teil* pars.

TELG, ſurculus, germen, Dial. Angloſax. & Belgica. REIZIUS in Belga Græciſſante: θάλλω *vivere* (*virere*) telgen ſchiten *germina facere*. *Convenit quoque Belg.* teelen *gignere*. Ultimum magis probo, & ipſe Vir doctus magis probare videtur in verbo τίλλω. Confer *zwig*.

TELLER, orbis menſarius. Vox Celtica, quæ proprie denotat aſſulam, & originem refert ad *teilen* ſecare, quia priſca ſimplicitas aſſulis ex ligno fiſſis in menſa utebatur, ut hodie paupertas. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *delir* aſſerculus, aſſula.

TEMPEL, templum. Vocem Latinam plerique Veterum retinuerunt. Hinc *templum Dei* Luc. I. 9. ab interprete Angloſax. vocatur *Godes tempel*, & ab interprete Tatiani *Gotes tempal* Cap. II. 3. Gothi tamen nunquam utuntur hac voce, ſed templum Dei vocant vel *alh ſaunus* Luc. I. 9. vel *gudhus* Joh. XVIII. 20. Res ipſa, antequam vocem vel a Romanis, vel a primis Evangelii præconibus acciperent Germani, illis fuit ignota. Nam *nec cohiberi parietibus Deos, nec in ullam humani oris ſpeciem aſſimilari, ex magnitudine cœleſtium arbitrantur. Lucos ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reverentia vident*, teſte TACITO Cap. IX. de M. G. Quodſi idem inſignis Auctor alibi *penetrale Herthæ & Templum Tanfanæ* commemorat, non certe ſibi contradicit, nec Germanis alia quam arborea templa tribuit. *Templum* enim antiquitus dicitur, nonſolum *ædificium*, ſed etiam *lucus*. Diſerte PLINIUS Lib. XII. Cap. I. de arboribus: *Hæc fuere numinum Templa*. Puta antiquiſſima.

TENDEL, dorcas, caprea quædam. Utitur Luth. Deut. XIV. 5. Diminutiv. a Celtico *damy* dama, quod exhibet BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

TENNE, area, horreum, tribularium. Vox Celtica per Francos ducta. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *tyno* area, areola. Gloſſ. Pez. æſtivæ areæ *ſumarlibes tennes*. Gloſſ. Boxh. *feldtenni* area. STADENIO judice nihil aliud eſt quam expanſum in quo grana triturantur, a *denen* extendere, quia huic negotio

gotio loco ſpatioſo opus eſt, in Voc. Bibl. pag. 164.

TENNEN, ablegnus. Gloſſ. Pez. abiegnis *tenninum*. A *tanne* abies.

TENTELN, blaterare, nugari, garrire. Helvet. *tanten*, Gr. τερτραλίζειν. A *tant* cantus uniſonus, quia ſtrepitus nugarum ſimilis eſt ſtridoribus monochordii. Differt a *dentzin* ludere, origine & ſignificatu.

TEPPICH, ſtragula menſæ, parietis, pavimenti. Francis *teppih*, Lat. *tapes*, Græc. τάπης & δάπις. Gloſſ. Pez. tapetibus *teppiban*. Vulgo creditur ſic dici quaſi *tapedium*, a Gr. δάπεδον ſolum, quod pedibus primum ſternerentur tapetes. Quæ etymologia, etiamſi ingenio non careat, falſa tamen deprehenditur. Nam Babylonem huic rei nomen impoſuiſſe, & prima tapetia ac peripetromata acu picta ex Oriente in Europam veniſſe, & Perſis etiamnum *taba* appellari, demonſtrat RELANDUS in Diſſ. de vet. L. Perſ. pag. 249.

TEUBEN, *teuben*, hebetare, ſenſus obtundere, ſtupidum & indolentem reddere. A *taub* ſtupidus, hebes. VEREL. in Ind. *deiſo* hebetare. NOTKERUS Pſal. CXVIII. 120. *geduobet uuerden* mortificari. Cod. Arg. Joh. XII. 40. *gadaubida ize hairtono*, induravit corda eorum. WILLERAMUS Cap. II. 2. *die dorna ne mugen die lilien beduban*, ſpinæ non poſſunt ſoffocare lilia. Cap. III. 8. *beduban des lichamen geluſte*, reprimere concupiſcentias carnis. Utrumque Willerami locum feliciſſime ſanavit Cel. SCHERZIUS in notis. LUTHERUS in Verſione ſacra utitur compoſito *betauben* 1. Cor. IX. 27. Sed & ſimplici in quodam hymno uſum eſſe, obſervat STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 125.

TEUFEL, diabolus, διάβολος. Vocem Græcam plerique Veterum retinuerunt. Gloſſ. Keron. diabolum *diubil*. Evang. Angloſax. Matth. IV. 11. *tha forlet hine ſe deofol*, tunc dimiſit eum diabolus. Gothi nunquam utuntur hac voce, ſed ſpiritum malignum vocant *Satanat* cum Hebræis, & dæmones atque dæmonia *skohsla* & *unhulthons*, quas voces alibi explico. Illud memorabile, nec ſilentio prætereundum, quod Angloſaxonibus a *deofol* fit *deofol-ſeocnyſſe* morbus diabolicus Luc. VIII. 27. & paſſim.

TEUR, *tewr*, proprie eſt *pretioſus* ſeu *pretio dignus*, idemque quod *wert*, tranſpoſitis ſaltim literis. Communicari autem ſolet *caro*, quia pretium, quod per ſe non habet, accipit a raritate: *dilecto*, quia ſolet in pretio haberi, h. e. diligi, amari, deſiderari: *præſtanti*, ob pretium & valorem internum, quem omnes in eo concipiunt: *nobili*, ob præſtantiam generis: *claro* ob præſtantiam virtutis.

TEUR, pretioſus, pretio dignus. Angloſax. *deor*, *dior*, Franc. *diur*, Alam. *tiur*, Belg. *dier*, *duur*, Angl. *dear*, Scand. *dyr*. TATIANUS Cap. LXIV. 5. *ſenn thie in diuremo giuuate ſint*, *thie ſint in Cuningo huſen*, ecce qui in veſte pretioſa ſunt, in domibus regum ſunt. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 100. *diurer is thas guold* pretioſius eſt aurum, *ſamo ther diuriſto uuin* ſicut pretioſiſſimum vinum, *diuren ſtancuuurze* pretioſiſſima aromata, *tiuremo pluate* pretioſo ſanguine, *tiure ſela* pretioſa anima, *tiurin ſteine* gemmæ.

TEUR, carus. Gloſſ. Ælf. de genere potion. care valet, pretioſum eſt *deor bit is*, vile valet *undeor bit is*. Inde *teurung* caritas annonæ.

TEUR, dilectus, deſiderabilis. KERO in Prologo Regulæ S. Benedicti: fratres chariſſimi *priadra tiuriſtun*. Inde Angloſaxonibus *dyre* charum habere, & *dyrling* amaſius.

TEUR, præſtans, optimus, excellens, *teurer mann* vir optimus, *allerteureſter Felix* optime vel præſtantiſſime Felix Act. XXIV. 3.

TEUR, nobilis. Inde Angloſax. *deorboren* illuſtri familia natus, quia nobilitas eſt quædam generis præſtantia.

TEUR, clarus, glorioſus, laude & gloria dignus. Cognoſcitur ex derivatis Francorum & Alam. cujusmodi ſunt, *tiuri* gloria, *tiuren* glorificare. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXV. 188. *ſi diuri ſin io uuonanti*, ſit gloria ejus permanens. Idem Lib. I. Cap. VII. 8. *druhtinan diuren* magnificare Dominum. Gloſſ. Keron. gloriam *tiurida*, glorificetur *ſi kiſiurit*. Atque hinc jam interpretationem accipit nomen mythicum Maximiliani Imp. TEURDANK, quod certe nihil aliud ſignificat quam *gloriæ memorem*, vel ejus quod glorioſum eſt, a *denken* cogitare, meminiſſe. Nomen elegans & principe heroico dignum. Confer *preis*.

TEUR, religioſus & religioſe, *teur verſichern* ſancte confirmare, *beteuren* religioſe affirmare. An hic ſignificatus reliquis cognatus ſit, dubito. Videtur potius acceptus a Græc. θεωρὸς, quod dicitur de eo, qui rerum divinarum curam gerit, a θεὸς & ὁράω curo.

TEUR, fortis, Dial. Cambrica. Refer ad *dirren* audere, & confer *abenteur*.

TEUSCHEN, fallere, decipere. STADENIO eſt fallere permutando, & falſum pro vero ſubſtituendo, a *tauſchen* permutare. Contra STILERO venit a *tuſchen* tegere, abſcondere. Parum abſum, quin illud a *dous* duo deducam. Nam fallere dicuntur, qui vel amphibolia verborum, vel duplicitate rerum nobis imponunt. Hinc fallaces Latinis vocantur *bilingues*, ut Tyrii apud MARONEM, & fallacia Cambris *twyll*, a *twil* duplus.

TEUT, terra. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *tud* terra, *alltud* alienigena, *marodis* terra limitanea. PEZRON. in Ant. Celt. pag. 60. *Celtis æque ac Hebræis* TIT *ſignificat terram*. Hebræis & Celtis jungere poterat Græcos. HESYCHIUS: τηθὺς, ἡ γῆ. Cauſam dictionis & plurium Linguarum conſenſum vide in *Deut*.

TEUT, gens, populus, vulgus. Cambris & Armoricis *tud* & *teut*, teſtibus BOXHORNIO, PEZRONIO, TOLANDO. Hibernis *tuath*, Gothis

Gothis *thiuda*, Angloſax. *theod*, *thiod*, Francis *thiat*, *thiot*, *thiut*, Island. *thiot*. Hinc verba Pilati Joh. XVIII. 35. *Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi*: iis vocibus reddunturab interpretibus, quas modo produxi. Verſio Gothica habet *thiuda theina*, Angloſaxonica *thin theod*, Francica Tatiani *thin thiota* Cap. CXCV. 3. Islandica *thin thiod*. Senſum a terra ad incolas terræ, ob veterem de ortu humani generis e terra perſuaſionem, traductum eſſe, credibile eſt. Plura huc ſpectantia vide in *Deut*. Ratio, cur ibidem ſcripturam Alamannicam, quamvis ab antiqua deflectentem, ſecutus ſim, hæc eſt, quia D. nobis ſuperat in verbo *deuten* ſignificare, populari ſermone exprimere, cujus gratia cætera erant adornanda. Nunc ubi ad nominis TEUTIACI declarationem perventum eſt, vetus ſcriptura erat inſtauranda.

TEUT, rex, dux, princeps. Gothis *thiudans* eſt rex Matth. XXVII. 11. Islandis *thiodan* rex, curator populi, *thiggia af thiodan* petere a rege, apud VEREL. in Ind. & in Hervarar-Saga Cap. 17. Angloſaxonibus *theoden* dominus, princeps, rex, rector, teſte SOMNERO & BENSONIO. Similiter & Francis, qui Legem Salicam interpolarunt, *theada* eſt *rex*, & *ante theada* ante regem, Tit. XLIX. non *ante populum*, ut WENDELINUS exponit, nec *ante tunginum*, ut EGCARDUS. Nam formula *ante regem* in eadem Lege aliquoties repetitur, ut neceſſe non ſit alium *theodam* quam regem ſibi fingere. Extat & *githiuto* pro rege vel principe apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. I. 201.

Uueltis ir githiuto
Managero liuto.

Vertit SCHILTERUS:

Imperat eorum Princeps
Variis nationibus.

Quæ interpretatio male impugnatur ex eo, quod *githiuto* alibi aliud ſignificet. Hic ſenſus oritur a verbo *deuten* regnare, quod Antiquitas formavit a *teut* populus, quia regnare eſt populo præeſſe, & nomine multitudinis imperium in ſingulos exercere. Hoc verbum, etiamſi cum derivato ſuo pridem ſit extinctum, miram tamen lucem affundit permultis & pervetuſtis NOMINIBUS, ſi ad familiam ejus referantur. Talia ſunt,

(1.) *Appellativa Regum.*

TEUT, Mercurius, Rex Italiæ & totius Occidentis, e genere Titanum, quos Celtica Lingua uſos eſſe, PEZRONIUS, ſæpe laudatus, ex multis vocabulis docuit in *Antiq. Celticis*, ubi ſimul hiſtoriam hujus regis omnibus veſtigiis indagavit. Ab initio quidem denotavit regem, & poſtea demum pro nomine proprio invaluit, prorſus ut *Pharao* apud Ægyptios. Idemque de nomine *Ditis* judico, *Dis*, *Ditis*, dux Gallorum, de quo CÆSAR: *Galli ſe omnes a Dite patre prognatos prædicant*. Hunc quoque regem Occidentis fuiſſe, & ideo a Poëtis *Plutonem*, ſeu inferorum præſidem appellari, PEZRONIUS ex Hiſtoria Titanum demonſtrat. Græce dicitur *Ageſilaus*, h. e. ductor populi, quod cum Celtico nomine mire convenit. MARTINUS tamen Cæſarem hallucinari, & *Ditem* cum *Mercurio* confundere exiſtimat, cum *Dis* fuerit Deus inferorum apud Romanos, *Mercurius* apud Gallos, Lib. II. de Rel. Gall. Cap. 14. Quicquid ſit, *Dis* regem ſonat, qualiscunque ſit.

(2.) *Propria Virorum.*

THEODO, dux Bojorum apud EGINHARDUM. Nomen ex alio nomine apocopatum reor. Nam Bojos ad ejusmodi truncationes valde propenſos fuiſſe, ex aliis nominibus, ſimili vitio affectis, oſtendi in *Taſſe* pater. Idemque de nominibus Alamannicis, *Theot*, *Theato*, *Thieto*, *Thiotho*, quæ extant apud GOLDASTUM in Indice, nec non de nomine *Deuſo* conjicio. Si quis tamen hæc nomina malit eſſe vera, integra, & minima temerata, nec repugno. Nam *probum* & *fortem* (quod collige ex dictis in *diet*) denotare poſſunt.

THEUDAS, Gothus nobilis apud PROCOPIUM. Correptum ex alio nomine, cujus finis ignoratur. Vide antecedentia.

THEUDIX, rex Gothorum apud ISIDORUM in Chronico. Correptum ex *Theudorix*.

THEUDORIX, nobilis Sicamber, a Germanico in triumpho ductus, cujus nomen literis mandavit STRABO, quod ſecundum antecedentia *dominum potentem* ſignificare poteſt; nequaquam vero *divicomi in Deo*, quia Chriſtiana Religio inter noſtros, cum hoc nomen audiretur, nondum effloruit.

THEODORICUS, dominus, dux, princeps potens, quamvis etiam bonis fortunæ potentem, & plura alia ſignificare poſſit, pro linguæ veteris abundantia. Nomen inclytum, & a multis Regibus nobilitatum, inprimis a magno illo Oſtro-Gothorum Rege in Italia. Hodie effertur DIETRICH. Confer *diet* cum omnibus ſignificationibus.

TEUTOMERES, dux clarus. Hodie DIETMAR. Nobilis Francus apud MARCELLINUM.

THEODEMERES, ejusdem notionis. R. Francorum apud GREGORIUM Turon.

THEODEMIR, ejusdem notionis. Princeps Gothicus apud JORNANDEM.

THEUDEBERTUS, ejusdem notionis. Nam *mer*, *mir*, *bert*, ſunt ſynonyma, quæ celebrem, inclytum, & illuſtrem ſignificant. Nomen R. Francorum apud PRO-

COPIUM, qui in nummis vocatur THEODEBERTUS.

THEUDIBALDUS, dux fortis, audax, strenuus. Theudeberti filius, & patris in regno successor.

(3.) *Propria Feminarum.*

THEUDICHUSA, domina selecta, eximia, egregia, a *kiesen* eligere: non *populos eligens*, quæ GROTII interpretatio nullum habet sensum. Filia Theodorici R. Italiæ apud PROCOPIUM, Alarico minori nupta. Latini quoque optimam fœminam *bellisimam* vocant. Et hæc fortasse causa est, quod eadem filia ab aliis vocatur THEUDEGOTHA, i. e. domina bona. Sæpe enim vis omnis alio & æquipollenti exprimitur, præcipue apud Gothos, qui *Chlodovæum* appellabant *Ludwin*.

TEUTPERGA, domina sospita. A *bergen* servare. Uxor R. Lotharii.

THEUDELINDA, domina lenis, mitis, benigna. Depravatione Romana vel Cheruſca *Thusnelda*, ut mox ostendam.

THUSNELDA, domina mitis. Conjux Arminii apud STRABONEM Lib. VII. Nomen ex *Theudelinda* depravatum esse, eodem plane modo ut Σιμεγδὼ ex Σιγιμῶντος apud eundem Strabonem, conjectura ingeniosa & valde opinabilis est REINESII in Præf. ad Syntagma Inscript. Antiq. An vero ejusmodi corruptelæ solis librariis imputandæ sint, dubito, quia plures habere possunt causas. Nam ex *theud* in ore vulgi facile fit *thous*, *thus*, & ex *linda nelda*. Et hæ mutationes ubique obviæ sunt.

(4.) *Propria Locorum.*

DISPARGUM, locus in Tungris apud GREGORIUM Turon. sedes Regis Clodionis. Vi vocis Deusonis vel Principis castrum. Hodie DUISBURG secundum WENDELINUM.

TEUTOBURGIUM, locus in Marsis apud TACITUM. Vel ejusdem notionis est ut antecedens, vel Burgum populosum. Vide *dun* populus.

DIEDENHOFEN, Villa Theodonis, id est, Domini vel Principis, Gallice *Thionville*, olim palatium Regum Francorum primæ & secundæ stirpis.

TEUTATES, deaster Gallorum, Lucano & Lactantio memoratus, omnium opinione *Mercurius Gallorum*. BOCHARTUS tamen eum confundit cum Mercurio Ægyptiorum *Theuth*, vel saltim nomen de nomine ejus deflexum putat, in Orig. Gall. pag. 10. Cui opinioni non valde refragatur BAXTERUS in Glossario Ant. Brit. nisi quod probabilius existimet, Mercurium Gallis composito vocabulo *Deu-Tat*, hoc est, *Deum patrem* appellatum, quod esset ipse *Dis pater*, conditor & origo Gentis, de quo CÆSAR: *Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant.* PEZRONIUS *Teutatem* interpretatur *Patrem populi*, quod *teut* Celtica lingua populum, *tat* patrem significet, in Antiq. Celt. pag. 122. Quem sequitur MARTINUS, quamvis nulla ejus mentione facta, Lib. II. de Rel. Gall. pag. 326. SCHILTERUS, qui Gallica vocabula ad Germanicos fontes reducere solet, nomen *Teutatis* derivat a *deuten* interpretari, quia Mercurius censetur Deorum interpres, in Gloss. Teut. pag. 232. Si fas est, post tanta suffragia, aliud opinari, dicam quid sentiam, non quod mihi plus cæteris intelligendo assecutus videar, sed quod conjecturis sæpe sternatur via ad inveniendam veritatem. Celtica lingua *diu* Deum, *taith* iter vel viam significat, teste BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Vide ergo annon *Teutates* sit *Deus viarum?* Talis certe fuit *Mercurius*, quem ideo congestis e via lapidibus, maximis itinerum impedimentis, honorabant. Consule Vulgatam Prov. XXVI. 8. & patebit. Eidem & Galli & Germani victimas humanas immolabant, teste LUCANO & TACITO Cap. IX. de M. G. Quod non videtur convenire *Deo patri*. Quis unquam Patri liberos suos offerre? Nisi quis forte putet, crudeles illos existimasse, Diis optimum semper offerendum esse, adeoque hominem, cum homine nihil melius sit. Quo pacto omnibus Diis similiter fuisset litandum. At si *Teutates* fuerit *præses viarum*, conveniens quodammodo erat, latrones, aliosque viam publicam infestantes, huic Deo immolari. CLUVERIUS & LEIBNITIUS *Teutatem* Lucani cum *Tuiſcone* Taciti perperam confundunt.

TEUTONA, genus teli Germanici. Vide *cateia*.

TEUTONES, Germani in genere. Nomen paulo licentius factum a *teutſch*, quod rectius redditur *Teutiſcus*. Ab illo tamen VIRGILIUS formavit *Teutonicus* Lib. VIII. Æn.

Teutonico ritu ſoliti torquere Cateias.

Cur *Teutonico* dixerit, cum eadem facilitate & absque ullo metri damno dicere potuisset *Teutiſco*, divinare nequeo, nisi forte metum injecerit terminatio *icus*, quæ Græcis plerumque diminutivi nota est. Quicquid sit, *Teutonico* dixit a *Teutonibus*, hoc est, a *Teutiſcis*. Nam *Teutones* & *Teutiſcos* eandem Gentem denotare, testis illustris Virgilii Commentator SERVIUS: *Cateias, tella Gallica. Unde & Teutonicum ritum dixit. Cateiæ autem lingua Thracica haſtæ dicuntur.*

TEUTONI, Germani Danicas Insulas incolentes, Cimbrorum in bello socii, quorum nomen jam commemoravit PYTHEAS, ducentis quinquaginta ante C. natum annis, apud PLINIUM Lib. XXXVII. Cap. 2. Etymon vide in *deuten* sociare. Quanta sit adjectivi *Teutonicus* ambiguitas, ex dictis patet. Hinc CLUVERIUS non sine ratione reprehendit eos, qui vel superioribus seculis vel

nostra

noſtra tempeſtate, *Teutonica lingua* aliquid loqui vel ſcribere dixerunt, cum linguam Theotiſcam vel Germanicam in commune intelligerent, Lib. I. Germ. Ant. pag. 69. Nam hæc Lingua nimis æquivoce dicitur *Teutonica*, cum eadem vox etiam Dialectum Danicia Inſulis propriam deſignare poſſit. Eamque ob cauſam hoc adjectivo in progreſſu hujus Operis abſtinendum mihi duxi. Et ſi quem patrii ſermonis tenet amor, non debet ille imitari eos, qui Linguam noſtram Latine *Teutonicam* vocant.

TEUTSCH, adjective *terreſtris*, ſubſtantive *terrigena*. Nam *teut* eſt terra, & *iſch* ſignificat eum qui genus ducit ab eo cui annectitur, quod multis exemplis oſtendi in Proleg. Sect. VI. Et ex his duobus conjunctis recte fit *teutiſch*, & contracte *teutſch*, eo quo dixi ſenſu, hactenus quidem ignorato, ſed tamen manifeſto, & auſim dicere vero. Alter ſignificatus fluit ex priori per ſubſtantivationem, prorſus ut *menſch* primo humanum, poſtea hominem denotavit. Latine dixeris *Tutiſco*. Primus hujus nominis, quem literæ commemorant, fuit Germanicæ Gentis conditor. Hunc Libri editi vocant *Tuiſtonem*, ſed recentiores tantum. Nam hoc monſtrum vocabuli CLUVERIO fuit ignotum, qui diſerte ſcribit, *in omnibus Taciti exemplaribus ineptiſſimi cujusdam nugatoris auctoritate invaluiſſe* TUISCONEM, Lib. I. Germ. Ant. pag. 69. Ipſe ſcribendum cenſet *Teutonem*. CONRINGIUS retinuit *Tuiſconem*, quia populares ejus Germanum vocant *Tuisker*, quamvis vitioſe. Mihi videtur TACITUS verum nomen ipſe deſcribere, dum conditorem Gentis noſtræ vocat Deum *terra editum* Cap. 2. de M. G. Id autem proprie ſignificat *Tutiſco*, dum cætera nomina ab Eruditis ſuggeſta vel nihil vel aliud ſignificant. Igitur TACITUM ita emendo: *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & Annalium genus eſt)* TUTISCONEM *Deum, terra editum, & filium Mannum, originem Gentis, conditoresque.* Et hoc eſt illud nomen, a quo Gens ipſa, tum & a veteri de ortus ſui e terra perſuaſione, ab omni retro memoria appellari voluit *Tutiſca, Teutiſca, Theotiſca*, id eſt, e terra edita, ut mox pluribus oſtendam.

TEUTSCH, gentilis, popularis. A *teut* gens, populus. Occurrit eo ſenſu in Verſione Angloſax. Matth. XXVII. 7. *tha gebohton hig ænne æker mid tham feo tigel-wyrhtena, on to bebyrgeanne el-theodiſce men*, tunc emerunt agrum figuli ex illa pecunia, ad ſepeliendum homines peregrinos. Proprie ad ſepeliendum *populares alienos*. Nam hunc compoſiti ſenſum exigit præfixum adjectivum *el* alius, alienus.

TEUTSCH, Germanicus. Rhythmus de S. Annone §. 24. de Cæſare:

Mit zorne her du wider wante
Ci Diutiſchimo lante.

Vertit SCHILTERUS:

Cum iracundia ille tunc reverſus
In Germaniam.

Hinc Lingua Germanica uſu Scriptorum perenni vocatur *Lingua Theotiſca, Teutiſca, Tuitiſca*, in Capitularibus Regum Francorum, in Conciliis, in Legibus veterum Germanorum, in Chartis antiquis, & ab ipſo SERVIO, qui, ut ſupra vidimus, *Linguam Theotiſcam* primus literis conſignavit. De Capitularibus, Conciliis, & Chartis, vide teſtimonia apud CANGIUM in voce *Theotiſci*. Quibus addi poteſt Lex Longobard. Lib. I. Tit. XIV. 15. *Si quis absque juſſu & licentia Regis domum revertatur, quod nos Teudiſca lingua dicimus Heriliz.* Et WALAFRIDUS Strabo Cap. 7. de Reb. Eccleſ. ubi de Gothis ſcribit, eos, cum adhuc in Græcorum provinciis commorarentur, *noſtrum, id eſt, Theotiſcum ſermonem habuiſſe.*

TEUTSCHER, Germanus. Lat. Barb. *Theotiſcus, Teutiſcus, Tuitiſcus.* WALAFRIDUS loco proxime citato: *A Latinis* THEOTISCI *multa, & in communi locutione.* Scilicet verba acceperunt. Hoc nomine noſtri inprimis gloriantur, & hoc ſolo cupiunt inclareſcere, & ab aliis nationibus diſtingui, quamvis rerum & cauſarum, a quibus hoc nomen oritur, ignari. FRANCISCUS JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 349. exiſtimat, Francos & Alamannos omnes Gentis ſuæ homines *Theotiſcos* appellaſſe quaſi *gentiles*, a *theod* gens. Gentiles recte appellari *theotiſcos*, JUNIO concedimus. Sed Germanos univerſe appellari *Theotiſcos*, quod ſint Gentiles, negamus, neque id affirmavit JUNIUS. Nam hoc nimis generale eſt, & omnium Gentium popularibus commune. Alia igitur nominis ratio inveſtiganda, quæ Germanis magis propria, & origini ac antiquitati Gentis magis conformis ſit. Quid obſtat, ut *Theotiſcus* ſit *terrigena?* Nam *teut* nonſolum gentem, ſed etiam terram ſignificat. Cauſa nominis duplex eſſe potuit. Prima, caput & origo Gentis, cujus nomen *Tutiſco* Celtica lingua *terra editum* ſignificat. Secunda, vetus Germanorum de origine Gentis ſuæ e terra perſuaſio, quam graphice deſcribit TACITUS Cap. XXXIX. de M. G. *Per humum evolvuntur, eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia Gentis.* Quid mirum, Gentem Geolatricam, ſe a *terra*, unde initia Gentis, vel a conditore, quem *terra editum* exiſtimabant, ſobolem terræ appellaſſe? Enim vero, ſi omnis eorum ſuperſtitio eo reſpexit, ut ſe terrigenas ſive terra editos oſtenderent, veroſimile omnino eſt, commune quoque nomen *Teutſch* vel *Teutiſch* eo reſpexiſſe. Quam frigidum eſt, Germanos appellare *Gentiles*, qui vi nominis *Terrigenæ* eſſe poſſunt? Hinc porro ſuſpicor, nomen *Theotiſcum* nonſolum *Germanico* antiquius, ſed etiam Genti coævum eſſe, & hoc nomine Germanos

nos nunquam caruiſſe, etiamſi ſero literis proditum ſit.

Originem *Germanici nominis* ita deſcribit TACITUS Cap. II. de M. G: ut ex ipſa deſcriptione eluceſcat, (1.) illud alteri cuidam nomini, & vetuſtiori adjectum eſſe: GERMANIÆ *vocabulum* RECENS *& nuper* ADDITUM. Nullum autem nomen erat, cui *Germanicum* tanquam augmentum addi poſſet, niſi *Theotiſcum*. (2.) nomen illud recens priori ſuperadditum ab initio non fuiſſe nomen GENTIS Germanicæ, ſed alicujus NATIONIS e Germanis oriundæ, & in Gallia habitantis: *Quoniam qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati ſint.* (3.) nomen illud *Nationale* paullatim prævaluiſſe *Gentili*, ut qui ante *Theotiſci*, poſtea *Germani* dicerentur, auctoribus Gallis & Romanis. *Ita* NATIONIS *nomen, non* GENTIS *evaluiſſe paullatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a ſe ipſis, invento nomine,* GERMANI *vocarentur.* Admiſſum autem fuit a Gente, non inventum. Hodie eadem licentia a Gallis vocamur *Alamanni*, ſumpto a Natione vocabulo, quod tamen non admittimus.

Hunc verum verborum TACITI ſenſum eſſe reor, nec verum tantum, ſed etiam facilem & planum, quamvis Laconica brevitate involutum. Nam dum inter nomen vetus & novum, proprium & acceſſorium, gentile & nationale diſtinctionem facit, manifeſto ſupponit, Germanos ante *nomen Germanicum* inventum, quod judicio Taciti novum, acceſſorium, & nationale eſt, non fuiſſe *anonymos*, ſed a Conditore Gentis, quem paulo ante nominaverat, & genus & nomen habuiſſe.

Duo mihi objici poſſe video, primo quod Galli priores nos appellent *Thiois*, Sueci *Tyskar*, Cambri *Tuſci*; Secundo quod etymon noſtrum nobiliſſimæ Genti non ſatis honorificum ſit, cum *terræ filii* vulgo dicantur homines vel obſcuro loco vel incertis parentibus nati. Ad primum reſpondeo, ſi qui nos aliter vocent quam debent, corrupti nominis rei ſunt. Et his corruptoribus opponimus Italos, qui nos vocant *Todeſci*, quod Germanici nominis decus recte exprimit. Ad ſecundum reſpondeo, *Terræ filios* non ſemper denotare homines obſcuros aut incertis natalibus ortos, ſed ſæpe etiam Heroës & Semideos. Teſtis MARTIANUS CAPELLA in Nuptiis Philologiæ & Philoſophiæ Lib. 2. *A medietate aëris usque in montium terræque confinia Hemithoi Heroesque verſantur, qui ex eo quod Heram terram veteres dixerunt Heroes nuncupati.* Id eſt, terræ filii. Equidem Philoſophi plerique aliter de hac re ſentiunt, & *αὐτόχθονες* omnes riſu excipiunt. Hinc ANTISTHENES apud Diog. Laërtium Athenienſibus, quod indigenæ eſſent gloriantibus, reſpondiſſe fertur, *illos cochleis & locuſtis nihilo nobiliores eſſe.* Sed meminiſſe debemus, tam Athenienſes quam Germanos, Terram, non rem vilem aut ignobilem, ut Antiſthenes, ſed Numen eſſe credidiſſe. Nam hinc ſequebatur, primos homines e terra editos ſobolem vere divinam fuiſſe, & tanto nobiliorem, quanto natura humana omnibus animantibus eſt præſtantior.

THAL, vallis. Gothis *dalei* Luc. III. 5. Angloſax. *dæl*, Franc. *tal, tuol*, Camb. *dol*, Belg. Angl. Hibern. Suec. *dal*, Island. *dalur*. Gloſſ. Pez. valleculas *tuollun*. TATIANUS Cap. XIII. 3. *jogiuuelih tal uuerde gifullit*, omnis vallis impleBitur. VEREL. in Ind. *dalur* vallis, *dalbygder* prædia ruſtica inter montium depreſſiora ſita, *dalbuar* qui in vallibus habitant. BOXHORN. *dôl* & *doldir* eſt locus vel ager humilis, planus, cultus, fertilis, paſcuus, pratenſis; planities paſcua, pratenſis, culta; opponitur locis ſuperioribus & montanis; Vandali *dol*, Teutones *dall* vallem dicunt. Hæc ille in *Lex. Ant. Brit.* Radicem cuſtodiunt Saxones noſtri inferiores in *dal* deorſum. ROSTIUS Poem. pag. 107. *De geiht denn aſs een dröfen bloht de ſtraten up un dahl.* Antiquitas hujus particulæ patet præterea ex verbo Belg. *dalen* deſcendere, nec non ex aliis *Argentei Codicis* vocibus, cujusmodi ſunt, *dalath* deorſum Matth. VIII. 1. *iddalja* deſcenſus Luc. XIX. 37. Aliam etymologiam proponit HELVIGIUS his verbis: *thal, dahl*, a θάλλω, id eſt, vireo. Eſt enim vallis locus ἀμφιθαλής, i. e. locus undique virens. Hæc derivatio eſt valde amœna: an etiam vera ſit, dubito. TULINGI, quos CLUVERIUS locat in Rheni vallibus, a ſitu humili nomen habere poſſunt.

THALER, moneta maxima Germaniæ, omnium conſenſu ſic dicta quaſi *vallenſis*, quia primi (ut ferunt) *thaleri* in valle Joachimica Bohemiæ cuſi.

THAT, quatenus oritur a *thun* agere, facere, ſignificat quantum poteſt, *actum* & *factum*, hoc eſt, actionem, & rem bene vel male geſtam. Gloſſ. Keron. actuum *tatio*, factis *tatim*. Similiter & Angloſaxonibus *dæd* factum & actionem ſignificat, interprete SOMNERO. Gothis *teja* ſunt opera Joh. VIII. 41. Sed *miſſadedins* delicta Matth. VI. 14.

THAU, ros. Vide *tau*.

THEIL, pars. Vide *teil*.

THEUR, carus. Vide *teur*.

THIA, amita, *thim* patruus. Hiſpan. *tia* & *tio*, Ital. *zia* & *zio*. A Gr. θεία & θεῖος ejuſd. ſignif.

THIER, fera. Græc. θήρ. SOMNER. in Dict. Angloſax. *deor, wild-deor* fera, *deor-cynne* ferarum genus. VEREL. in Ind. *diur* lupus, urſus. NOTKERUS Pſal. LXXVIII. 2. *fie gaben dinero heiligon fleiſc ze zaneme fogalen unde dieren*, poſuerunt carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ. Vi originis ſignificat beſtiam *nocentem* aut *ferientem*, pro varia deriva-

derivatione, quæ inſtitui poteſt, vel ab Angloſax. *derian* nocere, vel a Cambro-Britannico *taro* ferire. De verbo Angloſaxonico vide plura in *zeren*.

THIER, animal. VEREL. in Ind. *dyr* animal. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 72. *dier* beſtia, *grem dier* bellua, *uuilt dier* fera. NOTKERUS Pſal. CIII. 25. *luzzelin tier unde michelin*, animalia puſilla & magna. Vocem a fera ad latiorem ſignificatum traductam eſſe, coguntur etiam fateri, qui eam a Græca θήρ deducunt. Qui hæc faſtidiunt tanquam turbata & confuſa, neſciunt, quam miri fuerint Veteres in nominibus animalium a genere ad ſpeciem & a ſpecie ad genus transferendis.

THINEN-HOLZ, lignum Thyæ, arboris odoratæ & perpetuo virentis, cui vetuſtas hunc honorem tribuit, ut ex ea Templorum contignationes ob materiæ immortalitatem fierent, teſte PLINIO Lib. XIII. cap. 16. Græcis ξύλον θύϊνον Apocal. XVIII. 12. quod imitatur Luth. ibidem, judice FRISCHIO in Voc. Bibl. pag. 265.

THIUFADUS, *Tyuphadus*, præpoſitus militaris inferioris ordinis apud Viſigothos. Lex Wiſigoth. Lib. IX. Tit. II. §. 9. *Inferiores vilioresque perſonæ*, THIUPHADI *ſcilicet, omnesque exercitus compulſores* &c. In eadem Lege §. 2. vocantur *ſervi dominici, qui Gothos in hoſtem*, h. e. in exercitum, *compellunt exire*. VERELIUS in Indice *Thiuphadum* vocat, *qui turmam quampiam vel cohortem Ruſticorum in arma convocat & dirigit*. Et in Herraudi Saga vocem componit a *fad* caput, & *thiud* populus. Quo pacto ſignificabit eum qui populo præeſt. Quod nimis magnificum, & minime competit *Thiuphado*, qui paſſim in Legibus Duci, Comiti, Gardingo, aliisque illuſtribus perſonis, opponitur & ſubjicitur, tanquam inferior & vilior ſuperiori & præſtantiori. In Lege Wiſigothorum tria nominantur Exercitus capita, *Millenarius*, *Quingentenarius*, *Centenarius*. Poſt Centenarium nominatur *Decanus*, qui certe eſt ipſe *Thiuphadus*, a *tio* decem ſic dictus, quod decem militibus præeſſet. Hunc Gothi Lingua ſua haud dubie appellarunt *thiufads*. Nam in Evangelio Gothico invenimus ſimilia compoſita in re militari, a numero formata, cujusmodi ſunt,

bundafads, centurio, ab *bunda* centum. Luc. VII. 6. *inſandida du imma ſa bundafads frijonds*: miſit ad eum Centurio amicos.

thuſundifaths, tribunus, millenarius, a *thuſund* mille. Joh. XVIII. 12. *hanſa jah ſa thuſundifaths undgripun Jaiſu*, cohors & tribunus comprehenderunt Jeſum.

Et huc etiam ſpectat *thiufads* decurio militum, a *ty*, *tyo*, quod etiamnum in toto Septemtrione decem ſignificat. Hinc adſentiri non poſſum HICKESIO, qui in *Diſſertatione Epiſtolari* pag. 153. ſcribit: THIUFADUS *me judice accerſendum ab articulo Francico* THIU, *& Gothico* FADS. Et multo minus iis, de quibus ſcribit CANGIUS: *Quidam vocem hanc a Germanico* TIEF, *altus, deducunt, quaſi ſuprema fuerit inter inferiores dignitas*. Unde Gothis ſit *fads*, proxime aſſecutus videtur JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 151. dum illud deflectit a verbo Angloſax. *fadan*, *fadian*, diſponere, ordinare, quo ſenſu occurrit apud SOMNERUM & BENSONIUM. Significat autem non *diſpoſitionem*, ut ipſe voluit, ſed potius *diſpoſitorem* & *ordinatorem*. De vocula *tio*, quatenus decem ſignificat, vide plura in *tauſend*. Cæterum & hoc obſervandum, quod *Thiufadus* apud Gothos, more omnibus populis Germanicis recepto, duplicem perſonam ſuſtinuerit, militarem & civilem, decurionis in bello, judicis in pace. Vide Legem Wiſigoth. Lib. II. Tit. I. §. 15. 23. 26. Lib. IV. Tit. V. §. 6. Et quod de *Centeno* dixit TACITUS Cap. VI. de M. G. id etiam de *Decano* affirmandum eſt: *Quod primo numerus fuit, jam nomen & honor eſt*.

THON, argilla. Angloſax. *tho*. Illud per aphæreſin, hoc per apocopen a Græc. χθών terra. Inde Armoricis *tonnen* teſta, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. quia ex argilla.

THOR, uſus, utilitas. Angloſaxonibus *thor* eſt utilitas, *thor-fæſt* utilis, *thorleos* inutilis. Quæ etiamſi apud Lexicographos iſtius Linguæ non proſtent, nituntur tamen auctoritate CODICIS RUSHWORTHIANI, unde illa decerpſit JUNIUS in Obſerv. ad Will. pag. 257. Utile autem dicitur quod juvat, quod ſervat, & quo major eſt hæc in rebus aptitudo, eo major eſt earum utilitas. Hinc exiſtimo illud *thor* derivari a τηρῶν ſervare. Ab hoc ſimpliciſſimo principio oritur prolixa cognatio vocabulorum, quam docendi cauſa in quinque geniculos dividam.

I. A *thorfæſt* utilis, quod Angloſaxonicum eſſe vidimus, Antiquitas Francica & Alamannica formavit *thorf*, *tharf*, *derb*, per apocopen.

II. A *derb* utilis oritur *derben* expedire, prodeſſe.

III. A *derben* expedire, rurſus fit *darf* opus, *durft* quod expedit, quod fieri debet, quod neceſſe eſt.

IV. A *darf* opus, naſcitur denuo *darfen* opus eſſe & opus habere.

V. A *darfen* opus habere oritur *durft* neceſſitas, indigentia.

Ita demum feliciter explicantur tot intricata, quorum exitum nunquam invenient, qui hoc filo Ariadneo deſtituuntur.

THOR, audax, fortis, ferox. Vox Celtica. BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. *dewr* fortis, audax, ſtrenuus. Græcis θήρος eſt epitheton Martis, & exponi ſolet *bellicoſus, audax, ſtrenuus*. Refer ad *thüren* audere, de quo paulo infra. Inde nomina propria apud Gothos

THUROVARO, vir fortis vel audax, a *wer* vir. Unus ex Ducibus Gothorum, qui regnante Gallieno opinatiſſimum illud Epheſi Dianæ Templum diripuerunt & incenderunt, apud JORNANDEM de Rebus Geticis cap. 20.

THORISMUNDUS, eadem notione, a *mund* vir vel tutor, velut vir audax vel defenſor fortis, non *ore ferox*, ut GROTIUS interpretatur. Nomen Regis Wiſigothorum apud GREGORIUM Turonenſ.

THORISMODUS, vel *Thorimuth*, animo ferox, interprete GROTIO in Indice. Unus ex Satellitibus Beliſarii apud PROCOPIUM in Hiſt. Goth. Lib. 3.

THORISIN, ſenſu ferox, interprete GROTIO. Gepidarum Rex apud eundem.

THURGOT, primus Suecorum Epiſcopus apud ADAMUM Bremenſ. Forte idem ac *Deo fretus*.

THOR, temerarius. Island. *daare*, Suec. *dæra*. Ab auſu, ut antecedens. Nam temeritas eſt exceſſus in audendo, & hoc ſolo differt fortis a temerario, ut conſideranti patet. Græcis quoque θῆρος eſt impetuoſus, cognato ſignificatu.

THOR, ſtultus. Suecis *dæra*. Senſus a temerariis ad ſtultos translatus, quia temerarii ſunt amentibus ſimiles, ſive pericula imminentia contemnant, ſive aggrediantur. Ad priorem claſſem ſpectant Cheruſci, qui meruerunt vocari *ſtulti*, quod inter validos & inquietos temere quieſcerent, ſeque illis obnoxios redderent, memorante TACITO cap. 36. de M. G. Aliis *thor* & *thier* ſunt cognata. Verba veterum vide in *doll* & *dumb*.

THOR, vel *Thur*, Jupiter Saxonicus, Odini ex Friga filius, cui poſt mortem ſupplicationes factæ ſunt humanis ſacrificiis tanquam Deo. Quibus meritis, ignoratur. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *thor* gentilium Deus, unus e Saxonum antiquorum numinibus, Jupiter, *thors-dæg* dies Jovis. VERELIUS in Ind. *thor* deus Thor, Jupiter. ADAMUS Bremenſis citante Junio in Gloſſ. Goth. pag. 409. THOR, *inquiunt, præſidet in aere, qui tonitrus & fulmina, ventos imbresque, ſerena & fruges gubernat.* Et mox: THOR *autem cum ſceptro Jovem ſimulare videtur.* De victimis humanis Thoroni immolari ſolitis, vide WORMIUM in Mon. Dan. pag. 24. LUCANUS inter numina Gallorum recenſet quendam *Taranim*, quem multi cum Thorone confundunt. Mihi videntur diſtinguendi, cum minime verosimile ſit, Gallos, qui Odinum ejusque familiam forte non noverant, voluiſſe filium ejus divinis honoribus proſequi, hominem novum, obſcurum, & ſeptemtrionalem. Fieri tamen poteſt, ut uterque nomen ducat a verbo Celtico *taro* ferire, percutere, quod exhibet BOXHORNIUS in Lex. Ant. Brit. Nam *Thoroni* ſtulta adulatio *malleum* tanquam fulminum fabro adpinxit, non *ſceptrum*, ut ſcribit Bremenſis. WORMIUS in Mon. Dan. pag. 13. *At ſtatua* THORI, *quam cum ſociis venerabatur Dala Gulbrandus, loco ſcepteri* MALLEUM *manibus tenebat, docente Hiſtoria Olai Craſſi, quem inter Deos retulerunt Norvagi.* De malleo Thoronis vide plura apud VERELIUM in Hervarar-Saga, ubi ex Monumentis Runicis oſtendit, ſæpe *malleum* eſſe, quod nos *crucem* eſſe ſuſpicamur. Olim exiſtimavi, *Thor* nihil aliud denotare quam *regem*, & hanc conjecturam nondum penitus abjicere poſſum, etiamſi prius etymon malleo ſatis apte reſpondeat. Nam rex antiquiſſimis Græcorum dicitur τύραννος, Celtis *teirn*, vocabulo apud Cambros reſiduo. Unde Saxonibus *Thor*, plane ut Virgilio *Turnus* efformari potuit. Quænam derivatio alteri præferenda ſit, videant Lectores. Nomen adhuc nominatiſſimum eſt, atque inter parentes medium (quem locum etiam in Templo Upſaliæ magnificentiſſime exſtructo obtinebat) in appellationibus dierum, ſaltim apud Danos, Suecos, & Anglos, quibus feria quinta ſeptimanæ *thorsdag* & *thursday*, h. e. dies Thoronis dicitur. Et huc etiam ſpectant compoſita Scandica, *thorsdun*, *thorsdön* tonitru, ſonitus Thoronis, *thormænat* Januarius, menſis Thoronis &c. Mirum eſt, primos Evangelii præcones hæc & ſimilia paganismi veſtigia ſermonibus hominum non eripuiſſe, præſertim cum S. AUGUSTINUS cenſuram ſtringat in Chriſtianos, ethnicas dierum appellationes uſurpantes, in Enarratione Pſalmi XCIII.

THOR, mons. Vox antiquiſſima, & omnibus pene linguis, orientalibus & occidentalibus, præcipue vero Celticis uſurpata, quæ Syris & Chaldæis effertur *thur*, Angloſaxonibus *tor*, Latino-Barbaris *toro*, *torus*, *toronus*, apud CANGIUM in Gloſſario. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *tor* mons, *heab-torras* alpes. Radicem cuſtodiunt Cambri in verbo *dwyre* ſurgere, levare, arrigere. Quid enim ſunt montes niſi altitudines e terra ſurgentes? Inde nomina montium & monticolarum,

DYR, Atlas, lingua Mauretaniæ. PLINIUS Lib. V. cap. 1. *Mox amnem quem vocant* FUT, *ab eo ad* DYRIN (*hoc enim Atlanti nomen eſſe eorum lingua convenit*) *ducenta mill. paſſ.* STRABO Lib. XVII. pag. 825. *Quem Græci Atlantem vocant, Barbari* DYRIN.

TAURUS, mons Aſiæ.

TAURI, montes Sarmatiæ, de quibus OVIDIUS Lib. 3. de Ponto:

Eſt locus in Scythia (TAUROS *dixere priores,*)
Qui Getica longe non ita diſtat humo.

Inde *Tauri* & *Taurici*, & *Cherſoneſus Taurica*, & *Tauro-Scythæ* &c.

TAURINI, gentes Alpinæ inter Galliam & Italiam.

TURI-

TURINUM, caput Pedemontii, Auguſta Taurinorum.

TAURISCI, omnes populi alpini, præcipue in Norico & Vindelicia. Latitudinem ſignificatus demonſtravit CLUVERIUS in Norico cap. 2.

THURINGI, vel *Toringi*, montani, monticolæ, gens Germanica inter Salam & Werram, ſerius quidem nominata, ſed jam tum, cum nominari cœpta, longe potentiſſima, aliis fortaſſe populis ſive vi ſive ſponte in nomen ejus transgreſſis. Thuringiam hodiernam, ex qua veteris magnitudo initium cepit, montibus aſperam eſſe, nemo ignorat. Hæc vera nominis Thuringici origo. Qui aliam deſiderat, adeat SAGITTARIUM in Antiq. Regni Thuringici, & plauſtra nugarum inveniet.

THOR, collis. Quemadmodum *berg* nonſolum de montibus, ſed etiam de collibus dicitur, ſaltim apud veteres; ita etiam *thor* aliquando non montem tantum, ſed etiam collem vel monticulum denotavit. Exempla promiſcui uſus vide apud CANGIUM in voce *Toro*. Eſt & Græcis θυρὶς collis, manifeſto conſenſu.

THOR, acervus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *twrr* acervus, cumulus. Haud dubie quia colli ſeu monticulo ſimilis.

THOR, porta, janua urbis vel arcis. ISIDORUS cap. III. 3. *endi tor ni uuerdant bilohhan*, & portæ non claudentur. Hodie differt a *thür* janua, ſed citra auctoritatem. Nam in antiquiſſimis Dialectis porta & janua nullo diſcrimine dicitur, Hebræis *ſchar*, Syris *thera*, Perſis *der*. Similiter & Gothis *daur* eſt porta civitatis Luc. VII. 12. & janua privatæ domus Marc. II. 2. & oſtium ovilis Joh. X. 2. Linguarum Orientalium periti ab Hebræo *ſchar*, tanquam antiquiſſimo, cætera deducunt per mutationem S. in T. & inprimis BOCHARTUS apud BOXHORNIUM in Orig. Gall. pag. 25. Aliam conjecturam vide in *thür*, ubi ſignificatum ad ſimpliciſſima initia reduximus. Huc ſpectat vox Celto-Gallica *Iſardori* porta ferrea, locus in Gallia, de quo aliquid dixi in *eiſen* ferrum.

THOR-WART, janitor, oſtiarius. Goth. *daurwards* Joh. X. 3. Angloſax. *dure-weard*, Francis *duriuuart* apud OTFRIDUM Lib. II. cap. IV. 14. Proprie eſt cuſtos portæ vel januæ a *wart* cuſtos. Perſis idem homo dicitur *derban*.

THRAN, axungia. Vide *teer*.

THRAN, lacryma, *thrænen* lacrymæ. WILLERAMUS Cap. V. 3. *ih habo daz ſtuppe dero irdúkon gedanko abo mir mit uuirdegero ruiuuon zaberen geflozzet*, pulverem terreſtrium cogitationum dignis pœnitentiæ lacrymis a me abſterſi. Ubi Editio MERULÆ pro *zaberen* habet *trahene*. An hoc ex illo factum ſit, ſicut JUNIUS in Obſ. ad Will. pag. 148. & STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 632. arbitrantur, dubito. Nam *thran* eſt gutta doloris, & proprie dicitur de fletu, *zæhr* vero quævis gutta, quacunque de cauſa oculis expreſſa. Sic lacrymamur a cepis, a fumo, & quocunque acri oculis illapſo, in vomitu, pandiculatione, & cæteris. Sic lacrymantur etiam bruta, cervi, damæ, canes, ſed non flent. Diſtinctionem fecit ipſa natura, quod vir clariſſ. D. JO. FRID. SCHREIBER in Diſſert. Acad. *de lacrumis ac fletu* erudite expoſuit. Equidem *zæhr* ab omnibus veterum Dialectis dicitur etiam de fletu. Sed præſtat naturam ſequi ducem, & res diverſas diverſis nominibus ſalutare, quod mihi videntur feciſſe ii, qui guttam doloris appellarunt *thran*, a Gr. θρηνῶ lugere, lamentari, poſita cauſa pro effectu, luctu pro fletu ex luctu. Poſtea *thran* a dolore ad alios quoque animi affectus transferri cœpit. Hinc flere dicuntur etiam ii, qui præ gaudio lacrymas effundunt, quod fit, quando dolorem minui, quamvis non penitus tolli, ſentiunt.

THRON, ſolium, ſedile regium. Græc. θρόνος, Lat. *thronus*, Camb. *trwn*, Armor. *tron*. PEZRONIUS a Celtico cætera deducit in Antiq. Celt. pag. 416. MARTINIUS a θράω ſedeo, quem ſequitur STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 633.

THUN, agere, facere. Gothis *taujan*, Angloſax. *don*, Franc. & Alam. *duen*, *tuon*, *tuan*, Belg. *doen*, Angl. *doe*. Gloſſ. Keron. facere, agere *tuan*, egit *teta*, fac *tua* &c. Græcis quoque θύω eſt facere, quod pro etymo adducit MARTINIUS. A *thun* porro fit *that* factum. In compoſitis formam & ſenſum ſumit a ſocio, inſtar chamæleontis, qui ſe omnibus, quibus adhæret, accommodat, ut obiter dixi in *anthun* afficere.

THUR, *thür*, foramen, ſive manu ſive natura factum. Significatus antiquiſſimus, unde reliqui tanquam penetralia a foribus dependent. Hoc ſenſu Gothi dicunt *thairks* Luc. XVIII. 25. *Ratbizo iſt ulbandan thairh thairko nethlos thairbleitan*, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire. Idem Angloſaxonibus *thyrl*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *thyrl*, *thyrel* foramen, *eag-thyrl* feneſtra, *næs-thyrlu* nares. Quibus addo ex Evangelio Gentis Marc. X. 25. *nædle thyrl* foramen acus. Ubi *thyrl* haud dubie eſt diminutivum a ſimpliciori *thyr*. Si conferamus Celticam Dialectum, prout hodie a Cambris cuſtoditur, patebit unde fint. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *torri* frangere, ſecare, rumpere, *torr* fractio, ſectio. Quibus conveniunt Gr. τορέω transfigo, penetro, trajicio, τορὸς penetrans. Omnium radix eſt præpoſitio Belgica *door* per, quatenus tranſitum per locum ſignificat.

THUR, *thür*, janua, oſtium, fores. Vox antiquiſſima, & humano generi pene coæva. Conſenſum Orientis vide ſupra in *thor* porta. Eadem vox proſeminata eſt in Occidente a Celtis. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *dôr* valvæ, oſtium. Sic Armorici. Concinit Gr. θύρα, Goth. *daur*, Angloſax. *dora*, *dure*,

dure, duru, Franc. & Alam. *duri, thuri*, Belg. *deur*, Island. *dyr*, Angl. *doore*, Suec. *dör*, Procop. *thurn*, Sorab. *duri*. Gloſſ. Keron. fores *turim*. Gloſſ. Lipſ. *duiri* januas. Gloſſ. Pez. oſtiola *turili*. TATIANUS cap. CCXVI. 3. *uuer aruuelzit uns then ſtein fon then thuron thes grabes*, quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Senſus a foramine ad oſtium translatus, quia oſtium eſt foramen, quod tranſitum præbet ingredientibus. Apud incultas gentes hodieque fit primo caſa, & deinde janua perforatur. Id quod antiquitus quoque factum eſſe ante ædes ex latere coctili inventas, nullus dubito. Hinc oſtiarius in Evang. Angloſax. Joh. X. 3. dicitur *geatweard*, quaſi cuſtos foraminis. Huc ſpectant ex antiquitate

Duropellum, limen, ſpatium januæ inter duos poſtes, a Belgico *paal* palus, columna, fulcrum. Vox Salica Tit. LXI. 1. quæ Belgis ſuperat in *deurpel*, limen, quod habet KILIANUS.

thurſule, poſtes, a *ſaul* columna. Extat apud LINOENBROGIUM in Gloſſ. Latino-Theot.

THUR, *thür*, porta. Alias *thor*, quod uſitatius. Sed & *thür* aliquando portam ſignificat, in compoſito *kirchthür* templi porta. Alias *thür* & *thor* uſu quidem differunt, ſed hodierno tantum. Nam apud veteres janua & porta non habent diſcreta vocabula, quia res ipſa uno contenta vocabulo videbatur. Quid enim eſt porta, niſi foramen per quod tranſitur in urbem, arcem, cætera? Nam portas quoque foramina priſcis appellari, rurſus diſcimus ex Evang. Angloſax. Luc. VII. 12. ubi portæ civitatis vocantur *ceaſtre gate*, h. e. foramina caſtri. Certe *gat* hodieque apud Belgas eſt foramen, isque primus vocis ſignificatus, qui poſtea ad januas, mox etiam ad portas translatus eſt. VEREL. in Ind. *gatt* oſtium, janua, foramen.

THUREN, *thüren*, audere, *ich thar* audeo, *du thüreſt* audes. Forma verbi antiquiſſima, qua utitur LUTHERUS, optimus in arte dicendi magiſter, Lev. XXVI. 38. & paſſim, cui uſus recentior ſubſtituit *darfen*, quamvis nullo veterum auctoramento, ut demonſtravi ſupra in loco. Derivata vide in *dürren* ejusd. ſignificatus.

THUREN, thüren, opus eſſe. Utitur LUTHERUS in Tomis Jenenſibus apud STADEN. in Voc. Bibl. pag. 637. *ſie thüren ſich nicht fürchten*, non opus eſt ut ſibi timeant. Utitur etiam OTFRIDUS Lib. I. cap. XVII. 10.

Thes mera ih ſagen nu nit thar.
De quo non opus hic plura dicere.

Ubi Codex Vaticanus & Vindobonenſis obſervante Cl. SCHERZIO habent *tharf*, quod haud dubie melius. Nam *thar* eſt audeo, quod a mente ſcriptoris alienum. Contra *darfen* eſt opus eſſe, & inde *thareu* vel *thüren* per ſyncopen. Nam litera F. eſt ludibrium vulgi, & jam rejicitur ubi neceſſaria, jam adhibetur ubi ſupervacanea.

THURN, ædificium altum, gracile, & rotundum, Heb. *zur*, Syr. *tur*, Græc. τύρις, Lat. *turris*, Armor. *twr*, Angloſax. *tor, torr, torra*, Hibern. *tor*, Angl. *tower*, Belg. *toren*, Suec. *torn*, Gall. *tour*, Sorab. *turm*. De origine vocis multi multa prodiderunt, ſed valde incerta, & minus probabilia. Celtæ, & hodie Cambri, quorum Lingua eſt vetuſtiſſima, cuſtodiunt verbum *dwyre* ſurgere, levare, erigere. Hinc *thur* vel *thurn*, quatenus eſt verbale vel derivativum a *dwyre*, ſignificat quantum poteſt, *ædificium altum* & *ſolum elevatum*. Illud *turrim* & *arcem*, hoc *montem, collem*, & *tumulum* appellamus. Uterque ſignificatus convenit in notione altitudinis, & uterque priſcis fuit uſurpatus, ut mox oſtendam.

THURN, arx, locus turribus munitus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *twr* arx. Gloſſ. Pez. regiam *turi*. VEREL. in Ind. *herturn* turres, caſtella. Anglis *tower* arx, caſtellum. TYRRHENOS ab ædificiis munitis ſic dictos eſſe, memoriæ prodidit DION. HALIC. Lib. I.

THURN, mons. CLUVERIUS in Norico cap. 2. „Montes Noricorum inter Dravum „& Salſiacum amnes etiamnum vulgari vo„cabulo dicuntur *Taurn*, variis cognomen„tis diſtincti, ut *Krumler taurn, Windiſch „taurn, Felber taurn, Karn taurn, Calſer „taurn, Rauriſſer taurn, Kaſtein taurn, Val„lacher taurn, Rabſtæter taurn*, & alii. Hæc ille. Alias mons dicitur *thor*. Quod certe non differt a *thurn*, niſi ut verbale a derivato. De medio derivandi N. vide *Prolegomena*.

THURN, collis, tumulus. Inde vox Malebergica *thurnichalt* in L. Sal. Tit. XVII. 2. quæ proprie compoſitionem tumuli disjecti & exſpoliati (quales ſuper mortuis exſtruebant Franci) ſignificat, a *gelt* compenſatio, ſicut optime docet ECCARDUS in not. ad L. Sal. pag. 41. Confer *thor* collis.

TIEF, profundus. Gothis & Suecis *diup*, Angloſax. *deop*, Franc. *tiuf, diuf, dief* &c. Angl. *deep*, Belg. *diep*, Sax. inf. *dup*. Colloq. Chriſti cum Samaritana verſ. 23. *diſiu buzza iſt ſo tiuf*, hic puteus eſt tam profundus. Proprie eſt *fundoſus*, vel multum fundi habens, ſi, ut multis placet, originem trahat a Græc. βύθος profundus, quod eſt a βυθὸς fundus. Exempla ſimiliter facta, multa exhibet JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 142. Nos in *Proleg.* Sect. IV. in *anaſtrophe*. Hoc SKINNERUS violentum vocat. Sed tamen commodum eſt. Nam hinc intelligimus, cur idem nomen in omnibus Dialectis, non ſolum *profundum*, ſed etiam *altum* & *longum* deſignet. Metaphorice dicitur de ſomno, cogitationibus, ſcientia, voce, myſteriis, aliisque rebus, quæ dimenſionem non habent, profundo tamen ſimiles ſunt.

TIEFE, profunditas. Perſis *dibi*, Franc. *tiuphi*,

tiuphi, tiefi. Gloſſ. Pez. altitudinem *tiuphi*, ſyrtem *untiuphi*. NOTKERUS Pſal. CVI. 24. *die geſahen Gotes unergh unde ſinin uuunder in dero tiefi*, viderunt opera Dei & mirabilia ejus in profundo. Lex Sal. Tit. XLIV. 3. *ſi quis hominem in puteum aut in vipida jactaverit.* Lego *duipida*, auctoritate Codicis Arg. Luc. V. 4. *brigg ana diupitha*, duc in altum. Quod dicitur de lacu Genezareth. *Vipida* eſt vox nihili.

TIEFEN, profundum facere, *vertiefen* profundius facere, *ſich vertiefen* profundo ſe immergere. Refer ad antecedentia.

TIEL, aſſer, *tielen* aſſamenta. Græcis ταυλὴ eſt tabula, Latinis *talea* ſegmentum ligni apud NONIUM, Angloſaxonibus *thille* tabula ſectilis, planca, aſſamentum, Armoricis *taul* menſa, Cambris *tylath* trabs, tignus, Islandis *thil* ſponda, tabulatum. Omnia conveniunt in radice *teilen* ſcindere, ſecare. A *tiel* rurſus fit *tielen* tabulare, Angloſaxonice *thillian*.

TIGEL, teſta. Proprie eſt later, a Lat. *tegula*, & dicitur de teſta, quia teſta eſt lapis coctus ut tegula. SOMNER. in Dict. Angloſax. *tigel* tegula, later, teſta, *tigel-wyrhta* laterarius. In Evang. AS. Matth. XXVII. 7. *tigel-wyrhta* ponitur pro figulo.

TIGER, tigris, τίγρις. Chaldaicum.

TILGEN, delere, deſtruere, perdere. Angloſax. *dilgean* apud BENSON. Francis *tiligon*, & compoſite *fertiligon*. NOTKERUS Pſal. CV. 34. *ne fertiligoton die diete, die Got hiez tiligon*, non diſperdiderunt Gentes, quas Deus juſſit delere. Gloſſ. Pez. eradicare *firtiligon*. Gothica Lingua *dalg* eſt fovea, Saxonica *telg* ſurculus. Hinc eruditi in partes diviſi, ut *tilgen* aliis ſignificet *fuſſodiendo evertere*, aliis *exſtirpare*. Quorum illud JUNIO, hoc STIERNHIELMIO ſe probavit, quos merito reſellit STADENIUS, quamvis deteriora ſecutus. Revera enim eſt frequentativum a ſimpliciori *dilon*, quod e Celtica Lingua hauſit Francica antiquitas. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *dileu* delere, loco movere. OTFRIDUS Lib. V. Cap. VI. 96. *thaz ſie thia ſunta dilon*, ut deleant peccata. ISIDORUS Cap. V. 5. *dhazs unrehd uuerde ardilet*, ut deleatur iniquitas. Quibus conſonat Latinum *delere*, & Latino-Barbarum *talare*. Hiſpanicæ linguæ conſenſum vide in *teilen* deſtruere.

TILK, fovea, foſſa, foramen, Dial. Norica apud KIRSCHIUM invoce *lacuno*. Vox antiquiſſima, quæ Gothis effertur *dalg*, Bohemis *dulek*, Cambris *twll*, Suec. *dule*, Polonis *dol*. Verſio Gothica Luc. VI. 39. *ba in dalga driuſand*, ambo in foveam cadunt. Interpretes hujus Verſionis male & repugnantibus literis derivant a *dalath* deorſum, vel *daal* vallis. Propius videtur *delfan* fodere, quod extat in Verſione Angloſax. Luc. XVI. 3. Nam hinc primo fieri poterat *dalch*, mutato F. in CH. Poſtea vero *dalg*. Gothi ſane non habent CH. ſed coguntur illud per literas æquivalentes G. vel K. enunciare. Utriusque mutationis exempla per univerſam linguam turmatim occurrunt. Reliquæ voces, in quibus G. vel K. terminale deſideratur, ſunt a pigritia pronuncantium.

TILL, anethum. Gloſſ. Pez. anethum *tilli*. Idem Angloſax. *dile*, Angl. *dill*. A Græc. θόλος umbella, quia umbelliferum, judice MARTINIO in voce.

TISCH, ferculum, patina, vas rotundum in quo aliquid apponitur. Gloſſ. Boxh. *diſc* ferculum. Evang. Angloſax. Marc. VI. 28. *and hys heafod on diſce brohte*, & attulit caput ejus in patina. Omnium conſenſu eſt a Gr. δίσκος.

TISCH, menſa. Senſus a ferculo ad menſam translatus auctoribus Francis, quia menſa eſt ferculum, & rotunditate patinam, primam & antiquiorem menſam, refert. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 95. *diſc* menſa, *diſc lachen* menſale, mantile. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XL ab init.

So ſie tho thar gazun,
Noh tho zi dúge ſazun.

Cum ibi comederent,
Et adhuc menſæ accumberent.

TITÆA, ſoror & uxor Urani, mater Titanum & totius familiæ Deorum, prima mulierum in cenſum Deorum relata. Nomen *terram* ſonat. DIODORUS Lib. III. cap. 57. TITÆA, *quod & prudentia & meritis erga alios excelleret, poſt fata inter Deos ab his, quos beneficiis ſibi devinxerat, recenſita fuit, &* TERRÆ *nomen accepit.* Terra autem lingua Celtica vocatur *tit*. Auctor Etymologiæ eſt PEZRONIUS in Antiq. Celt. pag. 60. De Celtico terræ nomine prolixius actum in *deut* & *teut*. Quo nomine hæc Regina culta fuerit in Germania, id vide in *Herthe*.

TITAN, quatenus eſt epitheton ſolis, cum *Titæa* & *Titanibus* nihil habet commune. Veram nominis interpretationem vide in *tan* ignis.

TITANES, Urano & Titæa geniti, qui a patre vocantur *Cœligenæ*, a matre *terrigenæ*. Nam *eni* Celtica lingua eſt naſci, *ener* natus, nativus, *teg ener* pulcher natus, MORINI marigenæ, DARENI quercigenæ, quæ partim apud BOXHORNIUM in Lex. Ant. Brit. partim apud BAXTERUM in Gloſſ. Antiq. Brit. reperire licet. PEZRONIUS nomen Titanicum deſumit a *dyn*, *den* homo, & *tit* terra. Sed malim eos cum antiquitate vocare *terræ filios*, quam *terræ homines*. Nomen fuiſſe familiæ illuſtris, latiſſime regnantis, & divinitatis opinionem apud poſteros conſecutæ, non alicujus populi, convenit inter omnes ſcriptores. Hinc aſſentiri non poſſum PEZRONIO, qui Gentem *Sacarum* ſub hoc nomine latere putat Germanis *Titanes* haud ignotos fuiſſe, ex nominibus Deorum Dearumque, *Herthæ*, *Iſidis*, *Mercurii*, *Herculis*, *Martis* &c. videtur

tur colligi poſſe, niſi nos fallant Scriptores rerum Germanicarum antiquiſſimi.

TITTE, mamma. Vide *düste*.

TITUL, præfamen honoris, inſcriptio &c. A Lat. *titulus*, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. titulos *titalun*. Differt a *tüttel* origine & ſignificatu.

TOBACK, *taback*, herba Americana, ab Inſula *Tabaco*, ubi freqſuens naſcitur, ſic dicta, judice MARTINIO, cui adſtipulatur SKINNERUS.

TOBEN, vertere & verti, circumagere & circumagi. SKINNERUS tribuit Belgis *toppen*, Gallis *toupir*, eodem ſenſu. Credo prioribus. Nam hodie eſt verbum extinctum in omnibus Dialectis, & non niſi in derivatis ſuperſtes. Talia ſunt,

topf, trochus, inſtrumentum puerile, quod flagello circumagitur.
topf, olla, vas fictile rotando factum.
tobel, vertigo capitis, apud SCHILTER. in Gloſſ. Teut.

Origo verbi, ſi quid video, eſt a *dümen* circumagere, quod vulgus mutavit in *toben* & *toppen*, mutatis labialibus. Inde eſt, quod vertigo promiſcue dicitur *dümel* & *tobel*. De verbo *dümen* vide plura in *daumel*.

TOBEN, furere, inſanire. Id eſt, vertiginem mentis pati, veſania circumagi, ut illa apud VIRGILIUM Æn. VII. quæ cum trocho comparatur:

- - Furit lymphata per urbem,
Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo.

Gloſſ. Pez. inſanire *topon*, inſanient *topont*. Hinc porro deliratio & deliramentum Angloſax. dicitur *dofung*, Francis *dobunga*. TATIANUS Cap. CCXXIII. 5. *thiſiu uuort uuarun giſeban fora in ſama ſo tobunga*, verba iſta viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum.

TOBEN, tumultuari, ſtrepitum & fragorem edere inſtar furioſi. Cum hoc ſignificatu convenit Gr. δοπέω ſtrepere, & δοπος ſonitus, fragor.

TOCHT, ellychnium. Utitur Luth. Matth. XII. 20. Vide *tacht*.

TOCHTER, filia. Gothis *dauhtar*, Luc. II. 36. Angloſax. *dohtor*, ibid. & alibi *dohter*, Francis & Alam. *dohter*, Perſis *dochter*, Gr. θυγάτηρ. OTFRIDUS Lib. I. cap. VI. 10. *heil, uuih dohter*, ave ſancta filia. TATIANUS Cap. VII. 9. *Anna uuizzaga dohter Fanueles*, Anna prophetiſſa filia Phanuelis Cap. LX. 9. *Dohter, thin giloubo teta thih heila*, filia, fides tua ſalvam te fecit. Et mox: *uuanta tot iſt thin dohter*, quia mortua eſt filia tua. Cum tantus ſit hujus vocis in vetuſtiſſimis Linguis concentus, hinc illam ad voces a Scythis in Aſia & Europa proſeminatas forte haud immerito retuli in Præf. ad Germ. §. 17. Proprie autem ſignificat gnatam vel fœturæ aptam, a *tygen* gignere, parere, procreare. STIERNHIELMIUS in Gloſſ. Ulfila - Goth. *Certum eſt*, inquit, *vocem eſſe Japheticam, ſed cujus Dialecti? An ejus, cujus eſt* tygen *gignere*, tocht *ſoboles*, vieh-tocht *genitura, productio, fœtura pecorum? Nec abludit Gr.* τόκος, *fœtus, partus*. Hæc ille: Cui conſentit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 640. De verbo inferioris Saxoniæ *tygen* vide plura in *zeugen*. In Gloſſario Schilteriano *tochter* deſideratur.

TOCKMEUSER, tenebrio. Vide *muten* mutare.

TOD, mors. Gothis *dauth*, Marc. IX. 1. Angloſax. *death*, ibid. Francis & Alam. *tod, dot, tot*. Gloſſ. Keron. mors *tod*, mortis *todes*, mortem *tode*. TATIANUS Cap. CLXXX. 5. *gitroubit iſt min ſela unz in tot*, conturbata eſt anima mea usque ad mortem. JUNIUS vocem Germanicam deſumit a Græca δηθαίων longævus, quæ eſt a δηθὰ diu, & rationem appellationis hanc reddit, quod populi Septemtrionales in morte fiduciam vitæ ſempiternæ collocaſſent. Hinc illæ vitæ prodigalitas, & mortis apud illos contemptus, a multis ſcriptoribus celebratus, quem fuſe proſequitur in Gloſſ. Goth. pag. 140. Sed hanc etymologiam, cum venuſta magis quam probabilis videatur, deferendam putavi in notis ad KERONEM, ubi ſequentia annotavi: „ſicut Græcis θάνατος eſt a θνήσκω „mori: ita Germanis *tod* ab obſoleto *douuen* „perire, occumbere. Ipſum vero *douuen* ſæpius occurrit apud OTFRIDUM Lib. III. cap. XXV. 49.

Thaz baz iſt, man biuuerbe,
Thaz ein man bi unſih ſterbe,
Joh einer bi unſih douue,
Ther liut ſih thes gifrouue.

Optimum eſt, operam dare,
Ut unus pro nobis moriatur,
Et unus pro nobis pereat,
Et populus inde gaudeat.

Ibid. cap. XXVI. 77.

Thanne uuorolt Kuninga
Sterbent b'iro thegana,
In uuige jo gilicho
Douuent theganlicho.

Nam Reges ſæculi
Moriuntur pro ſuis ſervis,
In bello ſimiliter
Occumbunt fortiter.

Et hujus etymologiæ me nondum pœnitet, præſertim cum videam, Cel. SCHILTERUM ex eodem fonte derivationem inſtituere in Gloſſ. Teut. pag. 235. *Ut a blüen blüt, ſic a douuen dot*. Simile, imo affine eſt Græcorum φθίω, φθίνω perdo, facio ut pereat.

TODEN, *töden*, mori. A *tod* mors. Gothis *gadauthnan* eſt mori, Joh. XII. 33. *gadauthnith* moritur, Marc. IX. 48. *gadauthnoda* mortua, Luc. VIII. 49. *gadauthnodedun* moriebantur, Matth. VIII. 32. Similiter & Angloſax. *dydan* eſt mori, *dydend* moriens, apud BENSON. Francis & Alam. *toden* ſæpe idem ſignificat. Sic terra morientium NOT-

KERO

KERO dicitur *lande todendon*, Pſal. XXVI. 13. Quædam Dialecti literam D. de medio vocis tollunt. Hinc mori Danis *doë*, Suec. *döö*, Angl. *die*. Apud Germanos nullum vocis veſtigium. Alias mori Gothis dicitur *ſwiltan*, Angloſax. *ſweltan*, Francis & Alam. *ſterban*, quod uſus reliquit, dum cætera abolevit. De verbo Gothico vide dicta in *wal* mortuus.

TODLICH, *tödlich*, mortalis, morienti ſimilis. Hinc conditio caduca mortalium ab interprete ISIDORI vocatur *dhiu zifarande chriſcafi dhero dodlihhono*, apud PALTHENIUM pag. 240. Similiter & Angloſaxonibus *deathlic* eſt mortalis. Hodie non amplius utimur. Nam *tödtlich*, quod ex uſu hodierno eſt, origine & ſignificatu differt a voce *Iſidori*.

TODSCHLAG, cædes. Proprie percuſſio ad mortem, a *ſlahen*, *ſlagen* percutere. Veteres utuntur compoſitis, *manslihi*, quod Saxonicum, & *manslaht*, quod Francicum, quæ proprie ſignificant *homicidium*, a *man* homo, & *ſlahen* occidere. Inde etiam *manslago* homicida, apud TATIAN. XXVI. 1. *ni uuiz manslago*, non occides.

TODT, mortuus. Gothis *dauths* mortuus, Marc. IX. 26. *dauthai* mortui, Matth. XI. 5. Angloſax. *dead* mortuus, *deade* mortui, *deathas* manes. Similia habent Franci & Alam. Gloſſ. Keron. mortuum *totan*. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XXXIV. 5.

Thiu grebir ſih indatun,
Joh giangun uz thie dotun.
Sepulcra ſponte aperiebantur,
Et exierunt mortui.

A *töden* mori. Huc ſpectat ex *Indiculo Superſtitionum & Paganiarum* Synodi Liftinenſis an. 743. DADSISA, quæ dicitur *ſacrilegium ſuper defunctos*. CANGIUS per hoc ſacrilegium intelligit convivia gentilium ad tumulos defunctorum, quæ nonſolum hic a Karlmanno Principe, ſed etiam a Carolo M. in Capit. Lib. VI. cap. 197. proſcribuntur his verbis: *Admoneantur fideles, ut ad ſuos mortuos non agant ea, quæ de paganorum ritu remanſerunt - - - Et ſuper eorum tumulos nec manducare nec bibere præſumant.* Et has epulas in ipſa voce deprehendit SCHILTERUS, qui illam compoſitam cenſet, ex *dads* mortis, & *iz* dapes, ſic ut *dadſiſa* idem ſit quod Græcis νεκροδαιτια, Latinis *feralia*, *inferiæ*, Germanis *todten-mal*. Alibi tamen videtur eandem vocem aliunde componere, nempe ex *ſiz* ſedes, quaſi hanc animo foviſſet opinionem, *dadſiſas* eſſe, vel triclinia mortuorum vel excubias apud mortuos. Vide Gloſſ. Schilt. pag. 193. & 235. Neutra conjectura a voce Synodali nimis recedit, præſertim ſi ſupponamus, Synodum Francicas voces ante oculos habuiſſe. Nam *az* & *ſez*, quæ Francis & Alamannis *cibum* & *ſedem* denotant, a Latino-Barbaris facile mutantur in *iſa* & *ſiſa*. Verum cum aliunde conſtet, totum Synodi Indiculum in gratiam Saxonum compoſitum eſſe (ut ab Ill. ECCARDO in Præf. ad Catech. Theotiſc. pag. 47. oſtenſum) a quorum idiomate voces illæ longius abludunt: hinc aliis examinandum relinquo, annon *ſiſe* idem ſit quod *ſite*, luctus, planctus. Veſtigium vocis occurrit in Ind. VERELII, ubi *ſyta* exponitur lugere, plangere, *dauda ſyta* mortem plangere, *ſut*, *ſyting* luctus, mœror. Nam & hic inter paganias ritusque Saxonum ſuperſtitioſos numeratur apud priſcos, & vetatur in Capitulis. Hinc in eadem, quam ſupra citavi, conſtitutione Carolina, fideles jubentur admoneri, ut in funeribus ſuorum, *quando eos ad ſepulturam portaverint*, ILLUM ULULATUM EXCELSUM (qui forte tunc *dodſyte*, & alia Dial. *dadſiſe* appellabatur) *non faciant.* - - - *Quodſi fecerint, canonicam ſententiam accipiant.* Et hæc interpretatio robur accipit ab ordine, quo Indiculus Synodi conceptus eſt, quem hic deſcribam.

INDICULUS SUPERSTITIONUM ET PAGANIARUM.

I. *De Sacrilegio ad ſepulchra mortuorum.*

II. *De ſacrilegio ſuper defunctos, id eſt, Dadſiſas.*

Ad primum articulum ſpectant *convivia ſepulchralia*, ad ſecundum *luctus funebres*. Nam eandem rem in tanta brevitate bis indicari, non placet.

TODTE HAND, in Capitularibus Regum Francorum, aliisque medii ævi monumentis, Latine dicitur *manus mortua*, interpretatione haud dubie ad literam Germanicæ dictionis efformata. Quid ſignificet, multis tam difficile viſum explicatu, ut CANGIUS, cujus acumen nihil non vidit, fateatur, *ſe hic cæcutire*, Tom. II. Gloſſ. Lat. Barb. pag. 430. Paucis igitur dicam, non quid ſit (quod forte nunquam aſſequar,) ſed quid mihi videatur eſſe vi appellationis. *Manus mortua* proprie eſt manus amputata, dicturque allegorice de re, qua quis libere uti non poteſt, non magis ac manu reciſa, ſive ob ſervitutem, ſive aliam ob cauſam, quarum poſſunt eſſe plures. *Hand* ſæpe rem & facultatem denotare, quam poſſidemus, ſupra demonſtravi in voce. Hinc *todte hand* eſt omnis facultas, quæ nec a vivente donari, nec a moriente in alium transferri poteſt, ſenſu quidem allegorico, ſed, ni fallor, optimo & legitimo. Quod enim tale eſt, eſt inſtar manus reciſæ, quæ non amplius ad nutum noſtrum movetur, adeoque caducum & mortuum dici poteſt. Dicitur autem primo de *rebus ſervorum*. Hinc ſervi & omnes glebæ adſcripti, vocantur *homines manus mortuæ*, quia de bonis ſuis teſtamento cavere non poterant, quod optime animadvertit CANGIUS, quamvis ignarus, ſe a vero vocis ſenſu tam prope abeſſe. Quo ipſo non videntur magnopere probandi, qui caducam ſervorum hæreditatem

ſic

ſic dictum exiſtimant, a dextra defuncti amputata, quæ, ſi nihil reliquiſſet in bonis, Domino fuerit offerenda. Similiter res quædam *Vaſalli* vel *Miniſterialis* defuncti, præcipue melior equus, melior gladius, melior lorica, vocantur *manus mortua*, quia in præjudicium Domini ad hæredes tranſire non poterant, ſed Domino erant offerendæ, vel certe pecunia redimendæ ab hærede vaſalli defuncti pro obtinendo feudo paterno. Rem ipſam demonſtravit Cl. ESTOR in Commentario de Miniſterialibus pag. 265. quamvis in voce *manus* erroneus, quam ille Germanicam cenſet, quaſi *manus mortua* ſit homo mortuus, a *man* homo. Denique etiam *prædia & latifundia Eccleſiæ* eodem nomine inſigniuntur, *quia* (ut præclare ſcribit SPELMANNUS in Gloſſ. Archæol. pag. 395.) *Reipublicæ velut mortua ſunt, utpote quæ nec ad populum tranſeunt, nec ad Dominum remeant, nec fructum feodalem exhibent:* MORTUO MARI *omnino ſimiles, cui multæ influunt aquæ, ſed nec refluunt, nec moventur, nec in uſum conducunt publicum.* Ab his Reip. cadaveribus ipſi Eccleſiaſtici ſæpe vocantur *homines manus mortuæ*, quia non licet illis de bonis ſuis teſtari aut diſponere, non magis ac ſervis. Atque his tribus claſſibus totum *manus mortuæ* myſterium, ni fallor, abſolvitur.

TODTE HAND, mortuarium. Sic autem Latino-Barbari vocant jus, quod Dominus habet, vel ſuccedendi in bonis ſervi absque liberis defuncti, vel in rebus Vaſalli aut Miniſterialis defuncti. Exempla vide apud CANGIUM in voce. Nomen habet ab objecto.

TODTEN, *tödten*, necare, in ſtatum mortuorum redigere. A *todt* mortuus. Gothis *afdauthjan* eſt interficere, Matth. XXVII. 1. Suecis *döda* occidere, Græcis φθίνω perdere, deſtruere, facere ut pereat. Ab alterutro eſt Gallicum *tuer* trucidare. Saxones & Franci utuntur aliis verbis ad hunc ſenſum exprimendum, quæ vide in *ſchlagen* & *ſterben*.

TODTLICH, *tödtlich*, lethalis, occidenti ſimilis. A *tödten* necare. Dicitur tantum de morbo aut vulnere periculoſo, quod necem minari videtur, quamvis nullo apud veteres exemplo. Nam *tödlich*, quod ſupra produxi, alium habet ſenſum.

TOFFEL, crepida. Ita vulgus in Suevia. Sed & Sueci habent *toffla* eodem ſenſu, & *lyten toffla* crepidula, & *tofelmakare* crepidarius. Cuncta a Lat. *tabula*. Tales enim erant veterum crepidæ, non thecæ ut hodie, ſed ſoleæ ex tabulis ligneis confectæ, & plantis pedum alligatæ. Hodie utimur compoſito *pantoffel*, poſtquam thecæ ſoleis ſucceſſerunt, ut ſupra oſtendi in voce.

TOFSTEIN, pumex. Vide *tuchſtein*.

TOGEN, *tögen*, celare, occulere. Verbum faceſſens a Celtico *techu* latere, latitare, quod hodie cuſtodiunt Cambri. Quid enim eſt occulere, niſi facere ut lateat? Utuntur hoc verbo recentiores Alamanni apud GOLDASTUM in Paræneticis pag. 396. Habes ibi *minne tögen* amorem celare, *weder offenbar noch tögen* nec palam nec clam, *tögen* arcana. WINSBEK in Paræneſi ad Fil. §. 9. *Sun, du ſolt-din tögen niht den tumben ſagen*, noli fili committere arcana tua ſtultis. Sed his longe antiquiora occurrunt apud Francos, quibus *tougan* erat occultare, & *tougani* arcanum, occultum, ſacrum, & myſticum. Gloſſ. Pez. ſacramentum *tougani*, ſacramenta *gitougini*, myſticos *taugni*. Gloſſ. Boxh. *tauganiß* arcana, *taugno* clam. Gloſſa Juniana in Obſ. ad Will. pag. 38. *tauganiu muates* occulta mentis. NOTKERUS Pſal. XVIII. 13. *miſſetate ſint tougen unde machen tougeni*, delicta ſunt occulta & efficiunt occultationem. Puta, quia occœcant hominem, ut nec ſe, nec illa videat. Conſenſum Linguæ Angloſaxonicæ vide in *dunkel*.

TOLK, interpres, Dial. Belgica, Scandica, Islandica, Polonica, Lithuanica. A Suecico vel Islandico *tolka*, *tulka* interpretari, & hoc a *tal* lingua.

TOLL, ſcribe & vide *doll*.

TOLMETSCH, interpres. A *dolmetſchen* interpretari, quod vide.

TOMMELN, ſaltare, & facere ut ſaltet. Vide *tummeln*.

TON, argilla. Vide *thon*.

TON, ſonus. A θόνος percutio, per metonymiam cauſæ. Vide plura in *don*.

TONNE, vas ligneum, dolium, cadus &c. Lat. *tina*, Armor. *tonn*, Camb. *tunnell*, Angloſax. Hibern. & Angl. *tunne*, Belg. *ton*, *tonne*, Gall. *tonne*, *tonneau*, Sorab. *tonna*, Lat. Barb. *tonna*, *tonella*. Cuncta judicio SKINNERI a Lat. *tina*, & hoc a Græc. δῖνος, quod eſt vaſis genus vinarii apud HESYCHIUM.

TOPF, trochus, turbo. Belg. Angl. & Camb. *topp*, Gallis *toupie*. Quidam ſcribunt *turpie*, tanquam eſſet a *turbine*, audacius quam par eſt. Nam *topp* ſicur optime obſervatum MARTINIO, eſt a Belgico *toppen* circumverti, quia ſub verbere agitur in gyrum. Hinc alia Dialecto dicitur *torl*, ſive a *draien* vertere, torquere, ſive a *trillen* gyrare, quia flagello circumagitur. De verbo Belgico vide plura in *toben*.

TOPF, olla. Sax. inf. *topp*. Vox Germanis hodiernis propria, in qua novitas cum obſcuritate conjuncta eſt. Quidam derivant per anaſtrophen a *pot*. Quod potius invertendum. Si Græcus eſſem, deflecterem a τύπωμα urna, vel a δίπας poculum, quia nomina vaſorum ſolent confundi. Idque fortaſſe facerem cum faſtidio multorum, qui Græcis originibus non delectantur, etiamſi ſæpe ſint neceſſariæ. Videamus ergo, annon aliunde vocabulo lux affundi poſſit. Trochum Belgis aliisque vocari *topp*, a *toppen* circumagi, paulo ante oſtenſum. Ad hanc familiam optime referri poteſt *topf* olla, quia per ollam omnes intelligunt vas fictile, quod rotando paratur a figulis, nec aliter parari poteſt.

TOPFER,

TOPFER, *töpfer*, figulus. Ex eodem fonte, quia figulus eſt opifex, qui vaſa rotando fingit. Vox nova & nuper addita. Nam figulus Gothis dicitur *kasja*, a *kas* vas, Matth. XXVII. 7. Angloſaxonibus *tigel-wyrhta* ibidem, a *tigel* teſta, & *wyrcan* facere, parare: Francis *leimo-wurhto*, a *leim* lutum, argilla, in Harm. Evang. Tatian. Cap. CXCIII. 5.

TOPP, faſtigium, apex &c. Vide *zopf*.

TOPPEN, circumagere & circumagi. Vide *toben*.

TORF, gleba foſſilis & uſtilis. Angloſaxon. *tyrb, tyrf, turfe*, Belg. *torf, turf*, Angl. *turf*, Island. *torf*, Suec. *torfwa*, Gall. *tourbe*, Lat. Barb. *turba, turfa*. Verbale a *torfa*, quod in vetuſtiſſima Islandorum lingua duo denotavit, (1.) fodere, infodete, effodete. Hinc illis *torfogæld* eſt mulcta pro ſemimortuo in Inſulis a navigantibus ſepulto. (2.) uri, comburi. Inde formula in Legibus: *til torfs oc til tiaru dôma* vivicomburio & axungiæ adjudicare. Quæ extat apud VERELIUM in Ind. & LOCCENIUM in Lex. Jut. Sueo-Goth. Qua in re manifeſto, ut ſæpe alias, cum Græcis loquuntur, aut Græci cum illis. Græcis enim τάφος eſt foſſa, & ταφόω fodere. Iisdem τέφρα eſt cinis, & τεφρῶν in cinerem redigere. Aliam etymologiam de *turfa* vide in *düren* areſcere.

TORF, cæſpes vivus. Anglis *a green turf*, reliquis ut ſupra. VERELIUS loc. cit. *torf* ceſpes, *torfskyrd* exſciſſio ceſpitum pro tectis conficiendis. Quod nova etymologia opus non habet. Nam cæſpes eſt gleba cum ſua herba effoſſa. Et hinc etiam Latinis *cæſpes* ab exciſione dicitur.

TORF, villa. Vide *dorf*.

TORL, trochus, notum puerilis ludi inſtrumentum, de quo VIRGILIUS Æn. VII.

> - - *Torto volitans ſub verbere turbo,*
> *Quem pueri magno in gyro vacua atria circum*
> *Intenti ludo exercent. Ille actus habena*
> *Curvatis fertur ſpatiis* &c.

Dicitur alias *topf* in quibusdam Dialectis. Utriusque vocis etymon vide in loco. Belgæ idem inſtrumentum vocant *tol*, a *dolen* errare, vagati, quia flagello agitatum huc illuc inconſtanter movetur. Tertiam appellationem vide in *trieſel*. Quartam in *zirbel*.

TORTE, genus placentæ vel panis lautiotis. Camb. *torth*, Gall. *tourte*, Italis & Lat. Barb. *torta*. Quibusdam eſt placenta carbonibus *toſta*: Aliis in modum ſpiræ vel ſtriblitæ *torta*. Omnibus origine Latina. Sed & Græcis τόρθω eſt ſicco, uro.

TOTT, ſuſceptor e baptismo. Jus Auguſtan. citante SCHILTERO in Gloſſ. Teut. *gevatter oder Tott*. Proprie eſt pater, & in nulla re differt a *tatt*. Dicitur autem de ſuſceptote, quia ipſe eſt patet noſter luſtricus. Veteres Suevi inde formatunt *toda* mater, quod ex WALAFRIDO ſiſtit ibidem SCHILTERUS: hodierni diminutivum *tottle*, quod illis ſuſceptorem & ſuſceptricem, h. e. paterculum & materculam ſignificat. Vocem omnibus cognatis communem fuiſſe, SCHILTERUS præter rationem aſſerit.

TRAB, curſus equi. CLAUBERGIUS a ſono pedum *traf, traf* effictum putat. Sed ubi ratio ſuppetit, male ad onomatopœiam, ultimum ignorantiæ refugium, recurritur. Malo deſumete a *traben* currere.

TRABANTEN, ſtipatores, qui Principem vel Ducem ſive domi ſive in caſtris conſectantur, forte ſic dicti quaſi *gradivi*, nomine a cognomine MARTIS quæſito. MARS enim *gradivus* vocatur a *gradu*, quaſi gravitet incedens, & inceſſu haſtam quatiens, qualis repræſentatur in nummis Domitiani apud RUBENIUM Tab. 57. & paſſim alibi. Et conſentiunt pletique interptetes apud SERVIUM in notis ad verba VIRGILII,

> *Gradivumque patrem Geticis qui præſidet arvis.*

CLAUBERGIUS in Arte Etym. Teut. pag. 241. *Trabant duco a traben curſitare*. Malim a *traben* graviter incedere. Contra VERELIUS in Ind. pag. 63. vocem corruptam cenſet ex *dragſanter* ſatellites, famuli. Sed priorem compoſiti partem non expedit. Neque enim a ferendo nomen habere poſſunt, quod bajulis magis quam ſatellitibus convenit. Forte ſcribere voluit *dreingſanter*. Id enim juvenes ſtrenuos denotare poteſt, ſi componatur ex *dreing* ſtenuus, & *ſant* juvenis, vocibus Septemtrioni proptiis. Alius vir doctus in ſchedula, quam vidi, vocem *trabant* exponit per *trawſant* famulus fidelis. Satis ingenioſe. Quamvis etiam militem in genere denotare poſſit, ſi derivetur a verbo Celtico *trafodi* certare, quod ſiſtit BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

TRABEN, currere. Belg. *draaven*. Ab antiquioti *trampen* ejusdem ſignificatus, litera quarta extrita. Dicitur promiſcue de homine & equo in compoſitis & derivatis. Inde *trab* curſus equi, *traber* equus tolutarius, *vortraber* prodromus, præcurſor, quo utitur Luth. Sap. XII. 8. *vortrab* copiæ quæ exercitum præcurrunt, *nachtrab* quæ ſequuntur.

TRABEN, graviter incedere cum aliqua pedum ſupploſione. Idem quod *trappen*, de quo inferius.

TRACHT, quatenus derivatur a *tragen* portare, ſignificat quantum poteſt, *onus, ferculum, geſtamen*, & conſequenter etiam *veſtimentum*.

TRACHT, ſtudium, deſiderium, motus animi expetentis. Gloſſ. Pez. motu *gitrahte*, motibus *gitrahtin*. Refer ad *tragen* velle, deſiderare, expetere. Inde *eintracht* concordia, ſtudium unitatis & conſotmitatis, *zwitracht* diſcordia, ſtudium diſſenſionis. A *tracht* rurſus fit *trachten* ſummo ſtudio expetete. Item *træchtig* ſtudioſus, intentus, cupidus: & hinc porro *eintræchtig* con-

cors, concordiæ ſtudioſus, *nidertræchtig* abjectus, qui humilia tantum ſentit & appetit.

TRACHTEN, contendere, ſummo ſtudio expetere, *nach rum trachten* gloriam ſectari, *nach gelt und gut trachten* divitiis inhiare, *nach hohen dingen trachten* majora concupiſcere. Et ſic etiam Belgæ. A præcedenti *tracht* ſtudium, deſiderium.

TRACHTEN, *betrachten*, meditari, conſiderare. KERO in Reg. S. Bened. cap. 3. tractet apud ſe (id eſt, conſideret, recogitet) *trahtoe mit ſih*. Gloſſ. Pez. circumſpicere *pitrahton*, ponderator *pitrahtari*. Inde *trahtu* cogitatio, apud GOLDASTUM in Paræn. pag. 382. Senſum a ſtudio voluntatis ad ſtudium intellectus translatum eſſe, cuivis manifeſtum eſt. Nam quo ſerior & ardentior eſt motus animi erga concupitum, eo intenſior etiam eſt cogitatus, quo illud proſequimur. Inde Latino-Barbaris *tractare* pro conſiderare.

TRACHTEN, tractare quocunque modo. Gloſſ. Keron. tractaverit *trahtot*. Quod dicitur de iis, qui res Monaſterii ſordide & negligenter tractant, in Reg. S. Benedicti cap. 32. Huc etiam ſpectat, quod Angloſaxonibus *trahtnian* eſt exponere, *traht* expoſitio, commentarius, tractatus, *trahtere* commentator, interpres. Hodie dicimus *tractieren*. Cuncta a Lat. *tractare*. Quod tamen non ad ſenſus præcedentes extendendum. Hi enim, ut ex ſcala ſignificationum patet, aliunde oriuntur. Et horum incuitu *tractare* eſt mere æquivocum, ſono conveniens, non ſignificatu.

TRÆBERN, ſiliquæ, vaginæ granorum excoctæ. Belgis & Islandis *draf*. Videntur ſic dictæ quaſi expulſiones vel ejectamenta. Nam *drifan* Angloſaxonibus eſt expellere, & *dræfe* expulſio. Gothis ſiliquæ vocantur *baurne*, quaſi cibus corneus, Angloſaxonibus *bean-belgas*, *bean-ſceala*, & *bean-coddas*, quaſi fabarum pelliculæ, cortices, teſticuli. Ultima vox, quæ extat in Verſione Angloſax. Luc. XV. 16. apud Lexicographos deſideratur.

TRÆCHTIG, ferax, gravidus, fœcundus. Vide *tragen* portare.

TRÆCHTIG, ſtudioſus, intentus, cupidus. Vide *tracht* ſtudium.

TRÆG, piger, ignavus, *trægheit* deſidia, ignavia. Voces a Francis & Alamannis relictæ. Gloſſ. Keron. pigrum *tragron*. Lege *tragan*. Gloſſ. Pez. ignavia *tragi*. Inde cognomen Saturno *drago*, quia cæteris planetis tardius circumvolvitur, ſicut optime interpretatur SCHILTERUS in Gloſſ. OTFRIDUS Lib. V. cap. XVII. 61. *Saturnum onh then dragon*. Senſus eſt, Chriſtum in itinere ad Cœlum tranſcendiſſe omnes ſtellas, & Saturnum quoque ignavum, h. e. lentiſſime progredientem. Conſentiunt Islandi, quibus *tregur* tardus, invitus, *drog* animal pigrum, apud VERELIUM in Indice. Cuncta a *tragen* tardare, cunctari.

TRÆGER, tutor pupilli, & quivis curator. Senſus apud populares meos ſuperſtes. Significat proprie gerulum, a *tragen* portare. Ideoque ancilla Francis dicitur *traga*, ab officio gerendi. Gloſſ. Junian. in Obſ. ad Will. pag. 159. *diorno, traga*, gerula. Transfertur autem ad tutores & curatores, quia tutela & curatela habentur pro onere & ſervitio. Hinc ſcriptoribus medii ævi tutores, nutritores, & rerum quarumcunque curatores vocantur *bajuli*. Quod vide apud CANGIUM. Huc ſpectat compoſitum *lehntræger* procurator feudi, & ſynecdochice omnis negotii.

TRAGEN, ferre, portare. Senſus Francis & Alamannis familiaris, nobisque ab illis relictus. Gloſſ. Keron. portare *tracan*, bajolamus *tragames*, ſufferre *ketragan*, ſufferentium *fartraganteru*, reportare *uuidarertragan*, tolerantiam *fartraganii*. Gloſſ. Pez. geſtatorio (lectica) *tragaſluole*. TATIANUS Cap. CLVII. 2. *man uuazzares zuibar tragenti*, homo amphoram aquæ portans. Cap. CC. 5. *then thuuungun ſie thaz er truogi*, hunc angariaverunt portare crucem. Opinor a *tragen* trahere, vehere, quia portantes trahentibus & vehentibus ſimiles ſunt. Nam proprie dicitur de onere, quod manibus aut humeris portatur: poſtea improprie & figurate de omnibus rebus, quæ oneri aut portanti ſimiles ſunt. Inde *trag* & *eintrag* proventus ex rebus feracibus, *tracht* onus, ferculum, geſtamen, & hinc porro *træchtig* fœcundus, prægnans, fructum aut fœtum ferens.

TRAGEN, trahere, vehere. Senſus Angloſaxonibus familiaris, quibus *dragan* trahere, vchere, *draged* vectus, *dragend* vehens, *drog* traxit, *droht* tractus. Sueci dicunt *draga*, Belgæ *trecken*. Cuncta a Lat. *trahere*. Inde compoſita, *drag-oxe* bos arans, *laſt-dragare* navis oneraria, apud VERELIUM in Ind. Ad veſtigia veteris ſermonis ſpectat, quod quædam vehicula Latino-Barbaris vocantur *tragæ* & *tragulæ*, & quod trahere illis dicitur *traginare*, unde Gallis *trainer* vel *traigner*.

TRAGEN, tardare, cunctari, ut ſolent, qui grave onus trahunt. Senſus Islandis familiaris, & ab onere ad moram translatus. Hinc *moram trahere* pro *morari* Latinis quoque uſitatum. VERELIUS in Indice: *trega* tardare, invite aliquid ſuſcipere, *trega* mora, tardatio, *telia i alla trega* omnes difficultates & moras injicere, moras nectere. Inde Cambris *train* cunctatio, Gallis *trainer*, *traigner* cunctare, morari, Germanis *træg* torpens, tardus, moroſus. Allegorice dicitur de manſione in loco, quia manentes ſunt cunctantibus ſimiles. Inde Cambris *trigo* manere, morari, habitare.

TRAGEN, impedire, facere ut moram trahat, *eintrag* remora, impedimentum. Huc ſpectant ex Barbara Latinitate *tricare*, *trigare*, *intricare*, quæ certe imitatione Germanica ſunt. Lex Salica Titulo XXXVIII 4. *Si quis ſervum alienum battiderit, & ei inſuper*

per quadraginta noctes TRIGAVERIT *opera ſua.* Id eſt impediverit. Lex Alamannica Tit. XCVII. *ſi carrucam involat, aut rumpit rotas in priori parte, ut die illa opera* TRICETUR. Id eſt, impediatur. Lex Longobard. Lib. I. Tit. XXI. 3. *ſi porcus cum dente hominem* INTRICAVERIT. Id eſt, impedimento eundi affecerit.

TRAGEN, implicare. Haud dubie a *tragen* impedire, quia implicata ſunt impeditis ſimilia. Inde Latinis *tricæ* implicationes, Latino-Barbaris *trica*, *tricia*, *treca* capillus implicatus, & Gallis *intrigue* & *intriguer*, implicatio & implicare, Germanis *austrag* explicatio vel extricatio litis.

TRAGEN, currere. Angloſaxonibus *thrage* eſt curſus, apud BENSON. & Gothis *thragjan* currere, *thragjands* currens, Marc. XV. 36. *thragida* currebat, Matth. XXVII. 48. Illud a τρέχος curſus, hoc a τρέχω, τρεχῶν currere. Quod miror JUNIUM, qui alias Græca undique conquirere ſolet, non annotaſſe. Hodie ſuperat in compoſito *zutragen* contingere. Quod certe non eſt a *tragen* portare, & multo minus a *tragen* tardare, ſed omnino a *tragen* currere, & dicitur de fortuitis, quia ſimilia ſunt eorum, quæ nobis præter opinionem in via *occurrunt*. Hinc *zutragen* proprie eſt occurſare.

TRAGEN, velle, deſiderare, expetere. Senſus Islandis familiaris. VERELIUS in Ind. *trega* deſiderare, *tregur* deſideratus, deſiderabilis. Forte nihil aliud eſt quam *trahere* vel *trahi*. Trahit ſua quemque voluptas. Confer *langen* expetere. Hodie utimur derivato *tracht* pro ſtudio & deſiderio in quibusdam compoſitis. Hinc idem velle & idem nolle dicitur *eintracht*, cujus oppoſitum *zwitracht* diſcordia, a contrariis ſtudiis & voluntatibus ſic dicta.

TRAGEN, ſenſum habet forenſem in multis compoſitis, ſed varium, & a diverſis cauſis proſatum. Præcipua ſunt,

abtragen ſatisfacere, *abtrag* ſatisfactio. Quæ videntur allegorica, ducta ſimilitudine a pœna mœchorum, de qua VEREL. in Ind. *dragá ſteina* portare lapides, pœna adulterorum.

vertragen tranſigere, *vertrag* tranſactio. Gothis *triggwo* eſt pactum, fœdus Luc. I. 72. Islandis *draga* concludere, apud VEAEL. in Ind. Germanis *trauwen* ſpondere.

austrag der ſache terminatio litis. Proprie extricatio, a *tragen* implicare. Particula *aus* tricas & plicas reſolvit. Inde Latino-Barbaris *Jus Auſtregarum*, id eſt, jus extricandi lites in prima inſtantia.

TRAM, lignum, *dremel* fuſtis, parvum lignum. Forte a ſoliditate texturæ. Nam *trum* in vetuſtiſſima Angloſaxonum lingua eſt firmus, & *trimman* firmare, roborare, interprete SOMNERO. Et lignum naſcitur durum & compactum, peculiari naturæ privilegio præ omnibus plantis. Quod ſi non placet, ducamus a Gr. δόρυ lignum, mutato N. in M. Nam hinc quoque eſt *der*, alterum ligni apud Priſcos vocabulum: quod ſupra quidem deduxi a δάϊς, nunc autem dimitto, quia facilius derivatur a δόρυ.

TRAM, a ligno transfertur ad *arbores*, *trabes*, *ſylvas*, quia ſunt ligneæ naturæ. Idemque ex aliis vocabulis manifeſtum eſt. Vide *holz* & *wut*, & confer *baum*.

TRAM, arbor. Hoc ſenſu Gothi dicunt *thrams*, Slavoni *dreon*, quod origini propinquius, ob literam N. in fine vocis. Vox Gothica extat in Codice Arg. Marc. I. 6. ubi de Johanne Baptiſta dicitur: *matida thramstains*, hoc eſt, edebat arborum ſurculos. Vox Græca ἀκρίδες ſignificat quidem locuſtas: ſed ULFILAS, qui in vertendo fontem Græcum ſequi ſolet, videtur aliam vocem in Codice ſuo reperiſſe, ab ἄκρος ſummus, extremus, oriundam, cujusmodi eſt ἀκρότης ſummitas, extremitas. Quicquid ſit, ESSÆOS (de quorum genere & familia Johannem Baptiſtam fuiſſe, veroſimile eſt) ab eſu animalium univerſe abſtinuiſſe, aliunde ſatis notum. Vox Gothica componitur ex *thrams* arbor, & *tains* ſurculus, virgula, germen. De poſteriori compoſiti parte vide plura in *Tunen*. Hanc virgulam, quæ JUNII & STIERNHIELMII perſpicaciam effugit, primus in voce Gothica animadvertit cel. SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 158. col. 2. ubi ex ISIDORO PELUSIOTA demonſtrat, cibum, quo uſus eſt Johannes in deſerto, non fuiſſe locuſtas, ſed herbarum & plantarum ſummitates. Revera autem erant ſummitates ex ramis arborum vel arbuſcularum progerminantes. Id quod JUSTINI MARTYRIS auctoritate alibi oſtendo.

TRAM, trabs. Græcis θράμβη, Bohemis *tram*, & præpoſito ſibilo *ſtrom*. Verſio Auguſtana apud PRISCHIUM in Vocibus Biblicis, eodem ſenſu habet *tram*, Luc. VI. 41. *was ſiheſtu den agen in den augen deines bruders, und merkeſt nicht den tram, der do iſt in deinen augen:* quid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? Utitur quoque noviſſime Luth. 1. Reg. VI. 6. Sed poſt LUTHERUM in oblivionem venit. Extat tamen adhuc in foro *tram-recht*, *traum-recht*, jus immittendi tignum in parietem vicini, quod vide apud Continuatorem *Theſauri Beſoldiani*. Vetuſtas inde fecit *trimmen* ædificare, quia ædificare nihil aliud eſt quam contignationem ex trabibus facere. SOMNER. in Dict. AS. *trimman*, *trymman* ædificare, *trymming* munitio. Gloſſ. Lipſ. fabricatus *getrimbedos*. Aliud ejusdem indolis verbum vide in *zimmern*.

TRAM, ſylva. Græcis δρυμός, & forte ſolis.

TRAMPEN, currere. Græcis δρέμω eſt curro, δρόμος curſus, δρομὰς camelus, a velocitate curſus, ἀναδρομὴ accurſus, incurſus. Inde Gothis *anatrampan* irruere, ruere in aliquem accurrendo vel incurrendo, Luc. V. 1. *managei anatramp ina*, turba irruit in eum. Labia-

les M. & P. ſe mutuo attrahunt in ore Gothico. Nos a *trampen* habemus *traben* currere, per ſyncopen.

TRAMPEN, ſaltare, compoſite currere. VEREL. in Ind. *trumba* ſaltare. Spec. Reg. 82. *hun trumbadi ſiri honom*, ſaltavit in conſpectu ejus.

TRAMPEN, calcare. Suecis *trampa*. A ſimpliciori & antiquiori *trappen* per epentheſin.

TRAMPEN, plodere humum pedibus, frequentative *tramplen*. Suevi ſibilo præfixo dicunt *ſtrampfen*, quo utitur Luth. Hiob. XXXIX. 24. & frequentative *ſtrampfſen*, *ſtramplen*, quo rurſus utitur Luth. Ezech. VI. 11.

TRANK. Vide *trunk*.

TRAPP, quatenus derivatur a *trappen*, ſignificat quantum poteſt, veſtigium impreſſum, actum gradiendi, & ſonum calcantis. Suecis *trappa* eſt gradus, graditio.

TRAPPEN, calcare, conculcare. Græcis τραπεῖν eſt calcare, & ἀτραπὸς via. Suecis *trampa* calcare, proterere, *trampa under* ſupplantare, *trampning* calcatio.

TRAPPEN, incedere cum quadam pedum ſuppleſione, ut ſolent dromades, *trabanten* gradivi, *trapp-gans* anſer ſilveſtris, qui latis pedibus & ſupplodendo incedit. Qui hoc modo incedunt, Danis dicuntur *trampe*.

TRAPPEN, *betrappen*, capere, decipere, irretire, in flagranti deprehendere. Vide *treffen* ejusdem ſignificatus. P. & F. permutantur.

TRAUBE, uva. A Lat. *botrus* per metatheſin, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. botrus *drupo*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XXIII. 25.

Ni duit man untar mannon,
Thaz trubon leſe ir thornon.
Non fit hoc inter homines,
Ut uvas legant e ſpinis.

Vox Gothica eſt *weinbasja* Matth. VII. 16. Angloſaxonica *win-berian* ibidem.

TRAUFFE, ſtillicidium, *trauf-recht* jus ſtillicidii. VEREL. in Ind. *dropa-laus* ſine ſtillicidio. Refer ad *trieffen* ſtillare.

TRAUM, ſomnium. Franc. & Alam. *troum*, *traum*, Belg. *droom*, Angl. *dream*, Island. *draumur*. Vox a Francis & Alam. proſeminata. Gloſſ. Keron. ſomno *traume*. Lege ſomnio. TATIANUS Cap. V. 8. *Truhtines engil araugta ſih imo in troume*, angelus Domini apparuit ei in ſomnio. NOTKERUS Pſal. LXX. 20. *alſo der troum des ufſtantes*, veluti ſomnium exurgentis. Creditur ſic dici quaſi *dormium*, quia dormientibus accidit. Ita ſentiunt HELVIGIUS & MARTINIUS. *Dormio* autem HELVIGIO venit ab Heb. *radam* obdormivit. SCALIGER vero ductum exiſtimat ἀπὸ τῶν δερμάτων, quia priſca frugalitas pellibus uſa pro ſtragulis. Angloſaxones ſomnium vocant *ſwefn* Matth. I. 20. A *traum* eſt *traumen*, *treumen* ſomniare, *treumer* ſomniator, *traumſcheider* ſomniorum interpres, quæ non carent antiquitate. NOTKER. loc. cit. *demo daz troumet*, *daz er ſcaz habe*, *unde nieht ni habet*, *ſo er ufſtat*, qui ſomniat, ſe habere theſaurum, & nihil habet, quando reſurgit. Gloſſ. Boxh. *traumſcheidarer* conjector. Dicitur etiam *traumskeido* in Gloſſis Junianis, a *ſcheiden* diſcernere.

TRAUM-RECHT. Vide *tram* trabs.

TRAUN, mehercule, medius fidius. Invocatio nominis divini *drutin*, ſecundum STILER. in Theſ. L. Germ. Mihi videtur contractum ex θαρρέω fiduciam addo, idemque quod Gallis *je vous aſſûre*.

TRAUR, mœror, luctus, tam publicus quam privatus, *trauren* in luctu eſſe, *traurig* triſtis, *traurigkeit* triſtitia. SOMNER. in Dict. Angloſax. *dreori*, *dreorig*, *dreoriglic*, *dreorlic* mœſtus, dolens, triſtis, lugubris, *dreorigneſſe* mœſtitia, anxietas, cura, *dryrman* mœſtitia afficere. Evang. Angloſax. Marc. XIV. 19. *tha ongunnon hi beon dreorige*, tunc illi cœperunt contriſtari. NOTKERUS Pſal. XLI. 6. *ziu biſt du trureg*, *unde ziu unfreueeſt du mih min ſela*, quare triſtis es, & quare conturbas me anima mea? Veroſimile eſt, *traur* & *triſtis* ex eodem fonte eſſe, nempe vel a θρέω lugeo, vel a τρύσις ærumna, dolor, afflictio. S. & R. ſunt in continua permutatione.

TRAUWEN, credere, confidere, fidem & fiduciam habere. Evang. Goth. Matth. XXVII. 43 *trawaida du Gotha*, *lausjadau nu ina*, confidit in Deum, liberet nunc eum. Evang. Angloſax. Luc. XI. 22. *wæpnu the he on-truwude*, arma in quibus confidebat. NOTKERUS Pſal. LVI. 2. *an dih getruet min ſela*, in te confidit anima mea. Gloſſ. Pez. credidiſſent *gitruetin*. Gloſſ. Keron. ſuſpicio *untriuida*, ſuſpicioſus *untriuuer*. Præfixum *un* defectum fiduciæ notat. Nam ſuſpicaces ſunt increduli, & diffidentia eſt fons omnium ſuſpicionum. Hodie utimur præfixo *mis*, quod eandem vim habet. A *trauwen* oritur (1.) participium paſſivi *vertrauwt*, *betrauwt*, quod dicitur de iis, in quibus fiducia collocatur. Inde *vertrauwter* familiaris & interioris admiſſionis aliquis, cujus fidei arcana pectoris tuto concredi poſſunt, *vertrauwte freunde* intimæ & mutuæ confidentiæ amici, *betrauwter* & *hochbetrauwter diener* miniſter cujus ſumma fides reſpondet ſingulari fiduciæ Principis ſui, (2.) reciprocum *ſich trauwen* præſumere, confidere in ſe ipſum, quo utitur Codex Argenteus & Verſio Angloſaxonica Luc. XVIII. 9. nec non NOTKERUS Pſal. XLVIII. 7. Cuncta a Græc. θαρρεῖν confidere.

TRAUWEN, ſpondere, fidem promittere, facere ut alter confidat. Verbum faceſſens ex præcedenti. Nam qui ſpondet, fiduciam in altero excitat, & hinc dicitur *trauwen* quaſi *fiduciare*. Inde *draut* promiſſus, deſponſus, *vertrauwet* pactus, deſponſatus, quo utitur Luth. Matth. I. 18. Ex eodem fonte antiquitus hauſta ſunt ſponſionum & transactionum nomina. Hinc fœdus, pactum Gothis dicitur *triggwo* Luc. I. 72. Angloſaxonibus *treowthe*. An huc etiam

etiam ſpectet *treuga* & *tréve*, quæſitum infra in loco. Interim has voces inepte derivari a τρυγὼν turtur, cuivis perſpicuum eſſe poteſt.

TRAUWEN, ſenſu eccleſiaſtico eſt actio ſacerdotis, deſponſos ritu ſacro jungentis. Inde *trauwung* inauguratio matrimonii per ſacerdotem, *getrauwte* vir & fœmina a ſacerdote juncti. Jungit autem Sacerdos fidem cum fide ſolemniter, & ab illa fide, quamvis aliena, ipſe quoque dicitur *trauwen* quaſi fidejugare, a *treuwe* fides, fiducia.

TREBERN. Vide *trœbern*.

TRECKEN, trahere, Dial. Belgica. Vide *tragen*.

TREFFEN, primi generis.

TREFFEN, tangere, *das zil treffen* metam attingere. Cur actio tangendi dicatur *treffen*, diſcere quam docere malim. Interim ab hoc ſignificatu, quamvis obſcuro, deſcendunt plures alii, *metaphorici* & *metonymici*.

TREFFEN, metaphorice.

TREFFEN, in genere dicendi meraphorico ſignificat (1.) *pertinere*, quoniam ea quæ ad nos pertinent, ſimilia ſunt eorum quæ nos proxime tangunt. Hinc etiam Latini dicere ſolent, *hoc me non tangit*, quoties ſignificare volunt, hoc ad ſe non pertinere. (2.) *occurrere*, quia occurrentes videntur ſe mutuo tangere. Latini dicunt *offendere*, alio ſono, eodem ſenſu. Quid enim eſt *offendere* niſi occurrendo tangere? (3.) *invenire*, quia invenire eſt in rem venire, & eam quaſi tangere, mente vel oculo. (4.) *convenire*, quia quæ conveniunt inter ſe, videntur in eodem puncto ſe mutuo tangere. (5.) *aſſequi*, *conſequi*, Latinis ead. allegoria *attingere*. (6.) *deprehendere*, quia deprehenſi ſunt quaſi in loco offenſi.

TREFFEN, pertinere, *was mich betrifft* quod me concernit, quod ad me pertinet. NOTKERUS Pſal. XXXIV. 16. *ſanna iſt luta dero naſo, treffende ze huve*, ſanna eſt ſonus naris, pertinens ad deriſionem.

TREFFEN, occurrere, incidere in aliquem, compoſite *antreffen*. Gallis etiam *trouver* ſæpe eſt *rencontrer*.

TREFFEN, invenire. Utitur Luth. Eccl. III. 11. *der nienſch kan nicht treffen das werck, das Gott thut, weder anfang, noch ende.* Inde Gallis *trouver*, Italis *trovare*, quæ vox mire torſit FERRARIUM. *Alii quærant*, inquit in Originibus Italicis, *ego interim conquerar, me, undenam ſit* TROVARE *pro reperire, nondum reperire potuiſſe.* Ar ſi Germanicam linguam, quæ vere eſt Lingua Eruditorum, calluiſſet, haud dubie pro ſuo, quo polluit ingenio, vidiſſet, quod res inveniri dicantur, quando a mente vel oculo ad ſimilitudinem rerum tactilium deprehenduntur.

TREFFEN, convenire, *eintreffen* ita convenire, ut facta cum dictis, aut eventus cum prædictione conveniant.

TREFFEN, aſſequi, conſequi, *er hats getroffen* rem acu tetigit.

TREFFEN, deprehendere, *betroffen* deprehenſus, inventus in flagranti.

TREFFEN, metonymice.

TREFFEN, pangere, pactum facere, *frieden treffen* pangere pacem. Hic antecedens ponitur pro conſequente, *tangere* pro *pangere*, quia paciſcentes olim ſe mutuo tangebant, & dextris junctis fœdera ſanciebant, quod notum nimis omnibus, quam ut demonſtratione egeat. Hinc ob eandem cauſam pax dicitur *collidi* in formula *frieden anſtoſſen*, quæ extat apud bonos auctores.

TREFFEN, tendere. Gloſſæ WILLERAMI apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 67. *ir drephet* qui tenditis, *ſie ſelvon drephent* ipſæ tendunt, *thas draph* hoc tendebat. Hic conſequens ponitur pro antecedente, *tangere* pro *tendere tangendi cauſa*. Qui tendunt, conantur attingere.

TREFFEN, ſecundi generis.

TREFFEN, ferire, *vom donner getroffen* fulmine ictus. Gloſſ. Pez. percuſſit *traf*. Equidem *tangere* interdum idem eſt ac *ferire*. Hinc fulmine percuſſum etiam *fulmine tactum* vocant, *vom donner gerürt*. Sed præſtat has notiones diſtinguere. Nam *ferire* non eſt ſimpliciter tangere, ſed ita rangere, ut dolor, aut vulnus, aut mors inde ſequatur. Hinc *treffen* videtur oriri a Gr. θραύω percutio.

TREFFEN, jacere, procul mittere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *torſian*, *thrawan* jacere, torquere, rotare, *athrawen* projectus, *mid ſtanum torſian* lapidare, *torſunge* lapidatio. Anglis *to throw* etiamnum eſt jacere, & *a throw* jactus. Puta per metonymiam, qua conſequens ponitur pro antecedente, *ferire* pro *jacere feriendi cauſa*.

TREFFEN, pugnare, confligere. Dictio ſynecdochica, qua genus ponitur pro ſpecie, *ferire* pro *confligere*, quia pugnantes revera ſunt ferientes, & hoc maxime agunt, ut ictibus & vulneribus ſe mutuo excipiant. Hodie nonſolum eſt verbum, ſed etiam ſubſtantivum. Inde *treffen* prælium, conflictus, pugna exercitus cum exercitu.

TREFFEN, tertii generis.

TREFFEN, decipere, irretire, dolo capere. SOMNER. in Dict. AS. *treppan* capere, irretire, illaqueare, *treppe* decipula. VEREL. in Ind. *thrifa* apprehendere. Anglis *to trap* etiamnum eſt irretire, illaqueare, *trapped* irretitus, *a trap* decipulum, *a little trap* tendicula, *a trap for mice* muſcipula. Gallis *tromper* (pro *traper*, per epentheſin) decipere, *attraper* capere, decipere, irretire, *trape*, *trappe* decipula. Ex his *trappa* pro decipula eſt vox antiquiſſima. Lex Sal. Tit. VII. 9. *Si quis turturem de trappa furaverit.* Hiſpani dicunt *trampa* per epentheſin, eodem ſenſu. Itali utuntur diminutivo *trappola*. A *trappa* Latino-Barbaris fit *calcia-trappa* tribulus, ferrum trigonum quo pedes capiuntur, alias *fuſs-angel*. ECCARDUS

vocem Salicam derivat a *treffen* tendere, ut *trappa* proprie ſit tenſum vel tendicula. Verum *treffen* apud WILLERAMUM, ad quem provocat, non eſt tendere inſidioſe, ut laquei tenduntur, ſed tendere ad ſcopum attingendi cauſa. Alius fortaſſe duceret a *treffen* deprehendere, quomodo in flagranti deprehenſus dicitur *betroffen*. Sed & hoc a cognatione alienum eſt, quia fit ſine dolo. Hinc exiſtimo, *treffen* pro dolo capere eſſe a Gr. τροφὴν decipere, vel a τροφὴ fallacia, abjecto ſibilo.

TREFFEN, quarti generis.

TREFFEN, poſſe, valere, pollere. VEREL. in Ind. *thrifftiga* bene valens, *trif-nidingur* qui aliorum fortitudinem calumniatur. Hinc *trif* aliquando fuit valor & virtus. Et ad hanc cognationem, quamvis pridem extinctam, referri etiam poſſunt ex hodierno ſermone, *trefflich* pollens, *vortrefflich* præpollens, virtute excellens, *übertreffen* ſuperare, virtute prævalere. WILLERAMUS cap. VIII. 10. *ſie übertreffens* præcellunt.

TREFFLICH, excellens. STILER. in Theſ. L. Germ. *trefflich proprie eſt ſcopum attingens.* Dubito, imo nego. Vide *treffen* pollere.

TREIBEN, eſt verbum motui deſtinatum, a quo genera motus tantum non omnia denominationes ſuas accipiunt. Dicitur autem (1.) *de motu naturali.* Inde *treiben* agere, a ſe moveri, & per ſynecdochen generis *exercere*, h. e. ſrequenter agere. (2.) *de motu locali.* Quando *de loco* movemus, tunc rurſus dicimur *agere* & *agitare*, & pro varia motus conſideratione *abigere*, *pellere*, *expellere*, imo etiam *trudere*. Quando *in loco* movemus, tunc dicimur *tundere*, & per ſynecdochen generis *cælare*, h. e. ita tundere ut cavum inde exiſtat. (3.) *de motu mentali*, quo actiones & paſſiones in animis hominum excitantur. Inde *treiben* movere, commovere, ſpe aut metu oſtenſo, cujus ſpecies eſt *urgere* inſtanter & vehementer movere. Aliam viam conciliandis tot ſignificationum affinitatibus invenire non potui. Et in his quædam ſunt, in quibus Græcos obvios habemus, ut mox patebit.

TREIBEN, agere, a ſe moveri, *trieb* inſtinctus, actus entis viventis & exiſtentis, *eigen trieb* motus proprius, ſpontaneus, & naturalis.

TREIBEN, exercere, *wirtſchaft treiben* caupon ariam tractare, *blutſchande treiben* exercere inceſtum, *durchtrieben* valde exercitatus. Græcis quoque τρίβω τὺς πολίτας eſt exercere cives. Hic ſenſus ſæpe vituperatur, præcipue in compoſitis. Inde *betreiben* indigne ſe gerere, *betrieb*, *betreib* actio indigna, *durchtrieben* præcallidus.

TREIBEN, agere, agitare, abigere, *treiber* agitator pecoris, cujus ſpecies ſunt *eſeltreiber* agaſo, *maultreiber* mulio, *kameltreiber* dromedarius &c. Et huc etiam ſpectant, *trift* grex pecudum, & campus ipſe ubi pecus paſcendi gratia agitur, *triebhund* canis impulſor pecoris. Dicitur autem nonſolum de grege pecudum, ſed etiam de grege hominum. Inde *tropp*, *trupp* agmen, quia a duce ſuo agitur.

TREIBEN, pellere, expellere. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *dræfan*, *dryſan* expellere, *drifan* ejicere, *dræſe* expulſio, *dræſed* abactus, expulſus, *dryſene* pulſus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *dryſan*, *adrifan* pellere, repellere, expellere, ejicere, abigere, fugare, *adrifed* pulſus, *adrifend* pellens. VEREL. in Ind. *drifwa* cogere, pellere. TATIANUS cap. LIII. 8. *batun inan thaz her ſie ni tribi uzan thero lantsheffi*, rogabant eum ne expelleret eos extra regionem. Quibus affine Græc. τρέπω verto, averto, loco moveo, τρέπομαι in fugam verto. Inde compoſita antiquiſſima

austreiben, ejicere, expellere, quo utitur Cod. Arg. Marc. IX. 28. *du hwe weis ni mahtedun uzdreiban thana*, quare non potuimus ejicere eum? Ubi interpres Angloſaxonicus habet *ut-adrifan.*

vertreiben, eadem notione. Gloſſ. Keron. expellatur *ſi fartriban.* Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 121. *uzfertreb* abigebat.

dannen-treiben, eadem notione. Gloſſ. Boxh. *dhanan firtreip* abigebat, expellebat. Inde TATIANO *buoh thanatribet* libellus repudii, cap. XXIX. 1.

TREIBEN, trudere, *austreiben* protrudere, extrudere.

TREIBEN, tundere, *triebel* tudes, tudicula. Conſentit Gr. τρίβω tundo.

TREIBEN, cælare, excavare, convexum facere, *getrieben arbeit* opus ex auro vel argento cælatum. Senſus artificibus noſtris uſitatiſſimus, ſed & vetuſtiſſimus. Nam in Evangelio Gothico occurrit *blaiwa gadraban us ſteina* monumentum ex petra excavatum Marc. XV. 46. Et Angloſaxonibus *adrifene fatu* ſunt cælata vaſa, obſervante JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 144.

TREIBEN, movere, commovere, *antreiben* inſtigare, incitare, *abtreiben* dehortari, diſſuadere, Græcis ἀποτρέπω, *getrieben* inſtigatus, *trieb* inſtigatio.

TREIBEN, urgere, *triftig* urgens, *triftige urſachen* cauſæ ſonticæ.

TREIBEN, urgere imperio, *treiber* exactor. Utitur Luth. Eſa. III. 12. XIV. 2. & paſſim.

TREIBEN, in compoſito *eintreiben* decipere, irretire, illaqueare, poſſit eſſe a *treiben* pellere, ducta ſimilitudine a venatoribus, qui feras in retia & laqueos impellunt: quomodo etiam *betrecken* (quod Belgis uſitatum) multorum judicio ab aucupio deſumptum eſt. Sed nihil pronuncio. Nam Itali ſimpliciter dicunt *truffare* pro fallere, decipere, & *truffa* pro fraude vel dolo. Non certe a *treiben* pellere, quod absque fraude fieri poteſt, ſed potius a *treppe* decipulum. Et hujus quoque originationis poteſt eſſe *eintreiben.*

TREIST,

TREIST, audax. Vide *trieſt*.

TRENKEN, potare, potum dare. Gothis *draggkan* Marc. XV. 36. & *gadraggkan* Matth. X. 42. Angloſax. *drencan*, Francis & Belgis *drenken*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. IX. 28. *drenkent unſih frauualicho*, faciunt nos bibere hilariter. Quod dicitur de miniſtris Evangelii, qui latices Scripturæ ſacræ nobis propinant. Verbum ſaceſſens a *trinken* bibere. Quid enim eſt potare, niſi facere ut bibat? Idem verbum ſynecdochice ponitur pro *aquare*, & metonymice pro *potando ſuffocare*, h. e. mergere, ſubmergere. Nam metonymia ſæpe oſtendit efficiens pro eo quod efficitur.

TRENKEN, aquare. SOMNER. in Dict. AS. *drencan* aquare, adaquare. Gloſſ. Pez. aquare *trenchi*.

TRENKEN, mergere, immergere, ſubmergere. SOMNER. loc. cit. *adrencan* mergere, immergere, ingurgitare, *adrenced*, *adrencd*, *adrencd* merſus, immerſus, ſubmerſus, ſuffocatus, *gedrencod* demerſus. Hodie utimur compoſito *ertrenken*, quod vide. Cambri eodem ſenſu dicunt *trochi*, expulſo N.

TRENNEN, dividere, ſeparare, disjungere, ſive id fiat diſſolvendo, ſive ſecando, ſive rumpendo, ſive alio quocunque modo. Hujus verbi duplex fuit facies ab antiquo. Una, cum litera R. circa initium vocis. Ad hanc formam ſpectat, quod Græcis θραῦν eſt frangere, Cambris *dryl* fruſtum, *adran* ſubdiviſio, & quod omnis diſſolvendi actio nobis dicitur *trennen*, Francis *tranen*, *trenen*, *trinnen*. Gloſſ. antiqua apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 123. *zatrantiu* diſſuta. Gloſſ. Pez. diſſuta *intrauitaz*. Altera verbi forma literam R. natura ſua valde mobilem, in medium rejicit, & Gothice effertur *tairau*, compoſite *gatairan*, *diſtairan*, *aftairan*, Saxonice *tæran* & *totæran*. Cod. Arg. Matth. V. 17. *ni hugjaith ei quam gatairan witoth*, nolite putare quod venerim diſſolvere legem. Luc. V. 37. *niujo wein diſtairid balgins*, vinum novum rumpit utres. Ibidem verſu proxime præcedenti *aftaurnid* ponitur pro rumpit, & Marc. II. 21. *gataura* pro ſciſſura. Similiter & Angloſaxonibus *tæran* eſt lacerare, & *totæran* dilacerare, interprete SOMNERO. Anglis *to tear* etiamnum eſt lacerare, *a tear* ſciſſura, *a tearing* laceratio. STADENIUS originem verbi arceſſit a particula *zer*, *ter*, quæ in compoſitis plerumque deſtructionem notat. Secundum hanc etymologiam prior verbi forma erit ab altera per metathesin. Quod in medio relinquo.

TREPPE, decipulum. Vox hodie deſueta, ſed valde antiqua, & multis linguis tam mortuis quam viventibus communis, ut demonſtravi in *treffen* decipere.

TREPPE, ſcala. Belg. *trap*. Referri poteſt ad *trappen* calcare. Hinc Belgis ſcala alio nomine dicitur *treede*, a *treeden* calcare.

TRESS, theſaurus. Vide *dreſt*.

TRESSE, limbus. Angloſax. *thræs*, *thres* apud SOMN. & BENSON. Francis *trado* apud TATIANUM Cap. LX. 4. *inti biruorta tradon ſines giuuates*, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus. Gallos inde habere *treſſe*, quamvis ſenſu paulum mutato, mihi perſuaſum eſt. PALTHENIUS confundit cum *drat* filum. JUNIUS derivat a *tretten* calcare. DAVIESIUS a Cambrico *trwſio* ornare. CASANOVA a τρίσσος triplex. MENAGIUS ab Ital. *treccia*, τρίχες, crines. Vide annon ſit ipſum Græcum κροσσὸς limbus, fimbria. K. & T. permutari, vidimus in PROLEG.

TRESTER, & compoſite *weintreſter*, vinacea. Proprie ſunt expreſſi uvarum folliculi cum ſuis acinis. PAPIAS: *Vinacea ſunt, quæ remanent in uvis, quando premuntur a vino.* Oritur a verbo antiquo-Scandico *thriſta* premere, quod fiſtit VERELIUS in Indice. Antiquitatem vocis tuentur Gloſſaria Franco-Theotiſca. Gloſſ. Boxh. *treſtir*, *uuinperſo* acimum. Lege acinum. Gloſſ. Pez. quisquilia *treſtir*. Extat & *dreſten* pro fæcibus apud SOMNERUM & BENSONIUM, interpretes linguæ veteris Saxonicæ celeberrimos. Inde *treſter-wein* vinum vile & acinaceum, lora, foces.

TRETTEN, ſignificat omnes pedum motus, qui vel *incedendo* vel *calcando* fiunt, oriturque a Celtico *trud* pes. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *troed* pes, *troediog* pedeſter, *troedfedd* pes vel pedis menſura, *troedog* pedica, *troedlath* ſuppedaneum, *trawd* inceſſus, curſus pedeſtris. Similiter pes Armoricis dicitur *troat*, Hibernis *troith*, ut me docuit TOLANDUS. Quibus affine eſt Æolicum ταρδὸς planta pedis, ſi abjecta terminatione Græca retrorſum legatur. Simile derivatum eſt, quando a Celtico *pedd* pes fit *pedden* calcare. Verbum ipſum in Dialectis varie effertur, Gothis *trudan* Luc. X. 19. Angloſaxonibus *tredan* ibidem, Francis *tretan*, *dretan*, Belg. *treeden*, Angl. *tread*, Succ. *træda*. Gloſſ. Pez. conculcationem *trata*. TATIANUS Cap. LXVII. 5. *ſenu ih gab ju giuualt zi tretanne ubar natrun*, ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 41.

Firliaz er thia erda oub thuruh thas,
Uuanta uuurdig ſi ni uuas,
Bi ira miſſodati,
Thaz er ſia furdir drati.

Vertit SCHILTERUS:

Reliquit terram etiam propterea,
Quod digna non eſſet
Propter ſua ſcelera,
Ut eam ulterius calcaret.

HELVIGIUS duxit a Lat. *trudere*, ſed præter neceſſitatem. Præcipua derivata ſunt, *triſt* paſſus, inceſſus, *triſtling* ſcabellum, *übertretten* transgredi, & alia ſatis clara.

TRETTEN, jurgari, litigare. Suecis *træta*, & hinc *trætta* jurgium, *trætachtig* jurgioſus.

Hoc

Hoc ſenſu Θρέττε occurrit apud ARISTOPHANEM. Fides ſit penes PEZRONIUM, cujus hæc ſunt verba: „Vox Θρέττε apud „Ariſtophanem a Barbaris deſumpta eſt ſe„cundum ejus Scholiaſten, qui tamen ve„rum ejus ſenſum ignoravit. Nam vox illa „non ſignificat *audere*, ut ſibi imaginatur, „ſed *rixari* & *litigare*. Danis *trette* etiamnum „hodie eandem rem denotat. Hæc ille in Antiquitatibus Celticis pag. 300. Atque hinc jam patet, quid ſit *vertretten*, quatenus *intercedere* ſignificat, quod certe non eſt a pedibus, ſed potius a foro deſumptum, & proprie notat patrocinium cauſæ ſuſcipere, & reum contra-litigando defendere.

TREUFFEN, *treuffeln*, ſtillare. A *tropf* gutta. Nam ſtillare eſt guttatim cadere. Utitur Luth. tam ſimplici quam frequentativo, Ezech. XLVI. 14. Eſa. XLV. 8. Dicitur alias *trieffen*, imo etiam *tripfeln* & *tröpfeln*. Conſenſum antiquitatis vide in *trieffen*.

TREUGA, induciæ. Hiſpanis & Italis *tregua*, Gallis *tréve* per ſyncopen. Vocem Germanicam eſſe fatentur omnes: ſed Gallica voce decepti Latino-Barbaram a Germanica *trewe* fides deducunt, quaſi induciæ ſint pacta fidelitas. Et hæc etymologia magnos habet auctores, quos nominare nolo. JUNIUS *treugam* manifeſte deſumptam putat a Gothico *triggwo* fœdus, pactum, quod extat Luc. I. 72. & hoc a Græco τρυγὼν turtur, propter decantatiſſimam iſtarum volucrum in compares fidem, in Gloſſ. Goth. pag. 334. LUDEWIGO in notis ad Leges Normannicas *treuga* idem eſt quod *vertrag* transactio, compoſitio, Cap. 5. *de Treuga fracta*. Et *droga* quidem eſt concludere, apud VERELIUM in Ind. Sed neutrum etymon convenire videtur induciis, quæ certe non ſunt ipſa pax, nec fœdus, nec transactio, ſed feriæ belli, ab *otio* armorum ſic dictæ, quaſi *indotiæ*. Vide ergo annon *treuga* ſit a *trega* mora, cunctatio, tardatio, vocabulo Scandico & vetuſtiſſimo, ut demonſtravi ſupra in *tragen* tardare, impedire, morari. Quid enim ſunt induciæ, niſi impedimenta belli, & moræ pacis cauſa armis injectæ, in diſcordiis tam publicis quam privatis? Et nonne Itali inde habent *tregare* ſubſiſtere, & *trigarſi* ceſſare ab armis? Hodie dicitur *ſtill-ſtand*, quaſi armiſtitium & ſilentium armorum, alio ſono, ſed eodem ſenſu.

TREUGE, *tröge*, ſiccus, aridus, exſuccus. Angloſaxon. *drig*, *dryge*, *drigge*, Belg. *droog*, Angl. *dry*. Græcis τρύγη eſt ſiccitas, & τρυγόω ſicco. Utitur Luth. Eſa. XIX. 6.

TREUGEN, *trögen*, areſcere, ſiccari, *es vertreüget* areſcit. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *drugan*, *adrugan* areſcere. Idem Belgis *droogen*, Anglis *to drie*. Inde *trocken* aridus, cum ſuis derivatis.

TREUGEN, ſiccare, facere ut areſcat. Angloſaxonibus *drygan*, *adrigan*, Belgis & Anglis ut ſupra, Suecis *torka*, Græcis τρυγῶν.

TREW, compoſite *getreüw*, fidus, fidelis, cuſtos promiſſi. Gothis *triggwa*, plur. *triggwai*, Angloſax. *treow*, *triw*, *tryw*, *getryw* Luc. XII. 42. Belg. *trouw*, *getrouw*, Angl. *true*, Danis *tro*, Suecis *trogen*, Islandis *tryg*, *tryggur*. Omnes iſtæ voces, utcunque diſcriminatæ, oriuntur per varias terminationes ex eodem fonte, nempe a *trauwen* ſpondere. Nam qui fidem dedit, præſumitur illam ſervare.

TREUWE, fidelitas, cuſtodia promiſſi, fides quæ fidem datam ſervat. Angloſax. *treowe*, *triwe*, & hinc *treow-fæſt* fidelis, *tryw-leas* infidus, *tryw-leasnyſſe* perfidia. Simplici utuntur quoque Franci. Gloſſ. Pez. fides *triuua*, fidei *triuuo*. WILLERAMUS Cap. IV. 8. *leiſt des du mir die truiuua*, præſta mihi ejus rei fidem. Et rurſus Cap. VI. 2. *minimo trute leiſt ih truiuua*, dilecto meo fidem præſto. Editio MERULÆ ubique habet *truwa*. Islandi eodem ſenſu dicunt *tru* in compoſitis. VEREL. in Ind. *truleikr* fidelitas, *trulyndur* fidus, ingenii fidi & probi, *trunadermenn* viri probi & fideles, a *nader* gratioſus. Cuncta ex eodem cum præcedenti fonte.

TREUWE, fiducia, fides quæ fidem adhibet. Angloſax. *truwa*, Francis ut ſupra. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXIII. 85. *thu ſcalt thih riuuon mit driuuon*, tu debes pœnitere cum fiducia. Inde *triulicho endi faſtlicho gilauben* fideliter & firmiter credere, quod extat in Symb. Athanaſ. apud ECCARDUM in Cat. Theot. pag. 72. Hic ſenſus oritur a *trauwen* credere, confidere.

TRIBULIEREN, vexare. Proprie eſt triturare vel tribula terere. BENSON. in Voc. Angloſax. *trifelan* terere, tundere, verberare, *trifelung* tritura. Omnino a Lat. *tribulare*. Translatum autem eſt ad preſſuras & vexationes ob manifeſtam cum trituratione ſimilitudinem.

TRICHTER, infundibulum. Belg. *trechter*, Suec. *tratt*. Secundum STILERUM a *tragen* ferre, quod hoc inſtrumento tam arida quam liquida in alia vaſa transferantur. At ſecundum REINESIUM in Variis a Lat. *trajectorium*, quod calculo ſuo adprobat GRÆVIUS in notis ad Gloſſarium ISIDORI in voce *fundibulum*.

TRIEB, verbale a *treiben*, ſignificat quantum poteſt, motum proprium & alienum.

TRIEBEL, tudicula. A *treiben* tundere.

TRIEFFEN, *treuffen*, ſtillare, guttatim cadere. Angloſax. *droppan*, *dropian*, *drypan*, Franc. *triuffan*, Belg. *druipen*, Angl. *drop*, Island. *dropa*, Suec. *drypa*. Gloſſ. Pez. ſtillans *triuſſanter*, perſtillantia *triuffentiu*. VEREL. in Ind. *dropa* ſtillare. Cuncta a *tropf* gutta. A *trieffen* porro eſt *trauffe* ſtillicidium, *tröpper* gonorrhæa, deſtillatio ſeminis, *trieffig* lippiens, *tripfeln*, *tröpfeln* guttatim cadere, frequentative vel diminutive.

TRIEGEN, tegere, occulere ſervandi & cuſtodiendi cauſa. Veſtigium verbi nunc penitus extincti occurrit apud KONIGSHOFIUM

FIUM in Chronico cap. V. 30. *das für wart niit wol betrochen und beſorget*, ignis non erat bene tectus nec cuſtoditus. Plura teſtimonia ex WUASTISIO & SEBASTIANO FRANCKO produxit STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 126. Reſtat, ut uſum Antiquitatis oſtendam. Hunc autem videor mihi deprehendere in compoſito *intrigan* revelare, Francis & Alam. familiari. Gloſſ. Keron. revela *intrib*, revelat *intribbit*. TATIANUS Cap. VII. 8. *thaz uuerden intrigane fon managen herzen githanca*, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et paulo ante: *liobt zi intriganeſſe thiotono*, lumen ad revelationem gentium. PALTHENIUS has voces componit ab *int*, & *wrygan* velare, quod Angloſaxonicum. Qua in re potuit falli vit alias doctiſſimus, quia Francica & Alamannica Dialecto *in* ſæpiſſime ponitur pro *int*. Gloſſ. Keron. abſolutus *inpuntauer*, disjungant *inmabcboen*. Similia habet OTFRIDUS in locis innumeris, quod peritis non poteſt eſſe ignotum. Itaque *intrigan* compono ex ptivativo *in*, cujus valor eſt *int*, & *trigan* occulere. Ab hoc ſimplici derivantur *trube* arca, & Suecicum *troja* thorax, quia pectus & ventrem tegit, nec non Latino-Barbarum *troga* vel *trogulus* veſtis monachalis apud CANGIUM.

TRIEGEN, occulere decipiendi aut lædendi cauſa. Gloſſ. Pez. fingere *truganon*, fictæ *trugilibo*. Inde *trug* dolus, machinatio occulta, quæ aliud agit, aliud ſimulat. A *trug* rurſus fit *triegen* fallere, dolo circumvenire.

TRIEGEN, *betriegen*, fallere, decipere. Belg. *bedriegen*, Suec. *bedraga*. Verbum a Francis & Alamannis relictum, qui eodem ſenſu dicunt *trugen*, *driugen*, *triegen*, & compoſite *bitrugen* & *getrugen*. Gloſſ. Pez. impoſtorem *truginaris*, impoſuiſti *pitrugi*. Gloſſ. Boxh. *bitrauc* feſellit. WINSBECK in Paræneſi ad fil. §. 2.

Nu ſich der welte göchel an,
Wie ſi ir volger triegen kan.
Adſpice mundi hiſtrioniam,
Ut ſectatores ſuos ludificet.

MARTINIO idem eſt quod Latinis *tricare* in voce *ſyaus*: ECCARDO idem quod *betrecken* trahendo capere, metaphora ab aucupibus deſumta, a quibus aves allectæ improviſo retibus attractis capiuntur, in not. ad L. Sal. Tit. XIV. 5. Cui conjecturæ, quamvis ſatis ingenioſæ, locum dare non poſſumus, quia puella, quæ ibidem *trabitur*, non decipitur, ſed rapitur. Ponamus vero multa decipiendi verba ab aucupio formari, quod ex compoſitis *betrecken*, *beziehen*, *betrücken*, ſatis manifeſtum: omnia tamen eo referre, nec poſſibile nec neceſſarium eſt. Tale eſt *ſchwicken*, de quo pluribus ſupra. Et tale quoque eſt *triegen*, quod malim a *trug* dolus, quam aliunde arceſſere. A *triegen* rurſus fit *trug* impoſtura, deceptio, illuſio, quod differt a *trug* dolus, ſicut factum fraudulentum ab arte fallendi.

TRIESEL, trochus, turbo. A *truſando*, quia truſatilis, & flagello circumagitur.

TRIEST, *treiſt*, *tröſt*, audax, *trieſtliglich* audacter, *trieſtigkeit* audacia. Cuncta a *dürſten* audere, præſumere, quod vide. R. eſt litera loco mobilis, & inconſtantia ſua ſonum mutat, non ſenſum.

TRIFT, & *triftig*, vide in themate verbi *treiben*.

TRILCH, trilix, genus telæ, a *tribus licis* ſic dictum, ut *zwilch* a *duobus*, interprete MARTINIO. Inde Angloſax. *thrielig hrægil* trilicium, veſtis ex trilice, apud SOMNERUM & BENSON.

TRILL, tornus. Extat eo ſenſu apud HENISCHIUM in Theſ. L. Germ. pag. 751. & oritur haud dubie a *draien* tornare, per medium derivandi L.

TRILL, ſervus. SOMNER. in Dict. AS. *thræl* ſervus, mancipium. VEGEL. in Ind. *thræ-lar* mancipia, ſervi, *thrælka* in ſervitutem redigere. Suecis *thræl* etiamnum eſt ſervus, idemque Anglis *thrall*, & inde *thraldom* ſervitus, ſervitium. An a Gr. Θύραυλος foris & ſub dio excubans? Hoc voluit JUNIUS. Malim, ſi Græca opus ſit origine, a λάτρις ſervus, per metatheſin. Quamvis nec hoc neceſſarium ſit. Nam *trill* potius eſt a *trillen* exagitare, duro labore exercere. Er huc etiam referri poteſt vox Gallica *drille* miles. Nam militis & ſervi nomina ſæpe permutantur. Ita Latinis ante CICERONEM *latro* fuit pro milite, a Gr. λάτρις, quod Reip. ſerviret in bello. Imo etiam Germanis *knecht* ſervum & militem notat. Adde, quod ſtatus militum, ſi duros labores & ſeveram diſciplinam ſpectes, a mancipiorum parum differat. MENAGIUS vocem Gallicam deduxit a *ſoldat*, pet diminutivum *ſoudrille*. Quam etymologiam quovis oraculo veriorem vocat CLERICUS in Diſſert. Prælim. ad Lex. Philolog. Martinii; quamvis ſit vitioſa, utpote ex verbo conficto facta.

TRILLEN, quatenus derivatur a *trill* tornus, ſignificat quantum poteſt, (1.) tornare. Inde Cambris *trul* cylindrus. (2.) terebrare. Inde Belgis *drill* inſtrumentum fabrile perforandi ferrum. (3.) gyrare, circumagere. Inde Angloſax. *thryl-bus* tornatorium, machina verſatilis, apud BENSONIUM. (4.) criſpare. Inde *triller* vox criſpa, Italis *trillo*. (5.) conglomerare fila &c.

TRILLEN, metaphorice ſignificat *vexare*, *exagitare*, ducta ſimilitudine a rebus, quæ circumaguntur. VEGEL. in Ind. *thræla* duro labore exercere. Ab hoc ſignificatu habemus *triller*, *trillmeiſter* campiductor, qui milites exercendo fatigat, *leute-triller* exactor, angariator &c.

TRINKEN, bibere. Gothis *driggkan* Marc. X. 38. Angloſax. *drincan* ibid. Francis & Alaman. *trinchan*, *drinkan*, Belg. *drinken*, Angl. *to drink*, Island. *drecka*, Suec. *dricka*, Gloſſ. Keron. bibere *trinchan*. Gloſſ. Pez.

ſorbeant *trinchent*. Colloq. Chriſti cum Samaritana ex Fragm. Lambeciano verſ. 13.

Bi uuaz keroſt thu, guotman,
Daz ih thir geba trinkan?

Vertit STADENIUS:

Cur cupis, optime vir,
Ut ego tibi dem bibere?

OTFRIDUS Lib. IV. cap. X. 27.

Thar drinket ir thaz minaz bluat,
Thaz iu in euuon uuola duat.

Vertit SCHILTERUS:

Hic bibitis hunc meum ſanguinem,
Qui vobis in æternum bene faciet.

VEREL. in Ind. *drecka* bibere, potare. Hoc cæteris videtur antiquius, & ab illo reliqua per epentheſin formata eſſe, non ſine ratione judicat JUNIUS. Nam *trecken* eſt *trahere*, & ſenſu ad bibentes translato *bibere*, quia potiones attrahunt. Vide JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 144. & patebit. Junium ſequuntur STIERNHIELMIUS & STADENIUS. Sed a nemine obſervatum video, quod *trinken* antiquitus nonſolum de potulentis, ſed etiam de eſculentis dictum ſit. Diſerte Verſio Angloſ. Matth. XXIII. 24. *and drincath thone olfend*, & gluritis camelum. Ergo *trinken* eſt gula attrahere, ſive potus ſit, ſive cibus. Synonyma ſunt *ſchlucken*, *ſchlinden*, *ſchlingen*. Gallis *tringuer* & Italis *trincare* eſt immoderate bibere, a Germ. *trinchen*, inquit FERRARIUS, more cum voce inde deducto. A *trinken* oriuntur *trunk* potus, *trenken* potum dare, facere ut bibat, *zutrinken* propinare, quæ ſua rurſus habent derivata.

TRITT, gradus, paſſus, inceſſus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *trawd* & *trawdd* inceſſus, curſus pedeſtris. Refer ad *tretten* primæ ſignificationis.

TRITTLING, ſcabellum. Vide *tretten*.

TROCKEN, *trucken*, aridus, ſiccus, *trockne* ariditas, ſiccitas. Gloſſ. Pez. arida i. terra *truchini*. Oritur a *treugen* areſcere, arefacere, de quo ſupra. G. ſæpe mutatur in *CH.* & *CK.*

TROCKNEN, *trucknen*, areſcere, ſiccari, *es trocknet* ſiccatur, *es vertrocknet* areſcit. Verbum ab adjectivo factum, quo utitur Cod. Argent. Marc. IX. 18. *kriuſtit tunthuns ſeinans jah gataurknith*, ſtridet dentibus ſuis & areſcit. Vulgo legitur *gaſtaurknith*, ſed forte vitioſe.

TROCKNEN, *trucknen*, ſiccare, facere ut areſcat. Gloſſ. Pez. exſiccetur *gitruchinit*, ſiccandos *truchanamne*, exſiccandos *truchanan*. Verbum faceſſens ex præcedenti.

TRODEL, *trödel*, *treidel*, ſcruta, veteramenta, aliæque res viles, *trödel-markt* forum ſcrutarium, *trödel-frau* ſcrutaria. Diminutiv. a *troſt* ſarcina.

TROG, alveus, *waſſer-trog* aqualiculus, *back-trog* mactra. Gloſſ. Pez. collectaculum *troch*. BENSON. in Voc. Angloſax. *trig* alveus, *trog*, *troge*, *troh* alveus, cantharus, mactra, linter, *cilda-trog* cunabulum. VEREL. in Ind. *trygell* alveolus, eſt diminutivum a *traug* alveus, inde Italis *trugo* & diminutiv. *truogolo*, quod a *trunco* deducit FERRARIUS, ſed fruſtra, cum ſit vocabulum pure Gothicum. Hæc ille: ſed non docet, unde ſit *traug*, nec Gothicum eſſe perſuadet. Nam alvei fiunt ex trunco excavato, & hactenus recte ab illo denominantur, donec ratio appellationis aliunde pateat. Huc etiam referri ſolet vox WILLERAMI *trugelin*, quæ extat in Edit. Merulæ pag. 131. *thin vahs iſt gedaan alſo cuninges purpura, thiu ther zeſamene gebunden nohtaune ſuevet in then zuein trugelin*. Ubi JUNIUS *in zuein trugelin* vertit *in duobus canalibus*. Quem ſequuntur STADENIUS in Voc. Bibl. & SCHILTERUS in Gloſſ. Quæri poteſt, quid faciant *canales* in purpura Regis, aut in capillis ſponſæ? Fateor me id neſcire. Contra *dregeli* in Indice VERELII exponitur *faſcia*, *vitta*, quod ſenſum reddit elegantem, ſi verba theotiſca ita vertamus: *Comæ tuæ ſunt ſicut purpura Regis, quæ etiamſi ſint colligatæ, fluctuant tamen in duabus faſciis*. Hoc unum me angit, quod vox in fonte Hebræo Cant. VII. 5. *aqualiculum* non *faſciam* ſignificat, & quod WILLERAMUS in Expoſitione rhythmica verba ſua ſic interpretatur:

Suntque tui capitis crines ut purpura Regis,
Cepta colorari fluitat quæ juncta CANALI.

TROGE, *tröge*, ſiccus. Vide *treuge* & *trocken*.

TROLLEN, diſcedere, *trolle dich* apage. Videtur idem quod *trille dich* verte te. Nam qui diſcedit, cogitur corpus in gyrum vertere.

TROMME, tympanum. Anglis *drumm*, Suecis *trumma*, Belgis *tram* in compoſito *ketel-trom* tympanum aheneum. Opinor a Gr. δέρμα pellis. Quid enim eſt tympanum, niſi pellis vitulina, quæ fuſtibus pulſa boatum edit? Hodie cum Belgis utimur diminutivo *trommel*. Vulgus inde derivat *trommelen* tympanum pulſare.

TROMMEN, ſonare, ſuſurrare. Verbum a ſono fictum, quod cognoſcitur ex Angloſax. *dryminga* ſuſurrus, & Germ. *maul-trommel* crembalum.

TROMPETE, tuba. Cambris *trwmpls*, Anglis *trumpet*, Gall. *trompette*, Luth. *drommete* Hiob. XXXIX. 28. Diminutiva a Francico *trumbo*. Gloſſ. Lipſ. *drumbon* tubis. TATIANUS Cap. XXXIII. 2. *ni tuo trumbun ſingan fora thir*, noli tubis canere ante te. Vitæ Abbatum S. Albani apud CANGIUM: *Tuba, quam vulgus Trumpam vocat*. Hodie ſimplex ſuperat apud Belgas, quibus *trompe* tuba. Cuncta per epentheſin a Sarmatico *traba* tuba, buccina, cornu, quod eſt a *trabiu* inflo, cano, modulor. Voces ſiſtit FRENZELIUS in Orig. Sorab. pag. 231.

TROPF,

TROPF, gutta. Græc. θρόμβος, Angloſax. *dropa*, *drype*, Franc. *trouph*, *tropf*, Suec. *droppa*, Angl. & Belg. *drop*. Gloſſ. Pez. ſtilla *trouphi*. TATIANUS Cap. CLXXXII. 3. *uuard tho fin ſueiz ſamo ſo tropfo bluotes*, & factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis. Cuncta forteſſe a τρυπᾶν perforare, quia gutta cavat lapidem non vi ſed ſæpe cadendo. A *tropf* eſt *trieffen* & *treuffen* ſtillare, guttatim cadere.

TROPF, podagra. Latini *guttam* vocant, ob deſtillationem vitioſi humoris in articulos, unde Gallis *goutte*, Anglis *gout* eodem ſenſu. Hunc loquendi modum imitantur noſtri in *tropf*, ſenſum a gutta ad morbum guttæ cadenti ſimilem transferendo. Conf. *zipperlein*.

TROPF, miſer, miſellus, impotens, aut morbo laborans. SCHILTERUS videtur derivare a *treffen*, quia *tropf* illi eſt paralyticus, a manu divina (ut vulgo ajunt) percuſſus, in voce *perlin*. Latior & commodior ſenſus oritur, ſi vox ducatur ab obſoleto *trüben* pati, cujus antiquitatem inferius demonſtravi. Sed & Græcæ originis eſſe poteſt, non ab ἀνθρωπος, ut exiſtimat HELVIGIUS, ſed a δρώπης erro, mendicus.

TROPP, *trupp*, agmen, cœtus, grex hominum & animalium. Cambris *torf*, *tyrfa*, Lat. *turba*, Lat. Barb. *troppus*, Belg. *trop*, Angl. *a troop*, Gall. *troupe*, *troupeau*, Ital. *truppa*, Hiſp. *tropa*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *torf* multitudo, turma, *tyrfa* turba, turma, *catorfa*, *catyrfa*, turba, turma, caterva, a *cad* pugna, quaſi turba militaris. Lex Alam. Tit. LXXII. 1. *Si quis ductricem in troppo de jumentis involaverit*. Cuncta a *treiben* agere, agitare, prorſus ut *agmen* ab *agendo*. Simile derivatum vide in *herde* grex, cœtus, exercitus. Litera R. cum natura ſua mobilis ſit, vocalem ſuam nunc antecedit, nunc ſequitur. Poſtea ſenſus a multitudine ad locum multitudinis translatus eſt. Inde *dorf* villa, oppidum &c. quod vide. Aliud eſt *turba* tumultus, commotio plebis. Nam hoc eſt a *trüben* turbare ſtatum rei.

TROPPER, *tröpper*. Vide *trieffen*.

TROSS, farcina, farciculus. Camb. *trwſa*, Belg. *tros*, Suec. *trotz*, Gall. *trouſſe*, *trouſſeau*, Latino-Barbaris *troſſa*, & hinc *troſſare* & *truſſare* ſupellectilem in farcinas colligere, quod imitantur Galli in *trouſſer bagage*, Angli in *truſs*. Hodie dicitur de farcinis & impedimentis exercitus tantum. Inde *troſs-bube* (non *trosbuc*, ut ſcribit MENAGIUS) calo, lixa, & omnis ſervus militaris, Belgis *trosboef*, Suecis *trotzdræng*.

TROSS, comitatus, *groſſer troſs* magnus comitatus. Primo intuitu poſſit videri dictio ſynecdochica, qua farcina ponitur pro ſervis qui farcinas portant. Sed revera eſt multitudo eorum qui aliquem ſequuntur, a verbo *truſſare* ſequi, ſectari, perſequi. Latino-Barbaros hoc verbi formaſſe a veſtigio, quod Gallis *trace*, *traſſe*, Italis *traccia* dicitur, obſervat CANGIUS in *cane traſſante*, qualis eſt qui veſtigia feræ proſequitur. Ipſum vero veſtigii nomen non eſt a *tractu*, ut FERRARIUS & MENAGIUS arbitrantur, ſed a *tretten* calcare, quia veſtigia ſunt ſigna pedum non trahendo ſed calcando impreſſa. Et T. mutari in C. vel K. millies contingit.

TROST, ſubſtantive.

TROST, fidelitas, fides quæ fidem profitetur & ſervat. Hodie ſuperat apud Anglos, quibus *truſt* fides, *truſtineſs* fidelitas. Francos eodem dicendi genere uſos eſſe, colligitur ex vocibus Latino-Barbaris, in Lege Salica, Ripuaria, Longobardica, Capitularibus Regum Francorum, Formulis MARCULFI, & alibi paſſim obviis, quales ſunt, *truſtis* fidelitas, *truſtim jurare* fidelitatem ſacramento confirmare, *in truſte Regis eſſe* in fide Regis eſſe, ſive alter fidem dederit Regi, ſive Rex illi. Exempla dabit CANGIUS immenſi laboris ſcriptor, in Gloſſario. Cuncta a *trauwen* ſpondere, fidem promittere, per medium derivandi ST. Nec obſtat, quod plus ſit in derivato, quam in primitivo. Nam qui fidem profitetur, illam ſervare præſumitur. Et hinc fidelitas recte vocatur profeſſio fidei, etiamſi promiſſa non ſemper cuſtodiantur.

TROST, fiducia, confidentia, fides quæ fidem habet. Gr. θάρσος, Anglis *truſt* ut ſupra, Islandis *trauſt*, VERELIUS in Ind. *trauſt* fiducia. Oritur a *trauwen* credere, confidere, & differt a *durſt* audacia, quia audacia ſuis fidit viribus, non promiſſis alienis.

TROST, ſolatium. Francis & Belgis *troſt*. Gloſſ. Pez. ſolatium *troſt*. Proprie eſt fiducia, & dicitur de ſolatio, quia ſolatium eſt erectio animi per fiduciam.

TROST, auxilium, tutela, & ſimilia. VEREL. in Ind. *trauſt* auxilium, refugium, ſecuritas. Senſus a ſolatio ad auxilium translatus, quia auxilia ſunt maxima humanæ vitæ ſolatia. Hinc in Gloſſis vetuſtis *ſolatium* & *auxilium* ſæpe commune habent vocabulum. Gloſſ. Keron. ſolatia *helfa*, adjutorium *helfa*.

TROST, adjective.

TROST, fidus, fidelis, qui fidem profitetur & ſervat. Hodie perennat apud Anglos, quibus *truſty* fidelis, & *truſtily* fideliter. Omnino a *trouwen* ſpondere, fidem promittere. Inde Latino-Barbaris *truſtis dominicus* qui in truſte regia eſt, & negotium regis facit, & *antruſtio dominicus* qui fidem regi in manus dedit. In quo compoſito particula *an* non eſt otioſa, ſed adverbium copulæ, ſignificans eum, qui ſic dicitur, Regi per ſacramentum in manus datum conjunctum eſſe. Idem homo omiſſa interdum particula *truſtinus* vocatur, quem fruſtra pro Dapifero venditant nonnulli. Uterque differt a *droſt* præfectus.

TROST, confiſus. Hodie utimur compoſito *getroſt*, quod eſt a *trauwen* fidere, confidere, fiduciam collocare, & differt a *trieſt*,

treiſt, tröſt audax. Ille fiduciam collocat in alio, hic in ſe ipſo.

TROSTEN, *tröſten*, fidere, confidere. Angl. *to truſt*, Suec. *tröſta, förtröſta*. A *troſt* fiducia, & non a *trauwen* & *thun* fidere & facere, etiamſi hæc etymologia magnum habeat auctorem. Nam verba apud Germanos non coaleſcunt ex verbis, ſicut nomina ex nominibus, nec hujus conglutinationis ullum exemplum proſtat. Hodie utimur reciproco *ſich getröſten*.

TROSTEN, *tröſten*, conſolari. Francis & Alam. *troſten, getroſten*, Belg. *trooſten*, Suec. *tröſta*. Gloſſ. Keron. conſolari *ketroſtan*. Gloſſ. Pez. delinivit *gitroſta*. A *troſt* fiducia. Quid enim eſt conſolari, niſi fiducia implere, & facere ut confidat? Differt a *tröſten* confidere, etiamſi in fiducia cum illo conveniat. Nam qui confidit, fiduciam capit ipſe, & qui ſolatur, alterum in fiduciam erigit.

TROSTER, *tröſter*, paracletus. Utitur Luth. Joh. XIV. 26. Mira eſt in Verſionibus tam veterum quam recentiorum in hoc nomine diverſitas. ULFILAS utitur voce Græca. Angloſaxo habet *frofregaſt*. Interpres Tatiani *fluobareri* Cap. CLXV. 4. Islandus *huggare*, Suecus *hugswalare*.

TROSTEL, *droſſel*, ſpecies turdi vel merulæ. Gloſſ. Ælf. in nom. avium: merula vel plara *troſle*. BENSON. in Voc. Angloſax. *thriſc* turdus, *threſtle* turdus. MARTINIO venit a Lat. *turdela*, quem ſequitur ECCARDUS in notis ad L. Sal. pag. 25.

TROT, mulier, anus, ſaga. Ab initio videtur fuiſſe nomen omnibus fœminis commune. VERELIUS in Ind. *drot, quinna* fœmina, mulier. Poſtea fœminis decrepitis tantum adhæſit. Inde Anglis *trot* vetula. Tandem a vetulis venit ad ſagas, quia vulgus de vetulis plerumque male ſentit. Inde *trotte, drütte, drudo* ſaga, ſtriga, venefica. Niſi forte ſit a *druis*.

TROTT, populus. Vide *drott*.

TROTTE, torcular. JUNIUS tribuit Alamannis *trotta* eodem ſenſu, & derivat a *tretten* calcare, in Gloſſ. Goth. pag. 335. Atqui uvæ calcantur in lacu, premuntur in torculari. Hinc vox Alamannica fortaſſe rectius ducitur a Lat. *trudere*. Nam vocabula, quæ ad vini conficiendi rationem ſpectant, plerumque ſunt Latina, quia vinum eſt voluptas nova in Germania.

TROTTEN, *trotteln*, ſuccutere, ſuccuſſare, & metonymice velociter currere. Dicitur de equis tantum, quatenus incitato curſu ſeſſorem concutiant, & tribuitur Germanis a STIERO in Theſ. L. Germ. Angli eodem ſenſu dicunt *to trot*, Galli *troter*, Itali *trottare*, Latino-Barbari *trotare*. Inde formulæ apud CANGIUM: *quantum equi trotare poterant*. SALMASIUS deflectit a *tolutare*, tolutim incedere, quem ſequitur MENAGIUS. Quod merito diſplicet FERRARIO, quia hæc etymologia tolutarium cum ſuccuſſatore, hoc eſt, mollem equi inceſſum cum incommodo & cruciante confundit. Ipſe deducit a *quadrupedare*, quia equus quadrupedando cruciat, ingenioſo ſed difficili partu. CARDANUS talem equum *tortorem* vocat, acſi *trotare* per metatheſin eſſet a *tortare* torquere, cruciare. Quam etymologiam haud illepidam vocat SKINNERUS. Nec deſunt, qui vocem a ſono currentis equi fictam arbitrentur, quos inter primus eſt CANGIUS. Sed hos nodum ſecare, non ſolvere, certum eſt. Quid ergo, inquies, eſt *trottare?* Reſpondeo: fatigare, defatigare, & dicitur de equo quadrupedante, quia vectorem ſuccuſſu defatigat. Teſtis mihi VERELIUS in Ind. *trott* laſſus, defatigatus, *trotta* defatigare, inde Ital. *trottare* ſuccutere, proprium equorum ſuccuſſatorum & ſternacium. Hæc ille totidem verbis. Suecis *trötta* etiamnum eſt defatigare, *trött* defatigatus, *tröttheet* defatigatio. Unde patet, quam miſere ſæpe hallucinentur ii, qui voces in Scandia natas, & ab illis proſeminatas, nulla iſtius linguæ notitia inſtructi, aliunde explicare nituntur. A *trotten* currere, rurſus fit *trot* curſus equi incitatus & ſuccuſſorius, & *trotarius* curſor, pediſſequa: quorum illud Anglis & Gallis, hoc Latino-Barbaris uſitatum.

TROTTEN, *trotteln*, tarde & pigre incedere, inſtar hominis defatigati, *trottler* piger inceſſu. Quemadmodum a Scandico *trotta* defatigare fit *trotten* ſuccutere, & metonymice incitate currere, ob rationes ſupra dictas: ita a *trott* laſſus, defatigatus, rurſus fit *trotten* contrario ſignificatu, h. e. pigre incedere. Illud de equo, hoc de homine dicitur.

TROTZ, *trutz*, minæ, comminatio. Angloſax. *threatas*, Angl. *threats*. A *drohen* minari. Hic ſenſus a verbis minacibus elegante transfertur ad res, quæ terrent, ut ſunt arma & fœdera. Inde *trotz bieten* cornua obvertere, *ſchutz-und trutz-bund* fœdus defenſivum & offenſivum.

TROTZ, *trutz*, contumacia, ferocia, animoſitas. Belgis *trots* eſt contumax & contumacia. Suecis *tresk* contumax, *treskhet* contumacia, *treskeliga* contumaciter. Græcis θρασὺς audax & ferox, θρασύτης audacia, contumacia. Latinis *thraſo* præſumptuoſus. Refer ad. *trotzen* confidere. Nam quocunque nomine venerit hæc animi affirmatio (pluribus autem deſignatur,) certe eſt affectus hominis viribus ſuis fidentis.

TROTZ, *trutz*, interjectio comminantis, provocantis, & viribus ſuis freti.

TROTZ, trutz, interdum idem eſt quod *druſs* moleſtia.

TROTZEN, *trutzen*, comminari, minis terrere, inſultare, provocare. Angloſax. *threatian*, Angl. *threaten*, Belg. *troiſen*. A *trotz* comminatio.

TROTZEN, *trutzen*, confidere, *auf ſein gelt und gut trotzen* fiduciam ponere in opibus ſuis. Hic ſenſus oritur a *durſt* audacia, confidentia, transpoſitis radiculæ literis.

Inde

Inde *abtrotzen* contumacia vel minis extorquere. Utrumque enim denotare poteſt, ut ex antecedentibus patet.

TROTZIG, *trutzig*, ſignificat quantum poteſt, minacem, & ex fiducia virium ferocem, præſumptuoſum &c.

TRUB, *trüb*, turbidus, *das trübe* feculentum. Gloſſ. Pez. turbidum *truopaz*. Dicitur de aëre & liquidis, quatenus partibus diſſimilibus mixta ſunt, & per metonymiam cauſæ pro effectu de obſcuro & minime claro. Refer ergo ad *trüben* turbare.

TRUBEN, *trüben*, turbidum reddere. A Lat. *turbare*. Dicitur de aqua tantum, & metaphorice de aliis quoque rebus, quæ inſtar aquæ e ſtatu tranquillo in turbidum rediguntur, ut mox patebit.

TRUBEN, *trüben*, turbare ſtatum rei, miſcendo, commovendo, vel contrarios motus excitando. Gloſſ. Keron. turbet *ketruabpe*, perturbet *ketruahpe*, turbulentus *truabaler*. Quod dicitur de iis, qui gregem & monaſterium turbant, in Reg. S. Bened. Cap. 61. 63. 64. Inde Gallis *troubler* & *trouble*ur eodem ſenſu. In Evangelio Gothico *drobjan* uſurpatur de his, qui remp. turbant. Marc. XV. 7. *was gabundans mith thaim mith imma drobjandam*, vinctus erat cum iis qui una cum ipſo turbas excitaverant. Latini eodem ſenſu dicunt *turbare* & *perturbare*, & inde *turbo* ventus vehemens & impetu ſuo omnia miſcens, & *turba* commotio multitudinis. Similiter & Græcis θορυβέω eſt tumultuari, θόρυβος & τύρβη tumultus.

TRUBEN, *trüben*, pati, affligi. Angloſax. *throwian*, Francis *thruven*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *throwian* pati, *throwere* martyr, *throwunge* paſſio. TATIANUS Cap. CLVIII. 2. *luſtonti luſta theſa oſtrun zi ezzanne mit ju, ér thanne ih thruve*, deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. Verbum obſcurum & extinctum. Belgæ tamen inde habent *droef* dolens, triſtis, patiens, Angli *throwes* dolores & labores parturientium, nos *trübſal* calamitas, ærumna, perpeſſio.

TRUBEN, *trüben*, affligere, vexare, moleſtia vel triſtitia afficere. Gothis *draiban*, Angloſax. *drefan*, Franc. & Alam. *trouben*, *truaben*, Sax. inf. *drôven*, *bedrôven*, Lat. *tribulare*. Evang. Goth. Marc. V. 35. *hwa thanamais draibeis thana luiſari*, quid ultra vexas magiſtrum? Evang. Angloſax. Joh. XII. 27. *min ſæwel ys gedreſed*, anima mea turbata eſt. TATIANUS Cap. CLXXX. 5. *gitruobit iſt min ſela unz in tot*, triſtis eſt anima mea usque ad mortem. Verbum faceſſens ex præcedenti. Quid enim eſt affligere, niſi facere ut patiatur? Inde

Gothis *drobnan*, *indrobnan*, affligi, perturbari, & *gadrobnod* afflictus, perturbatus, in Gloſſ. Goth. apud JUNIUM pag. 145.

Francis *ſib druaben* contriſtari, in Gloſſ. Schilt. pag. 242.

Alamannis *ketruabpen* moleſtia afficere, quod dicitur de æſtate, qui monachos nimio æſtu perturbat, in Reg. S. Bened. Cap. 41. Ibidem Cap. 31. *daruhtriabit* exponitur per *keunfreuuit* contriſtetur.

Germanis *betrüben* affligere, offendere, *betrübt* triſtis, afflictus, *betrübniis* afflictio, mœror, luctus, *ſich betrüben* & *betrübet werden* contriſtari animo &c.

Græcis τρύω eſt affligo, nonnulla fortaſſe cum reliquis affinitate.

TRUCHSESS, dapifer. Omnino a ferendis dapibus, ut *fændrich*, *fæntruch* ſignifer, a ferendo vexillo. Eſt enim vox ad modulum Latinæ facta, quamvis præpoſtera compoſitione, ab *eſs* cibus, & *tragen* portare. *Dapiferi* officium fuiſſe, tanquam principis coquorum, regiæ menſæ proſpicere decibo, & in ſolemni Inauguratione primum ferculum Regi publice cœnanti offerre, proſixe oſtendit SPELMANNUS in voce. Simile compoſitum eſt in nomine miniſterii haud diſſimilis, & palatini quoque, quando *Pincerna* Angloſaxonibus vocatur *laedrinc*, quia Regi bibenti poculum offert. Lex R. Æthelbirhti § 7. *Gif Cininges ambiht - ſmith oththe laadrinc mannan ofſlehth, meduman leodgelde forgelde*. Vertit Cel. WILKINSIUS: *Si quis Regis Præfecti fabrorum vel Pincernæ famulos occiderit, moderatam mulctam ordinariam ſolvat*. IDEM in Gloſſario adjecto: LAADRINC *vitioſe poſitum pro* LAEDAINC, *quod eſt a lacan offerre, & drinc potus*. Cum autem Codex Roffenſis ita habeat, nec alibi præterquam in Æthelbirhti Legibus occurrat, retinuit *laadrinc* & vertit *pincerna*. Regnavit, ut ibidem oſtendit, ab an. Chriſti 561. usque ad an. 616. quo obiit. Hanc etymologiam meam pro ſuo, quo pollet, judicio, adoptavit Vir Cl. D. MASCOVIUS in *Principiis Juris publici* pag 181. Quod mihi inſtar pignoris eſt, eam nec reliquis eruditis diſpliciturum. Hino porro non poſſum adſentiri iis, qui præpoſtera vocis Germanicæ compoſitione (quæ tamen, uti vidimus, non caret vetuſtiſſimo exemplo aulico) offenſi, nomen hujus miniſtri vel a *Droſſato* vel ab *Antruſtione* derivant. Nam hæc nomina non ſoli *Dapifero* convenire, ſed omnibus in negotio Regis verſantibus antiquitus tribui, jam demonſtravi in *Droſt* præfectus, & *troſt* fidelis. Sueci dapiferum vocant *drotz* vel *drotzet*, manifeſta vocabuli Germ. *truchſeſs* imitatione. Plura præpoſterę compoſitionis exempla vide in *Proleg.* Sect. IV. in *metathefi*.

TRUCKEN, ſiccus. Vide *trocken* & *treuge*.

TRUG, dolus, ars & voluntas decipiendi. Francis *drug* & *trugebeit*. Gloſſ. Lipſ. *drugina* dolus. NOTKERUS Pſal. XXXVI. 2. *noh trugebeit in ſinemo ſimme ne iſt*, nec dolus in ſpiritu ejus eſt. Refer ad *triegen* occulere decipiendi aut lædendi cauſa. Quid enim eſt dolus, niſi conſilium occultum decipiendi aut lædendi? Dicimus etiam *betrug*. Utitur tamen ſimplici Luth. Pſal. X. 7.

TRUG, fraus, fallacia, illuſio. Perſis *drug*, Franc. & Alam. *drug*, *troc*, *gitrog*. Gloſſ. Pez. illuſionem *gitrugida*. Dicitur antiquitus (1.) de hallucinatione, ſive fictione mentis ſeipſam decipientis. Gloſſ. Boxh. *kitroc* fictio, *katroc* fantaſia. Hodie dicimus *ſelbſtbetrug*. (2.) de ſpectris. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VIII. 47.

Firnamun in giuuari
The' iz ein gidrog uuari.

Vertit SCHILTERUS:

Putabant certe
Quod ſpectrum eſſet.

Unde vel ex nomine patet, quid Franci de ſpectrorum & lemurum apparitionibus cenſuerint. (3.) de Oraculis Gentilium. Hinc *ſimulacra Deorum* ab interprete ISIDORI vocantur *diubilo drugidha* dæmonum illuſiones Cap. V. 7. quia totus mundus ante adventum Chriſti his ſimulacris ludificabatur. (4.) de bonis fallacibus. TATIANUS Cap. LXXV. 3. *gitrog thero uuolone bitemphit thas uuort*, fallacia divitiarum ſuffocat verbum. (5.) de facto fraudulento. Utitur Luth. Matth. XXVII. 64. Cuncta a *triegen* decipere, auctoribus Francis, vel potius Scythis, a quibus vocabulum ad Perſas defluxit. Gothi & Angloſaxones neſciunt has voces. Et illi quidem fraudem vocant *airzitha* Matth. XXVII. 64. hi vero *facn* Marc. X. 19. *facen ne do thu*, fraudem ne feceris. Ubi Luth. *du ſolt niemand teuſchen*.

TRUG, artifex fraudum, magiſter in arte decipiendi, vel etiam deceptor. SCHOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *drwg* malus, nequam, pravus. AUCTOR Vulpeculæ: *Reinke iſt ein loſer droch*. ROSTIUS Carminum feſtivorum primo: *du biſt een loſer droch, een luchtferdiger mann*. Germani ſuperiores dicunt *betrieger*, longius non elegantius. *Trug* eſt verbale a *triegen* decipere.

TRUHE, receptaculum clauſum, ſive arca ſit, ſive loculus, capulus, compes, aut ſimile quid. Gloſſ. Ælf. pag. 74. ſarcophagum *thruh*. Gloſſ. Pez. compedes *fuozdruha*, manicis *hantdruhun*, ſarcophago *ſteminer druho*. VEREL. in Ind. *thro* ſarcophagus, *ſilfrthro* arcula argentea in qua conduntur oſſa martyrum. Refer ad *triegen* tegere ſervandi & cuſtodiendi cauſa. Inde Latino-Barbaris *truca* ciſta, locellus, apud CANGIUM.

TRUHTIN, dominus. Vide *drottin*.

TRUMM, fragmen, *trümmer* fragmina, *zertrümmern* in partes confringere. Græcis θρύμμα eſt fruſtum, a θρύπτω frango. Germanis *trumm* vel idem eſt, vel factum a *trennen* rumpere, mutato N. in M. Metonymice dicitur de capite fili, quia filum incipit ubi ruptura facta eſt.

TRUMMEN, ſonare. Vide *trommen*.

TRUNK, *trank*, potus, hauſtus. SCHOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *trangcell* hauſtus, Vandali & Teutones dicunt *trankh*. Evang. Goth. Joh. VI. 55. *thata bloth mein iſt draggk biſunjai*, ſanguis meus vere eſt potus. Evang. Angloſax. Matth. X. 42. *drinc cealdes wæteres*, potus aquæ frigidæ. Gloſſ. Keron. potus *tranh*. Gloſſ. Pez. ſicera *tranh*, de potu *fona tranche*. Hodie ita diſtinguimus, ut *trank* ſit potus medicatus, a *trenken* potare, potum dare, *trunk* potus ordinarius, a *trinken* bibere.

TRUNKEN, ebrius, *trunkenheit* ebrietas. Gloſſ. Lipſ. *fardruncon* crapulatus. Gloſſ. Keron. vinolentum *uuintrunchaz*, ebrietas *ubartrunchanii*. TATIANUS Cap. XLV. 8. *foltruncane* inebriati. BENSON. in Voc. Angloſax. *oferdrincan* plus æquo bibere, *oferdrenc* ebrietas, *ofer-druncen* ebrius, *druncnian* inebriari, *drunce*, *druncen* ebrius, *druncen-georn* bibax, *druncennyſſe*, *druncenſcype* ebrietas. Quædam ex his, quibus nota exceſſus præfixa, oriuntur a *trinken* bibere: reliqua vel a *druncnian* inebriari (quod videtur eſſe frequentativum a *trinken*,) vel a *trenken* mergere, quia ebrius eſt quaſi vino merſus.

TRUNKENBOLD, ebrioſus. Proprie caput ebrium. Ita *ſchielebol* & *ſchielebolt* eſt caput ſtrabum. De capitis appellatione vide plura in *bolen* vertere, nec non in *polſter* pulvinar. *Bold* pro *bol* eſt a paragoge.

TRUPP, agmen. Vide *tropp*.

TRUTZ, minæ. Vide *trotz*.

TUCH, pannus, linteus & laneus, & per metonymiam materiæ quicquid ex panno vel linteo fit. Vox a Francis proſeminata, nec alibi niſi apud illos obvia. Gloſſ. Pez. pannus *tuoh*, pannos *tuocha*, pallium *tuobhe*. Gloſſ. Boxh. *tuacha* placula. TATIANUS Cap. V. 13. *inti bimuant inan mit tuochon*, & involvit eum pannis. Refer ad *decken* tegere. Revera enim eſt tegmen, & tegendi corporis cauſa factum. Ita Latinis *toga* a *tego*. Hoc malo, quam cum GOLDASTO derivare a *tunch* tunica, vel cum HELVIGIO ab Heb. *dok* pellis, membrana, cortina, vel cum STADENIO a *ducken* premere, quod coactilibus magis quam pannis convenit, vel cum aliis a τεύχω fabrico.

TUCHSTEIN, pumex. Belgæ melius *tuffſteen*. Quemadmodum enim *bims* & *bimſenſtein* eſt a *pumex*, ita *tuffſtein* a *tophus*. Diſcrimen inter Germanicam & Belgicam vocem eſt a permutatione literarum F. & CH. vitio ſatis frequenti in omnibus Dialectis. Aqua ex topho fluens idem nomen cereviſiæ cuidam conciliavit.

TUCHT, *tücht*, virtus, præſtantia, probitas. Francis *dohti*, Belg. *deugd*, Suec. & Island. *dygd*. OTFRIDUS in Præfat. ad Epiſcop. Salomon. verſ. 25.

Ni thaz mino dohti
Giuuerkon thaz to mohti.
Non quod præſtantia mea
Efficere illud potuerit.

Idem regni cœlorum excellentiam vocat *himil-*

himilriches dohta Lib. V. Cap. XXIII. 471. 480. quod male vertitur decor, gloria, majeſtas. VEREL. in Ind. *dygd* præſtantia, valor, *dygdamadur* vir honeſtus, *dygdarlaus* ſine virtute. Refer ad *taugen* poſſe, valere, præſtare, prodeſſe &c.

TUCHTIG, *tüchtig*, quatenus derivatur a *tücht* virtus, præſtantia, probitas, ſignificat quantum poteſt, idoneum, aptum, habilem, probum, & tam facultate quam voluntate bene agendi præditum. Inde *untüchtig* ſenſu oppoſito & contrario. Angloſaxonibus *dihtig* eſt paratus, inſtructus, ſed ex alio fonte, nempe a *dichten* parare.

TUCK, *tück*, dolus, machinatio occulta, *tückiſch* doloſus, *heimtückiſch* ſubdolus. Græcis τέχνη eſt dolus, Cambris *dichell* aſtutia, fallacia, inſidiæ, *dichellgar* aſtutus, verſutus. Et in Lexico Runico *thykkia* exponitur ira latens. Derivari poteſt, vel a *tögen* celare, occulere, quod inprimis ſe probavit STADENIO, ſecretorum linguæ noſtræ rimatori feliciſſimo; Vel a *decken* latere, latitare. Latent enim plerumque doloſi, & clam inſidias ſtruunt. TACITUS Annal. IV. 69. *Teckum inter & laquearia tres Senatores, haud minus turpi latebra quam deteſtanda fraude, ſeſe abſtrudunt, foraminibus & rimis aurem admovent.* Vel a *tagen* ſilere. Nam & hoc convenit ingeniis ſubdolis & ad fallendum natis, quæ plerumque ſunt taciturna.

TUCKEN, *ſich tucken*. Vide *ducken*.

TUGEN, *tügen*, *tögen*, poſſe, valere, prodeſſe. Vide *taugen*.

TUGEND, virtus. Camb. *digoniant*, Angloſax. *duguth*, Francis *tugend* & *tuged*. NOTKERUS Pſal. CXXXVII. 3. *manega tugend kehuſoſt du in minero ſelo*, multiplicabis in anima mea virtutem. WILLERAMUS Cap. II. 7. *ih beſueron iuuih bi den tugeden*, adjuro vos per virtutes. Quid Germanis ſit VIRTUS, patet ex radice *tügen*, *tögen*, *taugen*, cujus ampliſſimus ſignificatus eſt *poſſe*, *valere*, *præſtare*, *prodeſſe*, *expedire*, *juvare*, ut demonſtravi in loco. Hinc proles tanti parentis ſignificat quantum poteſt (1.) vim agendi naturalem, (2.) potentiam recte agendi, & ex ductu rationis vivendi, fugere vitia, & modum in rebus tenere, (3.) vim qua adverſa fortiter repellimus aut patienter toleramus, (4.) excellentiam qua aliis præſtamus, (5.) probitatem qua aliis utiles ſumus, & denique (6.) quamvis honeſtam actionem. Latinis quoque *virtus* a viribus denominatur, nonſolum naturalis & bellica, ſed etiam moralis, qua cum vitiis tanquam cum beſtiis certamus. Origines, quæ a τάχειν ordinare, τεύχειν parare, τέκειν parere, δείκνυμι oſtendere, ab Helleniſtis deſumuntur, ne hilum quidem valent. De terminatione *end* vide *Proleg.* Alterum virtutis nomen in Veteri Lingua eſt *kuſt*, quod poſſit eſſe a *giſen* poſſe, valere, quia virtus eſt agendi potentia. Nam ex eodem fonte & potentes & viri fortes appellantur, ut oſtendi in *gaſt* & *geſus*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXVII. 17.

Thaz ſin hugoluſti
In rehteru kuſti.

Vertit SCHILTERUS:

Hæ ſunt jucundæ meditationes
In vera virtute.

Alii vertunt, *in vero guſtu*. Perperam. Nam *kuſt* eſt virtus, & *unkuſt* vitium, malitia, iniquitas. VEREL. in Ind. *koſtur ok lauſtur* virtutes & vitia, *okoſtur* conditio iniqua. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VII. 109.

In thir haben ih mir funtan
Thegan einfaltan
Ther ouh unkuſti
Ni habet in theru bruſti.

Vertit SCHILTERUS:

In te inveni mihi
Servum ſimplicem (ſincerum)
Qui & dolum
Non habet in pectore.

Alamanni libentius dicunt *achuſt*, quia *a.* negandi vim habet apud priſcos, perinde ut *o.* apud Septemtrionales, & *un* apud reliquos Germanos. Gloſſ. Keron. vitium *abchuſt*, vitio (ex vitio) *er achuſti*. In iisdem Gloſſis legimus *hachuſt*, quod idem, & *archuſt*, quod vitioſum. Denique in ore multorum *unkuſt* pronunciatur *honkuſt*, ex libidine adſpirandi. Tertium nomen Virtutis vide in *elend*.

TUM, ſubfixum. Vide *Proleg.* Sect. VI.

TUMMEL, crapula. Vel idem eſt quod *daumel* vertigo, vel a Lat. *temulentia*.

TUMMELN, circumagere, *die pferde tummeln* circumagere equos. Frequentativum a *dümen*, quod tempus delevit. Vide quæ de ortu & cognatione hujus verbi dixi in *daumel* vertigo. Interim a frequentativo habemus *tummelplatz* gyrus, ubi equi circumaguntur, & *ſich tummeln* feſtinare, rapide & concitate rem agere, inſtar equi qui circumagitur.

TUMMELN, *ſich tummeln*, ſaltare, tripudiare. Frequentativum a *dümen* vertere, circumagere, & dicitur de ſaltantibus, quia inter ſaltandum crebro corpus vertunt. Angloſaxones non utuntur hoc frequentativo, ſed ſimpliciter dicunt *tumban*, quod extat in Evangelio Gentis Marc. VI. 22. *and tha tha thære Herodiadiſcan dohtor in-eode and tumbode*, & cum intraſſet filia Herodiadis & ſaltaſſet. Cui verſioni conſentit Germanica quædam, STADENIO in Vocibus Biblicis citata pag. 908. ubi verbi Evangeliſtæ redduntur, *de dochter der Herodias tümede*. Inde Anglis *tumbler* ſaltator, Germanis vero *tümler* globus ignivomus a ſaltibus ſic dictus, quam vocem ex Chronica quadam ſiſtit STADENIUS. Hoc verbum male confunditur cum *daumeln* vertigine agi, quod proprie eſt ebriorum, non ſaltantium.

TUNCH,

TUNCH, tunica. Gloſſ. Keron. tunicam *tunihhu*. Sic toga Domini TATIANO dicitur *tuniha* Cap. CCIII. 2. OTFRIDO *tunicha* Lib. IV. Cap. XXVIII. 10. An a Lat. *tunica?* Negat GOLDASTUS Tom. I. Rer. Alam. pag. 286. & vocabulum Germanis vindicat his verbis: *Tunica Alamannis veteribus Tunch, noſtris N. ablato Tuch, a verbo tünchen, quod eſt tingere, quaſi panni tincti.* Atqui *tünchen* in nullis veterum nec recentiorum Dialectis ſignificat id, quod vult Goldaſtus, ſed incruſtare vel cruſta operire, quod veſtibus minime convenit. Merito igitur PALTHENIUS, rem & nomen rei a Romanis ad Germanos, jam tum peregrini ſermonis & habitus appetentes, cum ſolis pellibus aut ſagis uterentur omnes, perveniſſe contendit, in Animad. ad Tat. pag. 330. Et rationem addit ſatis manifeſtam, quod ſtricta illa veſtis, & ſingulos artus exprimens, qua teſte TACITO Cap. 17. de M. G. locupletiſſimi diſtinguuntur, nihil aliud videatur eſſe quam tunica Romana, togæ pallioque oppoſita.

TUNCH, tünch, litura e calce, gypſo, vel cæmento, *tünchen* calce vel gypſo obducere. Gloſſ. Pez. litura *tunichunga*, liniri *gitunihhot uuerdan*, lita *gitunihhottu*, calce lævigabis *mit chalche tunichos*. Vox Francica videtur facta e Cambrica *tonn* cruſta, per paragogen. Quid enim eſt calce vel gypſo tegere, niſi incruſtare? HELVIGIUS tamen pro etymo adducit Heb. *toach* levit, oblevit calce vel cæmento.

TUNEN, virgulæ, ſurculi, rami teneriores cujuscunque arboris. Uſum & antiquitatem vocis exhibent Monumenta Gothica. In Codice Argenteo *weina-tains* ſunt palmites vitium Joh. XV. 4. & *tbrams-tains* ſurculi arborum Marc. l. 6. ut demonſtravi in *tram* arbor. Et in Indice VERELII *tein* exponitur ſurculus, & *miſtiltein* germen viſci. Primi nominis impoſitores videntur illud deſumpſiſſe a *denen* tendere, extendere, ſive quia ſurculi ſunt quaſi brachia arborum protenſa, ſive quia natura ita molles ſunt atque lenti, ut flecti quaqua verſus poſſint. Hoc ultimum placuit JUNIO.

TUNEN, vimina, rami flexiles ab arbore vel radice præciſi. SOMNER. in Dict. Angloſax. *tan* vimen, virgultum, *ac-tanas* vimina vel virgulta quercea, *ellen-tanas* vimina vel virgulta ſambucea. KILIANUS in Etymol. Belg. *teen, tiene* vimen, *teen-boſch* virgetum, ſalicetum. Synecdochice dicitur de ſportis vimineis. Inde Suevis *zein* & Danis *tiene* corbis.

TUNEN, *tünen, tienen*, tendiculæ, quibus turdi capiuntur. Ratio appellationis manifeſta eſt, quia hæ tendiculæ ſunt vincula inſidioſa ex viminibus ſalignis facta. JUNIUS huc refert Lat. *tenus* ex PLAUTO:

Nunc ab tranſenna turdus lumbricum petit:
Pendebit hodie pulcre, ita intendi tenus.

An recte, dubito, quia *tenus* videtur eſſe laqueus a *tenendo* ſic dictus. Alienum quoque eſt *tænia* pro faſcia, etiamſi ſono conſentiat.

TUNEN, ſortes. SOMNERUS loc. cit. *tan* ſors, ſors viminia vel viminalis, *tan ſendan* ſortem mittere, *mid tanum blotan* ſortibus certare, *tan-blyta, tan-blytere* ſortilegus. Inde Latino-Barbaris *tenus* pro ſorte vel teſſera. Senſus a virgultis ad ſortes translatus, quia majores noſtri in ſortibus faciendis virgultis utebantur. Morem deſcribit TACITUS cap. 10. de M. G. *Auſpicia ſortesque, ut qui maxime obſervant. Sortium conſuetudo ſimplex. Virgam frugiferæ arbori deciſam, in ſurculos amputant, eosque notis quibusdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargunt. Mox ſi publice conſulatur, Sacerdos civitatis, ſin privatim, ipſe pater familiæ precatus Deos, cœlum ſuſpiciens, ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatur.* Germanos hoc divinationis genus a Scythis accepiſſe, commentatores ex HERODOTI Lib. 4. colligunt. Duravit hæc ſuperſtitio diutiſſime inter noſtros, quamvis doctrina Evangelii dudum initiatos. Sortes publice mittebantur in Eccleſia. Aderat virga divinatoria, in talos, quos *tenos* vocabant, diviſa. Aderant notæ ſuper talis, crux, aliaque ſigna. Aderat candida lana, & Presbyter Deum exorans. Quæ omnia recenſet LEX FRISIONUM Tit. XIV. 1. ubi modus explorandi homicidii in turba commiſſi, & examen per ſortes prolixe proponitur. Verba Legis ſunt: *Sortes tales eſſe debent. Duo Toli de virga præciſi, quos* TENOS *vocant, quorum unus ſigno crucis dignoſcatur, alius purus dimittitur, & lana munda involuti ſuper altare ſeu reliquias mittuntur, & ſi Presbyter adfuerit, vel ſi Presbyter deeſt, puer quilibet innocens unum de ipſis ſortibus de altari tollere debet, & interim Deus exorandus, ſi illi Septem, qui de homicidio commiſſo juraverunt, verum juraſſent, evidenti ſigno oſtendat. Si illum, qui cruce ſignatus eſt, ſuſtulerit, innocentes erunt, qui juraverunt, ſi vero alterum ſuſtulit, tunc unusquisque illorum Septem faciat ſuam ſortem, id eſt,* TENUM *de virga, & ſignet ſigno ſuo, ut eum tam ille quam cæteri, qui circumſtant, cognoſcere poſſint, & obvolvant lana munda, & altari ſeu reliquiis imponantur, & presbyter ſi adfuerit, ſi vera non, ut ſuperius puer innocens unumquodque illorum ſingillatim de altari tollat, & ei, qui ſuam ſortem eſſe cognoverit, rogat, cujus ſortem extremam eſſe contigerit, ille homicidii compoſitionem perſolvere cogatur, cæteris, quorum ſortes prius levatæ ſunt, abſolutis.* Tandem Chriſtiana Religio rem & nomen rei, quamvis ſero, abolevit.

TUNGINUS, homo Legis Salicæ, de cujus munere nihil literis proditum eſt, niſi quod Mallum indixerit, Tit. XLVII. l. Tit. XLIX. 1. An idem ſit, qui Angloſaxonibus *tun-gereſa* præfectus loci, villæ vel vici, dubitat

bitat SPELMANNUS, asserit CANGIUS. WENDELINO in Glossario Salico est Sculdasius, a *tonge* lingua sic dictus, quod sit lingua & instrumentum Comitis. BRUMMERUS judicem in voce agnoscit, sed explosa Wendelini originatione nomen a *dingen* judicare deducit, Cap. 4. de Scabinis. Quid nobis videatur de *Tungino*, jam exposuimus in voce *Ding-man* decurio. Quibus nunc addimus, quod cum *Thegano* & *Tangano* non sit confundendus. A *tunginus* porro est *Tunchinium* Decania, locus ubi Decurio jus dicit, in Lege Sal. Tit. LXIII.

TUNKEL. Vide *dunkel*.

TUNKEN, *eintunken*, intingere, immergere. Verbum a Francis fabricatum e Græco τέγγω vel Lat. *tingo*. NOTKERUS Psal. LXVII. 24. *daz din fuoz in demo bluote getunchot uuerde*, ut intingatur pes tuus in sanguine. TATIANUS Cap. CLIX. 2. *ther ist iz, themo ih thaz githuncoto brot gibu*, ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et mox: *mit thiu er thuncota thas brot*, cum intinxisset panem. Inde *tunke* embamma. Verbum Saxonicum vide in *stippen* & *dupfen*.

TUPF, punctum, *tüpflein* punctulum, *tupfig*, *tüpflicht* punctatus, *tupfwerk* opus punctis pictum, alias miniatura. Ut Latinis *punctum* a *pungo*, ita Germanis *tupf* a τύπτω ictus, quia punctum ictui simile est. Dicitur etiam *stipp* & *stupf* præposito sibilo.

TUPFEN, pungere, punctum facere. A *tupf* punctum, non vice versa. Dicitur etiam *stippen* & *stupfen* præposito sibilo. Sed *tupfen* simplicius est & origini conformius. Confer *dupfen* pungere, & corrige quæ ibi minus recte dixi.

TUPFEN, tingere. Vide *dupfen*.

TUPPE, cadus. Belg. *tobbe*, Angl. *tub*, Lat. Barb. *dupia*. Non a θίβη arca scirpea, ut CASAUBONUS existimavit, sed potius ab obsoleto *dauben* latera vasis compingere, quod est a *daube* tabula doliaris. Confer *zuber*.

TURF, cespes. Vide *torf*.

TURNIER, ludus equestris. Græcis inferioribus τόρνε, τορνίσιον, Lat. Barb. *torneamentum*, Gall. *tournoy*. MENESTRERIUS, qui de hoc ludo venustum tractatum edidit, vocem deduxit a *tourner* vertere. Quod quidem Decursionibus illis Romanorum, quæ circa tumulum aut rogum illustris alicujus defuncti fieri consueverant, minime vero ludis equestribus Germanorum convenit. Qui neque flexis in gyrum fiunt equis, neque eo fine a majoribus instituti sunt, ut virtus fugere aut terga vertere, sed ut frontem hosti obvertere & vincere discat. Si vocem ex Lingua Celtica æstimemus, *turnier* proprie est certamen, a *dorna* pugnare, & dicitur de ludis equestribus, quia revera sunt certamina, quamvis ludicra. Sponsorem verbi habeo PEZRONIUM in Antiq. Celt. pag. 288. *Quemadmodum apud Latinos a* pugnus *fit* pugnare, *ita apud Armoricos a* dorn *pugnus fit* dorna *pugnare*. De ludis equestribus Francorum primus mentionem injecit PROCOPIUS Lib. III. de Bello Goth. *Ex eo Germani reges Massiliam Phocæensium coloniam & alia ejus oræ maritima loca tenuere, marique imperarunt, & in hunc usque diem. Arelate spectant Circenses.* Vulgo tamen inventi gloria deferri solet HENRICO AUCUPI Imp. nescio an satis explorate. Nam ejusmodi ludos omnibus temporibus Gothorum, Francorum, & Longobardorum Regibus usitatos fuisse, pluribus ostendit GEORGIUS SCHUBARTUS in eleganti opusculo *de Ludis equestribus*. Quocum conferri meretur LOCCENIUS Lib. III. Antiq. Sueo-Goth. Cap. 3. An vero semper eodem modo, ordine, ac ritu peracta sint illa certamina vel hastiludia, merito dubitatur. Nam hic aliquid posteritati concedendum est, quæ priscis inventis semper aliquid novi addidit, sive in armis, sive in modo certandi. Confer *herold*.

TURNREITE, ludus equestris, apud Scriptores Sagarum. VEREL. in Ind. *turnreid* certamen equestre ludicrum, interdum hostile, *ridum i turnreid* equo & hasta decertemus armati. Differt aperte satis ab antecedenti, & compositionem suam habere videtur a Celtica voce *teyrn* rex, & *reite* equitatio, sic ut *turnreid* ab initio fuerit ludus regius, & regiæ juventutis exercendæ gratia, a Regibus antiquis, & fortasse ab ipso ARIOVISTO inventus. Qui, quantum ex relatu CÆSARIS cognoscere licet, primus certamina ludicra inter Germanos instituit. Confer *reitkunst*. De nomine Regis Celtico vide plura in *Tyrann*.

TURTEL-TAUBE, avis e columbarum genere. Heb. *thor*, *thur*, Lat. *turtur* per reduplicationem, Anglosax. & Angl. *turtle*, Francis *turtilutubo* apud TATIAN. in Harm. Evang. Cap. VII. 3. Cuncta fortasse a sono avis naturali & luctuoso *tur*, quamvis etiam ad *dauren* lugere referri possit, quomodo Gothi easdem columbas appellant *hraiwadubono* Luc. II. 24. h. e. mœrentes, gementes, a *reuwen* dolere, lugere. Hodie dixeris *reuwtauben*, quæ vox Germanicæ Linguæ restitui meretur.

TUSCHE, nigredo, tinctura nigra. Forte a Celtico *du* ater. Inde *tuschen* umbram facere, umbra designare, & allegorice occultare, umbris quibusdam & coloribus palliare, nisi hic sensus in Oriente natus sit.

TUSCHEN, *vertuschen*, abscondere, occultare. Chaldæis *tesa*, Syris *tescho*, Arabibus *dascha* est illinere, diciturque de iis rebus, quæ luto, cæmento, aut adipe obducuntur aut incrustantur, ut clariss. CLODIUS in literis ad me.

TUSCI, pars Etruscorum. PLINIUS Lib. III. Cap. 5. *Umbros inde exegere antiquitus Pelasgi: hos Lydi: a quorum Rege Tyrrheni: mox a sacrifico ritu lingua Græcorum Tusci sunt cognominati.* Ergo quasi θυοσκοὶ aruspices, quod etiam tradit DIONYSIUS Halicar-

licarnaſſeus Lib. I. quamvis FESTUS a Rege Tuſco denominatos putet, ut Tyrrheni a Tyrrheno. Tuſcos a Gallis pulſos Rhætorum gentem de nomine Ducis condidiſſe, refert JUSTINUS Lib. XX. Cap. 5. Quod notari velim ab iis, qui hodie *Antiquitates Etruſcas* inveſtigant, ne linguæ Rhæticæ juvamen adſpernentur. Nam hac Lingua neglecta aut ignorata tam arduum negotium fruſtra aut imparibus humeris ſuſcipitur. De origine Rhætorum ex Tuſcis vide plura in *ries* montana.

TUSELN, tundere, percutere. Sorab. *tolczu*. A *tuſione* vel θλᾶσις verbi θλάω tundo, collido, auctore FRENZELIO in Orig. Sor. pag. 1024.

TUTSCHE, *tütſche*, embamma, intinctus. Proprie eſt liquamen, & Cambrice dicitur *tawdd*, haud dubie a *tauwen* diffluere, diſſolvi. Nos inde fecimus *tütſche*, adjecto in fine ſchin. Vulgo uſurpatur de omni liquido, in quo panis vel opſonium intingi poteſt.

TUTTEL, *tüttel*, punctum, apex. Utitur Luth. Matth. V. 18. Ab obſoleto *thydan* figere, pungere, quod ſiſtit SOMNERUS in Dict. Angloſax. De hoc verbo vide plura in *diſtel* carduus.

TWIL, geminus. Vide *zwil*.

TYRANN, tyrannus, τύραννος, princeps iniquus & crudelis, hoſtis reipublicæ. Senſus vocis hodiernus, ex optimo in peſſimum vitio imperantium delapſus. Antiquiſſimi Græcorum Tyranni erant principes legitimæ & perpetuæ poteſtatis in libera civitate. Ipſa vox Linguæ Græcæ ægre accommodari poteſt, & a Celtis mutuata videtur, quibus *teyrn* rex, *teyrnas* regnum, *teyrnaſſu* regnare, quas voces etiamnum cuſtodiunt Walli in Britannia, teſte PEZRONIO in Antiq. Celt. pag. 419. cui hanc tyranni etymologiam, & plures alias ejusdem probitatis debemus. Extat & *mechdeyrn* pro ſummo imperatore, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Ex hoc fonte videtur etiam manaſſe, quod Angloſaxonibus *tir*, *tire* eſt principatus, imperium, *tir-eadig* dominatu florens, apud SOMNERUM & BENSONIUM. Et hinc porro patet, ad quam Linguam ſpectent, THORUS, TURNUS, SATURNUS, & ſimilia ſive Principum ſive Deorum nomina, quæ præter regem nihil denotare videntur. Cæterum & hoc obſervari velim, quod in veteriſſima Islandorum Lingua *ſtiori* ſit rector, *ſtiorn* regimen, *valdſtiorn* magiſtratus, a *ſtiorna* regere, præeſſe. Nam his probe conſideratis fieri poſſe intelligimus, ut vox Celtica *teyrn* rex ſit Germanicæ originis, & abjecto ſibilo formata a *ſtiorna* regere. De verbo Islandico, ejusque cum aliis Linguis cognatione, vide plura in *ſteuren*.

U.

UBEL, *übel*, malus & male, & omne malum ſeu non-bonum quod agimus vel patimur. Vox rei coæva, h. e. antiquiſſima. Hebræis *avel* eſt malum culpæ, & a LXX. redditur ἀδικία, ἀνομία. Cambris *yſfall* malum, *plant yſfall* filii belial. Gothis *ubils* malus, & dicitur de homine qui ex malo theſauro cordis ſui profert malum, Luc. VI. 45. de malis cogitationibus Marc. VII. 21. & de arbore mala, quæ non facit bonos fructus, Matth. VII. 18. *ubiltojis* malefactor, Joh. XVIII. 30. *ubilquiſtban* maledicere, Marc. VII. 70. quæ more ſuo diligentiſſime annotavit primus Argentei Codicis interpres & Literaturæ Gothicæ inſtaurator FRANCISCUS JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 357. Idem Angloſax. *yfel*, Francis & Alam. *ubil* & *upil*. Gloſſ. Pez. arcum (lege arcanum) pravum *tougana upili*. Gloſſ. Keron. malum *ubil*, *hubilan*, malorum *ubilero*, maledicentes *ubiloſprebbante*. Saxones imitantur Angli & Belgæ in *evill* & *euuel*. JUNIUS ad affinitatem refert ἀφελγύνω lædo, malo afficio, φαῦλος malus, ὕπουλον malum latens: MARTINIUS etiam οὖλον exitiale. Vocem aliunde advectam eſſe ex ſermone Græco vel Hebræo, non auſim inficiari. Potuiſſe tamen etiam domi naſci, ex compoſitione intelligo. Nam *bal* eſt malum actionis & paſſionis, & *a*. ſeu quod idem eſt, *e*. *y*. *u*. ſæpe ſenſum intendit.

UBEN, *üben*, facere. Non occurrit niſi apud Francos. OTFRIDUS Lib. III. cap. XX. 305.

Er auur theno liubit,
Ther ſinan uuillon uabit.
Ipſe autem diligit eum,
Qui voluntatem ejus facit.

Utitur Luth. Luc. I. 51. *er übet gewalt mit ſeinem arm*, facit potentiam in brachio ſuo. Convenit Græc. ἔχειν tractare, & ποιεῖν facere, imo etiam Lat. *opus*. Hodie delectamur compoſitis, *ausüben* potentiam agendi in actum deducere, *verüben* patrare, quod ſenſu plerumque malo dicitur, ob præfixum *ver*, quod pravitatem in actione notat.

UBEN, *üben*, frequenter facere, *übung* uſus, exercitium, praxis, *geübt* expertus, verſatus, crebra exercitatione habitum conſecutus. NOTKERUS Pſal. LXXX. 4. *daz uobent noh iudei*, hoc etiamnum frequenter faciunt Judæi. Idem Belgis *æfenen*, Suec. *öfwa*.

UBEN, *üben*, colere. Senſus a præcedenti petitus, quia colentes frequenter facientibus ſimiles ſunt. Inde Francis *Got uoben* Deum colere, *chriſtuobo* chriſticola, *uobare* cultor, apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 798.

pag. 798. Ita Latinis *facere* ſæpe eſt *rem divinam facere*, & Græcis ποιέω utrumque ſignificat.

UBER, *über*, vocula antiquiſſima, quæ Hebræis effertur *eber* vel *ever*, Perſis *avar*, Græcis ὑπὲρ, Latinis præfixo ſibilo *ſuper*, Gothis *ufar*, Angloſaxonibus *ofer*, Francis & Alamannis *ubar* & *upar*, Anglis & Belgis *over*. In Dialectis Germanicis duplici fungitur officio, *præpoſitionis* caſum regentis extra compoſita, *adverbii* in compoſitis, tanta ſenſuum affluentia, ut vix ulla vox ſit, quæ pomœria ſua latius producat per univerſam Linguam.

UBER, *über*, ſuper. Hic ſenſus pene inexhauſtus eſt. Conabor tamen illum ad ſumma genera reducere.

UBER, *über*, nota potentiæ. Sic vulgo dicimus *über einen herrſchen* regnare ſuper aliquem. Quod etiamſi Latine dici nequeat, Germanice tamen recte & eleganter dicitur, & ſemper dictum eſt ab Antiquis. Evang. Goth. Luc. I. 33. *jah thiudanoth ufar garda iakobis in aiwins*, & regnabit ſuper domum Jacob in æternum. Evang. Angloſax. Luc. XIX. 27. *the noldon thæt ic ofer big rixude*, qui noluerunt me regnare ſuper ſe. Sic & LUTHERUS: *und er wird ein könig ſein über das haus Jacob ewiglich.* Item: *die nicht wolten, daß ich über ſie herrſchen ſolte.*

UBER, *über*, nota eminentiæ. Inde Gothis *ufargudji* princeps ſacerdotum, Marc. X. 33. & Angloſaxonibus *ofer - ealdor - man* princeps. Hodie in compoſitis non dicimus *über* ſed *ober*, quod idem.

UBER, *über*, nota prævalentiæ. Inde Angloſaxonibus *ofer - feohs* victoria, quaſi pugna ſuperatrix. Ad hanc claſſem ſpectant ex hodierno idiomate, *überwinden* vincere, certando ſuperare, *überwæltigen* domare, in poteſtatem redigere, *überlegen ſein* ſuperiorem eſſe alicui, *überhandnemen* prævaleſcere, *überzeugen*, *überweiſen* rationibus convincere, *überreden* perſuadere, h. e. ita loqui, ut alter invitus flectatur, & in ſententiam trahatur, & alia ſine numero, quorum explicatio ex dictis petenda.

UBER, *über*, nota præſtantiæ. Luth. Matth. X. 24. *der jünger iſt nicht über ſeinen meiſter*, non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Cum qua verſione exacte convenit Gothicus & Angloſaxonicus interpres, quorum ille habet *ufar*, hic *ofer*. Inde compoſitum *übertreffen* antecellere.

UBER, *über*, nota abundantiæ. Gothis ab *ufar* ſuper fit *ufaraſſus* abundantia, Luc. XV. 17. Reliqua veterum vocabula huc ſpectantia vide in *überfluſs*. Cum hoc ſignificatu convenit Lat. *uber*, *ubertas*, *exuperantia*.

UBER, *über*, nota exceſſus. Gloſſ. Keron. crapula *ubarazalii*, ebrietas *ubartrunchanii*. Angloſaxonice *ofer - æt* & *ofer - drenc*. Illa ſic dicitur ab exceſſu in capiendo cibo, qui Alam. *az*, Sax. *æt*, hæc ab exceſſu in capiendo potu. Huc ſpectant ex hodierno idiomate, *übermaſs* exceſſus, *überwiz* vana ſapientia, *übermut* ſuperbia, *ſich überheben* efferri inſolentius ob res ſecundas, *ſich übereilen* nimium feſtinare, *überklug* ſciolus, plus æquo ſapiens, *übergros* enormis, juſto major, *übernatürlich* quod vires naturales excedit &c.

UBER, *über*, nota defectus. Sic contemnere Angloſaxonibus dicitur *ofer - hogian*, a defectu conſiderationis & curæ, quæ illis *hoga*. Sic connivere dicitur *überſehen*, non quod conniventes oculos claudant (quæ vis Latini vocabuli eſt) ſed quod cum neglectu videant.

UBER, *über*, nota prævaricationis. Evang. Goth. Luc. XV. 29. *jah nihwanhun anabusn theina ufariddja*, & nunquam mandatum tuum transgreſſus ſum. Gloſſ. Keron. prævaricare taciturnitatis regulam *ubartuan dera ſuuikalii rehtungu*. Sic & Angloſaxones dicunt, *he deth ofer godes æ*, facit contra legem Dei, interprete SOMNERO. Hodie utimur compoſito *übertretten* eodem ſenſu.

UBER, *über*, nota ſcrutinii. Nam ſcrutinium eſt actio, quæ certo modo objectum ſibi ſubjicit. Inde *überſehen* perluſtrare, *überlegen* deliberare, *überſchlagen* calculum ſubducere, & ſimilia.

UBER, *über*, ſignificatum intendit. Inde Angloſaxonibus *ofer - hlude* valde ſonorus, *ofer - ydel* valde vanus, *ofer - ſeocneſſe* gravis ægritudo. Ad hanc claſſem ſpectant innumera compoſita, ut ſunt, *überaus* inſigniter, excellenter, *überlaut* intenſa voce, *überdruſs* gravis moleſtia, *überheben* levare operam, *übertæuben* obtundere aures, *überhæuffen* accumulare, *übereinkommen*, *übereinſtimmen* congruere, conſonare.

UBER, *über*, dicitur nonſolum de *qualitate* ut hactenus, ſed etiam de *quantitate*, de *tempore*, de *loco*, & *motu*.

UBER, *über*, plus, amplius, ultra. Dicitur de rebus quantitati obnoxiis. Inde *über die maſs* ultra menſuram, *über ſechszig* plus ſexaginta, *über tauſend* amplius mille, *überbieten* plus licitari, *überleben* funeri ſupereſſe, quaſi plus ultra vivere. Similia habent Angloſaxones, quibus *ofer gemet* ultra modum, *ofer - libban* ſupervivere, *ofer - libbend* ſuperſtes.

UBER, *über*, poſt. Dicitur de tempore ultimo, tam definito quam indefinito: *über hundert jar* poſt centum annos, *über lang* poſt longum temporis ſpatium, *übermorgen* perendie, poſt craſtinum diem. Similia reperiuntur apud veteres. Gloſſ. Pez. perendie *uparmorgane*. Sic & Angloſaxonibus *ofer - non* eſt pomeridianus, quaſi poſt-nonalis, quod imitantur Angli in *after - noon*, quamvis hic computus cum hodierno non conveniat.

UBER, *über*, vim habet continuandi tempus, & dicitur de mora in loco. Sic *übernachten* eſt pernoctare, *überwintern* hiemare.

UBER, *über*, verſus locum, *überal* ubique, quaquaverſus. Gloſſ. Pez. usquequaque

uperal. Huc etiam ſpectat *gegen-über* e regione, quaſi verſus regionem oppoſitam.

UBER, *über*, trans locum, *über feld* peregre, quaſi trans agrum, *über meer* trans mare, Gothice *ufar marein* Joh. VI. 1. Angloſaxonice *ofer ſæ*, ibid. Inde compoſita, *überfaren* transfretare, *überſteigen* tranſcendere, *überſchicken* transmittere, *überbringen* transportare, *übernemen* tranſumere, *überſezen* transferre ex una lingua in aliam, *überzwerch* transverſe, oblique, *übergang* tranſitus, *übergabe* deditio, *überläuffer* transfuga, *überſichtig* limus, transverſum videns, & alia bene multa.

UBER, *über*, ſupra, in loco ſuperiore cujuscunque rei, *über der erden* ſupra terram, *über der thür* ſupra januam. Evang. Angloſax. Matth. II. 9. de ſtella: *oth he ſtod ofer thær thæt cild wæs*, donec ſtetit ſupra ubi infans erat. Evang. Goth. Luc. X. 19. *atgaf izwis waldufni trudan ufaro waurme*, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes. Huc etiam ſpectat, *überſchrift* titulus, inſcriptio, *übereinander* ſupra ſe invicem, ſive caſu & confuſe, ſive ordine & diſpoſitione. Dicitur allegorice de rebus, quæ non magis in noſtra poteſtate ſunt quam ſupera cœli loca. Inde natæ formulæ, *über alles vermögen* ſupra vires humanas, *über allen verſtand* ſupra captum humanum.

UBER, *über*, deſuper, de loco ſuperno. Sic obumbrare Gothis dicitur *ufarskadwjan*, Angloſaxonibus *oferſceadewan*, nobis *überſchatten*. Huc etiam ſpectant, *überſchwemmen* inundare, *überſchütten* perfundere, & ſimilia.

UBER, *über*, retro, in loco a tergo, *überrük* retrorſum, *überbleiben* reſtare, quaſi a tergo relinqui, *überreſt* reliquiæ, *überſchuſs* reſiduum, *überig* reliquus, *überlei* reliquum, relictum. Inde Angloſaxonibus *ofer-bith* ſupereſt, quia ſuperſtes eſt quaſi retro reſictus.

UBER, *über*, adverb. motus ad locum, ſignificans *ſurſum*. Inde *unter und über* ſurſum deorſumque, quod dicitur, quando ſumma imis miſcentur.

UBER, *über*, adverb. motus in loco, ſignificans *extrinſecus*, vel *ſuperficietenus*. Regnat in compoſitis, *überſtreichen* oblinere, inſucare, *überſilbern* deargentare, *übertünchen* incruſtare, calce aut gypſo obducere, & ſimilibus ſine numero. Sic & Angloſaxonibus *ofer-gyldan* eſt deaurare.

UBER, *über*, plures habet ſignificatus, quorum racemationem aliis relinquo, qui hiſce inveſtigandis & in ordinem digerendis ad tædium usque defatigatus ſum. Addam tamen adhuc unum ſuperpondii loco, ne plane exhauſtus videar.

UBER, *über*, præter, particula excludendi. Inde Angloſaxonibus *ofer thæt* præterea. Hodie dicimus *über das*. Huc etiam referri debet, *über verhoffen* præter ſpem, *über haubt* ſummatim, citra menſuram.

UBERANTWORTEN, *überantworten*, tradere, coram ſiſtere, præſentare. Angloſaxonibus *andweard* eſt præſens, & *andweardian* præſentare. Similia habent Franci & Alamanni. Gloſſ. Keron. præſens *antuuerti*, in præſenti *in antuuartidu*, præſentis vitæ *des antuuartan libes*, præſentiam *antuuarta*. TATIANUS cap. VII. 2. *brahtun ſie inan tho in Jeruſalem thaz ſi inan Gote giantwurtiten*, tunc tulerunt eum in Jeruſalem ut ſiſterent eum Deo. Et mox verſ. 6. *gifahun mina ougun thinan heilant then thu giantuuurtitos fora annuze allero folco*, viderunt oculi mei ſalutare tuum quod præſentaſti in conſpectu omnium populorum. Jus prov. Alam. Cap. 174. *wem man den gevangen ſul antwurten*, cui extradendus ſit captivus. Oritur autem, non a *wort* verbum, ſed a *wart* præſens & præſentia. Quid enim eſt præſentare, niſi præſentem ſiſtere, vel in præſentia? Præfixum *über*, quod a poſtera ætate eſt, vel ſenſum auget, vel *trans* ſignificat.

UBERDRUSS, *überdruſs*, moleſtia, tædium. Idem compoſitum extat apud WILLERAMUM in Editione Merulæ pag. 93. ubi tædium mundi vocatur *overthruz thirro uuerelde*. Præfixum *über* intendit ſignificatum, & ex ſimplici tædio facit grave tædium. Cætera vide in *druſs*.

UBERFLUSS, *überfluſs*, abundantia, *überflüſſig* ſuperfluus, *überflieſſen* ſuperfluere. Gloſſ. Ker. ſuperfluus *ubarfleozanter*, ſuperfluum *ubarfleozzida*, ſuperfluitate *uberfluitida*. Angloſaxonibus *ofer-flowan* eſt exundare, *ofer-flowendlic* ſuperfluus, *ofer-flownyſſe* ſuperfluitas. TATIANO *ubarfluzentaz mez* eſt menſura ſupereffluens, XXXIX. 5. Belgis *overvloet* abundantia, Anglis *overflow* exundare. Quæ cum nullam habeant difficultatem, ſive proprie dicantur, ſive allegorice, dimitto. Gothis abundantia dicitur *ufarfullei*, Luc. VI. 45. a *full* plenus, quia abundantia eſt plenitudo abundans.

UBERHAUBT, *überhaubt*, ſummatim. Vide *haubt* menſura.

UBERKOMMEN, *überkommen*, quatenus ſignificat *obtinere*, *potiri*, *adipiſci*, originem refert non ad *kommen* venire, ſed ad *kommen* capere, & dicitur præcipue de rebus, quibus unus ſolus potiri poteſt, cæteris tanquam invalidioribus excluſis. Sic munera & dignitates acquiruntur ab iis, qui gratia magis pollent apud Principem vel amicos Principis, præmia qui reliquos virtute vel ingenio antecellunt, regiones qui armis ſuperiores ſunt. Unde manifeſtum, *über* hoc loco denotare prævalentiam in agendo.

UBERLENGE, *überlenge*, reſiduum longitudinis. A *lenge* noti ſignificatus, & *über*, quod hoc loco eſt nota abundantiæ. Utitur Luth. Num. III. 46. 48. 49.

UBERLEY, *überley*, reſiduum. Abſtulit apocope finem. Nam proprie eſt *überleib*, a *leiben* manere, relinqui. Aut certe ſcribi debet

debet *überleiw*, ut *leiw* ſit verbale ab Islandico *lifa* reſtare, mutato F. in W. Dicitur etiam ſimpliciter *laib*, quod vide.

UBERMUT, *übermut*, ſuperbia, arrogantia, præſumtio. Angloſax. *ofer-metto*, Franc. & Alam. *ubarmuati*, Belg. *overmoed*. Gloſſ. Keron. ſuperbiam *ubarmuatii*, elatione *ubarmuatii*. Proprie eſt elatio animi, indice præfixo *über*, quod hoc loco exceſſum magnitudinis denotat. Superbia enim eſt animus ſupra modum elatus ob nimiam lætitiam a nimia virium ſuarum contemplatione & æſtimatione ortam. Vires autem dico non tantum vires corporis & animi, ſed etiam opes, dignitatem, potentiam, formam, & ſimilia. Hinc vulgo dici ſolet, *gut macht übermut*, ubi uber ibi tuber. Optimus vocabuli interpres eſt OTFRIDUS Lib. III. Cap. III. 51.

Thuruh ubarmuati in uuar
So fuilit uns thaz muat far.

Per ſuperbiam certe
Turget nobis animus valde.

Gothi hunc animi affectum vocant *hauhhairtei*, a corde tumido vel elato, Marc. VII. 22. pro quo nunc dicimus *hochmut*.

UBERMUTIG, *übermütig*, ſuperbus, arrogans, intus inflatus, extus ſupra alios elatus. Angloſax. *ofer-modig*, Belg. *overmoedig*. Alamanni non utuntur terminatione *ig*, ſed ſuperbum ſimpliciter vocant *übermuat*. Gloſſ. Keron. ſuperbos *ubermuate*, ſuperbum *ubermuatan*, ſuperbiat *ubarmuatoe*, ſuperbiendi *ze ubarmuatonne*. Quibus conſentit Angloſaxonicum *ofer-modian* ſuperbire. Germani carent hoc verbo.

UBERSCHWANG, *überſchwang*, abundantia. Vide *ſchwang* menſura conſerta.

UBERWINDEN, *überwinden*, ſuperare quocunque modo, ſive labore & patientia, ſive certamine & conflictu. Verbum Francis & Alamannis proprium. Gloſſ. Keron. ſuperamus *uberuuinnamees*. OTFRIDUS in Prol. ad R. Ludov. verſ. 99.

Er mit thulti ſo er bigan,
Al thie fiantha uberuuan.

Conſtantia, ut cœperat,
Hoſtes omnes ſuperabat.

Oritur a *winnen* certare, pati, laborare &c. cujus antiquitatem infra oſtendo, & particula prævalente *über*. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *ofer-fihtan*, vel *ofer-feohtan*, Franci *uperſtritan*. Gloſſ. Pez. obtinuit (ſubintellige victoriam) *uperuuant*, obtinuit *uperſtreit*. Litera D. in medio verbi *winden* nova eſt, & a reliquis Dialectis, Belgica, Anglica, Suecica, non agnoſcitur. Apud nos vero D. in aliis quoque verbis attrahitur ab N. ut in *Proleg.* oſtendi.

UBRIG, *übrig*, reliquus, reſiduus. Belg. *overig*. Compoſitum novum, ſed juſta lege concinnatum. Familiam vide in *über* retro.

UCHT, diluculum. Gothis *air uhtwon* eſt ante diluculum Marc. I. 35. Angloſaxonibus *uht* & *uht-tide* tempus matutinum, *uhtſang* preces antelucanæ, *uhtlic* matutinus, apud SOMNER. in Dict. Similia habent Franci. NOTKERUS Pſal. CXVIII. 148. *miniu ougen furefuoren dia uohtun*, oculi mei prævenerunt matutinum. Belgis *uchtens* etiamnum eſt mane, & Weſtfalis *uchtenwerk* labor matutinus. Islandi non agnoſcunt gutturalem in medio vocis, ſed ſimpliciter dicunt *otta*, manifeſto Græcæ originis ab ἠῶθεν mane, indicio. VEREL. in Ind. *otta* hora matutina, *otto-ſaung* preces matutinæ. Cætera ſunt vitiata per epentheſin.

UFER, littus, margo fluminis vel maris. Extat eodem ſenſu *ofer* in Lingua Angloſaxonica. Duci ſolet ab *über*, quia ſupra aquas eminet. Vide annon ſit a Lat. *ripa*, per reditum literarum.

UHR, hora, ὥρα. Camb. *awr*. Conſer *jahr* annus.

UHU, genus noctuæ. Gloſſ. Pez. bubo *uuo*, bubonem *huun*. Utitur Luth. Deut. XIV. 16. Ipſum nominis ſui inventorem eſſe, oſtendi in *guguck*.

ULE, noctua. Vide *eule*.

ULE, vas fictile & coquinarium. A Lat. *olla*, auctoribus Franco-Saxonibus. Gloſſ. Lipſ. *ula* olla. Addit LIPSIUS: *Siburgi hodie* ulengaſſe *platea* figulorum.

ULM, *ülmenbaum*, ulmus. Angloſax. & Angl. *elm*, Belg. *olm*, Gall. *orme*. Omnia a Lat. *ulmus*, judice SKINNERO.

UM, *umb*, circum. Græc. ἀμφὶ, Cambris *am*, teſte JUNIO in Obſ. ad Will pag. 267. Angloſax. *embe*, *ymbe*, *umbe*, Franc. & Alam. *umbi*. TATIANUS Cap. L. 3. *giſah managa menigi umbi ſih*, vidit multas turbas circum ſe. In compoſitis eſt adverb. loci & motus in loco, & ejusdem ſignificationis ut Latinis *am* & *amb* in compoſitis *amplecti*, *ambeſus*, *ambages*, *ambire* &c. Inde *umgang* circuitus, *umringen* circumdare, & alia & innumera, quæ non carent antiquitate. SOMNER. in Dict. AS. *ymb-gang* circuitus, *ymb-bringan* vallare.

UM, *umb*, quatenus eſt adverb. motus in gyrum, dicitur (1.) de omni declinatione a linea recta. Hinc diſpendium temporis & loci vocari ſolet *um*, & quod extra viam vel tramitem eſt *um-ſeyn*. Et huc etiam ſpectat *umſchweif* ambages, diſpendia viarum, *umziehen*, *umſchweifen* ire per ambages, vagari per urbes & agros. (2.) de reditu, quia rediturum neceſſe eſt corpus in gyrum vertere, ita ut quam antea plagam adſpexerant oculi, nunc humeri reſpiciant. Inde *umkeren* redire, reverti. (3.) de iteratione, quia iterata in id, quod ante erant, redire videntur per circulum. Inde *widerum* denuo, rurſus, iterum, *umſchlagen* relabi in priſtinum ſtatum, & dicitur de recidivis morborum, *umgieſſen*, *umſchmelzen* reſundere, & dicitur de metallis, aliisque fuſilibus, quæ vel in novam vel priſtinam for-

mam conflantur. (4) de everſione rerum & converſione ſuperi & inferi. Inde *umwerfen* proſternere, *umkeren* evertere urbes &c.

UM, *umb*, circa, circiter. Gloſſ. Keron. circa *umbi*. TATIANUS Cap. CCVII. 2. *umbi thie niuntun zit riof ther heilant*, circa horam nonam clamavit Jeſus.

UM, *umb*, pro, *aug um aug* oculum pro oculo Matth. V. 38. *um ſold dienen* ſtipendium mereri, pro mercede ſervire. In compoſitis eſt adverb. viciſſitudinis, ſignificans permutationem rei cum altera, veſtimentorum in *umkleiden*, mercium in *umſchlag*, ephippiorum in *umſatteln*, pecuniæ in *umſetzen*.

UM, *umb*, adverb. ordinis, ſignificans ultimum terminum rei. Hoc ſenſu dicimus, *die zeit iſt um* quando tempus finitum eſt. Et huc etiam ſpectant, *umbringen* trucidare, perducere ad interitum, & *umkommen* occumbere, occiſione perire, a *kommen* perire.

UM, *umb*, particula cauſalis, ſignificans *propter*. Inde *warum* quare, *darum* ideo, *um Gottes willen* propter amorem Dei.

UMGELT, pecunia tributaria ex potulentis, quaſi *omen-gelt*, ab *om* menſura vinaria. Vulgo ſcribitur *ungelt*, manifeſta ſimplicis & vinarii tributi conſuſione.

UMKREIS, circulus, ambitus, ſic dictus, quia per declinationem a linea recta in ſe ipſum redit.

UMSONST, *umſunſt*, gratis, ſine mercede. Alamannos Sæculi XIII. dixiſſe *umſuſt*, legimus in Jure prov. Alam. Cap. CCLVIII. 28. *bat er aber haimlich darauf geliben, er muz ez umſuſt uuidergeben*. Quæ verba ſic vertit Cel. SCHERZIUS: *Si autem clam, & non in publico pecuniam mutuo dedit, acceptis talibus pignoribus, Domino gratu res illas reſtituere debet*. Certum tamen eſt, vocem hodiernam Alamannica ſaniorem, & conſequenter antiquiorem eſſe. Componitur enim manifeſto ex *um* pro, & *ſonſt* nihilum, & proprie ſignificat *pro nihilo*. Res ipſa hunc ſenſum exigit. Nec aliter fert mos loquendi in Belgio, ubi id quod gratis datur, dicitur dari *om niet*, hoc eſt, pro nihilo. In vetuſtioribus Dialectis alia occurrunt vocabula. Sic gratis Angloſaxonibus dicitur *to-gyfe* Matth. X. 8. & in Gloſſis Rushworthianis *arwunga*, Francis *uzan mieta* præter mercedem, absque ſolutione, in Harm. Evang. Tatian. Cap. XLIV. 5. *uzan mieta intphiengut ir, uzan mieta gibet ir*, gratis accepiſtis, gratis date.

UMSONST, fruſtra, incaſſum, *umſonſt arbeiten* operam perdere. Eodem ſenſu, quia cauſa, quam non ſequitur effectus, laborat pro nihilo.

UMSONST, ſine cauſa, immerito, *er haſſet mich umſonſt und um nichts* odio me habet temere & ſine cauſa. Eodem ſenſu, quia non-cauſa, non-culpa, non-meritum, eſt nihilum. Gothi hoc ſenſu dicunt *arujo* Joh. XV. 25. Franci Gothorum imitatione *aruan, arauun, arauuingun*. Qua notione, non liquet.

UN, præfix. Vide PROLEGOM. Sect. V.

UN, interdum eſt vocula, & elliptice ponitur pro *unwar*, h. e. pro falſo vel non-vero, adjectivo, quod exprimendum erat, ſilentio oppreſſo. Sic de re indubia dicere ſolemus conceſſionis gratia, *es iſt nicht un*, quando certior eſt, quam ut negari a quoquam poſſit aut debeat.

UNBAS, languidus, *unbæslich* ægrotanti ſimilis. Refer ad *bas* bonus, utilis. Sic enim dicitur, quaſi infirmitate deterior factus, vel rebus agendis inutilis ob valetudinis defectum, cujus index præfix. *un*.

UNBEQUEM, moleſtus, incommodus. Olim etiam tardus & tarde. WILLERAMUS VII. ult. *o ſponſa, du clagoſt, daz Synagoga ſo unbequamo ſich bekeret ad fidem meam*. Non memini, inquit JUNIUS in Obſerv. ad h. l. me usquam alibi incidiſſe in hanc vocabuli acceptionem; Sic tamen interpretandam eſſe, liquet ex paraphraſi metrica:

Perfidia duram tu, Sponſa, dolet Synagogam,
Tardius ad fidei compendia velle reverti,
Tempus mox aderit, quo ſe tardaſſe dolebit.

Uterque ſenſus legitimus eſt, orituruque a *kommen* venire, quod antiquis effertur *queman*. Inde nomen tardo, a mora veniendi, & moleſto, quia nobis inconveniens. Helvetiis *unkommlich* utrumque.

UND, ſubfixum. Vide PROLEGOM.

UND, conj. copulativa. Angloſax. *and*, Francis *inti*, Alam. *indi*, *enti*. Gloſſ. Keron. et *indi, enti*. TATIANUS CLXIV. 5. *ih bin in minemo fater, inti ir in mir, inti ih in ju*, ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Convenit Lat. *et*.

UND, fluctus, globus aquæ, & omnis aqua fluens. Vox a Francis ad Rhenum (ut fertur) relicta, ubi etiamnum auditur. OTFRIDUS Lib. III. cap. VIII. 33.

Giang er after in tho ſar
Oba themo uuazare thar,
Faſto oba ther undu,
So uuir duen hiar in erdu.

Senſus eſt, Chriſtum ambulaſſe ſuper undis, ſicut nos ambulamus ſuper terra. TATIANUS LII. 2. *thaz ſhef uuard bithekit mit then undum*, navicula operiebatur undis. Ambroſ. LOBWASSER Pſal. LI. 1.

Und reinig mich vom unflath meiner ſünden,
\- - - - - -
Und löſch die aus mit deiner gnaden unden.

MORHOFIUS in Inſt. Ling. Germ. derivat ab *unn* aqua, quod Gothis tribuit, etiamſi eo ſenſu nec apud Ponto-Gothos, nec apud Sueo-Gothos, nec alibi reperiatur. Nimirum,

mirum, quoties vox oſca occurrit, quam ignari veterum literarum non intelligunt, mox radicem confingunt ex ingenio, & Gothicam eſſe clamant, egregie ſe etymologia defunctos arbitrati, ſi figmenta ſua in Gothicam antiquitatem tanquam in immenſum mare reiiciant. Alii deducunt a Lat. *unda*, quod judice MARTINIO eſt ab ὐσθω commoveo, agito, quia unda eſt aqua mota. Sane Francos multa Latina ſermoni patrio immiſcuiſſe, dubio caret. Sed non ideo huc referenda ſunt ſtatim omnia, quæ cum Latinis conveniunt, quia fieri poteſt, & ſæpe etiam fit, ut aliqua ex iſtis ſimilibus non de ſe mutuo, ſed ex communi fonte, Celtico inquam, oriantur. Talia ſunt ni fallor *und* & *unda*, a Celtico *tonn* ejusdem ſignificatus per converſionem literarum facta. Teſtem uſus Celtici habeo BOXHORNIUM in Lexico Ant. Brit. *tonn* unda, *tonnog* undoſus. Teſtes nomina antiquiſſima, *Mentonomon* apud PLINIUM, *Danubius*, & *Tanais*, quæ certe non aliunde rectius quam a Celtico *tonn* derivantur. Vide quæ de voce Pliniana dixi in *Præfat. ad Germ.* §. XLV. & confer *don* aqua. Et his præcipue moveor, cur *tonn* antiquius exiſtimem quam *und*. Dani aquam vocant *vand*, Lithuani & vet. Boruſſi *wanda*, *wunda*, haud dubie per proſtheſin.

UNDANK, animus invitus. Angloſax. *unthanca* & *unthances* eſt invitus, nolens volens. Similia habent Franci. OTFRIDUS Lib. III. cap. XXV. 67. de Caipha contra voluntatem vaticinante:

Fr unthankes in zalta,
Uuio iz allaz uueſan ſcolta.
Invitus illis narrabat,
Ut cuncta ſint eventura.

Refer ad *dank* voluntas, beneplacitum. Hodie obſoleſcit.

UNDANK, animus ingratus. Refer ad *dank* gratia grates agens. Hanc enim negat præfixum *un*. Non occurrit apud Veteres niſi in compoſitis, cujusmodi ſunt apud Angloſaxones *unthancfull* ingratus, *unthancfulneſſe* ingratitudo, apud Francos *undhancpare* ingratus, in Gloſſ. Boxh. *undanchfellig* idem, apud NOTKERUM Pſal. LXXVII. 1.

UNDEN, infra. Vide *unten*.

UNDER, ſub, inter. Vide *unter*.

UNDERN, *onderen*, prandere, meridiari. Obtinet apud Sicambros, Juliacenſes, & Colonienſes, teſte JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 365. Affine vocabulum eſt *undaurnimas*, quod in Codice Argenteo ponitur pro prandio vel cibo meridiano Luc. XIV. 12. Utrumque loquendi modum eleganter illuſtrat JUNIUS ex idiomate Angloſaxonico, quo *hora diei tertia*, quæ nonæ noſtræ reſpondet, dicitur *undern* & *undern-tid* Matth. XX. 3. Marc. XV. 25. Hoc tempore priſcos prandere ſolitos, ibidem ex BEDA demonſtrat. Sed originem vocis Angloſaxonicæ non adtingit. Mihi videtur corrupta ex Cambro-Britannica *anterth*, qua *pars temporis matutini, quam tertiam horam vocant*, denotatur, interprete BOXHORNIO in Lex. Ant. Brit. Hæc vox magis genuina cenſeri debet, utpote origini propinquior, & manifeſto producta per metaplasmum ex Lat. *tertiana*. Dubium, quod de tempore prandiorum moveri poteſt, ita ſolvit JUNIUS: *Quod ſi alicui diverſa temporis ratio aliquem hic movebit ſcrupulum, is cogitet, antiquos non diſtuliſſe Prandium in ipſum tempus meridianum, ſed temporius aliquanto prandere ſolitos: qua de re vide Henrici Stephani Theſaurum in ἄριστον. Atque ita videntur Sicambri veſtigium priſcæ vocis, etiam poſt mutatum prandii tempus, retinuiſſe.* Quod eadem vox apud Sicambros & reliquos effertur etiam *ongeren*, id ex vitioſa vulgi pronunciatione proficiſcitur. Dicitur autem antiquitus nonſolum de prandiis, ſed de aliis quoque rebus eadem hora fieri ſolitis. Hinc cantus Eccleſiæ tertianus vocari ſolet *undern-ſang*, Dialecto Angloſaxonica.

UNENDLICH, impudens. Vide *ende* frons.

UNENDLICH, infinitus. Vide *endlich*.

UNERBAR, ignobilis, plebejus. Vide *erbar* illuſtris.

UNERE, ignominia, dedecus. Angloſaxon. *un-are*, Franc. & Alam. *unero*. Gloſſ. Pez. injuriam *unero*. Gloſſ. Lipſ. *unera* reverentia (lege irreverentia,) *uneron* pudore (ſubintellige affici, monente SOMNERO.) A privatione honoris.

UNFLAT, ſordes, & ſordidus, *unflæter* idem, *unflætig* pollutus, inquinatus. HELVIGIO eſt a Latino *impolitus*, præter neceſſitatem. Nam origo compoſiti eſt a privativo *un*, & obſoleto *flat* decor. Familiam vocis ſiſtit SOMNERUS in Diction. Angloſax. *wlite* decor, pulchritudo, *wlite-ſcewunge* Sion mons, ad verbum pulchra ſpecula, *wlite-womma* nævi, *wlitig* decorus, ornatus, pulcher, *wlitigan* ornare, venuſtare, *wlitigod* ornatus, *wlitiglice* pulchre, decore, *unwlite* dedecus, *unwlitig* indecorus. Cuncta fortaſſe a φαλὸς ſplendidus.

UNFRUCHTBAR, ſterilis. A *frucht* fructus. Novum de novo. Sterilis Gothis dicitur *unbairands* & *unbarnahs*, TATIANO *unberenti*, cap. II. 2. WILLERAMO *unbarig*, cap. IV. 2. Angloſaxonibus *unberend*. A *bæren* parere, de quo ſupra.

UNFUG. Vide ſimplex.

UNG, terminatio. Vide PROLEG.

UNGEBUR, *ungebür*. Vide *gebüren*.

UNGEDULD. Vide *dulden* pati.

UNGEFÆR, incautus, qui non cavet. Angloſax. *un-wær*, Franc. *ungewar*, Angl. *unwary*. Gloſſ. Pez. inconſideratus *ungiuuarer*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. VII. 130. de ſtolidis virginibus: *thie ungiuuare uuarun*, quæ erant incautæ. Utpote a ſomno oppreſſæ. Ultima pars compoſiti eſt a *war* cautus, providus, prima negat eum, qui ſic dicitur, debitam curam & attentionem adhibuiſſe.

hibuiſſe. Hodie dicimus *warlos*, quod vide in *wer* cautio.

UNGEFÆR, fortuitus, qui non cavetur. Gloſſ. Keron. ſortuito caſu *unkiuuaru*. Id eſt, inopinato, improviſo. Fortuitum enim eſt, quod non cavetur, nec exſpectatur. *War*, quatenus eſt verbale a *waren* cavere, utrumque ſignificat, & eum qui cavet, & alterum qui cavetur, conſentientibus Latinis, quibus *cautus* active & paſſive dicitur. Inde cautus in credendo, & lege cautum, id eſt, proviſum. Scriptura vulgaris vitioſa eſt, & corrigi debet hoc modo *ungewær* vel *ungeværr*.

UNGEFÆR, circa, circiter. Adverbium temporis, numeri, & loci, e Franco-Gallico *environ* ortum. Nam hic vŏcis ſenſus in priſco eloquio nullum habet fontem nec exemplum. Theſaurus Stilerianus interpretatur *fecure*, *absque periculo*: male, & uſu reclamante.

UNGEHEUR, ferus, indomitus. Senſus vocis Saxonicus. SOMNER. in Dict. *un-bier*, *un-byre* ferox, indomitus, torvus. Haud dubie ab *byr*, quod in Iud. VEREL. exponitur *manſuetus*, *tractabilis*.

UNGEHEUR, portentum & portentoſus. Senſus vocis Francicus. Gloſſ. Pez. monſtra *ungahiure*, portentoſe *ungehiuro*. Forte ab ὁράω video, quia portentum eſt ſignum ante non viſum.

UNGEHEUR, inhoſpitalis. Senſus Misnicis proprius, qui ſolent vocem tribuere locis inhoſpitis & lemurum apparitionibus infeſtis, quæ nec habitari, nec locari poſſunt, tanquam eſſet ab *beuren* mercede conducere.

UNGELT, tributum vinarium. Scribe & vide *ungelt*.

UNGELT, tributum ſimplex, ut *angild* compenſatio ſimplex. Ab *ein* unum ſimplicitate.

UNGEMACH, moleſtia, olim etiam moleſtus. Gloſſ. Pez. moleſta *ungimabbiu*. Refer ad *machen* aptare, accommodare. *Un* aptitudinem & commoditatem negat, atque una convenientiam & congruentiam. Hinc antiquitus non ſolum de moleſto, ſed etiam de abſurdo & indecenti dicitur. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XIX. 129.

Ir hortut, quad, thaz ungimah,
Uuio er uuidar Got ſprah.
Audiſtis, inquit, abſurdum,
Quomodo contra Deum locutus ſit.

UNGENIST, quisquiliæ. Eadem notione ut *geniſt*, quod vide. *Un* hoc loco ſenſum intendit. WINSBECK ad fil. §. 55. de mundo vel ſæculo:

Ir beſtu minne wirt ein miſt,
Ir troſt iſt gar ein ungeniſt.
Optimus ejus amor abit in nebulam,
Et conſolatio ejus ſunt meræ quisquiliæ.

UNGERICHT, delictum. Jus Prov. Alam. Cap. CLXVI. 1. 2. *nu vernemet umb ungeribt, uuelche geribt dar umb gange. Den diep ſol man haben.* Vertit Cel. SCHERZIUS: *Diſcite nunc de delictis, quomodo puniantur. Fur debet ſuſpendi.* Et hoc ſenſu occurrit quoque Cap. LXXXIII. 2. Cap. XCIII. 1. Cap. CCLXI. & paſſim. Similia reperiuntur in Speculo Saxonico. In Dialectis *richt* promiſcue ponitur pro *recht*, & eodem ſenſu. Hinc *unrichs* vel *ungerichs* idem omnino eſt quod *unrecht* iniquitas, injuria, delictum. In Chartis ſequioris ævi ſæpe junguntur *gerichs* & *ungerichs*, non quod *gerichs* ſit judicium civile, *ungerichs* criminale, ut non nemo opinatur: ſed quod more receptum eſſet, in vendendis aut transferendis jurisdictionibus, una tradere pœnas, exceſſus, & delicta, tanquam & ipſa in commercium venirent.

UNGESCHLACHT. Vide *geſchlachs*.

UNGESTUMM, *ungeſtümm*, ſtrepitus vehementior. WILLERAMUS Cap. II. 10. *daz ſi ſine uuinion iro ſlaffes nie ne irten mit debeinemo ungeſtuome*, ne amicæ ſuæ ſomnum turbent aliquo graviore ſtrepitu. A ſimplici *ſtom*, quod uſu Francorum (ni fallor) fragorem in genere denotavit. Expendantur verba TATIANI Cap. LXX. 2. *inti al thiu menigi ſtuont in themo ſtomo ſtedu*, & omnis turba ſtabat in littore. Nam ex his videtur colligi poſſe, quod *ſtomoſtad* proprie ſit locus fragoris, ubi unda littus verberat. JUNIUS legendum cenſet *ſoumo ſtadu* in ora vel crepidine littoris, ducta metaphora ab ora veſtimenti, quæ etiamnum dicitur *ſaum*. PALTHENIUS nihil in lectione mutandum cenſet, ſed dum in truncis & ſtipitibus hæret, a vero vocis ſenſu (quem ſorte in lucem liquidiorem dies proferet, inquit) longius aberrat. Conjecturam meam juvat verbum Belgis hodieque uſitatum *ſtommelen*, *geraas maaken* ſtrepitum edere, quod certe eſt a Francico *ſtom* ſtrepitus. Compoſitum, de quo hic agimus, dicitur proprie de gravi & grandiſono ſtrepitu, qualis eſt tempeſtatis, maris, ventorum, fluctuum, nimborum &c. metaphorice autem de quavis animi intemperie, quam impetus, violentia, & importunitas comitatur. Gloſſ. Pez. petulantia *ungiſtuomi*, inſolenter *ungiſtuumm*. In his compoſitis particula *un* ſenſum non minuit, ſed intendit.

UNGESTUMM, *ungeſtümm*, graviter ſonans. Belg. *onſtuimig* & *ongeſtuimig*. Adjectivum a ſubſt. factum, quod dicitur proprie de tempeſtate, mari, vento &c. & allegorice de homine impetuoſo. Græcis σόμβιος eſt graviſtrepus, quod ad conſenſum referrem, niſi de homine tantum clamoſo diceretur.

UNGEWARSAM, incautus & incaute. Vide *wer* cautio.

UNGEWONT, *ungewönt*, non aſſuetus, non exercitatus. Rhythmus de S. Annone ſtroph.

ſtroph. VIII. *ungewenit ci wige*, nondum bello aſſuefacti, vel arma tractare docti. Refer ad *wönen* aſſuefacere.

UNGEWONT, *ungewönlich*, inſolitus, inſuetus. Gloſſ. Boxh. *unkiuuon* inuſitatum. Refer ad *wonen* ſolere.

UNGEZIEFER, inſecta. Vide *unziefer*.

UNGLEICH, quatenus eſt a *gleich*, & præfixo negativo *un*, ſignificat quantum poteſt, (1.) diſſimilem, Angloſax. *ungelic*. (2.) alium & diverſum. Gloſſ. Keron. alium *einlihhan*. Gloſſ. Pez. varietas *ungelihhi*. (3.) imparem. (4.) inæqualem. (5.) abſurdum. Gloſſ Keron. abſurdum *eingilih*. Cauſa dicendi eſt, quia quo magis unaquæque res a ſimilitudine recedit, eo abſurdior humano ingenio videtur. (6.) injuſtum. Hoc ſenſu ſuperat apud Belgas, quibus injuria vocatur *ungelyk*. (7.) ingratum.

UNGLUCK, *unglück*, infortunium. Sicut fortuna a placendo, quia placet, ita caſus adverſi a diſplicendo, quia diſplicent, denominationem acceperunt. Nam diſplicere Francis eſt *ungilihhan*. TATIANUS Cap. XXXV. 1. *ſie suont ungilihhan ira annuzzi*, faciunt diſplicere facies ſuas. Sic adverſa fortuna Gallis dicitur *disgrace*, quia ingrata. Conſer dicta in *glück*.

UNHOLD, adjective malevolus, infidus, ſubſtantive hoſtis, inimicus, mulier maleſica, & malus dæmon, a defectu benevolentiæ, ut dixi in *hold* benevolus.

UNK, *unke*, ſerpens domeſticus. A Lat. *anguis*.

UNNOSEL, innocens. Vox Belgica, a *noſen* nocere facta.

UNNUTZ, *unnütz*, inutilis. Angloſax. *unnyt*, Gr. ἀνόητος. Refer ad *nutz* utilis. Francicam vocem vide in *derb*.

UNODE, difficilis, impoſſibilis. Angloſax. *un-eathelic* Matth. XIX. 26. Francis *unodi*. TATIANUS Cap. III. 8. *niſt unodi mit Gote jogiuuelih uuort*, non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Ab *od* poſſibilis, facilis, & negativo *un*.

UNODE, vix, ægre, difficulter. Angloſax. *un-eathe*, Franc. *unodo*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. IV. 5. *er faſteta unodo niunhunt zito*, jejunavit ægre novies centum horas. FLACIUS & SCHILTERUS in loco Otfridino male ſubſtituunt *unnoti*, tanquam eſſet a *not* neceſſitas. Vulgus Marchiæ & Pomeraniæ utitur etiamnum frequenter hac locutione adverbiali, *unode wat doon* ægre & cum reluctantia aliquid facere, teſte PALTHENIO in not. ad Tat. p. 298. Cauſa dictionis eſt, quia *od* nonſolum factu facile, ſed etiam facilem ad agendum ſignificat.

UNPÆSSLICH. Vide *unbas*.

UNPFLICHT, vi præfixi denotare poteſt indebitum, vel tributum ſimplex, vel nimiam exactionem, quæ modum excedit. Cætera vide in *pflicht*.

UNRAT, ſordes, fœtor, immundities. A defectu gratiæ, quæ Cambro-Britannis dicitur *rad*, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

UNRAT, confuſio. A *rat* ordo, ſeries, quod vide.

UNRAT, impedimentum, vaſa inutilia. Gloſſ. Pez. impedimentum *unrado*. A *rat* apparatus. Præfixum *un* hoc loco non defectum, ſed nimium & ſuperfluum indicat.

UNRECHT, tot recipit ſignificatus, quot permittuntur a primitivo *recht*. Nos hic potiores tantum delibabimus, quia omnibus tempus inſumere, inutilis labor.

UNRECHT, incongruum, erroneum, & minus rectum. Gloſſ. Keron. abſurdum *unreht*

UNRECHT, iniquitas, injuria, & quodvis malum culpæ. Angloſax. *unriht*, Franc. & Alam. *unreht*. Gloſſ. Keron. injuſtitias *unreht*, ab iniquitate *fona unrehte*. NOTKERUS Pſal. XXXI. 1. *ſalig ſint dien iro unreht pelazen ſint*, beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.

UNRECHT, injuſte, illegitime. Gloſſ. Keron. injuſte *unrehto*.

UNS, nos, in accuſ. caſu. Goth. *uns* Matth. VI. 13. Angloſax. *us*, Franc. & Alam. *uns*, *unſih*, Suec. & Island. *oſs*. Gloſſ. Keron. nos *uns*, *unſih*. TATIANUS Cap. XXXIV. 6. *arloſi unſih fon ubile*, libera nos a malo. Idem Belgis *ons*. Cui ſimile Lat. *nos* per metath.

UNS, nobis. Omnibus ut ſupra. TATIANUS Cap. CCXVI. 3. *uuer aruuelzit uns then ſtein fon then thuron thes grabes*, quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti?

UNSER, noſter, noſtras. Goth *unſar* Matth. VI. 9. Angloſax. *ure*, *uſer*, *uſſer*, Franc. & Alam. *unſe*, *unſer*, Belg. *onze*, Angl. *our*. Gloſſ. Keron. noſtro *unſeremu*, noſtra *unſeriu*, noſtris *unſerem*. TATIANUS Cap. IV. 8. *zi unſen fateren*, ad patres noſtros. Cap. CCXXVI. 1. *ſumiu uuib fon unſeron*, mulieres quædam ex noſtris. Cap. CCXXIX. 1. *unſer herta*, cor noſtrum. Derivatum ab *uns*.

UNSCHLACHTIG, intractabilis. Utitur Luth. Phil. II. 15. Vide *geſchlacht*.

UNSCHLIT, ſebum. Gloſſ. Keron. ſebum *unslit*. Gloſſ. Pez. adeps *unslit*. Unde Franci acceperint hanc vocem, non liquet. Belgæ dicunt *ongel*, ab *ungo*. Aliam vocem vide in *talg*.

UNSTET, inſtabilis. Gen. IV. 12. 14. Cambris *anwaſtad*. Inde OTFRIDO *uuorolt unſtati* mundi inſtabilitas Lib. V. Cap. XIV. 18. Refer ad *ſtan* ſtare.

UNTEN, infra. Veteres hoc ſenſu dicunt *niden*. Poſteritas *ni* transformavit in *un*: Vel totum accepit a Græc. ἔνδον intus. Hoc pro etymo adducit HELVIGIUS, quia infra eſt maxime intus. Sane Græcis ἔνερθε ſignificat intus & infra. Et videri poſſunt cognata, quia utrumque magis vel minus diſtat a ſuperficie vel extremitate. Hinc veteres ſæpe dicunt *intus*, cum volunt dicere *infra*. Gloſſ. Keron. infra *innana*. TATIANUS Cap. X. 1. *zuuijarigen ints innan thes*,

thes, a bimatu & infra. Similiter Verſio Angloſaxonica Matth. II. 16. utitur *binnan* pro infra, quod proprie eſt intus. Interim ab *unten* fit *unter* inferior.

UNTER, ſub. Goth. *undar* Marc. IV. 21. Angloſax. Angl. Suec. & Isl. *under*, Franc. & Alam. *untar*, *unter*, Belg. *onder*. Gloſſ. Keron. ſub *untar*. Dicitur primo de loco inferiore, mox etiam de ſtatu & qualitate inferiore. Utrumque ſenſum exhibet interpres TATIANI Cap. XLVII. 4. *ih ni bin uuirdig, thaz thu geſt untar mina theki*, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Et mox: *ih bin man untar giuuelti, habenti untar mir kemphon*, ego ſum homo ſub poteſtate, habens ſub me milites. Quidam derivant a Gr. ὑπὸ infra, quamvis etiam ex *nider* transponi potuerit, quod in compoſitis ſæpe occurrit pro *ſub*. Compoſitorum alia ſunt legitima, alia ſpuria & ad ſtridorem Latinæ linguæ facta. Ad priorem claſſem ſpectant, *unter-bauch*, *unter-kleid*, *unterthan*, *unter-acht*, *unterdrucken*, *unterlegen*, *unterligen*, *untergehen*, *untergraben*, & alia plura, in quibus *unter* ſignificat id quod debet, nempe locum, ſtatum, aut qualitatem inferiorem. Ad poſteriorem Angloſaxonica *under-cyman* ſubvenire, *under-fangen*, *under-niman* ſuſcipere, & multa a Francis & Alamannis interpretibus ex affectatione Latinismi conficta. Nam quoties illi in Latinis vocabulis offendebant præfixum *ſub*, toties reddebant *unter*, non attendentes ad ſignificationem vocis nativam, ſed unice ad uſum Latinum. Teſtes ſunt Gloſſ. KERONIS, in quibus ſubſequi redditur *untarfolgen*, ſubtrahere *untarzeohan*, etiamſi ſubtrahere in Reg. S. Benedicti ſit producere cum aliqua mora. Idem obſervare licet in interprete TATIANI, qui ſæpe abſurdus eſt, dum erga Vulgatam nimis religioſus. In quibusdam etiam Græcos imitamur. Sic pignus vocamus *unterpfand*, ut illi hypothecam ab ὑπὸ *ſub*.

UNTER, inter, in medio. Gloſſ. Keron. inter *untar*. TATIANUS Cap. XII. 3. *ſuohtun inan unter finen magon*, quærebant eum inter ſuos cognatos. Et mox: *untar mitten then lerarin*, in medio doctorum. Omnium conſenſu eſt a Lat. *inter*. Sit ita. Nam hac voce tuto carere poſſumus, & caruit omnis pene antiquitas. Gothi dicunt *in* Matth. XI. 11. *in baurim quinono*, inter natos mulierum. Imo etiam Franci. TATIANUS Cap. LXXI 4. *ſumiu fielun in thorna*, alia ceciderunt inter ſpinas. Angloſaxones *betwyx*. Matth. XXIII. 35. *thone ge ofslogon betwyx tham temple and tham weofode*, quem occidiſtis inter templum & altare. Hodie dicimus *zwiſchen*. De compoſitis idem obſervandum, quod paulo ante monui, nimirum ea demum pro veris & legitime factis habenda, in quibus *unter* ſignificat quod debet, cætera, quæ hoc carent intellectu, pro ſpuriis & inepte confictis, etiamſi ſint antiqua. Hujusmodi eſt Angloſaxonicum *under-ſtandan* intelligere, interlegere, Francicum *untarſentan* intermittere, hodiernum *unterſagen* interdicere. In quibus manifeſta eſt Latini ſtrepitus imitatio. Latinos autem ſæpe peſſimos dicendi magiſtros eſſe in vocabulis ab *inter* (adde etiam a *ſub*) incipientibus, haud obſcure fatetur PEAIZONIUS in notis ad Minervam Sanctii pag. 349. Sed hic nova cautione opus eſt, ne temere damnemus veteres. Nam quædam eorum bona ſunt, etiamſi Latinis ſimilia. Hujusmodi eſt *untarprochaniu* interrupta, in Gloſſis Pezianis, *untarlaz* intermiſſio, in Gloſſis Keronianis. Nam interrumpere eſt in medio rumpere, & intermittere in medio relinquere. Alia vero elliptica, quæ ſubſtantivum vel adjectivum tacite involvunt. Sic dijudicare Francis dicitur *unterſceitun*, quia dijudicare eſt diſcernere inter verum & falſum, bonum & malum, juſtum & injuſtum. Et huc etiam ſpectat ex ſermone hodierno *unterreden* colloqui, loqui inter ſe mutuo. Ad has ſimilesque locutiones ellipticas, quibus ſermo noſter ſcatet, forte digitum intendit DIODOAUS, quando de Galatis, hoc eſt, Gallis & Germanis ſcribit, quod in colloquiis ſint parci verborum & obſcuri, & pleraque enunciantes per involucra.

UNTERACHT. Vide *aberacht*.

UNTERKOTIG, *unterkötig*. Vide *kot* ſordes.

UNTERSCHLEIF, factum ſub- & obreptitium, actio doloſa, ſtellionatus, & ſimilia. A *ſchliefen* repere, quia tacite ſubit inſtar ſerpentis.

UNTERSCHLEIF, ſuffugium, latibulum, occaſio evadendi, *unterſchleif geben* recipere domo occultandi cauſa. Proprie eſt clandeſtina evaſio, a *ſchliefen* evadere, & dicitur de latibulo per metonymiam conſequentis pro antecedenti, quia latibula quæruntur elabendi cauſa. Quæruntur autem in diſcrimine nonſolum a malis, ſed etiam a bonis. Hinc *unterſchleif* eſt vox media, ad utrumque ſenſum parata, bonum & malum.

UNTERTHAN, ſubditus, ſubjectus, *unterthun* ſubdere, ſubjicere, facere inferiorem. Utrumque e penu Francorum. NOTKERUS Pſal. XVII. 48. *du biſt Got, du mih riheſt, unde liute dieto mir undertuoſt*, Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos gentium ſub me. Pſal. XXXVI. 7. *uuis Gote undertan*, ſubditus eſto Domino. Saxones dicunt *under-theod* Luc. II. 51. eodem plane ſenſu. Nam *than* & *theod* ſunt participia verbi *thun* facere, diverſimode quidem facta, ſed eodem parente edita. Ab *under-theod* rurſus fit *under-theodan* ſubjicere, & hinc novum participium *untarthiutit*, quo utitur interpres TATIANI Cap. XII. 8. *quam zi Nazareth, inti was in untarthiutit*, venit Nazareth, & erat ſubditus illis.

UNTERTHAN, ſervus vel miniſter inferior. Ab Angloſax. *then* famulus. Servorum

rum apud veteres non una fuit conditio. Alii erant ſuperiores, alii inferiores. Et illi quidem dicebantur *obertan*, hi vero *untertan*, quod ex Cambdeni Britannia notavit LOCCENIUS in Lex. Jur. Sueo-Goth. in voce *danaarff*. Plura de voce AS. *then* vide in *degen* ſervus.

UNTERWINDEN, conari. Vide *winnen* contendere.

UNTERWINDEN, occupare, arrogare, uſurpare aliena. Jus prov. Alam. Cap. CCCIV. *der ſich ainez gutz ze unreht underwindet*, de eo qui illegitima ratione rem aliquam occupat. Cap. CCCLII. *der ſich des Richez gat ze unreht underwindet*, de eo qui aliqua Imperii bona injuſte occupat. Utrumque ex Verſione Cel. SCHERZII. Refer ad *winnen* potiri. *Unter* hoc loco ſignificat *ſub*, & per ſilentium ellipticum *ſub aliquo prætextu*.

UNTHAT, nefas, flagitium. SOMNER. in Dict. AS. *un-dæde* maleficium. VEREL. in Ind. *udad* ſcelus, *odad* maleficium. NOTKERUS Pſal. LXVIII. 6. *minero lido undate ne ſint ſerborgen fore dir*, membrorum meorum delicta non ſunt abſcondita coram te. Jus prov. Alam. Cap. LIX. *die ſich eloz und rehtloz gemachet hant mit untat*, qui ſe flagitiis legum & juris beneficiis indignos reddiderunt. Proprie eſt facinus ſeu malum factum. *Tat* actionem, *un* vitium & pravitatem in actione notat.

UNTHAT, macula. Gloſſ. Pez. macula *untat*. Proprie eſt indecens vel indebitum quid. Nam in Lege Salica Tit. LV. *taube* ponitur pro debito. Quod miror perſpicaciam ECCARDI effugiſſe, cum etiam Gallis debitum dicatur *dette*. Poſtea ſenſus a debito civili ad omnia ineſſe debita translatus eſt. Hinc ſcil. Francis *untat* macula, quia non debet ineſſe. Hodie Suevi utuntur deminutivo *untætle* eodem ſenſu.

UNWILLE, averſio, *unwillig* invitus. Dicitur etiam de nauſea, ſeu averſione a cibo, quia ſtomacho tribui ſolet voluntas, ut demonſtravi in voce *magen*.

UNWIRS, pejor, deterior, ſed cum exceſſu. Cætera vide in *wirs*.

UNWITZ, ſtultitia, inſipientia. Gothis *unwiti* Marc. VII. 22. Island. *oviſa*, *oviti*, *ovitska*, apud VEREL. in Ind. A defectu rationis.

UNZ, nota pars ponderis. A Lat. *uncia*. Vox pluribus Linguis communis.

UNZIEFER, inſecta. Utitur Luth. Exod. VIII. 21. 24. 29. Sicut in inſectis omnia ſunt arduæ explicationis, ita etiam in nomine. Plerisque videtur genus innumerabile, a *ziffer* numerus. STADENIO vero eſt prava progenies, a *ſippe* cognatio, & *un*, quod pravitatis nota, in Voc. Bibl. pag. 910. Origines Orientales vide apud MARTINIUM in voce.

UNZUCHT. Vide *zucht*.

UP, *op*, particula omnibus Dialectis Saxonicis uſitata, quæ in compoſitis eosdem habet ſignificatus ut *auf*, qua hodie delectamur. De illa vide *Proleg.* Sect. V.

UP, *op*, ſurſum, Dial. Sax. Gothi dicunt *iup* per proſthefin, nos *uf* & *auf*, quia labiales ſolent permutari. Omnibus conſentire videtur Gr. ὑψοῦ altum.

UPPE, vanus, vacuus, iners, ſubſtantive vanitas. NOTKERUS Pſal. II. 4. *tenchende in uppe* meditantes inania. Vocem primus nobis oſtendit SCHILTERUS in Gloſſario, neglecta tamen origine. Proprie autem eſt deficiens, ab *aben* deficere, & dicitur de vacuo & vano, quia a ſolido & vero deficiunt.

UPPIG, *üppig*, vanus. Vi terminationis vanitate præditus, ab *uppe* vanitas. Gloſſ. Keron. otioſa verba *üppigiu uuort*. OTFRIDUS ſignificare volens, nihil in ligno crucis otioſum, vanum, aut fruſtraneum eſſe, ſed omnia potius myſtica, & arcanam ſignificationem habentia, utitur hoc adjectivo Lib. V. Cap. I. 36.

N' iſt uuiht in themo boume
(Thaz friuntlich giloube,
Thes mannilih giuuiſſi)
Thaz thar ubbigaz ſi.

UPPIGKEIT, *üppigkeit*, vanitas, otioſitas, & per metonymiam cauſæ omne vitium ex otio & vanitate naſcens, luxuria, laſcivia &c. Gloſſ. Keron. otio *upigi*, otioſitas *uppigî*. De terminatione Alamannica I. vide plura in *ei* inter *Prolegomena* Sect. VI.

UR, præfix. Vide *Prolegom.* Sect. V.

UR, ferus. Vide *aur*.

UR, Celtica Lingua eſt vir. Dicitur etiam *gwr*, ſed in compoſitis plerumque *wr*. Talia ſunt *arwr* heros, ab *air* prælium: *lluydwr* miles, a *lluydda* militare: *barnwr* judex, a *barn* judicium: *llettywr* hoſpes, a *lletty* hoſpitium: *yſpiwr* ſpeculator, a *ſpu* oculus: *creffiwr* artifex, a *creffi* ars: *marchwr* equarius, a *march* equus: *henwr* ſenex, ab *hen* vetus: *ſawdwr* miles, a *ſawd* prælium, bellum, conflictus. Et huc etiam ſpectat ex Latina Lingua *Augur*, vir jecoris, divinator ex jecore, ab *au* jecur, interprete PEZRONIO in Ant. Celt. pag. 375. Qui ſe perſuaſum ait, VARRONEM & alios falli, quando *augurem* ab avibus deducunt, cum de particula *gur* nulla reddi ratio poſſit, niſi ex Lingua Celtica, unde *Aborigines*, primi Italiæ coloni, multa hauſerint vocabula. Plurium Linguarum conſenſum vide in *wer* vir.

URALT, pervetuſtus. Angloſax. *ör-eald* valde ſenex, apud Beriſon. Gloſſ. Pez. longævus *uralter*. Gloſſ. Lipſ. *urveldi* ſenium. Gloſſa Florentina apud Stadenium: *urali* decrepitus. *Ur* hoc loco intenſivum eſt, & ex annoſo valde antiquum facit. Similia compoſita ſunt apud Francos; *urmarer* valde famoſus, *urdriuzzig* valde moleſtus.

URANEN, proavi. Sic autem dicuntur, non quod ſint *extra avos*, ab *er* ex, ut STADENIUS docet, (a quo in plerisque vocibus ab *ur* incipientibus diſſentio;) ſed

quod ſint *ante avos*, ab adverb. ordinis *ur*, cujus hæc poteſtas, ut iis, quibus præfigitur, prioritatem in exiſtendo & operando tribuat. Similia compoſita ſunt, *urweſen* eſſentia primitiva, quæ eſt ante omnes, *urwelt* mundus archetypus, *urbilder* exemplaria primitiva, & alia recentioris fabricæ. Hinc *uranen* proprie ſunt avi anteriores, & hodie dici poſſunt *vor-anen*. OTFRIDO vocantur *altanon*, a remota antiquitate, Lib. I. cap. III. 31.

Thie huah duent unſih uuiſi
Er Chriſtus altano ſi.

Biblia nos faciunt certiores, Abrahamum eſſe proavum Chriſti. Cætera vide in *Æne*.

URANUS, alias *Cælus*, quod notitiam cœli primus oſtendiſſet. Videri poteſt ſic dictus, quaſi *urane* proavus Deorum. Nam ab Urano eſt Saturnus, a Saturno Jupiter, a Jove reliqua Deorum turba. Verum cum vetuſtas iſtius compoſiti in dubium vocari poſſit, videndum, qua Lingua *Uranus* nomen a notitia Cœli habere potuerit? SANCHONIATHON genus Urani ad *Phœnices* refert, apud EUSEBIUM in Præp. Evang. Lib. I. cap. 10. DIODORUS ad *Atlantios*, Lib. III. cap. 56. Alii de Urano ea tradunt, unde illum Phrygem fuiſſe, & Phrygiis parentibus prognatum, manifeſto conſequitur. Enim vero multi & idonei ſcriptores teſtantur, Uranum fuiſſe *Acmonis filium*. PHURNUTUS (verba ſunt PEZRONII,) *ubi de Urano ſermonem inſtituit in Libro ſuo de Natura Deorum cap. 1. ait, multos inter Poetas literis prodidiſſe*, Uranum eſſe Acmonis filium. *Videmus etiam* SIMIAM RHODIUM, *autorem vetuſtum & celebrem, in Libello cui titulus* Alæ, *Urano nomen tribuere* Acmonidæ, *quod genus & nativitatem duceret ab Acmone, ſecundum Scholiaſten, cujus hæc ſunt verba:* Ἀκμονίδα λέγει τὸν Οὐρανόν, Acmonidem dicit Uranum. *Sed ut alios, qui in eadem opinione verſantur, nunc omittam,* HESYCHIUS *Grammaticus doctus & accuratus, dum vocem* Acmonides *explicat, Uranum illa ſignificari ait, quod eſſet Acmonis filius,* Ἄκμονος γὰρ παῖς, quia Acmonis filius. *Poſt tot teſtimonia, nemmem fore confido, qui rem, a tam multis probisque auctoribus nobis traditam, in ſuſpicionem falſi adducere velit.* Hæc ille, in excellenti tractatu *de Antiquitate Nationis & Linguæ Celticæ* pag. 58. Quibus addi poteſt PLUTARCHUS, qui ex Antimacho Cœlum *Acmonidem* vocat, in Quæſt. Rom. pag. 275. Reſtat, ut de genere & patria ipſius ACMONIS videamus. Hujus pater perhibetur *Manes*, teſte STEPHANO de Urbibus in voce *Acmonia*. Hunc PEZRONIUS Celtam e Sacarum genere fuiſſe ſuſpicatur. Verum, cum horum Principum memoria nusquam niſi in Phrygia occurrat, ubi pater *Maneſium*, filius *Acmoniam*, urbes Phrygiæ vetuſtiſſimas condiderunt, quod ex Stephano Byzantino optime animadvertit doctiſſimus Abbas: hinc veritati magis conſentaneum videtur, ut dicamus, utrumque Phrygem fuiſſe, non alienigenam, donec probetur contrarium. Ab his igitur parentibus cum ortus ſit *Uranus*, Phryx & Princeps Phrygiæ conferi debet, non Phœnix aut Atlantius. Ab hoc lineam Deorum deſcendere, res notiſſima eſt, & Græcis ſemper fuit perſuaſiſſimum. Hinc Philoſophus *Antiſthenes* Athenienſibus Barbaram matrem objicientibus reſpondiſſe fertur: *Et Deum mater Phrygia eſt*; apud LAERTIUM in vita. Mater autem Deum erat TITÆA, uxor Urani. Ab his duobus deſumendum eſt idololatriæ heroicæ initium. Hi omnium mortalium primi divinos honores conſecuti ſunt. De *Titæa* vidimus ſupra. De *Urano* diſerte ſcribit DIODORUS loco citato: *Cum ſyderum obſervationi impenſe deditus eſſet, multa in Mundo ſuperiori eventura prædixit, & ex motu Solis anni rationem vulgo patefecit, menſes quoque ex curſu Lunæ, & certas ſingulis annis horas definivit. Ideo cum plebs de perpetuo Aſtrorum ordine nondum edocta, prædictorum eventuum certitudinem admiraretur, opinio inolevit, Uranum illum naturæ divinæ conſortem eſſe, rebusque humanis exempto, ob merita & Aſtrorum ſcientiam, divinos honores impenderunt.* Et hujus rei manifeſtiſſimum extat in ipſo nomine documentum, quod certe nihil aliud quam *hominem Cæli* denotat. Vidit hoc primus PEZRONIUS, qui rem Celticam multis etymologiis, docte & feliciter inventis, juvit & ornavit, quæ etiamſi apud populares ejus in nulla ſint dignatione, non ideo ceſſant eſſe probæ & tanto ingenio dignæ. Dabo iterum verba ejus ex pag. 60. *Quemadmodum* TITÆA *in Celtica Lingua ſignificat* Terram: *ita* URAN vel UREN *proprie ſonat* hominem Cœli. *Nam in iſto idiomate* UR *eſt homo, unde Latinis* vir, *&* EN *Cælum hodieque denotat. Et, quod plane jucundum, antiquiſſimi Græcorum Cælum appellarunt* ἑρανὸς *de nomine hujus Principis, ſicut probe obſervavit Sanchoniathon.* Illud EN haud dubie ab Armoricis hauſit, quod etiam ſuperat apud Cambro-Britannos in compoſito *Enſys*, iris, arcus cœleſtis. Nec fruſtra ad *Sanchoniathonem* provocat, quando Græcos nomen Principis Cœlo dediſſe affirmat. Sic enim ille diſerte apud EUSEBIUM: *A quo etiam illud ſublime elementum, quod ſupra nos volvitur, propter eximiam pulchritudinis & formæ ſpeciem Cælum vocarunt.* Quod confirmat DIODORUS: *Plebs nomen Urani ad Cælum transtulit.* Imo non plebs, ſed ipſe Jupiter, nepos Urani, tranſlati ad Cœlum nominis primus auctor extitit. Teſtis EUHEMERUS in Sacra Hiſtoria ab ENNIO expoſita apud LACTANTIUM Lib. I. Cap. XI. circa finem: *Primus in ea ara Jupiter ſacrificavit, in eo loco ſuſpexit in Cælum, quod nominatur* ἑρανὸς: *idque quod ſupra mundum erat, quod Æther vocatur, de ſui Avi nomine Cælo nomen indidit: idque Jupiter, quod Æther*

Æther vocatur, precans, primum Cœlum nominavit, eamque hoſtiam, quam ibi ſacravit, totam adolevit. Ex hoc tam luculento interpretationis ſpecimine, cognatio Linguæ Celticæ cum Phrygia, & ipſa Deorum Lingua, recte colligitur. Quod cum ad gloriam & prærogativam tam Celticæ Linguæ quam filiæ ejus Germanicæ, plurimum faciat, & multas Antiquitates ſimul illuſtret, fuſius erat proſequendum.

URBAR, uſusfructus. Proprie proventus annuus, ab *ar*, quod in mille locis *annum* ſignificat apud Septemtrionales, & poſtea *proventum & reditum annuum*, teſte VERELIO in Indice, & *bæren* ferre. Hinc *urbaræ* & *urburæ* in Decreto Ludovici Regis Hungariæ an. 1351. apud CANGIUM vocantur reditus ex metalli fodinis ad jus regium ſpectantes.

URBAR, cenſualis. Proprie fructum annuum ferens, ab *ar* proventus annuus, & *bar* ferens. Hoc ſenſu occurrit in Actis Murenſis Monaſterii apud CANGIUM: *Exceptis agris & pratis & ſilvis, quæ ad nos ex toto quod dicunt* URBARA. Id eſt, cenſualia.

URBEDE, vel *orbede*, ſignificat quantum poteſt, hoc eſt, vel *tributum voluntarium*, vel *inditum* aut *exactum*. *Ur* hoc loco ſenſum intendit. Cætera vide in *Bede*.

URENKEL, pronepos, filius ex nepote, & inde nomen ab *ur* ex, eodem plane modo, quo Latinis *abnepos* dicitur, qui a pronepote eſt. *Ur*, *er*, *ir*, apud Francos ſæpe eſt index originis ex eo cui præfigitur. Sic Phocæ marinæ in Gloſſis Pezianis vocantur *chalpir urmeri*, quaſi vituli ex-marini, propter originem ex mari. Angloſaxonibus proavus dicitur *thridda fæder*, quaſi tertius pater, & pronepos *thridda ſunu*, quaſi tertius filius, melius utique quia clarius.

URFEDE, cautio juratoria de carcere non ulciſcendo. Proprie ſignificat *priſtinam inimicitiam*, componiturque ex adverb. ordinis *ur* ante, & *fede* inimicitia. Hanc enim cogitur abjurare ex carcere dimiſſus, ad majorem incarcerantis ſecuritatem. Hinc ipſi juramento nomen inditum ab argumento. Simile compoſitum eſt *urfried*, priſtina amicitia. Quæ vulgo male explicantur. Latino-Barbaris *faidam jurare* dicitur is, qui auctoritate Principis compellitur inimicitiam adverſus Magiſtratum ob cædem propinqui rebellis, ab apparitoribus, dum ſe defendit, fortuito patratam jurato diffiteri. Vide Capitulare III. Karlomanni Cap. I. §. 3. & 10. apud Baluz. Tom. 2. pag. 286.

URFRIED, pax ſtipulata. Vox Speculi Saxonici Lib. I. Art. 8. quæ proprie pacem vel amicitiam priſtinam ſignificat, ut paulo ante monui in *urfede*, & dicitur de tranſactione per metonymiam objecti.

URGAUL, verres, & in genere pecus. Quid nobis videatur de hac voce, jam diximus in ſimplici.

URGICHT, confeſſio judicialis, ſive confeſſio criminis coram Judice facta, ab *ur* coram, & *gicht* confeſſio, quod eſt a *gichen* confiteri.

URGIFT, reditus. Vetus Francicum. Gloſſ. Pez. quia rerum diſtractarum reditus *pidu dero importanono ehto urgift*. Proprie eſt annuus reditus, ſive id quod ſingulis annis domino datur, a *geben* dare, tribuere, & *ur*, quod hoc loco ponitur pro *ar* proventus annuus, ut ſupra in *urbar*.

URHEBER, auctor. Proprie incœptor, ab *ar*, *or*, *ur*, principium, & *heben* capere. Apud Priſcos alia invenio nomina. Auctor Francis dicitur *garo*, *kero*, a *garen* parare, præparare: *mero* a *meren* augere, Latinæ vocis imitatione. Eſt & *fruma* auctor, a *fremmen* facere, perficere, & dicitur compoſite *ortfruma*, ab *ort* principium & finis. Gloſſ. Keron. auctoris *ortfromon*. Idem Angloſaxonibus *ord-fruma*, apud SOMNER. & BENSON.

URHEIZ, ſeditio. Vetus Francicum, quo utitur OTFRIDUS Lib. III. Cap. XXV. 37.

Uuanent ſi bi notin
Thaz uuir then urheiz datin.

Vertit STADENIUS:

Exiſtimabunt certe
Quod nos ſeditionem fecerimus.

Cum Latini dicant *ſeditionem flagrare*, *accendi*, *exardeſcere*, hinc JUNIUS exiſtimat, ſenſum vocis petendum eſſe ab *heizo* ardor, propter inſignem tumultuantium ardorem, in Gloſſ. Goth. pag. 74. Quem ſequitur STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 827. Equidem *hitze* etiamnum iram, furorem, & vehementem animi commotionem denotat. Sed non omnis animi commotio eſt ſeditio. Et alioqui vox Francica (ut mihi quidem videtur) proprie non *ſeditionem*, ſed *conjurationem* ſignificat, ab *heiſſen* jurare, conjurare, quod vide. *Ur* ſenſum intendit, & ex juramento conjurationem facit.

URIN, lotium. A Lat. *urina*. Confer *harn*.

URKUND, teſtis. Vox a Francis & Alam. proſeminata. Gloſſ. Pez. teſtes *urchundun*. Gloſſ. Lipſ. *urkundun* teſtes. Gloſſ. Keron. teſtibus *urchindom*. TATIANUS Cap. CLXXXIX. 3. *zi jungiſton quamum zuene lugge urcundon*, noviſſime venerunt duo falſi teſtes. *Aptiſſime*, inquit PALTHENIUS, *emphaſin vocis atque compoſitionis modum explicat* LIPSIUS *per* VALDE NOSCERE. Imo inepte. Oritur enim non a *kennen* noſſe, ſed a *kunden* notum facere, indicare, de quo ſupra. Et veri teſtes omnium judicio ſunt indices veritatis. *Ur* hoc loco idem eſt quod *er* intenſivum, & ſenſum reddit fortiorem, quod recte vidit LIPSIUS.

URKUND, teſtimonium. Gloſſ. Keron. teſtimonium *urchundii*. TATIANUS loc. cit. verſ. 1. *ſuohtun luggu urcundi*, quærebant falſum teſtimonium. Ex eodem fonte ut an-

tecedens. Inde *urkundlich* teſtificato, in fidem & documentum rei.

URLAUB, venia. Gloſſ. Keron, licentia *urlaubii*. Verbale ab *erlauben* permittere. *Ur* & *er* permutantur.

URLING, antiquitatis affectator, interprete STADENIO in Voc. Bibl. pag. 839. *Ur* hoc loco non eſt particula præpoſitiva, ſed idem quod *ar*, & ſubſtantive ſignificat *primordium*, adjective *primitivum*. Cætera vide in ſubfixo *ling*.

UR-OCHS. Vide *aur* bos ferus.

URSACH, cauſa. Significare poteſt, vel *rem anticam*, ab *ur* ante, prius, & *ſache* res, quia cauſa prior eſt effectu; Vel, quod magis probaverim, *cauſam originis*. Nam *ſache* per ſe jam ſignificat cauſam, & *ur* eſt index originis. Voces priſcis magis uſitatæ ſunt *ding*, *rache*, *ſache*, ut oſtendi in ſingulis.

URSAL, traditio. Vide ſimplex.

URSAU, porcus ſilveſtris. Vide *aur* ferus.

URSPRUNG, fons aquæ vivæ, vertex aquarum. Gloſſ. Pez. capita *urſprinch*. NOTKERUS Pſal. XVII. 16. *do irſchinen die urſpringa dero uuazzero*, tunc apparuerunt fontes aquarum. Videtur factum ad imitationem Lat. vocis *ſcaturigo*. Nam *ur* originem, & *ſpringen* ſcaturire ſignificat, e quibus conjunctis fit *urſprung* principium ſaliendi, vel ſaltus ab ortu.

URSPRUNG, origo cujuscunque rei. NOTKERUS Pſal. XXXV. 10. *ſament dir iſt libes urſpring*, apud te eſt fons vitæ. Refer ad *ſpringen* oriri, quamvis etiam dictio metaphorica eſſe poſſit, a fontibus vel capitibus aquarum deſumpta.

URSTEND, reſurrectio, ſurrectio e ſepulcro. NOTKERUS Pſal. XLI. 2. *Chriſtus iſt der prunno urſtendi*, Chriſtus eſt fons reſurrectionis. Symbol. veteris Eccleſiæ Alam. apud GOLDASTUM: *ich gelob urſtendi mines libes*, credo reſurrectionem meæ carnis. A *ſtan* ſurgere, & *ur* quatenus motum de loco ſignificat.

URT, epulum. Vide *irt*.

URTEIL, quatenus eſt verbale ab *urteilen* judicare, ſignificat quantum poteſt.

URTEIL, diſcretio. Gloſſ. Keron. diſcretionem *urteilida*.

URTEIL, divinatio. Gloſſ. Boxh. *urteili* divinatio. Saxonice *ordæl*, unde Latino-Barbaris *ordalium*, quod vide.

URTEIL, cognitio. Gloſſ. Pez. cognitionem *urteili*.

URTEIL, judicium. NOTKERUS Pſal. CX. 7. *uuarheit unde irteileda ſint ſin hantuuerch*, opera manuum ejus ſunt veritas & judicium.

URTEIL, ſententia, judicatum. NOTKERUS Pſal. XXXVI. 30. *ſin zunga ſprichet dia urteilda*, lingua ejus loquetur judicium.

URTEILEN, judicare. Verbum Francico & Alamannico idiomati proprium, quod diverſimode effertur in monumentis eorum, *ardeilen*, *erteilen*, *irteilen*, *urteilen*, dum Belgæ dicunt *oordeelen*. ISIDORUS Cap. IX. 4. *dhere iſt dher ni ardeilit after augono chiſume*, ipſe eſt qui non judicat ſecundum viſionem oculorum. NOTKERUS Pſal. XXXIV. 1. *erteile truhten uber die die mir tarone*, judica Domine nocentes me. Pſalm. XCVII. 9. *er chumet ze irteilenne die irdriken*, venit judicare terram. Pſal. I. 5. *uuanda in iu urteilet iſt*, jam enim judicati ſunt. Cum auris una juſtitiæ pateat accuſatori, altera accuſato, hinc vulgo exiſtimatum eſt, *urteilen* idem eſſe ac *aures partiri*, ab *obr* auris. Quod etiamſi utiliter dici poſſit in Concione pro populo, argutum tamen magis, quam verum eſt. VERSTEGANUS vocem componit ex *or* jus, & *teilen* partiri, ut ſit quaſi jus diſtribuere, quod videtur adprobare WORMIUS in Monum. Dan. Lib. I. pag. 76. Sed qua lingua *or* jus ſignificet, nemo hactenus docere potuit. Interim convenit inter omnes, quod *teilen* ſit partiri. Partiri autem dicitur nonſolum manus, ſed etiam mens ad ſimilitudinem manus, dum res & rationes rerum diſcernit, & ſecundum hanc diſcretionem judicat. Hinc *judicare* optime dicitur *partiri* per metonymiam antecedentis, quia is demum bene judicat, qui bene diſcernit & diſtinguit, ſive judicium ferendum ſit in foro de cauſa litigioſa, ſive privatim de quacunque re. Latiſſime enim patet hoc verbum, & ſuper omnia cognoſcibilia extenditur. Unde porro manifeſtum, quod præfixa *ar*, *er*, *ir*, *or*, *ur*, ejusdem ſint valoris, nempe intenſivi tantum, & quod ſalvo atque integro ſenſu adeſſe & abeſſe poſſint. In foro ſignificat *ſententiam ferre*, *jus dicere*, *inſontem abſolvere*, *nocentem condemnare*. Qua in re ſimile eſt verbo *dammen* & *richten*, quod apud veteres de utroque judicandi actu, & eo, qui abſolvit, juſtificat, vendicat, & altero, qui condemnat, uſurpatur. Hinc ante pauca Sæcula *vertailen* erat *condemnare*. Jus Prov. Alam. Cap. LXXXII. 1. *ſuuer lip oder hant oder hute oder hare lediget*, *daz mit reht vertailet uuirt*, *der iſt rehtlos*, qui vitam, manum, cutem aut pilos, quæ juſte condemnantur (ad mortem, amputationem, fuſtigationem) fuga ſubducit, beneficiis juris privatus eſto. In quo compoſito, *tailen* ſignificat condemnare, dum *ver* ſenſum intendit. Hodie dicimus *verurteilen*. Alibi vero *teilen* contrarium denotat. Ita NOTKERUS Pſal. LIII. 3. *irteile mir*, *kehalt mih*, *kehaltendo irteile mir*, judica me, ſalvum me fac, ſalvando judica me.

URTEILER, judex. NOTKERUS Pſal. XLIX. 6. *Got ſelbo irteilare iſt*, *den niehs ne truget*, Deus ipſe judex eſt, quem nihil decipit.

USIPETES, gens Germanica, variarum regionum pro fortuna habitatrix. Antiquiſſima eorum ſedes fuit prope Cattos. Ab his deinceps expulſi (quod ſummus auctorum memorat JULIUS) & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum inferiorem pervenerunt. Hic eos offendit

TACI-

TACITUS. Regionem, quam prope Cattos incoluerunt, incertam vocat SPENERUS, & occaſionem nominis, ejusque notationem, hodie fruſtra perveſtigari exiſtimat, in *Notitia Germaniæ Antiquæ* pag. 229. Atqui nomen eorum nobis ſiſtit *Wiſipetes*, hoc eſt, ut credere par eſt, *Wiſibadenſes*, balneorum pratenſium accolas. Ex hoc ergo loco a Cattis pulſi intelliguntur. Hanc etymologiam, quâ melior excogitari non poteſt, debemus felici ingenio ECCARDI in Diſſert. *de Apoll. Granno*. Ubi ſimul addit, hunc eſſe fructum Studii Etymologici rectè inſtituti haud contemnendum, ut nobis ex Nominibus ſiſtat migrationes populorum, aliasque res memorabiles, nullis alioquin literis conſignatas. CLUVERIUS credidit, BUCINOBANTES quoque ab eadem ſede circa *Wyſenbad* ſic appellatos eſſe a poſterioribus Romania.

V.

VALAND, *volant*, latro montanus. GOLDASTUS in Animad. ad Script. Parænet. pag. 364. RISIOS *vocabant homines proceros ac robuſtos* (*unde &* VOLANT *cognominati, Franco-Gallis* VAILLANT, *quaſi valentes ſive validi*) *qui vi viribusque confiſi ſilvas ac montes incolerent gratia latrocinandi, contra quos invocati* REKII *venerunt* (*et*) *auxilio afflictis fuere*. Etymon Goldaſti a Gall. *vaillant*, non poſſum probare. Et ſi Gallica origine opus ſit, præſtat derivare a *voler* latrocinari, ut proprie ſit latro ſeu prædator publicus. Hoc ſenſu videtur occurrere in *Sermone* quodam breviculo *de Nativitate Domini*, quem R. P. PLACIDUS AMON nuper ex Monaſterio Melicenſi ad me transmiſit, ubi verba: *er nam an ſich fleiſchliche brunne, daz er mit unſerm veint wolde willichlichen vehten, vnd vns vz dem rachen des laidigen* VALANDES *erloſen*, aſſumpſit carnalem thoracem, quoniam cum hoſte noſtro volebat promptiſſime dimicare, & nos ex rictu execrandi latronis eripere. Niſi forte *valand* hoc loco ſit *dæmon*, ſenſu a dæmone domeſtico ad infernalem translato. Nam apud Latino-Barbaros invenio *dæmonem folletum*, quem Itali etiamnum *folletto*, Galli *eſprit folet* vocant, quod noſtri potuerunt imitari in *valand*. GERVASIUS TILLEBERIENSIS apud CANGIUM: *Sunt & alii* (*Dæmones,*) *quos* FOLLETOS *vulgus nominat, qui domos ſimplicium ruſticorum inhabitant, & nec aqua, nec exorcismis artantur* (*arcentur.*) *Et quia non videntur, ingredientes lapidibus, lignis, & domeſtica ſupelleƈtile affligunt, quorum verba utique humano ore audiuntur, & effigies non comparent*. FERRARIUS in Orig. L. Ital. pag. 143. FOLLETTI *laſcivi genii ac lemures, riſu ac ſtrepitu domos implentes*. Qui videntur ſic dicti, non quod ſint *folli*, h. e. fatui, aut inſtar *follis ventoſi* inanes, ſed quod ſint Φαυλίζοντες, i. e. ſubſannantes & ludificantes. Confer *kobold*.

VALANDESMAN, *volandes man*, miles glorioſus, homo vanus & ſtultus, quamvis etiam vilem & improbum ſignificare poſſit. Fragmentum de Bello Saracenico pag. 38.

Roland erbab ſih
Tho hiwe er velentlih,
Er ſprah: io thu ualantes man,
Waz thu morthes haſt getan.

Senſus compoſiti ambiguus eſt, ut in omnibus noſtris conviciis, cum quia Græcis Φαυλότης eſt vilitas & nequitia, a Φαῦλος vilis & pravus: tum quia Latino-Barbaris *folonitia* eſt vanitas, in Gloſſis ISIDORI, *follitia* ac *follentia* ſtultitia & ſuperbia; *follis* & *follus* ſtultus, apud CANGIUM in Gloſſario. Unde ſit Latinis *follis* & *follus* pro ſtulto, patet ex ſequentibus Gloſſis. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ffol* ſtultus, *ffol pob tlad* ſtolidus quisque pauper. VEREL. in Ind. *fol* iracundus, fatuus, inſipiens, *folmenn* ſtulti, inſipientes. Fragmentum citatum pag. 31.

Mit grimme hiw er then volen.

Ubi Cl. SCHERZIUS in notis: *volen* ſignificat hominem vanum, ſuperbia inflatum. *Fol* pro ſtulto etiamnum eſt pars Linguæ Gallicæ & Anglicæ. Quamvis autem vilis & vanus, ſtultus & ſuperbus, notionibus differant, cognata tamen habent vitia, ita ut unus pro altero poni poſſe videatur. Igitur, aut unus ex illis reliquorum ductor erit, ſi *fol* proprie ſit ſuperbus, inflatus, a *folleo* inflo: aut omnes ſimul convenient in radice *felen* deficere, defectum pati. Nam *vilis* deficit in pretio & bonitate, *vanus* in vero & ſolido, *ſtultus* in uſu rectæ rationis. *Superbus* autem ob inſitam vanitatem & ſtultitiam eodem nomine quo vanus & ſtultus appellari meruit. Quicquid ſit, *valandesman* eſt *homo follentiæ*, & conſequenter vox hybrida ex Latina & Germanica compoſita. Niſi quis malit Græcam originationem Latinæ præferre.

VANDALI, *Vindili*, populus Germaniæ antiquiſſimus ad ſinum Codanum inter Viſtulam & Viadrum. Vandalium nomen inter vera & antiqua Germaniæ a multis numerari, memoriæ prodidit TACITUS cap. 2. de M. G. Hos inter eſt PLINIUS, qui *Vindilos* inter prima & vetuſtiſſima Germanorum genera recenſet, & originem Gothorum atque Burgundionum ad ſtirpem Vandalicam refert, Lib. IV. Cap. 28. Vandalos ab Angloſaxonibus *cwenas* appellari, & Vandaliam *cwenland*, & oceanum hyperboreum *cwen-ſæ*, teſtantur SOMNERUS & BENSONIUS.

NIUS. Sed hi Vandali videntur alterius loci & generis homines fuiſſe, & ab imperio muliebri ſic dicti. Nam *cwen* fœminam & reginam ſignificat. Hinc ſuſpicor illos fuiſſe partem veterum Sitonum in Suionia, de quibus TACITUS cap. 45. de M. G. ſcribit: *Suionibus* SITONUM GENTES *continuantur. Cetera ſimiles, uno differunt, quod* FEMINA *dominatur: in tantum non modo a libertate, ſed etiam a ſervitute degenerant.* Scriptores Septemtrionales nobis Vandalos imponunt tanquam homines ſuos. Nos *Tacito* & *Plinio* inhærentes, Vandalos nobis tanquam indigenas vendicamus. Vulgo creduntur ſic appellati quaſi *wandler*, h. e. migrantes, ſive quia ab Ingevonibus, quorum pars erant, ad loca trans Viadrum occupanda emiſſi, ſive quia pubem ſuam in Scandiam & remotiſſima Sarmatiæ loca ablegarunt. Anno 407. trajecto Rheno Galliam devaſtant, impulſore ut ferunt Stilicone, qui, cum Vandalorum popularis eſſet, invidiam facti tulit. Mox in Hiſpaniam, tandemque in Africam progreſſi, pulſis Romanis novum imperium condunt. Interim dum hoc agunt Vandali, Venedi gens Sarmatica vacuas Vandalorum ſedes ad mare Balticum occupant, ubi poſteri eorum etiamnum commorantur. Quæ res imperitis anſam dedit, ut *Vandalos* & *Venedos* confunderent. PROCOPIUS Vandalos paludis Mæotidis accolas vocat, alia & manifeſta Sinus Codani cum illa palude confuſione.

VASALL, vaſallus, cliens fiduciarius, homo Domini. Diminutivum a *vaſus* vel *vaſſus*, quod Latino-Barbaris eſt famulus, ſervus, ſed liberæ conditionis, major vel minor, pro fortuna viri. *Vaſſos* primitus fuiſſe, quos *familiares* ætas poſterior appellavit, ſeu domeſticos, & qui ex Regia aut alicujus Principis familia erant, optime judicat CANGIUS ex Lege Alam. Tit. LXXIX. 3. *Si alicujus Seniſcalcus, qui ſervus eſt, & Dominus ejus XII.* VASSOS *ſupra domum habet, occiſus fuerit, XL. Solid. componatur.* Ubi alii legunt *Baſſos*, quod idem, quia B. & V. permutantur. Sed & comites aliosque ſuperioris ordinis viros, & omnes Regis in gerenda Rep. miniſtros *Vaſſos Dominicos* & *Vaſſos Regios* dictos eſſe, idem prolixe demonſtrat. Vocabulum Gallicum eſſe, primus animadvertit LINDENBROGIUS, duce WALAFRIDO Strabone, cujus hæc ſunt de Reb. Eccleſ. cap. 31. verba: *Capellani nimirum ita ſunt, ſicuti hi, quos Vaſſos Dominicos* GALLICA *conſuetudine nominamus.* Sed vocabulum ipſum, quale ſit, aut quis ejus ſenſus, non explicuit. Utrumque præſtitit CANGIUS. „*Vaſſi*, inquit, erant famuli, quod præterea videtur „indicare vocis origo apud Boxhornium in „Lexico Gwallico ſeu Cambro-Britanni„co, & Autorem Catholici Armorici: *gwas*, „ſervus, famulus. Hæc ille in excellenti Gloſſario pag. 1382. Quem poſtea ſecuti ſunt LEIBNITIUS & ECCARDUS in ſuis de Vaſallo meditatis. Operæ pretium eſt, familiam vocis, prout apud Cambros hodienum ſuperſtes eſt, ex BOXHORNIO oſtendere. Sic autem ille:

gwas, ſervus, famulus. Sic Armorici. Antiquis ſignificabat *juvenem, adoleſcentem, virum.*

gwas yſtafell, camerarius, cubicularius, lectiſterniror.

gwasgwych, vir fortis, ſtrenuus. [Simile compoſitum eſt *guasdeur*, quod vide ſupra in *geſus.*]

gweſyn, ſervulus. Diminutiv. a *gwas.*

gwaſanaeth, ſervitium, miniſterium. Sic Armorici.

tenluwas, famulus, familiaris. A *tenlu* familia.

tywas, famulus, domeſticus. A *ty* domus, ædes, quod Armoricum. [Quo pacto noſtri hoc compoſitum imitentur in omnibus Dialectis, vide in *dieb* ſervus.]

Itaque ex *was* primo factum eſt *vaſus* & *vaſſus*, quo Alamanni, Longobardi, & Bojoarii in Legibus utuntur, & mox *vaſallus* & *vaſſallus.* Et hinc *Vaſalli* paſſim eorum, quibus obnoxii ſunt, vocantur *manni, homines, ſervi.* Vi hujus etymologiæ *Vaſſus* eſt miniſterialis major, *Vaſallus* minor. Quamvis enim ſæpe convertantur, præſertim apud eos, qui poſt Capitularia ſcripſerunt, Grammatice tamen differunt. De reliquis derivationibus judicat ECCARDUS in L. Sal. pag. 127. quod ne hilum quidem valeant. Quod etiamſi verum ſit, commemorandæ tamen ſunt, quia in Theſauris nonſolum probi nummi, ſed etiam ſpurii & ſuſpecti inter cimelia aſſervantur. SPELMANNO *Vaſſus* in voce *baſſus* eſt fidejuſſor, & cognatum cum Turcico *Baſſa* & Latino *vas* ſponſor. GOLDASTUS quoque vaſſum a *vade* dictum contendit, quia vadimonium pro beneficio accepto auctori ſuo dedit. TURNEBUS *vaſallos* ſic appellatos exiſtimat, quaſi *vaſarios*, tanquam clientes, qui in nobilium *vaſario* ſeu ſupellectile fuerint. *Ita* (inquit Cangius) *in vocum originationibus ludunt viri eruditi.* At univerſe voces Latinas ab hoc negotio excludendas cenſet VERELIUS. *Origo Feudorum*, inquit, *a Barbaris eſt, puta Gothis, Vandalis, Longobardis &c. qui barbaria ſua nobiles nil græce, nil norunt Latine. Non igitur credibile eſt, ut ipſi patrias ſuis muneribus exoticas quærerent appellationes, duras præſertim & inſolitas, cum vel ipſas quidem notiſſimas non admitterent. Quis enim non videt, eos ſic admiratos eſſe ſuæ gentis vocabula, ut proſcriptis Græcorum Romanorumque illis, hæc (cum jugo ſimul) utrique imperio & omnibus Europæ populis impoſuerint.* Hæc ille in Indice Scytho-Scandico pag. 287. Pulchra quidem obſervatio, ſed ad Celticas & Gallicas voces non extendenda, eoque minus, quod in toto Linguæ Germanicæ apparatu nihil ſit, quod commode huc trahi poſſit. Nam

veſti-

veislman, unde *vaſallum* effingit VERELIUS, potius hominem liberæ collationis, quam feudali nexu obſtrictum ſignificat, quia *geizla* non eſt feudum, ſed collatio, vectigal, præſtatio, a *veita* promere, præſtare, conferre. Cætera, quæ afferri ſolent, adhuc minus rotunda ſunt. CUJACIUS & VULTEJUS ducunt a *geſell* comes, ſocius, quia vaſallus Domino certa mercede ſervit. GRYPHIANDER a *faſeln* parce nutrire, & mox a *faſſen* ligare, quia, inquit, per inveſtituram vaſallus ſolenni ſtipulatione ita alligatur Domino, ut ejus fiat mannus ſive homo proprius. MARTINIUS a *faſel* fœtus, ſoboles, quia vaſallus in feudo Domini ſoboleſcit. Alii a *waſen* ceſpes, ſymbolo ceſſionis in traditione terræ. Nec deſunt, qui *vaſallos* cum *geſatis* & *geſindo* confundant: aut ſic dictos opinentur quaſi *baſilios* homines regis, vel *feaux* fideles. Sed jam tempus eſt, ut nugandi finem faciam. A *vaſſus* componuntur & derivantur,

VASSASSOR, ſervus ſervi, homo hominis, vaſallus vaſalli. Cel. STRUVIUS in Hiſt. Jur. Feud. pag. 710. gradus Vaſallorum ita diſtinguit, ut primus ſit *Capitaneorum*, ſive Ducum & Principum, qui immediate a Rege ſuas habent tenuras, alter *valvaſſorum*, qui Ducum & Principum ſunt vaſalli: tertius *valvaſinorum*, qui a valvaſſoribus beneficia tenent. Cum hac ſcala convenit exacte nomen *vasvaſſorum*, quod in multis vetuſtis monimentis ita legitur apud CANGIUM.

VAVASSOR, idem qui *vasvaſſor*. Vox ex præcedenti, quæ ſola genuina eſt, per ſyncopen corrupta. Gall. *vavaſſeur*.

VALVASSOR, idem qui *vavaſſor*, & ex illo per epentheſin depravatum. Qui *valvaſſores* ſic dictos opinantur, quod vel valvis Dominorum obſequii cauſa aſſideant, vel valvas & introitus Regni contra hoſtes tueantur, videntur mihi cum verbis ludere. Aliam Etymologiam exhibet Cel. ECCARDUS in L. Sal. pag. 202. dum *valvaſſores* interpretatur falſos vaſſores. Quod neſcio an ſit probandum.

VALVASINUS, id eſt, *vasvaſinus*, vaſallorum minimus, & ideo ſic dictus a diminutivo Gallo-Britannico *gweſyn* ſervulus.

VASSATICUM, ſervitium, fides, obſequium, quo vaſſus & vaſallus domino tenentur, alias *homagium*, *hominium*. Ita SPELM. & CANG.

VATER, genitor. Syracuſanis *πάτ*, Græc. *πατὴρ*. Lat. *pater*, Perſ. *pâder*, Angloſax. *fæder*, Franc. & Alam. *fater*. Gothis *fadrein* ſunt parentes. Vcroſimile non eſt, tot linguas temere aut caſu in nomine paterno conſpirare. Alterutrum igitur neceſſe, ut vel naturam per pueros loquentem imitentur, qui patrem vocare ſolent *pa*, & reduplicative *papa*, ſumptis a labialibus primis loquendi initiis, ut in Præf. ad Germ. §. VI. oſtendi: Vel ut vox origine Scythica ſit, & a Scythis per totum terrarum orbem ſparſa. Nam *föden* in multis adhuc Germanorum Dialectis eſt gignere. Et hinc recte fit *fæder*, & reliqua, pro genitore. De hac radice ejusque progenie vide plura in loco.

VATER, interdum ponitur pro avo, ſeu genitore patris. Inde *eltervater* proavus, quaſi ſenior avus.

VATER, pater affectu, *lands-vater* pater patriæ.

VATES, veterum Gallorum augures, ſacrifici, phyſiologi. STRABO Lib. 4. *Apud univerſos fere tria ſunt hominum genera, quæ in ſingulari habentur honore*, BARDI, VATES (*Gr. ὐάτεις*,) DRUIDÆ. *Horum* BARDI *hymnos canunt, & poëtæ ſunt.* VATES *ſacrificant, & naturam rerum contemplantur.* DRUIDÆ *præter hanc Philoſophiam etiam de moribus diſputant.* Similia habet DIODORUS. Hibernis *faidh* etiamnum prophetam denotare, non falſum tantum, ſed etiam verum, e ſacri Codicis Verſione Hibernica demonſtrat KEYSLERUS V. C. in Antiq. Sept. pag. 35. Quæ poſſunt eſſe a *Φάω* dico, aut *fatis* canendis, ſicut Latinis *Vates*. MARTINIUS tamen diſtinguit, & rationem nominis Gallici petit a *weten* ſcire, quod priſci illi Gallorum vates multa ſcirent. Secundum hanc etymologiam, quæ certe non eſt ſpernenda, *Vates* idem erit qui Angloſaxonibus *wita*, i. e. ſapiens. Plura ejusmodi nomina vide in *weis* & *wiſſen*. Poſtea vox cœpit vituperari, & ad malos genios, ſpectra ſagasque transferri a præconibus Evangelii. Inde *fadus* ſpecies dæmonis apud CANGIUM, *fada* mulier divina apud FERRARIUM, & *fée* mulier fatidica apud Gallos hodiernos.

VECH, felis, domeſtica & ſylveſtris. WINSBECK ad Fil. Stroph. 40. *es löfet ſelten wiſu mus ſlafender voben in en munt.* Inde *vehechurſen* pelles felium ſilveſtrium. Friderich der Knecht apud GOLDASTUM in Animadverſ. pag. 423.

Nu ſihe ich an ir müte,
Geb ich ir an ir hüte
Eine vehe churſen güte.

Sed & pellem muris Pontici aut muſtelæ Scythicæ denotare poteſt, a colore muſtelino *Φαῦος*. Apud pelliones Lipſienſes *vech* eſt mus alpinus.

VELEDA, virgo fatidica apud Bructeros, oraculum veteris Germaniæ. TACITUS cap. 8. de M. G. *Vidimus ſub divo Veſpaſiano Veledam, diu apud plerosque numinis loco habitam.* Gothica Lingua ſignificare poteſt *Sibyllam matrem*. Nam *vola* in Indice Vereliano exponitur *Sibylla*, *vates pythia*, *fœmina fatidica*, unde *Volu-ſpa* vaticinium Sibyllæ, pars Eddæ Islandicæ. Et in Codice Argenteo mater dicitur *aithei* Matth. XXVII. 5. & paſſim, Finnis hodie *eiti*. MARESCHALLUS in Obſervat. pag. 422. *Etymologi*

mologi notent affinitatem inter Gothicum aithei *ac Finnicum* æiti: *Siquidem in Finnorum ſive Finlandorum Bibliis* Jeſuxen æiti *eſt mater Jeſu Joh. II.* 1. BOXHORNIUS priorem compoſiti partem *Vel* interpretatur viraginem: ſed in altera explicanda ſuccumbit. LIPSIUS germanam ſcripturam fuiſſe cenſet *Weldam* h. e. imperantem. ALTINGIUS in voce *Nehalennia* nomen Belgicæ Linguæ accommodat, ita ut *Veleda* ſit *Veelweet* multæ ſcientiæ. Nos noſtræ inhæremus explicationi, donec melior affulgeat.

VEME-DING, judicium vemicum. Vide *feim-gericht.*

VER, præfix. Vide PROLEG. Sect. V.

VERACHTEN, ſpernere, contemnere, vilipendere. Novum, ſed legitime factum ab *achten* æſtimare, obſervare, & præfixo *ver* quod ſenſum remittit. Veteres eadem utuntur particula, ſed cum aliis verbis conjuncta. Sic contemnere Gothis dicitur *frakunnan*, quaſi notitiam alicujus aſpernari, a *kunnan* noſſe: Angloſaxonibus *for-biggan, for-bogian*, quaſi non amplius curare, obſervare, conſiderare, ab *boga* cura: Francis & Alam. *far-hugan*, quaſi memoriam alicujus dedignari, ab *hugan* meminiſſe. Gloſſ. Keron. meminerit *kebucke*, ſpreverunt *farhoctun.*

VERBIETEN, interdicere, *verbot* interdictum. SOMNER. in Dict. AS. *for-beodan* prohibere, inhibere, *for-bode* prohibitio, inhibitio. Gloſſ. Pez. interdicit *firpiutit*, inhibemus *virpiotemes*. Refer ad *bieten* præcipere ut omittat.

VERBRECHEN, infringere mandata, ſubſtantive prævaricatio. Gloſſ. Keron. fregerit *farprihchit*. Gloſſ. Pez. prætergreſſi ſunt *firprahhun*. Gloſſ. Lipſ. *farbrokanuſſi* prævaricationes. Refer ad *brechen* violare.

VERBRENNEN, comburere, & comburi. Gloſſ. Pez. uri *virprinnan*. Vide ſimplex.

VERBUTEN, velare. Verbum ſiſtit M. HALTAUSIUS in *Calendario medii Ævi* ex *Tenzelii Hiſtoria Gothana*, ubi ſubſcriptio quædam ita ſonat: *Anno MCCCLV. an dem Suntage* Circumdederunt, *als men dye Meyde verbutet*. Quam ille de velandis eo die Virginibus, iis ſcil. quæ ſæculo valedicere, & ſolitariam vitam amplecti volunt, explicat, duce quodam Gelaſii Canone, quo velamen aliis diebus imponi vetatur. Optime, ſi quid video. Suſpicor hoc verbum provinciale a Monachis factum eſſe ex Græco βαδδω, quod exponitur *ſacra ſtola* apud Lexicographos, & *veſtis linea cujus uſus erat in ſacris veſtibus*, apud MARTINIUM in Cadmo Gr. Phœn. Plura veſtium nomina ejusdem pene ſoni, vide in *wambs* thorax.

VERDAMMEN, male & ſiniſtre judicare de proximo. Evang. Angloſax. Matth. VII. 1. *nellen ge deman, thæt ge ne ſyn fordemede*, nolite judicare, ne ipſi judicamini. TATIANUS Cap. XXXIX. 1. *ni curet tuomon, thaz ir ni ſit fortuomto*. Eodem ſenſu. A *damen* judicare, & præfixo *ver, for*, quod hoc loco pravitatem in actione notat.

VERDAMMEN, damnare, condemnare. Evang. Angloſax. Joh. VIII. 10. *ne fordemde the nan man*, nemo te condemnavit? Et mox: *ne ic the ne fordeme*, nec ego te condemnabo. *Dammen* ſenſu forenſi eſt *judicare* & *condemnare*, ut ſupra demonſtratum. Quocunque modo accipiatur hoc loco, *ver* ſenſum augebit, non depravabit, ut ſupra, quia Deus neminem injuſte judicat. Hinc totum compoſitum denotare poteſt vel *valde condemnare*, vel *valde judicare*, quod idem, ſaltim in foro, ut patet ex verbo forenſi, & ad imaginem Germanici ficto, *forjudicare* condemnare, reum declarare, proſcribere &c. quod a SPELMANNO male derivatur a Lat. *foris*. OTFRIDUS ubique habet *firdamnon*, per affectationem Latinismi.

VERDAUEN, *verdauwen*, digerere. Gloſſ. Boxh. *fardheuui* degere (digere.) Gloſſ. Pez. egereret *virdouuiti*. Gloſſ. Keron. digeſti *fideuuite*, indigeries *unfardeuuiti*. A ſimplici ejusdem ſignif.

VERDERBEN, corrumpi, quocunque modo. Quod fit, quando res antea utilis, in eum ſtatum redigitur, ut nullius in poſterum uſus ſit. Oritur a *derb* bonus, utilis, probus, cujus antiquitatem ſupra demonſtravi, per medium præfixi *ver*, quod in multis compoſitis deſtructionem ſignificat. Verbum novum, ſed legitime factum, ut ex conjugio utriusque vocis patet.

VERDERBEN, perire, interire. Ex eodem fonte, quia deſtrui eſt corrumpi. Nam qui perit, tranſit a ſtatu exiſtendi ad ſtatum deteriorem, qualis haud dubie eſt interitus & pernicies. Olim aliis utebantur verbis ad hunc ſenſum exprimendum, quæ vide in *verquiſten* & *verwerden.*

VERDERBEN, corrumpere, deſtruere, perdere, facere ut pereat. Verbum uſibus rerum inimicum, quas per varios gradus primo peſſundat & inutiles reddit, mox penitus deſtruit. Ejusdem cum præcedentibus originis. Gothi hoc ſenſu dicunt *quiſtjan* Luc. IX. 56. & *fraquiſtjan* Matth. X. 28. Angloſaxones *for-don* Matth. X. 28. Luc. XIX. 47. & *forſpillan* Luc. VI. 9. Marc. III. 4. Franci & Alamanni *farlioſan*. TATIANUS Cap. XLIV. 20. *thie thar mag ſela inti libhamon firlioſan in hellauuizi*, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

VERDORREN, areſcere. Refer ad ſimplex ejusd. ſignif. Veteres alio utuntur præfixo, ſed idem valente. Gloſſ. Pez. arefiunt *irdorrent.*

VERDORREN, ſiccare, facere ut areſcat. Gloſſ. Pez. arefecit *irdarta*. V. ſimplex ejusd. ſignif.

VERDRUSS, & *verdrieſſen*, vide in *druſs* moleſtia.

VERDULDEN, ſuſtinere, perferre, tolerare. Gloſſ. Boxh. *firdhulta* pertulit. Gloſſ. Keron.

ron. pertulerunt *fardoiteton*. A *dulden* pati, quod vide.

VERDUSTERT, *verdüſtert*, turgidus, inflatus. A *dunſen* turgere. Nihil hic facit Angloſaxonicum *duſt* pulvis, nec *thyſtro* tenebræ, quæ nec inter ſe, nec cum voce Lutheri conveniunt.

VERFÆRT, ſubito & inſperato rei malæ occurſu perterritus. A *faren* terrere.

VERFANG, utilitas, commodum, in quibusdam Dial. Proprie eſt acquiſitum, a *fangen* occupare. Acquiſita autem ſunt commoda, & juvant acquirentes. Hinc antiquitas a ſubſtantivo formavit verbum *verfangen* juvare, prodeſſe, quo etiamnum utimur. NOTKER. Pſal. XLVIII, 10. *unaz iſt ſie iro uuiſtuom ferfangen?* Vertit SCHILTERUS in Gloſſario: *quid iſtos ſapientia ſua juvat?*

VERFANGEN, arguere, *verfænglich* reprehenſibilis. Gloſſ. Lipſ. *refangam* arguam, *refangnuſſi* redargutiones. Hæc, ſi quid video, ad imitationem Latini ſermonis conficta ſunt, in quo *redarguere* aliis verbis dicitur *reprehendere* & *verbis corripere*, ſenſu a manu deſumpto. Refer ergo ad *fangen* capere, arripere.

VERFECHTEN, propugnare, olim etiam expugnare. Gloſſ. Lipſ. *farfiht* expugna. De ſimplici actum in loco.

VERFOLGEN, perſequi hoſtili animo. Novum, ſed legitime factum a *folgen* ſequi, per medium præfixi *ver*, quod pravitatem in actione notat. Veteres hoc ſenſu dicunt *achten, echten.*

VERFUREN, *verfüren*, ſeducere. Ejusdem ætatis & ſtructuræ, ut antecedens, a *füren* ducere.

VERGADERN, congregare. Frequentativ. a *gatten* conſociare.

VERGANTEN, ſubhaſtare. A *gant* auctio publica.

VERGEBEN, ignoſcere. Evang. Angloſax. Matth. VI. 12. *forgyf us ure gyltas*, remitte nobis debita noſtra. Scriptores Eccleſiaſtici dicunt *condonare*, quia ignoſcentes videntur aliquid donare iis, a quibus offenſi ſunt, nempe veniam delictorum, & gratiam oblivionis. Quod primi Evangelii præcones & ſcripturarum interpretes videntur hoc verbo imitati. Nam extra uſum Eccleſiæ *forgifan* idem eſt quod *gifan* dare, tribuere, concedere.

VERGEBEN, concedere. Angloſax. *forgifan*. Olim idem erat quod ſimplex *geben* dare. Hodie dicitur tantum de re qua unus ſolus potiri poteſt. *Ver* ſignificatum intendit.

VERGEBEN, venenum offerre, & metonymice veneno necare. *Ver* pravitatem in actione notat.

VERGEBENS, *vergeblich*, quod fruſtra datur, conceditur, vel impenditur. *Ver* negat ſucceſſum & eventum, quem ſibi propoſuit dator. Hic verus verborum ſenſus, qui poſtea ad omnes actiones inaniter ſuſceptas translatus eſt.

VERGELTEN, retribuere. Conſenſum antiquitatis vide in *gelten* reddere par pari. *Ver* eſt adverb. vicisſitudinis.

VERGESSEN, obliviſci. Angloſax. *forgytan*, Francis *fergezen, irgeten*, Alamannis *erkezzan, akezzan*, Angl. *forget*. NOTKERUS Pſal. IX. 13. *er ne fergizet dero armon gebetes*, non obliviſcitur orationis pauperum. Pſal. XII. 2. *uuio lango truhten irgizeſt du*, quo usque domine obliviſceris? Gloſſ. Keron. obliviſcatur *ſi erkezzan*, oblivioni *akezzali*. Quo ſenſu? vide in *giſſen* imaginari. *Ver* & reliqua præfixa ſignificatum remittunt aut plane negant.

VERGEUDEN, diſſipare bona, quocunque modo. Utitur Luth. Prov. XIII. n. & hodie utuntur Suevi, ſed ſenſu ambiguo, ob multitudinem fontium, qui ſe conſiderantibus offerunt. Vir quidam literis ornatiſſimus derivat a Lat. *gaudere*, præter neceſſitatem, quamvis adhinniente populo, qui de homine, quem luxuria e divite pauperem fecit, dicere ſolet, *er iſt mit freuden arm worden*. Islandis *giædi* ſunt res, opes, apud VEREL. in Ind. unde fieri poterat *vergeuden* extenuare opes usque ad ultimum terminum, qui præfixo *ver* indigitatur. Helvetiis teſte PICTORIO *geuden* eſt largiri, *geudig* largus, prodigus, *geuding* prodigalitas. Similia habet HENISCHIUS in Theſ. L. Germ. unde facile componitur *vergeuden* profundere pecuniam nimiis largitionibus. At Anglis *gaudy* eſt lautus. Quod ubi tranſit in verbum, luxu deſtruit opes. Denique Cambris *gaudy* eſt latrina, cloaca. Quod convenire videtur iis, qui bona ſua convivando & nepotando latrinis inſerunt.

VERGLEICHEN, contendere, comparare. A *gleich* ſimilis, quia comparatio fit, quando res ſimiles inter ſe conferuntur.

VERGLEICHEN, ſenſu forenſi eſt componere lites, quia lites ſunt differentiæ, quibus homines inter ſe diſſimiles & inæquales redduntur. Ergo a *gleichen* æquare.

VERGNUGEN, *vergnügen*, ſatisfacere, *vergnügt* contentus. Refer ad *genug* ſatis.

VERGOBRET, judex regiæ poteſtatis apud veteres Gallos. CÆSAR Lib. I. de Bell. Gall. cap. 16. de Liſco & Divitiaco: *qui ſummo magiſtratu præerat, quem* VERGOBRETUM *appellant Ædui, qui creatur annuus, & vitæ necisque in ſuos habet poteſtatem.* Quamvis *Vergobret* Æduorum lingua ſit ipſe prætor, non prætoria majeſtas, Cæſar tamen inde nomen dignitatis formare potuit, ea analogia, ut *Conſulatus* a *Conſul*, & *Magiſtratus* a *Magiſter* formari ſolet. Hinc SCHILTERUS videtur mihi circa fores errare, quando in Gloſſ. Teut. pag. 100. *Vergobret* interpretatur *adminiſtrationem illuſtrem*, tanquam Ædui eſſent Germanice locuti, eamque vocem a *werk* opus & *bret* illuſtris compoſuiſſent. BOCHARTUS, qui Gallica vocabula e Punico vel Hebræo ſer-

mone ſolet deducere, hic præſidium interpretationis a Syris petit, quibus *farga* mutationem, & *partun* ſummum præfectum & moderatorem ſignificat. Inde Galli, inquit, *Vergobretum* vocant præfectum illum, qui quidem ſummus erat, ſed mutationi obnoxius. Sed in his ſimilibusque BOCHARTI etymologiis major eſt ingenii quam veri apparatus. Magis conſentaneum eſt, ut ea, quæ Gallis antiquis tribuuntur vocabula, ex ipſorum lingua (quæ certe Celtica fuit & Britannicæ ſimilis) exponantur. Atqui Celtica Lingua *Ver-gobret* eſt vir legis vel præfectus juris, componiturque a *ver* vir, Saxonice *wer*, Hibernice *fear*, quod hoc loco eſt nomen dignitatis, & *cyfraith* lex, jus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *cyfraith* lex, jus, *cyfraith eglwys* jus canonicum, *cyfraith fyd* jus civile, *cyfrauth cyhydedd* cum quid ex jure æqualiter dividitur inter litigantes. Optime autem a præfectura legis vel juris appellatur vir, qui ſummum in Rep. magiſtratum gerit, & ſupremus omnium judex eſt. Nec alio nomine Principes Gothorum Occidentalium inſigniri voluerunt, quam *judicum*, etiamſi eſſent potentiſſimi & regibus æquales, ut oſtendi in voce *richter*. Qualis ſit *Fergobrethr* apud Hibernos, non explicat TOLANDUS, vocem tamen Hibernis tribuit in Additionibus ad Hiſtoriam Druidarum pag. 226. At in Bibliotheca Anglicana Tom. XV. Part. I. pag. 412. dicitur, quod Hibernis *fear go freath* ad literam ſignificet *homme qui juge*, vir qui judicat.

VERGONNEN, *vergönnen*, concedere ex favore. Simplicia veterum vide in *gunnen* ejusd. ſigniſ. *Ver* ſenſum intendit.

VERGÖNNEN, *vergönnen*, idem quod *misgönnen* invidere. Utitur Luth. Deut. XXVIII. 55. *Ver* ſenſum remittit, & ex favente malevolum reddit.

VERGUTEN, *vergüten*, compenſare. A *gut* emenda, ſatisfactio, quod vide.

VERHÆNGNUS, conſenſus & providentia, pro diverſitate originis. Si derivetur ab *hengen* permittere, conſentire, tunc ſignificabit permiſſionem & conſenſum. Contra ſi derivetur ab *henken* ſuſpendere, facere ut pendeat vel dependeat, tunc aliquid amplius, nimirum non ſimplicem permiſſionem, ſed providentiam, & diſpoſitionem cauſarum denotabit. Hoc ſenſu dixit SENECA de Providentia divina Cap. 5. *Cauſa pendet ex cauſa, privata ac publica longus ordo rerum trahit.*

VERHÆRTEN, obdurare. Gloſſ. Keron. obdurare *furibertan*. Refer ad *hart* durus, obſtinatus.

VERHEISSEN, promittere. Gloſſ. Keron. promiſit *forakihiaz*. A ſimplici *heiſſen* ejusd. ſignif.

VERHELEN, occultare, celare. Gloſſ. Keron. celaverit *farhele*. Refer ad ſimplex.

VERHEREN, devaſtare, depopulari. A ſimplici *heren* ejusdem ſignif. quod vide.

VERHERGEN, eadem notione, ab *herg*, *herig* exercitus, quod Angloſaxonicum. Quid enim eſt depopulari, niſi manu militari perdere? Verbum habet Luth. III. Esdræ IV. 45.

VERHERLICHEN, ſignificat quantum poteſt, vel *exaltare*, ſi derivetur ab *her* altus, vel *celebrare* ab *her* facer, vel *glorificare* ab *her* gloria. Vulgo male ſcribitur *verherrlichen*, tanquam eſſet ab *herr* dominus.

VERHEURATEN, *ſich verheuraten*, matrimonium inire. Utitur Luth. Joſ. XXIII. 12. Refer ad ſimplex. *Ver* eſt ſignum copulæ.

VERHEURATEN, *einen verheuraten*, connubio jungere, nuptum dare, facere ut matrimonium ineat. Verbum faceſſens ex præcedenti.

VERHINDERN, impedire, olim etiam defraudare. Rationem utriusque ſignificatus vide in ſimplici.

VERHULLEN, *verhüllen*, velare. A ſimplici *hüllen* tegere.

VERHUNTZEN. Vide ſimplex.

VERKAUFEN, vendere. Gloſſ. Keron. venundandum *ze farchaufanne*. A *kaufen* permutare. *Ver* hoc loco eſt adverb. viciſſitudinis, rem cum pretio commutans.

VERKER, ludus quidam teſſerarum, a ſubitis mutationibus, quæ inter ludendum accidere ſolent, ſic dictus. Nam qui pene jam vicerat, unico jactu ſcenam luſus ita mutare poteſt, ut a colluſore ſtatim vincatur, notante cel. HVDIO in *Hiſt. Nerdiludii* pag. 39. Gallos inde feciſſe ſuum *verquier* idem obſervat. Refer utrumque ad *keren* ſitum & ſtatum rei mutare.

VERKIESEN, ſpernere. WILLERAM. Cap. VIII. 12. *du divitias mundi verkiuſeſt*, tu ſpernis divitias mundi. Proprie non amplius eligis ut rem præſtantem & cæteris præferendam, a *kieſen* eligere. Nam *ver* ſenſum remittit, & optionem in contemtum vertit.

VERKUNDIGEN, *verkündigen*, annunciare. Frequentativum a ſimpliciori & vetuſtiori *kunden* ejusdem ſignificatus, quod vide.

VERKUREN, *verküren*, reprobare. Extat in Paræneſi Winsbeckiana ad filium §. 29. Inde Alamannis *farchoraneer* reprobus, apud KERONEM in Gloſſis. *Ver* hoc loco ſenſum remittit, ut paulo ante in *verkieſen*. Cætera vide in *küren* probare.

VERLANGEN, deſiderare, expetere. Veteres eodem ſenſu dicunt *langen*, quod vide.

VERLASSEN, *ſich*, confidere. Proprie eſt *permittere ſe* iis rebus, quibus confidimus, opibus, viribus, fidei & probitati alterius. A *laſſen* permittere. Qua in re imitamur Latinos, qui ſolent dicere *permittere ſe alicui*, pro dedere ſe fidei aut in fidem alicujus.

VERLASSENSCHAFT, hæreditas. Vide *laſſen* mori.

VERLAUBEN, permittere, concedere, indulgere. Extat eo ſenſu *verloûuuen* apud

WILLE-

WILLERAMUM in Edit. Merulæ pag. 82. JUNIUS in obſervatione ad locum Willerami videtur hærere in hoc verbo. „Licet, inquit, ex ipſius loci circumſtantiis abunde „liqueat, quid ſibi velit hoc verbum, non„dum tamen ſatis perſpicio proprietatem „ejus, neque adhuc divinare poſſum ad „quod thema referri debeat; niſi forte pu„temus referendum ad illud *liuuen*, quod „Otfrido videtur idem ſignificare cum Gal„lico *allouer*, & Anglico *allow*, *conſentire*, „*permittere*, *præbere*, *exhibere*; atque ita *li„uuûn filu knehto* poſuerit Otfridus pro „*conceſſerunt* vel *exhibuerunt plures milites*. Lib. IV. Cap. XVI. 26. Hæc ille, ſignificatum *concedendi* cum ſignificatu *præbendi* confundens. Nos absque ulla hæſitatione referimus ad *lauben* veniam dare. De verbo Otfridino, quod a præſenti loco & compoſitione plane alienum eſt, vidimus ſupra in *liefern* tradere, præbere, exhibere.

VERLEGEN, ſitu corruptus. Vide *verligen*.

VERLEGEN, impeditus. Vide *ligen* quieſcere.

VERLEIDEN. Vide *leiden* avertere.

VERLETZEN, lædere, violare. Refer ad ſimplex.

VERLEUGNEN, abnegare. Refer ad *laugnen*.

VERLEUMDEN, obtrectare, calumniari. Ab obſoleto *leumden* vulgare, quod eſt a *leumde* fama, & hoc a *lomma* audire, ſonare, ut demonſtravi in *leumund*. Particula *ver* pravitatem in actione notat, & ex præcone diffamantem facit.

VERLIEREN, amittere. Gothis *fraliuſan* Luc. XV. 8. 9. Angloſaxon. *forleoſan*, *forlyſan* ibidem, Francis & Alam. *farleoſan*, *farliuſan*, *furliuſan*, Belg. *verliefen*. Gloſſ. Keron. perdant *farleoſant*, perdiderit *farliuſit*. TATIANUS Cap. XLIV. 26. *thie thar findit ſin ferah, thie furliuſit ſie, inti thie furliuſit ſin ferah thuruh mih, thie findit iz*, qui invenit animam ſuam, perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Hodie dicimus *verlieren*, elemento S. in R. mutato. Sed in derivato *verluſt* damnum, jactura, quod certe eſt a *verliefen*, revertimur ad priſcos. Vide plura in *lieren* & *liefen*.

VERLIEREN, perire, *verlorner ſon* filius perditionis, qualis eſt qui ſua culpa periit. In Codice Argenteo *fraliuſan* idem ſignificat, & hinc *fraluſans* periens, quod dicitur de cibo pereunte Joh. VI. 27. & filio pereunte Luc. XV. 24.

VERLIEREN, perdere, peſſundare, facere ut pereat, *verloren* peſſundatus, deſtructus, ad incitas redactus. Gloſſ. Pez. diſperderem *virluri*. NOTKERUS Pſal. V. 7. *ferliuſeſt die, die lugi ſagent*, perdes eos qui loquuntur mendacium. TATIANUS Cap. XLIV. 20. *ſela inti lihhamon firliuſan in hellauuizi*, animam & corpus perdere in gehennam. PALTHENIUS, qui hunc ſignificatum negat in Animadverſ. ad Tat. pag. 319. ex dictis refellitur.

VERLIGEN, ſitu corrumpi, *verlegen* ſitu corruptus. A *ligen* jacere. *Ver* ſæpe eſt particula deſtructiva in compoſitis.

VERLIGEN, concubitum illicitum facere, vel pati. SOMNER. in Dict. Angloſax. *liggan* cubare, *for-liggan* fornicari, adulterari, mœchari. Proprie eſt vitium in cubando committere, a præfixo *ver*, quod pravitatem in actione notat. Conſenſum Saxonum, Francorum & Friſionum vide in *Forlegani*.

VERLOBEN, deſpondere. Refer ad ſimplex ejusd. ſignif. *Ver* ſenſum intendit.

VERLUST, damnum, jactura, paſſio amittentis, a themate inuſitato *verliefen*, quod vide in *verlieren* amittere.

VERLUST, perditio, pernicies, paſſio pereuntis. Hoc ſenſu, ni fallor, proditor Domini interpreti Gothico dicitur *funus fraluſtais* filius perditionis Joh. XVII. 12. a *fraliuſan* perire, quod vide ſupra in *verlieren* ejusd. ſignif.

VERMACHEN, ſenſu forenſi eſt teſtamento vel codicillo ordinare, *vermächtniis* legatum. Ante D. annos dicebant *ſchaffen* & *geſchefft* eodem ſenſu, ut demonſtravi in loco. Sed his paulatim abrogatis præſentia ſucceſſerunt, quia *machen* & *ſchaffen* ſunt ſynonyma, quæ per ſynecdochen generis transferuntur ad ſpecies actionum uſu volente, *quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi*.

VERMÆLEN, conjugare, connubio jungere. Proprie eſt deſpondere, vel pactione jungere, ab obſoleto *mælen*, *malen* transigere, ſpondere, paciſci, quod eſt a *mal* ſponſio, promiſſio, pactum. *Ver* hoc loco eſt adverb. copulæ. Alii verbum noſtrum derivant a Gallico *mêler* miſcere, quod nullam meretur attentionem. MYLIUS in Archæol. Teut. refert ad *malen* conjungi, quod fictitium, & nusquam eo ſenſu obvium. Hodie *vermælen* non dicitur de plebe, ſed de optimatibus & principibus tantum.

VERMESSEN, præſumere. Belg. *vermeeten*. Videtur eſſe hominis qui menſuram ſuam ignorat, h. e. qui modum excedit in viribus ſuis æſtimandis, a *meſſen* metiri. Inde *vermeſſen* temerarius & præſumptor, *vermeſſenheit* audacia, præſumptio, arrogantia.

VERMIETEN, locare, elocare. Gloſſ. Keron. locant *farmietant*. A *miete* pretium locationis, & adverbio viciſſitudinis *ver*, quod uſum loci concedit pro pretio.

VERMISSEN, carere, deſiderare. Gloſſ. Boxh. *farmizzit* carebit. A ſimplici ejusd. ſignif.

VERMOGEN, *vermögen*, poſſe, valere, prævalere, ſubſtantive potentia, facultas, opes. Gloſſ. Keron. prævalere *furimagan*. Vide dicta in ſimplici.

VERMUTEN, conjectura præſumere, *unvermut* inopinato. Forſan a *mut* animus.

Similia derivata ſunt, quando ab *anda* ſpiritus, quod Scandicum, fit *anden* ominari, & a *gied* animus, quod Islandicum, *giſſen* conjicere.

VERNEMEN, percipere. Gloſſ. Pez. percipite *virnemet*, attendite *firnemet*, animadvertit *firnam*. Delectatur inprimis hoc compoſito WILLERAMUS in Cant. Canticorum, unde ſequentes floſculos decerpſit JUNIUS in Obſerv. p. 17. *nu uernimet* percipite nunc, *nu uernim* percipe nunc, *libe ze vernemene* facilis perceptu, *unzemfi ze uernemene* difficilis perceptu, *turteldduan ſtimma is fernoman in unſermo lande* turturis vox audita eſt in noſtra terra, *ich havo uernoman* percepi, cognovi, *uuir hauon uan thir uernoman* cognovimus de te, *thes ne uuolda her niet uernemen* noluit hoc percipere, *thiu uernumſt ſinero uuordo* perceptio verborum ejus. Hæc JUNIUS, more ſuo copioſe & diligenter, quæ eo libentius deſcripſi, quia uſus verbi hodiernus, plane ut antiquus, ad ſenſum & intellectum extenditur. *Nemen* proprie eſt capere, & ſenſu ad animum translato capere mente vel intellectu, de quo ſignificatu actum ſeorſim. Capit autem primo manus, & deinde mens ad ſimilitudinem manus. Res ipſa meliori aut aptiori vocabulo inſigniri non poterat. Nam quocunque modo fiat intellectio, mens intelligendo percipit, & percipiendo intelligit. Et hæc perceptio eſt quædam *comprehenſio, ſimilis in rebus, quæ manu prenderentur*, ut ſapienter docet ZENO apud CICERON. in Quæſt. Acad. *Ver* ſenſum intendit. Simile compoſitum eſt *begreiffen* comprehendere, a *greiffen* capere; ut apud Latinos *percipere* a *capere*. Ejusmodi vocabula ab officio manus deſumpta uſurpant non ſolum Germani in negotio intellectus, ſed etiam Græci & Latini in verbis *χανδάνω* & *comprehendo*, quæ certe non ſolum de manu, ſed etiam de intellectu dicuntur. Et tale quoque eſt Græcorum *χωρέω* intelligo, a *χὴρ* manus deductum.

VERNUNFT, perceptio & percipiendi facultas, quæ ratione & intellectu definitur. WILLERAMUS Cap. VI. 16. *diu uernumſt ſinero uuorto iſt ſuper mel & favum*, perceptio verborum ejus eſt ſupra mel & favum. NOTKERUS Pſal. XXXI. 9. *ne ſint ſolih ſo daz ros unde daz mul, diu ane fernumeſt ſint*, nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Gloſſ. Keron. intellectus *farnuſſt*. Belgæ eodem ſenſu dicunt *vernuft*. Cuncta magis vel minus a pronunciantibus vitiata e genuino *vernumſt*, quod eſt a *vernemen* percipere, quia rationes rerum tam divinarum quam humanarum ab intellectu humano non finguntur (ſunt enim ab alio factæ & pridem excogitatæ, & a quo niſi a Deo?) ſed reperiuntur, animadvertuntur, & percipiuntur. Hinc vera vocis terminatio non poteſt eſſe *nunſt*, nec *numſt*, nec *nuſſt*, nec *nuſt*. Quicquid enim derivatur a *uemen*, terminari ſolet in *numſt*. Inde Gothis *andanumſt* aſſumptio Luc. IX. 5. *teilnumſt* participatio in Gloſſis KERONIS, *notnumſti* rapina, violenta ablatio, in Lege Friſionum Tit. VIII. *ſiginumſti* vexilla, i. e. ſigna de hoſte victo capta, in Gloſſis Boxhornianis. Et huc etiam ſpectat *vernumſt*, quod certe non eſt *ἄγραφον*, ſed in veteri Pſalmorum Verſione NOTKERIANA ubique obvium, e. g. Pſal. CXVIII. 34. *gib mir vernumiſt*, da mihi intellectum. Confer verſum 73. 125. 130. 144. 169. De vocabulo *vernunſt* ſingularem & elegantem libellum edidit CLAUBERGIUS Prof. Duisburgenſis, ex quo inprimis patet, vocabulorum Germanicorum majorem ſæpe probitatem eſſe, quam vel Græcorum vel Latinorum. MARTINIUS vero, qui *nuſt* in Belgica voce *vernuft* derivat a Lat. *novit*, Linguam noſtram contaminat magis, quam illuſtrat.

VERNUNFT, examen, inquiſitio, *unvernunſt* quæſtio, examen per torturam. Vide *nemen* examinare.

VERODEN, *veröden*, deſolare, devaſtare. ISIDORUS Hiſpalenſis Edit. Palth. pag. 258. *Chriſt uuirdhit arslagan, endi dhea burc ioh gbelſtar fyrodhanet*, Chriſtus occidetur, & civitas atque ſacrificium diſſipabitur. Ab *öde* deſertum, ſolitudo. *Ver* ſenſum intendit.

VERPRASSEN, decoquere comeſſando. V. *praſſen*.

VERQUASEN, res ſuas heluando perdere vel imminuere. A Sorabico *kwaſs* compotatio, comeſſatio.

VERQUISTEN, perire. Evang. Goth. Matth. VIII. 25. *fan naſei unſis, fraquiſtnam*, Domine ſalva nos, perimus. Gothi, qui ſoli hoc verbo utuntur, videntur illud formaſſe a *wiſt* ſubſtantia, per medium præfixi *fra*, cui hodie reſpondet *ver*, quod ſæpe eſt nota deſtructionis. Confer *verwerden* & *verweſen* perire & corrumpi.

VERQUISTEN, perdere, peſſundare, facere ut pereat. Evang. Goth. Matth. X. 28. *ſaiwalai jah leika fraquiſtjan*, animam & corpus perdere. Rurſus a *wiſt* ſubſtantia. Vel ſi mavis a ſimplici *quiſten* perdere, quod ſupra produxi. Germani & Belgæ uſum verbi ad perniciem rei familiaris quocunque modo factam reſtringunt.

VERQUISTEN, decoquere. Forte idem eſt quod antecedens, quia decoctores opes a parentibus relictas diſſipant & diſperdunt; Vel ſi ſit diverſum, erit a *quiſten* coquere, quod ſiſtit HICKESIUS in Gram. Angloſax. pag. 155.

VERRATEN, prodere. Aliquam habet antiquitatem, ſed non valde remotam, quia a primis ſacrarum literarum interpretibus nusquam adhibetur. Proprie ſignificat malum conſilium dare, vel malo conſilio in diſcrimen vitæ & honoris adducere, a *raten* conſulere, & præfixo *ver*, quod pravitatem in actione indicat. Qualis eſt, ſi quis male conſulat alteri, aut conſilia tecta vel tegenda hoſtibus aperiat, aut conſilium hoſtibus ſuppe-

ſuppeditet &c. Et hoc ſenſu Angloſaxones dicunt *for-rædan*, teſte SOMNERO & BENSONIO, Latino-Barbari, *forconſiliare* & *foriſconſiliare*, manifeſta Germanicæ dictionis imitatione. BOXHORNIUS in Lexico Antiquo-Britannico producit quasdam voces e ſermone Cambrico, quæ certe Germanicam ſapiunt originem, cujusmodi ſunt, *brad*, *barad* proditio, perfidia, *bradwr* proditor. Unde, niſi a Belgico *verrad* & *verrader?*

VERRECKEN, concidere, interire. Dicitur de beſtiis tantum, a *regen* moveri, & præfixo *ver*, quod in multis compoſitis ſenſum remittit & deſtruit. Inde *verreckt* morticinus.

VERRICHTEN, perficere, *verrichtung* opus, opella, negotium. Refer ad *richten* facere.

VERROTTEN, putreſcere. Vide ſimplex ejusd. ſignif.

VERRUCHT, impius, perdite malus, Dial. Suevica. Vi compoſitionis eſt negligens & incuriosus, qui nullam ſalutis ſuæ curam gerit, a *ruchen* curare, quod vide in *ruch* cura. *Ver* hoc loco ſenſum remittit. Ejusdem propaginis & ſignificatus eſt *ruchlos* ibidem.

VERS, pars orationis, ligatæ & ſolutæ. A Lat. *verſus*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XII. 52.

In herzen hugi thu inne,
Uuaz thaz fers ſinge.

Vertit SCHILTERUS:

In corde meditare intimo
Quid hic verſus cantet.

SOMNER. in Dict. Angloſax. *fers* verſus, *ferſian*, *fers-wyrcan* verſificare, *beod-fers* epithalamium. Addit, *ni fallor*. Et forte fallitur. Nam *beod* Angloſaxonibus eſt menſa, ut Gothis *biud* Luc. XVI. 21. Hinc *beodfers* videtur denotare preces ante menſam, & uſu Eccleſiaſtico hymnum ante S. Cœnam. Hoc ſenſu occurrit *beod-fers* apud GREGORIUM Magnum Dial. I. 9. teſte JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 93.

VERSAGEN, renunciare. Gloſſ. Keron. abnegare ſe ipſum *farſahhan ſih ſelban*, abrenuncians *farſahhanti*. Non a *ſagen* dicere, ſed potius a verbo forenſi *ſachen* accuſare, negare, contradicere &c. *Ver* ſenſum intendit.

VERSAGEN, recuſare. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XIV. 40. *firſageta thaz drinkan*, denegabat potum. Quamvis recuſantes ſimiles ſint eorum, qui judicio contendunt, & parti adverſæ nihil concedunt, præſtat tamen illud referre ad *ſagen* dicere, quia recuſare eſt repulſam dare, & dicendo abnuere. Et ſic *ver* erit nota denegantis.

VERSAMLEN, congregare. Vide *ſamlen*.

VERSCHERZEN. Vide ſimplex.

VERSCHLAGEN, callidus, aſtutus. Proprie verſutus, a *ſchlagen* verſare animo, & non a *ſchlagen* percutere. Quod cum non animadvertiſſent ii, qui linguam patriam novis ſubinde acceſſionibus locupletare ſtudent (in qua hæreſi ſunt permulti,) exiſtimarunt, ſe eodem jure dicere poſſe *verſchmizt*, a *ſchmeiſſen* icere. Et hujus farinæ ſunt omnia pene nova, quæ nobis quotidie obtruduntur, majori impudentia an ignorantia, non facile dixerim. Quanto ſatius eſſet, vetera & probæ notæ vocabula ab oblivione vindicare, quam novis & inepte confictis totius linguæ interitum accelerare.

VERSCHLEISSEN, nimio uſu deterere, rumpere, diſſolvere. Gloſſ. Pez. diſſolvitur *virſlizzan*. SOMNER. & BENSON. *for-ſliten* ruptus, fiſſus, ſciſſus. Refer ad ſimplex. Hodie dicitur de veſtibus tantum, quæ quotidiano uſu aut vetuſtate lacerantur

VERSCHLENZEN, perdere, Dial. Suevica. Videtur factum per epentheſin ab obſoleto *sleithjan*, *gasleithjan* jacturam facere, quod extat in Cod. Arg. Marc. VIII. 36. Nam hinc quoque Belgæ habent *verſlenſen* damnum & corruptionem pati, quod dicitur de floribus marcentibus, colore in pallorem mutato, & virginitate vitiata.

VERSCHLINDEN, deglutire. Gloſſ. Pez. glutiam *firſlinte*, deglutiret *frislunte*. Refer ad ſimplex.

VERSCHMÆHEN, contemnere. Vide *ſchmæhen*.

VERSCHMELZEN, liquefieri, & facere ut liqueſcat. Gloſſ. Pez. tabeſcent *virſmelcent*. Refer ad ſimplex.

VERSCHMIZT, aſtutus. Vide *verſchlagen*.

VERSCHULDEN, duobus modis dicitur, vel a *ſchuld* officium, & tunc idem eſt ac officium officio compenſare, vel a *ſchuld* meritum, & tunc ſignificat promereri. Vide utrumque in loco.

VERSCHWELGEN, & *verſchwenden*, vide in ſimplicibus. Synonyma ſunt, *vergeuden*, *verpraſſen*, *verquaſen*, *verquanten*, *verquiſten*, *verſchlemmen*, *verſchlendern*, *verſchlentern*, *verſchleudern*, *verſchlieren*, *verſpillen*, *verthun* &c. Vix alia lingua eſt, in qua eadem res tot modis efferatur.

VERSCHWEREN, quatenus eſt a *ſchweren* jurare, ſignificat quantum poteſt, juramento confirmare, ejerare, conjurare, imo etiam pejerare, h. e. vitium in jurando committere, ob præfixum *ver*, quod ſæpe pravitatem in actione notat. Hinc verba Domini Matth. V. 33. *non pejerabis*, ab interprete Gothico redduntur *niu farſwarais*, & ab interprete Angloſaxonico *ne forſwere thu*. Cætera vide in ſimplici.

VERSCHWENDEN. Vide *ſchwenden*.

VERSCHWINDEN, evaneſcere, diſparere ex oculis. Vide *ſchwinden*. STIERNHIELMIUS in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 34. videtur derivare a *wind* ventus, quia evaneſcere eſt abire in auras. Sed potius eſt a *ſchwinden* deficere. Nam quæ conſpectui ſubducuntur ſubito, deficiunt, ſi non omnino, certe in ea forma, quæ viſibus objicitur.

VERSE-

VERSEHEN, delinquere ex errore, errorem in videndo committere. Hic ſenſus eſt a conjugio particulæ *ver*, de cujus varia poteſtate actum in PROLEG.

VERSEHEN, quatenus ſignificat *providere* vel *procurare*, idem eſt quod *vorſehen* prævidere, & transfertur a prævisione ad providentiam per metonymiam antecedentis pro conſequente. Ante enim futura videmus, & poſtea cauſas diſponimus, ut mala declinentur, & bona non prætermittantur, quod curæ, conſilii, & providentiæ eſt. Hinc Angloſaxonibus *fore-ſeon* utrumque *prævidere* & *providere* ſignificat, teſte SOMNERO in Dict.

VERSEHEN, quatenus idem eſt quod *vorſehen* prævidere, transfertur ab intellectu ad voluntatem, & tunc ſignificat *ſpe vel metu præſumere*. Cauſa ſignificationis eſt, quia, ubi mens nihil mali prævidet, ibi voluntas, ob naturalem cum intellectu in agendo conſenſum, nihil metuit, ſed meliora omnia ſperat. NOTKERUS Pſal. CXLV. 3. *niehst ne ferſehent iuh ze geuualtigen*, nolite confidere in principibus. Inde *zuverſicht* fiducia.

VERSENDEN, mittere, legare. Gloſſ. Pez. relegati *virſanta*. Refer ad ſimplex.

VERSEREN, lædere, violare, *unverſert* illæſus. Refer ad ſimplex.

VERSEUMEN. Vide *ſeumen*.

VERSIEGEN, idem quod *austrockenen*, & hinc rectius ducitur a Lat. *ſiccari*, quam a *ſiegen* ſubſidere. Utitur Luth. Pſal. LXXIV. 15. Ubi Vulgata habet *ficcaſti*, & Verſio Notkeriana *du habeſt getrucchenet*.

VERSIGLEN, obſignare. Evang. Goth. Matth. XXVII. 66. *faurſigljandans thana ſtain*, obſignantes lapidem. Refer ad ſimplex.

VERSONEN, *verſünen*, *verſünen*, placare, *ſich verſünen* reconciliari. Refer ad *ſünen* ejusd. ſignif.

VERSPEIEN, reſpuere. Gloſſ. Keron. reſpuens *farſpienti*. Refer ad ſimplex.

VERSPILLEN, prodigere, dilapidare bona, Dial. Belg. Gallis *gaſpiller*. Proprie eſt diſſipare, a βάλλω jacere, præpoſito S.

VERSPRECHEN, quatenus eſt a *ſprechen* dicere, fari, loqui, varios accipit ſenſus a particula *ver*, de cujus potentia actum in PROLEG. Significat autem (1.) errorem in dicendo committere. Inde Angloſaxonibus *forſpecen* incaſſum vel fruſtra dictum. (2) maledicere, obtrectare, vitium in loquendo committere. OTFRIDUS Lib. I. cap. XV. 87. *firſprechent thie uuundarlichon dati*, calumniabuntur miraculoſa facta. Utitur hoc ſenſu Luth. Jud. IX. 23. (3.) recuſare, denegare. Gloſſ. Pez. abnui *firſprah*. (4.) promittere, quod novum, & vitio omnibus novis familiari obſcurum, niſi forte *ver* ſit adverb. copulæ. Nam promiſſum cadit in debitum. Et qui promiſit, ſe ipſum dicendo obligavit.

VERSTAND, intelligentia & intellectus. Francis & Alam. *farſtant*, *firſtantniſſe*, Belg. *verſtandt*, Suec. *förſtænd*, Anglis *underſtanding*. Gloſſ. Keron. intelligentiam *farſtantida*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 79. *in themo firſtantniſſe*, in hac intelligentia. Refer ad *verſtehen* intelligere. Gothis intellectus dicitur *frathja* Marc. XII. 33. Angloſaxonibus *andgyt* ibidem.

VERSTEHEN, intelligere. Angloſax. *underſtandan*, Franc. & Alam. *firſtan*, *far-* & *forſtantan*, Belg. *verſtaan*, Suec. *förſtå*, Angl. *underſtand*. Gloſſ. Keron. intelligitur *iſt farſtandan*, advertitur *iſt farſtanten*, intellexiſti *farſtuanti*, intelligentes *farſtantanti*, intelligibiles *farſtantantlihhe*, intelligibilem *ze furiſtantlihhaz*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XII. 89.

Ni uuas thar ther firſtuanti,
Uuaz er mit thiu meinti.
Non erat qui cognoſceret,
Quid his ſignificaret.

TATIANUS ab initio: *thaz thu forſtantes* (*thaz*) *uuar thero uuorto*, ut cognoſcas veritatem eorum verborum. Quo ſenſu? Qua intelligentia? An quia intellectus ſæpe ſtare videtur? Stat equidem tanquam in bivio, quando dubitat. Stat, quando in agnita veritate ſubſiſtit. Stat, quando ultra progredi non poteſt, quod fit in abſtruſis. His olim rationibus adductus exiſtimavi, Saxones, Francos & Alamannos (nam Gothi non ſolent ita loqui) hoc verbum haud temere formaſſe a ſtando. Vide GLOSSARIUM GERMANICUM Lipſiæ 1727. editum pag. 314. Nunc autem aliter ſentio. Quamvis enim hic ſitus corporis cum intellectu hæſitante, quieſcente, & impedito quodammodo conveniat: veroſimile tamen non eſt, ipſum cognoſcendi actum ab hæſitatione, vel quiete, vel impedimentis cognitionis denominatum eſſe. Quid enim perceptioni cum ſtatione commune? Non eadem pedum quæ manuum ratio eſt. Capit primo manus, & deinde intellectus ad ſimilitudinem manus, & hinc intelligere recte & eleganter dicitur *vernemen*. Sed quid pes capiat, non capio. Mittamus ergo ſitum illum corporis, & ſic dicamus, Majores noſtros (quotum ea fuit in creandis verbis ſapientia, ut ſtupidum intellectui vocabulum aptaſſe, minime cenſendi ſint) *ſtan* ab initio formaſſe a Græco αἰσθάνομαι ſentio, percipio, intelligo, illudque poſtea tanquam apud ſe natum, diverſis præfixis ad augendum ſenſum ornaſſe. HELVIGIUS in Orig. Dict. Germ. *verſtehen*, *verſtaen* aperte alludit ad αἰσθάνεσθαι, προαισθάνεσθαι *præſentiſcere*, *animadvertere*. Mihi plus quam alludere videtur. Alludere enim dicimus, quæ ſono tantum, non ſignificatu conveniunt.

VERSTEHEN, ab intellectu transfertur ad voluntatem, ob mutuum & naturalem utriusque conſenſum, cujus vi nihil poteſt eſſe in intellectu, quod non etiam ſit in voluntate, & tunc ſignificat *convenire*, *concordare*, *colludere*, quia neceſſe eſt eos, qui eadem cogi-

cogitant, ſimiles habere voluntates. Inde *verſtand* & *verſtændnüs* conſenſus, concordia, colluſio, quo utitur Luth. Eſa. XXVIII. 15.

VERSTOCKEN, v. *ſtock* durus.

VERSTOREN, *verſtören*, devaſtare, deſtruere. Veteres amant comp. *zerſtören*, quod vide.

VERSTOSSEN, expellere. NOTKERUS Pſal. XXXV. 13. *uz uuurden ſie ferſtozzen*, expulſi ſunt. Refer ad *ſtuſſen* trudere, pellere. *Ver* ſenſum intendit. A ſimili compoſito Gothis fit *afſtaſſeis bok* libellus repudii Matth. V. 31.

VERSTOSSEN, impelli, *ſich verſtoſſen* impingere. Gloſſ. Pez. impingat *farſtoze*.

VERSTOSSEN, extrudere merces. Verbum ad imitationem Latini factum.

VERSTURZT, *verſtürzt*. Vide *beſtürzt*.

VERSUCHEN, tentare, experiri, *verſuch* tentamen. Refer ad *ſuchen* quærere tentandi & experiundi cauſa.

VERTEIDIGEN, *vertædigen*, defendere. Depravatum a genuino *vertaidingen*, quod eſt a *taiding* judicium certo die conſtitutum. Ab initio fuit verbum forenſe & cauſarum patronis proprium, poſtea etiam extra forum uſurpari cœpit.

VERTEILEN, condemnare. Vide *urteilen*.

VERTHUN, perdere, peſſundare, facere ut pereat vel deficiat. Angloſax. *for-deon*, *fordon* apud SOMNER. & BENSON. *Ver* eſt adverb. ordinis, ultimum terminum rei ſignificans. Hodie ſenſus reſtringitur ad eos, qui opes ſuas diſſipant & profundunt. Unus vitii effectus perdere, ſed multiplex via, qua itur ad perniciem rei familiaris. Idcirco pluribus vocabulis opus erat, quæ vide in *verſchwelgen*.

VERTILGEN, delere, exſtirpare. Gloſſ. Pez. eradicare *firtiligon*. Gloſſ. Lipſ. *fardiligo* dele, *vardilgodos* deleſti. Refer ad ſimplex. *Ver* ſignificatum intendit. Nam *tilgen* per ſe jam eſt delere.

VERTRAGEN, tolerare, ſufferre. Gloſſ. Keron. ſufferentium *fartraganteru*, tolerantiam *fartraganii*. Refer ad ſimplex.

VERTRAGEN, tranſigere. Vide verbum forenſe *tragen*.

VERTRAUWEN, confidere, concredere. NOTKERUS Pſal. XLVIII. 7. *die ſih fertruent tro ſelbero ebrefte*, qui confidunt in virtute ſua. Refer ad ſimplex.

VERTREIBEN, pellere, expellere. Gloſſ. Keron. expellatur *ſi fartriban*. Gloſſ. Boxh. *dhanan firtreip* abigebat, expellebat. Refer ad ſimplex.

VERTRENKEN, idem quod *ertrenken*.

VERTRETTEN, intercedere. Proprie eſt patrocinium alicujus in cauſa litigioſa ſuſcipere, vel litigare pro aliquo, componiturque a *tretten* jurgari, & *ver*, quod videtur vitiatum ex *vor* pro. Aliud eſt *vertretten* conculcare, quod vide in ſimplici.

VERTRINKEN, idem quod *ertrinken*.

VERVORTEILEN, defraudare. A *vorteil* commodum, & privativo *ver*.

VERWANT, quatenus eſt a *wenden*, ſignificat quantum poteſt, *mutatum*, *perverſum*, *injuſtum*. Gloſſ. Pez. diſſolutus *viruuanter*.

VERWANTER, propinquus. Qui propinquum ſic dictum putant a *wand* paries, quaſi parieti proximum, videntur imitari eos qui vocem Latinam *adfinis* a *finibus* deducunt, quaſi adfinis ſit confinalis & conterminus. Sed præſtat utramque vocem, tam Germanicam quam Latinam, ex eodem fonte haurire, nempe a *win* amicus, cujus antiquitatem infra oſtendo. Quemadmodum enim a *freund* amicus fit *befreundter* cognatus: ita a *win* amicus per varias particulas præpoſitivas & poſtpoſitivas eodem partu naſcuntur *affinis* & *verwanter*, ſenſu ab amicitia ad cognationem translato. Qua in re nihil inſolens eſt. Nam etiam hodie propinquos ſolemus appellare *freunde*, h. e. amicos, & totam eorum collectionem *freundſchaft*, h. e. amicitiam, nomine dilectionis & benevolentiæ ad conjunctionem ſanguinis tracto, quia cognati ſolent eſſe chariores cæteris.

VERWANTSCHAFT, cognatio, agnatio, propinquitas. Significat proprie amicitiam, ſive fœdere, ſive conjugio, ſive mutua benevolentia initam. Et hoc ſenſu Franci rectius & ſimplicius dicunt *uuiniſcaf*, Sueci *wænskap*, ut oſtendi in primitivo *win*.

VERWAREN, cuſtodire. V. *waren*.

VERWARLOSEN, negligere. V. *warlos*.

VERWEGEN, temerarius. Refer ad *wagen* audere. *Ver* vitium in audente notat, & temeritas eſt exceſſus audaciæ.

VERWEISEN, exprobrare, criminis poſtulare, probrum objicere, *verweis* talis objectio vel exprobratio. Belgis *verwyten* & *verwyt*. NOTKERUS Pſal. LXXXVIII. 52. *daz ſie uns feruuzzen den uuehſel dines keuuieheten*, quod exprobraverunt commutationem Chriſti tui. Refer ad *weiſen* inculpare. *Ver* auget ſignificatum, & ex ſimplici objectione facit acrem & vehementem. Veteres frequentius utuntur præfixo *it*, quod coincidit cum noſtro *ent* contra, quamvis litera media extrita. Sic Gothis exprobrare dicitur *idweitjan* Matth. XI. 20. Angloſaxonibus *edwitan* (unde Anglis per aphæreſin *twit*,) Francis & Alam. *ituuizon*. TATIANUS Cap. LXV. 1. *tho bigonda ituuizon then burgin*, tunc cœpit exprobrare civitatibus. Similiter opprobrium ſive objectio probri Gothis vocatur *idweit* Luc. I. 25. Angloſax. *edwit* vel *ædwit*, Francis & Alam. *ituuiz*. Gloſſ. Keron. opprobrium *ituuiz*, opprobria *ituuize*.

VERWEISEN, expellere, in exilium mittere. Francis exul dicitur *uruuis*, velut extra ductus, ab *ur* ex, & *weiſen* ducere. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VI. 75. *deta unſih uruuiſe ſon themo paradiſe*, fecit nos extorres e paradiſo. Ab *uruuis* videtur poſteritas formaſſe *urweiſen* & *verweiſen* exulem facere.

VERWEISEN, remittere. Refer ad *weiſen* oſtendere. Nam qui remittit, oſtendit locum quo eundum ſit.

VERWERDEN, perire. Angloſax. *forwurthan* Matth. VIII. 25. Francis & Alam. *furuuerden*, *faruuerden*. Gloſſ. Keron. perire *faruuerdan*, periret *faruuerde*, interitum *faruuurti*. TATIANUS Cap. LII. 4. *truhtin heili unſih*, *uuanta uuir furuuerden*, Domine ſalva nos, quoniam perimus. Proprie eſt defieri, denaſci, ab eſſe transire ad non eſſe, a *werden* fieri. *Ver* deſtructionem notat. Germanis *verwerden* ab uſu quidem hodierno, ſed non a genio Linguæ alienum eſt, & dici eleganter poſſet, ſi uſus vellet.

VERWERDEN, deſtruere, exterminare, facere ut pereat. Verbum faceſſens ex præcedenti, quod Gothis effertur *frawaurdjan* Matth. VI. 16.

VERWESEN, adminiſtrare. Forte a Celtico *gwas* ſervus, miniſter. Vel idem eſt quod *vorweſen* præeſſe, a *vor* præ, & *weſen* eſſe. SOMNER. in Dict. Angloſax. *forweſan*, *fore-beon* præeſſe. Gloſſ. Keron. præeſſe (monaſterio) *forauueſan*. Hinc porro *verweſer* adminiſtrator bonorum.

VERWESEN, corrumpi, carie aut putredine conſumi. Proprie *defieri*, h. e. deſtrui, interire, & a ſtatu exiſtentiæ ad non-exiſtentiam transire, a *weſen* fieri, & præfixo *ver*, quod ſignificatum deſtruit. Simile compoſitum eſt *verwerden* perire.

VERWINDEN, dedolere. Vide *winnen* dolere.

VERWONEN, *verwönen*, prava conſuetudine imbuere, quod dicitur de nimia parentum erga liberos indulgentia. A *wonen*, *wönen* aſſuefacere. *Ver* pravitatem in actione notat. Vulgo male ſcribitur *verwenen*, & adhuc pejus derivatur a *wen* amicus.

VERWUNSCHEN, *verwünſchen*, devotare, ſive maledictis, ſive carmine magico, *verwünſcht* diris devotus & incantatus. Refer a *wünſchen* vovere. Vitium, quod in actione eſt, particula *ver* exprimitur, ut ſæpe alias.

VERWURKEN, *verwürken*, peccare, delinquere. Gothis *frawaurkjan* eſt peccare, *frawaurhta nis* peccavi Matth. XXVII. 4. *frawaurhtins* peccata Matth. IX. 6. *frawaurhtans* peccatores Matth. IX. 13. Angloſaxonibus *forwyrcan* delinquere, *forwyrht* reus. In verbo nihil eſt delicti. Nam *würken* eſt agere, facere, quod natura ſua ad bonum & malum indifferens. Sed omnis culpa facti eſt a præfixo *ver*. Latino-Barbari illud imitantur in multis compoſitis, cujusmodi ſunt, *forfacere*, *forisfacere* delinquere, peccare, *forefactum*, *forisfactura* crimen, delictum, *forfactus*, *forisfactus* reus. Unde Gallis *forfaire* & *forfait* noto ſignificatu. Errant autem Gloſſographi, quando *for* ex Latino *foris* deducunt, quaſi repertores vocabuli hoc voluiſſent dicere, peccata fieri extra *fores* rationis. Nam *for* eſt particula præpoſitiva Linguæ Antiquo-Germanicæ, quæ pravitatem in actione ſignificat, cui reſpondet hodierna *ver* in compoſitis innumeris eodem ſenſu.

VERWURKEN, *verwürken*, nocere, damno afficere, perdere. Senſus a delicto quocunque ad noxam reſtrictus. Idem ſenſus adhæret verbo Angloſaxonico *forwyrcan*, & Latino-Barbaro *forefacere*. Epicedium Erici Regis Daniæ apud PONTANUM Lib. 7. Rer. Dan. *Oro omnes quibus aliquid forefeci*, *ut mihi per ſuam gratiam indulgeant*.

VERWURKEN, *verwürken*, pœnam incurrere. Senſus a delicto ad meritum pœnæ translatus. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 171. ex Legibus Inæ R. *gif hwa his hyde forwyrce*. Verto, *ſi quis pœnam fuſtigationis incurrat*. Nam hæc pœna ab objecto dicitur *hyde*, h. e. corium. Ab hoc ſenſu mulcta Barbaræ & forenſi Latinitati dicitur *forisfactum* & *forisfactura*, & mortis reus *de vita forisfactus*.

VERWURKEN, *verwürken*, rem ſuam ex delicto perdere vel amittere, *das leben verwürken* vitam ex delicto perdere. Angloſaxonibus ut ſupra. JUNIUS loco citato ex Cædmone: *forworhte ic hafa mines theodnes hyldo*, perdidi domini mei favorem. VEREL. in Ind. *firivræka* perdere, amittere. Jus prov. Alam. Cap. XVII. *ez mag ain kint ſinez vater und ſiner muter erb verwürken mit vierzehen dingen*, filius poteſt amittere hæreditatem patris & matris ſuæ ob XIV. cauſas. Conſentiunt hic iterum Latino-Barbari in uſu vocis. Leges Henrici I. Angliæ R. cap. 43. *Qui furtum fecerit, qui produtor Domini ſui fuerit, quicunque ab eo in obviatione hoſtili vel bello campali fugerit, vel victus erit, vel feloniam fecerit, terram ſuam* FORISFECIT. Id eſt, feudum ſuum perdidit, & ex delicto amiſit. Hinc res fiſco caducæ in Lege Longobardica Lib. III. Tit. 33. & in Additionibus R. Pipini ad Legem Salicam Tit. XXXII. vocantur *res forfactæ*. Et in Legibus Athelſtani R. cap. 3. homo liber, qui delicto libertatem perdidit, dicitur *ſervus forisfactus*. SPELMANNO hic *forisfacere* eſt ſibi quaſi extraneum facere a Lat. *foris*. Sed perperam. Nam *forisfacere* eſt delicto amittere, ſenſu a pœna in genere ad pœnam privationis reſtricto.

VERWUSTEN, *verwüſten*, devaſtare, depopulari. Gloſſ. Boxh. *aruuaſta* depopulati. A ſimplici *wüſten* ejusd. ſignif. quod vide.

VERZAGEN, animum abjicere, meliora deſperare. Vitium hominis abjecti & in audendo deficientis, ut dixi in ſimplici.

VERZEIHEN, ignoſcere, remittere offenſam, non amplius incuſare. Oritur a *zeihen* criminis arguere, & præfixo *ver*, quod ſenſum remittit.

VERZEREN, quot modis dicatur, vide in ſimplici.

VERZICHT, renunciatio. Continuator Theſauri Beſoldiani pag. 844. *Verzicht dicitur von verzieben*. Mira Gloſſa, quaſi per

ſe

ſe notum ſit *verziehen?* Meminiſſe debemus, quod *ziehen* ſit extendere, & metaphorice *nunciare*, & inde *verziehen* renunciare, & hinc porro *verzicht* renunciatio. Id quod in ipſo fonte pluribus oſtendimus.

VERZIEHEN, cunctari, *verzug* mora. Metaphoram, quæ in voce eſt, vide in *ziehen* extendere. A *verzug* rurſus fit *verzögern* cunctari.

VERZWEIFELN, deſperare de ſalute ſua vel aliena. A *zweifeln* dubitare, per medium præfixi *ver*, quod dubitationem tollit & deſtruit. Ratio, cur ita ſentiam, hæc eſt, quia *ſperare* dicimur, donec dubitamus, an bonum certo eventurum ſit necne? at quando de infelici aut impoſſibili ejus eventu nulla amplius dubitandi cauſa nobis occurrit, tunc dicimur *deſperare*. Ergo deſperatio non eſt affectus dubitantis (quo pacto enim dubitaret, qui bonum, quod cupit, nec poſſibile, nec unquam eventurum judicat?) ſed dubitationem atque una ſpem omnem ex animo abjicientis, h. e. ut barbare loquar *dedubitantis*. Antiquitatem verbi ſpondere non poſſum. At quam multa me fugiunt, quæ forte omnibus temporibus invaluerunt? Hoc tamen aſſeverare aufim, illud, cujuscunque ſit ætatis, non temere, ſed a ſapientibus viris & Philoſophiæ gnaris concinnatum eſſe. Quod ut oſtendam, ſpem metumque, ſecuritatem & deſperationem, prout in nobis ſunt, paucis definiam. *Spes* eſt gaudium inconſtans, ortum ex cupiditate rei, de cujus eventu dubitamus. *Metus* eſt perturbatio animi inconſtans, orta ex cupiditate rei, de cujus eventu dubitamus. *Securitas* eſt gaudium immodicum, ortum ex cupiditate rei, de cujus eventu felici nulla omnino dubitandi cauſa nobis occurrit. *Deſperatio* eſt perturbatio animi immodica, orta ex cupiditate rei, de cujus eventu infelici nulla dubitandi cauſa nobis occurrit.

VEST, *feſt*, proprie eſt *firmus, ſtabilis, immobilis, & vi ſua ſtans*, ſive a Gr. ἑστὼς, præpoſito digamma Æolico, ſive a *weſen* perſiſtere, mutatis labialibus. Reliquos ſignificatus accipit vel a *ſynecdoche* vel a *metaphora*, ut mox pluribus oſtendam.

VEST, firmus, ſtabilis, immobilis, vi ſua ſtans. Angloſax. *faſt, feſt*, Franc. *veſti, faſto*, Belg. *vaſt*, Angl. *faſt* & *ſtedfaſt*. VEREL. in Ind. *faſt* fundi bona immobilia, *löſt oc faſt* mobilia & immobilia. WILLERAMUS Cap. VIII. 10. *veſti mura bin ich*, ego ſum murus firmus.

VEST, ſynecdochice.

VEST, per ſynecdochen generis dicitur de *ſolido, fixo, ſtricto, munito*, quia cum firmo in ſtabili natura conveniunt.

VEST, ſolidus & ſolide. Gloſſ. Boxh. *faſtlihho* ſolide. Inde *veſten* ſolidare.

VEST, fixus. Gloſſ. Pez. fixum *feſti*. Inde *veſten* figere.

VEST, ſtrictus & ſtricte. BENSON. in Voc. AS. *feſt* ſtrictus. Dicitur præcipue de nodis & ligamentis. Inde *veſten* nodo vel laqueo ſtringere.

VEST, munitus. Gloſſ. Lipſ. *faſtira* munita. Proprie munitiora. Idem Belgis *veſt*. Et inde *veſten* munire.

VEST, metaphorice.

VEST, in metaphorico dicendi genere ſignificat (1.) *validum, fortem, robuſtum*, quia robur corporis & animi eſt quædam firmitas. (2.) *conſtantem*, quia videtur immobilis. (3.) *confiſum*, quia fiducia eſt ſtatus animi quam minime vacillans. (4.) *intentum*, quia defixo ſimilis. (5.) *tenacem*, quia non facile dimovetur a propoſito. Niſi malis hunc ſenſum deſumere a *faſſen* tenere, ducta allegoria ab iis, qui conſtricta manu aliquid tenent.

VEST, validus, robuſtus, fortis & intrepidus, *mannveſt* ſtrenuus, virili robore præditus, *notveſt* fortis in periculis. OTFRIDUS in Præf. ad R. Lud. verſ. 29.

In ſines ſelbes bruſti
Iſt herza filu feſti.
In pectore ipſius
Eſt animus valde robuſtus.

Quid ſit animus robuſtus explicat CICERO, quamvis ex ſententia Stoicorum, Lib. I. de finibus: ROBUSTUS ANIMUS *& excelſus omni eſt liber cura & angore, cum & mortem contemnit, qua qui affecti ſunt, in eadem cauſa ſunt, antequam nati: & ad dolores ita paratus eſt, ut meminerit, maximos morte finiri, parvos multa habere intervalla requietis, mediocrium nos eſſe dominos, ut ſi tolerabiles ſint feramus, ſin minus æquo animo e vita, cum ea non placeat, tanquam e theatro exeamus.* Hoc poſtremum rectius de animo fracto quam robuſto dicitur. Quicquid ſit, *veſt* nonſolum corpore, ſed etiam animo robuſtum ſignificat. Et hoc ſenſu paſſim occurrit in nominibus propriis, cujusmodi ſunt,

ARIOVISTUS, prælio validus, bello intrepidus. Cauſam interpretationis vide in *wer* bellum. Aliis *Arioviſtus* eſt *erenveſt* tenax honeſti, commodo quidem ſenſu, ſed antiquis illis Germanis, qui immenſis corporibus freti præcipuam laudem in robore & fortitudine collocabant, minus congruo.

FASTIDA, vir fortis. Nomen Regis Gepidarum apud JORNANDEM de rebus Get. Cap. XVII. *It* Septemtrionalibus eſt vir, & *itar* viri, homines, apud VEREL. in Ind.

VEST, conſtans, fortis in adverſis. Hinc conſtans & conſtantia ab immoto animo inter caſus iniquos antiquis dicitur *veſt-mut.* SOMNER. & BENSON. *feſt-mod* conſtantis animi. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 297. *faſt muot* conſtantia.

VEST, confiſus & confidenter. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XX. 358. *giloub ih faſto in thinan duam*, credo firmiter in potentiam tuam. Id eſt, cum magna fiducia.

VEST, intentus, animo in objectum defixus. Inde lucem accipit formula OTFRIDO familiaris *faſtmuate zi guate*, quæ extat Lib. I. Cap. I. 145. Lib. II. Cap. X. 44. Lib. IV. Cap. XXIX. 8. Cap. XXXVII. 43. & paſſim. JUNIO, qui hanc formulam primus obſervavit, *faſtmuate zi guate* ſunt conſtantes ad bona, loco ſupra citato. Aliis alacres, aliis faſtidientes. Quæ nolo prolixe refellere. Nam conſtantia in malis conſpicua eſt, non in bonis. Alacritas nusquam dicitur *faſti*. Et laſſitudo a ſenſu Otfridi aliena eſt. Ex adverſo manifeſtum eſt, eos ab Otfrido indicari, qui ſunt animo ad res bonas intento, & quaſi defixo. Galli alio ſono, ſed eadem allegoria dicunt *attachez*.

VEST, tenax, ſervans, cuſtodiens, *eren-veſt* cuſtos honeſti, *wort-veſt*, *glauben-veſt* tenax promiſſi, *tugend-veſt* cultor virtutis. SOMNER. in Dict. Angloſax. *æ-feſt* religioſus, *ar-feſt* honeſtus. VEREL. in Ind. *faſtheitinn* promiſſorum tenax, *faſtordur* verborum tenax. Gothica Antiquitas inde formavit *faſten* ſervare, obſervare, h.e. tenacem & ſervantem eſſe.

VEST, adverbialiter.

VEST, ex adjectivo fit adverbium, & tunc ſignificat quantum poteſt, *firmiter*, *valide*, *fortiter* &c. imo etiam *ſanctè* & *jurato*, præcipue in promiſſis.

VESTE, cujuscunque ſit acceptionis, oritur ab aliquo ſignificatu adjectivi *veſt*.

VESTE, firmamentum, expanſum firmum, ſtabile, & vi ſua ſtans. SOMNER. in Dict. Angloſax. *fæſtenne* firmamentum. Sic *Cælum*, in quo ſtellæ fixæ, Germanis vocatur *veſte*, *fæſte*, quod ſit opus quaſi ſuſpenſum & fornicatum, tantoque artificio a Conditore firmatum, ut ruere in inferiora non poſſit. Sed nihil obſtat, quo minus etiam *Terra* ſic appelletur. Latinis certe Terra dicitur *Veſta*, non quod radicitus fundata ſit in infinitum, ut Epicurei ſomniabant, ſed a firmitate naturali, quod loco moveri non poſſit. OVIDIUS:

Stat vi Terra ſua, vi ſtando VESTA *vocatur.*

Sane majoribus noſtris ab omni ævo fuit perſuaſum, terram in medio univerſi ſitam, adeoque immobilem eſſe, ut demonſtravi in voce *gard* mundus. Et hoc centrum recte & decenter ab illis dici poterat *veſti*, propter firmitatem, a *veſt* firmus. Male igitur *Veſta* ad voces compoſitas refertur. Non enim contrahitur ex *vi ſtando*, nec hac contractione opus habent Germani. Hodie continentem vocamus *veſt land*, quaſi terram firmam, & territorium *land-veſte*.

VESTE, robur. Gloſſ. Pez. robur *feſti*.

VESTE, arx, propugnaculum, & quivis locus munitus. Utitur Luth. Nehem. I. 7. SOMNER. in Dict. Angloſax. *fæſten*, *fæſtenne*, *fæſtenneſſe*, murus, munimen, caſtrum, propugnaculum, oppidum, locus munitus. Gloſſ. Pez. in præſidio *in dero veſti*, muri tui *veſti dino*, arce *veſti*. Gloſſa vetus apud JUNIUM in Obſerv. ad Will. pag. 297. *faſtina* præſidia. NOTKERUS Pſal. CIII. 18. *mus pergiz in dien lochen dero alpon ſina feſti habet*, erinaceus in foraminibus alpium refugium ſuum habet. Jus prov. Alam. Cap. CXXXII. *wie man veſte buuuen ſol*, quomodo munitiones exſtrui debeant.

VESTE, domus. Senſus extinctus, ſed antiquus, & legitimus. Quid enim eſt domus, niſi munitio contra feras, & præſidium contra latrones? OTFRIDUS Lib. IV. Cap. VII. 109.

Oba ther man uueſti,
Ther heimi iſt in ther feſti,
Al thaz ungizami,
Uuio der thiob quami,
Er uuacheti binoti
Thanne in theru ziti.

Si paterfamilias ſciret,
Qui domi eſt in munitione,
Omne illud inconveniens,
Quando fur venturus ſit,
Vigilaret certe
Tunc in illa hora.

Veroſimile VESTAM, non illam, quæ Latinis Terra, ſed Saturni filiam, Iſidis & Cereris ſororem, a domorum conſtructione hoc nomen adeptam eſſe. De illa enim ſcribit DIODORUS Lib. V. Cap. 68. *Veſta domorum architecturam invenit.* Hinc caput Veſtæ ubique cernitur turritum, & corona murali ornatum. Cauſa nominis melior aut pulchrior, & quæ cum invento & ſigno ipſius Deæ magis conveniat, reddi non poteſt.

VESTE, galea, munitio capitis. Vox Celtica, & apud Cambros hodie ſuperſtes in compoſitis. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *pen* caput, *penffeſtin* galea, *penffeſtiniawg* galeatus. Unde, niſi a *pen* caput, & *feſte* munitio?

VESTEN, ſignificatus ſuos accipit ab adjectivo *veſt*, non vice verſa.

VESTEN, *fæſten*, firmare, ſtabilire, facere ut ſtet. Utitur Luth. Prov. VIII. 28. Apud veteres occurrit in frequentativis, cujusmodi ſunt, *fæſtnian* apud Angloſaxones, interprete SOMNERO & BENSONIO, & *feſtinon* apud Francos & Alamannos. Gloſſ. Keron. firmare *feſtinon*. Hodie delectamur compoſito *beveſtigen*.

VESTEN, munire. Angloſaxonibus & Francis ut ſupra. TATIANUS Cap. CCXV. 4. *ſie tho thana gangente feſtinotun thaz grabun*, tunc illi abeuntes muniere ſepulchrum. Hodie utimur frequentativo *beveſtigen*; ſed a ſimplici habemus *veſtung* munimentum.

VESTEN, ſolidare, *mit bley beveſtigen* ſolidare plumbo.

VESTEN, figere. SOMNERUS: *fæſtnian* figere. BENSONIUS: *fæſtniend* figens.

VESTEN, ſtringere. Cognoſcitur ex derivatis & compoſitis, qualia ſunt, *fæſtnung* colli-

colligatio, vinculum, apud BENSONIUM, *feſtur*, *feſti* funes nautici, *landfeſta* funis quo terræ vel crepidini alligantur naves, apud VERELIUM in Ind.

VESTEN, ſtipulari, interpoſita fide vel juramento. SOMNER. in Dict. Angloſax. *feſten-mon* fidejuſſor, vas. VEREL. in Ind. *feſta* juramento confirmare, *feſta kongdomi* in ſententiam regis jurare, *feſta* ſtipulatio fidei, *feſtir* ſponſalia.

VESTEN, *beveſtigen*, confirmare quocunque modo. SOMNER. *fæſtniend* confirmativus. VEREL. *feſting* confirmatio. Hue referunt GUNDLINGIANA XII. pag. 162. ex Barbara Latinitate *pactum veſtitum*, imo etiam *inveſtire*. Quid nobis videatur de poſteriori voce, jam diximus in loco.

VETTEL, convicium notum, ſed ignoti ſignificatus. Veniſſe a Latino *vetula*, multis perſuaſum, non mihi. Vulgo enim non in *vetulas*, ſed in *viroſas* torqueri ſolet. Viroſam autem appellare vetulam ob conſuetudinem peccandi, neſcio an ulli in mentem venerit. Forte idem eſt quod *fidel*.

VETTER, cognatus, & omnis ſanguine vel affinitate junctus, & per ſynecdochen generis patruus & avunculus, patruelis & matruelis, nepos ex fratre, & nepos ex ſorore. Eſt enim latiſſimi ſimul & ſtrictiſſimi ſignificatus. Non certe a *vater* pater, quaſi patris inſtar colendus, ut vulgo ineptiunt; ſed a *wetten* jungere, quaſi *conjunctus*. Gloſſ. Ælf. patruus meus *min fædera*. Gloſſ. Pez. patruus *fetiro*, patruelis *fetirin ſun*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ewythr* patruus, avunculus.

VIEH, pecunia viva. Senſus Francis præcipue familiaris. Gloſſ. Lipſ. *fio* pecora, *quiccafe* animalia. NOTKERUS Pſal. VIII. 8. *ſcaff unde rinder, dara zuo alliu diu febo des feldes*, oves & boves, inſuper univerſa pecora campi. Pſal. CXLVIII. 10. *wualdtier und alliu febo*, beſtiæ & univerſa pecora. Extat & *feisfecho* pecu ſaginatum, inter voces Malbergicas in Lege Sal. Tit. IV. 3. ubi agitur de vervecibus. Vox nimia claritate obſcura, ob fontis, qui vel Latinus, vel Græcus, vel Celticus, vel Germanicus eſſe poteſt, diverſitatem. MARTINIO eſt a Lat. *pecu*, quia P. in V. mutari ſolet. JUNIUS, qui Græcas origines potiſſimum ſectatur, derivat a πῶυ grex, & hoc a πάω poſſideo, propterea quod omnis priſcorum hominum ſubſtantia, pecunia nondum inventa, potiſſimum in gregibus & armentis conſtiterit. Res ipſa extra dubium poſita eſt. De Germanis diſerte ſcribit TACITUS Cap. V. *Numero gaudent armentorum. Eæque ſolæ & gratiſſimæ opes ſunt. Argentum & aurum propitii an irati Dii negaverint, dubito.* Hac pecunia luebatur homicidium, & leviora etiam delicta, hane principibus conferebant viritim, ut idem gravis & diſertus auctor memoriæ prodidit Cap. XII. XV. XXI. de M. G. Præterea Celtica quoque lingua *piau* & *biau* eſt verbum poſſidendi anomalum, & *mi biau* meum eſt, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. A *biau* autem recte fit *vieh* poſſeſſio. Denique eadem vox etiam animal ſeu vivum quid denotare poteſt. Sane *byw* Armorica Lingua eſt vivere, & Cambrica *byw* & *biw* vivus & vacca, teſte BOXHORNIO loc. cit. Quibus affinia ſunt, Græca βίος vita, βιόω vitam ago, & Latina *vivo*, *vivus* & *vita*. STIERNHIELMIUS tamen mallet deducere a *föa*, *föda*, *föden* gignere, parere. Quo pacto *vieh* omnem fœtum & partum viventem denotabit.

VIEH, pecunia mortua. Senſus Gothis & Angloſaxonibus præcipue familiaris, & a præcedenti deſumptus. Quemadmodum enim apud Latinos *peculium* & *pecunia* denominatur a *pecu*: ita nomen pecoris, præcipuæ & unicæ, pecunia nondum admiſſa vel inventa, apud veteres poſſeſſionis, paulatim ad omnes poſſeſſiones tranſiit. Hinc in Evangelio Gothico quævis opes & poſſeſſiones vocantur *faihu* Marc. X. 22. & avari *faihu-frikoi*, quia cupidi poſſeſſionum, Luc. XVI. 14. & divites *faihu-habonds*, quia amplas habent poſſeſſiones, Luc. XVIII. 24. & emporium *filigr*, h. e. cubile ubi ſubſtantiæ (res vendibiles) deponuntur, hodie *niderlage*, Marc. XI. 17. Apud Angloſaxones *feo* & *feoh* eodem & latiſſimo ſenſu dicitur. Hinc divites vocantur *the feoh habbath*, qui ſubſtantias habent, Luc. XVIII. 24. unde poſtea innumerabilium compoſitorum origo, quorum aliqua nunc adtingam. SOMNERUS in voce *fio*: *cwic-feoh*, *gangend-feoh* pecus, *licgend-feoh* bona mobilia & immobilia, *weorc-feoh* ſervi. BENSON. *here-feoh* præda. Et hue etiam ſpectat, quamvis a Lexicographis omiſſum, *godes feoh* bona Eccleſiæ, peculium Dei, ex Legibus Regis ÆTHELBIRTHI ſtatim ab initio, a celeberrimo WILKINS editis, quarum inſignis eſt vetuſtas, quia primordia regni iſtius Principis referuntur ad ann. C. 561. Hinc porro ſacrilegium in Gloſis ÆLFRICI pag. 58. vocatur *godes fees theof*, lege *theofthe*, h. e. furtum in peculio Dei commiſſum. In Lege Longobardica occurrit *faderfium* & *phaderfium* Lib. II. Tit. I. 4. *Habeat ipſa mulier morgengab, & quod de parentibus ejus adduxerit, id eſt, phaderfium.* Quæ vox non eſt compoſita ab *erfe* hæreditas, ut LINDENBROGIUS autumat, ſed a *fader* parens, parentes, & *fio* bona, opes, facultas, ſive in dote ſive in hæreditate conſiſtant. Apud Sagarum Scriptores *fe*, *fie*, *fæ*, *fai* eſt pecunia, opes, bona, theſauri, facultates, pecora, armenta, *liggiond fæ* bona mobilia, *gangand fæ*, *lauſa fe* bona mobilia, *inlagt fæ* depoſitum, *fefang* acquiſitio bonorum, *rans fe* rapina, vi raptum, *kiſta fæ* opes capſulæ incluſæ, & alia innumera apud VERELIUM in Indice.

VIEH, pecunia, aurum & argentum ſignatum. Senſus a poſſeſſionibus ad pecuniam translatus, quia pecunia inter peculia præcipuum locum obtinet, poſtquam uſus ejus

probari cœpit Gentibus Germanicis. Gloſſ. Lipſ. *fiu* pecuniam. VEREL. in Ind. *vænt ſe* pecunia proba, *uvænt ſe* deterioris notæ. Hinc pecunia Judæ proditori a Sacerdotibus promiſſa interpreti Gothico dicitur *faihu*, & Angloſaxonico *feoh* Marc. XIV. 11. Sic etiam pecunia, quæ a populo in ærarium Templi mittebatur, a Verſione Angloſaxonica vocatur *feoh* Marc. XII. 41. & pecunia monetariorum *thara mynetera feoh* Joh. II. 15. Inde rurſus magnus compoſitorum numerus. Gothis *faihuskulane* debitores, quia in ære alieno ſunt, Luc. XVI. 5. Angloſaxonibus *feoh-ern* gazophylacium, *feoh-hofe*, *feohhord* ærarium, *feoh-leas* inops pecuniæ, & alia apud SOMNER. & BENSON. Islandis *fegyrdil* crumena, *febot*, *fegiold* mulcta pecuniaria, *febirdi* theſaurarius, *febirdzla* theſaurorum cuſtodia, interprete VERELIO in Ind. Danica & Islandica Lingua *fæ* & *fie* hodieque utrumque retinere ſignificatum, & illum pecoris, & hunc pecuniæ, ſcribit JUNIUS.

VIEH, præmium, ſtipendium, merces, & omne donum, ſive gratis datum, ſive pro ſtudio & labore, ſed in compoſitis tantum. Hujusmodi ſunt apud Angloſaxones *feohſceat* ſtipendium, *meld-feoh* præmium indicationis vel proditionis; apud Islandos *vedfe* pretium inter certantes propoſitum, *tanfie* donum propter dentes, de quo ritu videndus VERELIUS in Herraudi Saga, *lækars fæ* medicinæ præmium, *feſtar fe* dona ſponſalitia, *febod* oblatio munerum. Anglis *fee* hodieque eſt præmium, remuneratio, etiam extra compoſitionem; ſed in veteſtioribus Dialectis deſiderantur exempla.

VIEH-HIRT, hodie bubulcus, olim theſaurarius. Vide antecedentia.

VIEL, multus, multi, multum. Gothis *filu*, Angloſax. *fela*, *feala*, Franc. & Alam. *filo*, *filu*, Belg. *veel*, Island. *fiol* in comp. Slav. *wely*. Gloſſ. Keron. multum *filu*. Conſentit Gr. πολὺς & πολὺ multis & multum.

VIEL, in compoſitione ſenſum intendit, prorſus ut *veit* & *laut*. Gloſſ. Lipſ. *filoberth* præclara, *filoſcire* præclarus, *filohardo* vehementer. Ejusdem indolis ſunt, *filugaher* præceps, *filuhorsker* incitatus, *filuuaſſo* præacutus, *viliger* præcupidus, *filufeſti* valde fortis, & alia innumera Francorum, quæ facile colligi poſſunt ab iis, quibus otium ſuppetit. Inde noſtris *vielgiltig* præpollens. Et hoc ſenſu ſæpe etiam occurrit in Nominibus propriis, cujusmodi ſunt,

FILIMERUS, præclarus. Quod recurrit in *mære* celebris.

FILIBERTHUS, Philobertus, eadem notione. Similia compoſita vide in *brecht* clarus.

WILIBALDUS, valde fortis. Similia compoſita vide in *bald* audax, fortis.

WILIGISUS, prævalidus, a *giſen* poſſe, valere.

VIER, quatuor. Æol. πίτορα, Camb. *pedwar*, Goth. *fidur* & *fidwor*, Angloſax. *fyther*, *feother*, *feower*, Franc. & Alam. *fiar*, *fior*, *feor*. Procop. *fyder*, Belg. *vier*, Angl. *four*, Island. *fior*, Suec. *fyra*. TATIANUS Cap. LIV. 2. *ſenu fior gomman*, ecce quatuor viri. Gloſſ. Keron. quadrupedum *feorfuazzo*. Gloſſ. Boxh. *fior fioringom dheganom* quater quaternionibus militum. Vox Francica, unde nobis hodierna, ex antiquioribus in compendium redacta eſt per ſyncopen. Æolica videtur contracta ex πίδα poſt & τόρα tria. Saxonica, Gothica, & Cambrica cum illa conveniunt. Quibus addi poteſt Longobardica. Nam *fiter* Longobardis quoque quatuor denotaſſe, colligo ex nomine urbico VITERBIUM, quod certe eſt *Tetrapolis*, a *by* civitas. DESIDERIUS, ultimus Inſubrium Rex, qui quatuor Burgos mœnibus cinxit, hoc illi nomen impoſuit. De voce *by* vide plura in *bau* & *bellagines*. Ab hoc numero denominatur etiam vehiculum Gallicum *petorritum*, quod eſt quaſi *quadrirotum*, a quatuor rotis ſic dictum, & non a πέτομαι volo, ut quidam nugator apud GELLIUM, qui vocabulum Græcum eſſe, & volucres rotas ſignificare dixit, quem recte confutat GELLIUS Lib. XV. N. Att. cap. 30. quamvis veræ ſignificationis ignarus.

VIERLING, quadrans. Cambris *ffyrlling* in Legibus Wallicis ubique, præcipue pag. 269.

VIERTE, quartus. Gloſſ. Keron. quartus *fiordo*. Idem Angloſax. *feorth*.

VIERZIG, quadraginta. TATIANUS Cap. XV. 2. *mit thiu her faſteta fiorzug tago inti fiorzug nahte*, cum jejunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Proprie eſt quater dena, ut demonſtravi in *zehen* decem.

VIOLE, flos veris, a *viola*.

VIOLE, vas chymicum, a *phiala*.

VIOLE, inſtrumentum muſicum, a *fidel* per ſyncopen.

VIRNIS, ſuccinum ex arboribus ſudans, Belg. & Gall. *vernis*. A Gr. βερενίκη, auctore SALMASIO in notis ad Solinum pag. 1106.

VISIER, apertura galeæ. FERRAR. in Orig. Ital. *viſiera*, *buccula galeæ*, *qua viſus patet*.

VISIER, punctum viſus in bombarda. A viſu collineantis.

VISIER, *wein-viſier*, menſor vinarius. Quaſi *viſor*, quia venit ut videat & examinet.

VISURGIS, fluv. Germaniæ, tranſitu Druſi, Tiberii, Germanici, & damnis utrinque datis acceptisque famoſus, cui nomen hodie *Weſer*, & medio ævo *Wiſar-aha* flumen Viſaræ. Veroſimile eſt, veteres Cheruſcos hunc fluvium appellaſſe *weſerguſs*, & Romanos inde formaſſe nomen *Viſurgis*. De voce *Weſer* vidimus in *Dur*, quod nihil aliud quam *aquam* ſignificet. Additum autem eſt *guſs* ad *fluorem* ſignificandum. Sane *gus* Francica Lingua eſt fluvius. TATIANUS Cap. XLIII. 1. *nidarſteic regan*, *inti quamun guſu*, deſcendit pluvia, & venerunt flumina.

Solet

Solet autem hic interpres Vulgatam verſionem de verbo ad verbum reddere. Plura ejusdem indolis fluviorum nomina vide in *Guſs* fluvius.

VIZDUM, adminiſtrator, qui vices Domini gerit, ut *Viſcomte* Vicecomes.

VLIES, vellus. Angloſax. *fleos*, *flys*, Belg. *vlies*, Angl *fleece*. Vox Latina ambigua eſt, & denotare poteſt vel ipſum corium ovis aut arietis cum pilis, vel lanam tantum. Prior ſe ipſus a *velando*, poſterior a *vellendo* rectius arceſſitur, quia, ut VARRO ſcribit, prius ſul ſura quam tonſura inventa eſt. Germanica æque obſcura eſt. Nam ſi vellus ſit pellis animalis, ſimile erit cortici, qui Græcis Φλοιὸς, quod pro etymo adducit JUNIUS. Nec id inepte. Nam in vetuſtiſſimis Linguis *vellus* & *cortex* conveniunt in notione tegendi. Exemplum vide in *fell* pellis. Idem contingere potuit in hac voce, ſi radix ſit *fliefen* tegere, quæ videtur ſuperare in *flies* tegula pavimenti, *flus* cortex, tegmen arboris, quo utuntur Islandi. Contra ſi vellus ſit lana tantum, rectius derivatur a *fliifen* vellere. STADENIUS, qui etymi hujus auctor eſt, hoc verbum produxit ex formula contractuum: *ſoll macht haben das land zu flocken und zu flüſen*, in Voc. Bibl. pag. 61. His nodis minime implicantur, qui *vlies* recta deducunt a Lat. *vellus*, quod facit SKINNERUS.

VOCHENZ, panis ſimilagineus minoris formæ, cujus nomen antiquiſſimum hodie cuſtodiunt Memmingenſes. Gloſſ. Pez. collyridas *fobhenzun*, ſimilaginem *femeluobhenzun*. Forte a Φάγω, Φήγω, edo.

VOD, fotor, nutritor. Verbale a *föden* paſcere, nutrire, cujus antiquitatem ſupra oſtendi. Inde compoſita, *büner-vod* (corrupte *büner-vogd*) gallinarum nutritor, *bunds-vod* altor canum.

VOGD, cujuscunque ſit ſignificatus, eſt vox aliena, & a Francis Alamannisque civitate donata. Tria autem præcipue ſignificat, (1) *præpoſitum*, (2) *patronum*, (3) *miniſtrum a citationibus*. De fontibus ſingulorum mox videbimus. Modus ſcribendi diverſus. NOTKERUS, auctor Sæculi X. ſcribit *phogat*, in paraphraſi Pſalm. XXXIV. 1. Scriptores Parænetici Goldaſti *vogt*, *voget*, *voyt*.

VOGD, primi ordinis.

VOGD, præpoſitus. Qui Hebræas origines habent in deliciis, vocem tanquam in Oriente natam derivare ſolent ab Heb. *phakid* præpoſitus, quos inter eſt HELVIGIUS. Aliis videtur formata a Lat. *præfectus*, aliis a Lat. Barb. *advocatus*, quod ſtylo palatii medii ævi idem eſt ac *præfectus*. Teſtimonia vide apud CANGIUM, Scriptorem accuratione & ubertate celeberrimum. Ex utroque fonte fieri poterat *vogt* per aphæreſin, figuram noſtris admodum familiarem. Reliqui ſignificatus ſunt a ſynecdoche generis.

VOGD, præfectus regionis, urbis, vel caſtri. A præfectura loci, parvi vel magni. Inde compoſita, *Land-vogd* præſes provinciæ, *Ober-vogd* præfectus urbis vel pagi ejusdem provinciæ, *Burg-vogd* præfectus caſtelli, *Unter-vogd* rector loci, qui alias Scultetus Longobardis. Cum vero præſidis nomen generale ſit, & omnibus tribuatur, qui pacem publicam jure & juſtitia tuentur, hinc quidam vocis ſenſus eminentior natus, ita ut *vogd* diceretur etiam de Principibus, & omnibus imperium habentibus, & eminentiſſime de DEO, cœli & terræ moderatore, quamvis non niſi a Poëtis. Anonymus apud GOLDASTUM in Paræneticis pag. 360.

\- - - *Als Nemrot*
Ir rihter und ir Vogit gehot.

Alius de Theodorico Veronenſe:

Der edil Vogt von Berne.

Alius de Deo:

Der werlte Voget, des himels kunig.

Item:

Richer Got, herre uber alle kraft,
Voget himelſcher herſchaft.

Sed de his & ſimilibus appellationibus, quæ Deo tribuuntur, obſervanda eſt regula S. JUSTINI Martyris Apol. 1. pag. 44. *Univerſarum rerum Patri, quia ingenitus eſt, nomen impoſitum non eſt. Quocunque namque demum ille vocetur nomine, vetuſtiorem ſe habet eum, qui nomen impoſuit.* Pater *vero*, & Deus, & Creator, & Dominus, & Herus, *non nomina ſunt, ſed a beneficiis & operibus ejus petitæ appellationes.* Ideoque ab imperfectionibus purgandæ ſunt, quoties de Deo dicuntur.

VOGD, prætor, judex. A præfectura cauſarum. Jus prov. Alam. cap. 4. III. *ſo ſol ain Vogt rihten uber den totſlag, und alle frævel und uuunden*, ita debet prætor judicare de homicidio, & omnibus delictis gravioribus, & vulneribus. Ad hanc claſſem ſpectant, *haus-vogd* prætor aulicus apud Berolinenſes, a palatio ſive domo Principis ſic dictus, *ſtadt-vogd* prætor urbanus in quibusdam Imperii Civitatibus, *zent-vogd* prætor cauſarum capitalium in Palatinatu, *Reichs-vogd* prætor imperialis, de cujus officio, jure, & prærogativa agit Joh. Joach. POTGIESER in Tract. *de natura & indole pignoris*, pag. 186.

VOGD, quæſtor. A præfectura rationum. Inde *ambts-vogd* quæſtor municipalis, redituum præfectus.

VOGD, ſecundi ordinis.

VOGD, defenſor, patronus. NOTKERUS Pſal. XXXIV. 1. *uuis min phogat uuider alle*, eſto defenſor meus contra omnes. Oritur a Lat. *advocatus*, quod ſcriptoribus medii ævi non ſolum *præfectum*, ſed etiam *patronum* & *defenſorem* ſignificat. Quamvis non deſint, qui Græcas origines Latinis præferant, quia fautor & adjutor Græce Βοηθὸς & Βοηθὲ-

βοηθὸς dicitur. Hic ſenſus novi agminis ductor eſt, ut mox patebit.

VOGD, defenſor Eccleſiæ. Hoc ſenſu Imperator dicitur *römiſch vogt*, & *voget von Rome*, advocatus Romanus, a multis auctoribus apud GOLDASTUM in Parænet. pag. 358. Hujus patrocinii inſtitutio refertur ad Pontifices Romanos, qui, cum ſe & Eccleſiæ ſuæ jura adverſus Longobardorum oppreſſiones, tenere non poſſent, Reges Franciæ ad defenſionem advocabant. Hinc Pipinus in veteri membrana apud BARONIUM an. 761. n. 18. *Rex Francorum & Defenſor Romanus* nuncupatur. Et vita Caroli de eodem memorat: *Quem Romani ſibi elegerunt Advocatum S. Petri contra Reges Longobardorum.* Quæ res, cum ab initio eſſet benevolentiæ, poſtea tanquam decus & dignitas imperatorio faſtigio propria & hæreditaria ultro ſuſcepta, mox Germanorum Regibus tanquam officium imputari cœpit. Hinc Gregorius IX. in Epiſtola ad Fridericum II. Imp. ſcribit: *Cum Advocatus Eccleſiæ idem intelligi debeat quod Defenſor, ſi defenſoris omittis officium, nomen improprie retines Advocati.* Tandem ad exemplum Eccleſiæ Rom. aliæ quoque Eccleſiæ ſuos habere Advocatos ex Principibus & potentioribus Viris cœperunt. De quibus vide fuſe diſſerentem CANGIUM in voce *Advocati*. Et hi ſunt illi Advocati, qui poſtea dicti ſunt *kaſten-vögde*, a ſacris fundationibus, ut oſtendi in loco.

VOGD, curator, & adminiſtrator cujuscunque rei in patrocinium ſuſceptæ. Reinmar von ZWETER apud Goldaſt. in Parænet. pag. 358.

Das riche daſt des Keiſers niht,
Er iſt ſin pfleger und ſin Voget.

Huc ſpectat compoſitum *kriegs-vogd* curator litis.

VOGD, tutor, defenſor pupilli, vel alterius ad propriam defenſionem ſive natura ſive lege impotentis. Inde *ehe-vogd* maritus, quia uxor eſt ſub tutela mariti, ſaltim moribus Longobardicis, *vogdbar* majorennis, qui ſeipſum tueri & rebus ſuis præeſſe poteſt, item *vogdbare jare* anni jure Saxonico vel alio ad hanc prærogativam definiti. Nam anni videntur nos vocare ad tutelam noſtri, & unusquisque ſumit ab ætate præſidium ſui.

VOGD, patronus cauſæ, ad tuendam in foro litem accitus, & hinc vulgo *advocatus*. Primos cauſarum patronos vidit Germania noſtra ſub Quintilio Varo. Is, quum exercitui Rom. qui tum erat in Germania, præeſſet, Gentem noſtram, armis indomitam, poſſe Jure mulceri exiſtimabat. Accitis igitur cauſarum Patronis ex Italia, ſimulatas Germanorum lites (armis antea decerni ſolitas) more Romano terminavit. Verum dum Prætorem urbanum agit in Caſtris, & jurisdictionibus æſtiva trahit, Germani incautum nihilque tale metuentem cum Legionibus ſuis opprimunt. In illa vero clade maxime ſævitum eſt in cauſarum patronos. Aliis oculi effoſſi, aliis manus amputatæ. Unius os ſutum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens quidam Germanus: *tandem*, inquit, *vipera ſibilare deſiſte*. Hinc patet, quam exoſa fuerit primis temporibus Germanicæ feritati hæc nova & incognita Juris diſciplina, quæ hodie ubique triumphat. Vide VELLEJUM Lib. II. 117. ſeq. & FLORUM Lib. III. 25. ſeq.

VOGD, tertii ordinis.

VOGD, miniſter a citationibus. Senſus novus & a *vocando* h. e. citando petitus. Hinc actuarius judicis dicitur *gerichts-vogd*, a libellis citationum, & apparitor *fron-vogd*, a citandis litigantium partibus, vel convocandis judicibus. Suecis *byfougd* eſt famulus publicus in urbibus, a *by* oppidum, apud LOCCENIUM in Lex. Sueo-Goth. Latini eundem hominem aut ſimilem *accenſum* vocant, ab *accieo*, convoco, advoco. Huc etiam ſpectat, quamvis alterius naturæ & inferioris ordinis ſervus *bettel-vogd*, coryczus pauperum. Cum enim in plerisque Germaniæ Urbibus ſtipem ante fores quærere interdictum ſit, neceſſitas exigebat, mendicitati publicæ cohercendæ hominem imponere, qui mendicantes in plateis undique conquireret, evocaret, & prehenſos Judici ſiſteret. Et hinc illi nomen ab *evocando* (ut videtur) inditum.

VOGDEI, ſignificat quantum poteſt, præfecturam, præturam, jurisdictionem, imo etiam carcerem. Præcipua compoſita ſunt, *Land-vogdei* jurisdictio & tribunal præſidis provinciæ, *Haus-vogdei* judicium aulicum & carcer aulicus apud Berolinenſes.

VOGD-DING, occurrit in Jure prov. Alam. Cap. III. 1. *ſwa ain geribt iſt, da ſol ain gebüttel ſin oder mer dann ainer, der ſol daz* VOGTDINK *gebieten*, ubi judicium eſt, ibi debet eſſe apparitor unus vel plures, qui judicium quod *Vogtdink* appellatur, indicet. Cl. SCHERZIUS *Vogtdink* interpretatur *curiam advocati*. Sed in Speculo Sax. Lib. I. art. 2. *Vogtding* eſt judicium prætoris in rure, ubi curiæ & advocati non ſunt. *Ding* certe judicium eſt. Judicium autem varias accipit denominationes apud priſcos, vel a die definito, & tunc dicitur *tag-ding*, & corrupte *taiding*, vel a curia aut palatio, & tunc dicitur *hus-ding*, Latino Barbaris *buſtingus*, vel ab indictione & convocatione, & tunc dicitur *vogd-ding*.

VOGD-LAND, terra alterius tutelæ commiſſa. Inde nomen VOITLANDIÆ, quod forte ab Advocatis Eccleſiæ Quedlinburgenſis, vel aliis tutorio nomine antiquitus regeretur. Ita ſentiunt *Willichius*, *Althamerus*, *Kirchmayerus* apud PEATSCHIUM in *Originibus Bonfidelienſibus* p. 28. Alii tamen nomen *Voiticum* ex migratione Gentium petunt, & Nariſcos poſteriores a *Vitis* populo Cimbrico deducunt, & hos a progenitoribus *Vitis* VOITIOS ſive *Voit-lander* appellari

pellari contendunt. Auctor conjecturæ eſt Nob. a WALDENFELS in Monum. Hiſt. pag. 270.

VOGD-MAN, cliens, qui ſe alterius tutelæ commiſit. Memoriæ proditum eſt a DIONYSIO HALICARN. Lib. II. 10. & PLUTARCHO in vita *Romuli*, pag. 25. illum condita urbe plebem a patribus diſcreviſſe, atque ad conciliandos conjungendosque mutua benevolentia animos, poteſtatem feciſſe plebejis, quemcunque vellent e patribus ſibi in patronum cooptandi, excogitatis in hoc *Clientum* & *Patronorum* nominibus, ut hi quidem ſuſceptos in fidem clientes tuerentur, & in judiciis defenderent, nullamque ab ipſis patrocinii mercedem reciperent. Par inſtitutum apud Francos & priores Germanos obtinuiſſe, ex nominibus *Mundburde*, *Malman*, *Vogdman*, & ſimilibus, manifeſtum eſt. Ex hoc fonte poſtea patrocinii forenſis rivulos defluxiſſe, recte judicat BRUMMERUS in Comment. ad Legem Cinciam pag 19.

VOGD-MAN, qui ſe alterius jurisdictioni & imperio ſubjecit. Hoc ſenſu videtur occurrere in Charta Friderici II. Imp. an. 1230. apud CANGIUM: *Quicunque reſidens in civitate impetitus fuerit, quod ſit* VOGTMAN *alicujus, & ille civis exiſtens collectas det nobis & Epiſcopo, tanquam alius civis, nulla poſtmodum Advocato ſervitia exhibebit per coactionem.*

VOGD-RECHT, jus patrocinii, defenſionis, tutelæ. Charta Ottonis Comitis Palatini an. 1235. apud CANGIUM: *ſtatuentes, quod de prædicta Curia nihil propter jus, quod* VOIETRECHT *dicitur, ſecundum antiquam conſuetudinem a nobis vel a noſtris ſucceſſoribus exigatur.*

VOGEL, avis. Aves, de quibus ſermo Matth. VIII. 20. Gothis vocantur *fuglos*, Angloſax. *fuglas*, TATIANO *fugala* LI. 2. In Gloſſis Boxhornianis ales exponitur *vocal.* Tanquam eſſet a *vocalis*, aut abſciſſum ab *avicula*, aut transpoſitum ex *volucris*. JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 173. *fugl* ſic dicitur quaſi *flugl*, fugax, volatilis. Nam *flugol* Angloſaxonibus eſt fugax, & conſequenter etiam volatilis, etiamſi haud ita facile concipi poſſit, qui factum ſit, ut omnes Dialecti in eandem eliſionem conſenſerint. Res ipſa manifeſta eſt. Nam a *fliegen* volare, cujus antiquitatem ſupra oſtendi, naturaliter oritur *flug* volatus, *fliege* muſca, *flügel* ala & ales. *Flügel* pro alite ſuperat in nomine collectivo *geflügel* volatilia. A *flügel* igitur eſt *fugel* per ſyncopen. Præcipua Francorum compoſita ſunt,

Ortfocla, accipiter. In Lege Sal. Tit. VII. de furtis avium §. 1. & 3. ECCARDUS legit *arnfocla*, quia accipiter eſt ſpecies aquilæ. Sed nihil in lectione mutandum. Nam accipiter manifeſto ſic dicitur ab *hurten* pulſare, impellere, quia impetu ſuo alias aves deprimit. Hodie dicimus *ſtoſs-vogel* ob eandem cauſam.

fogalari, auceps. In Gloſſ. Boxh. Hodie *vogler*.

vagalode, aucupium. In Gloſſ. Pez. Hod. *vogelei*.

fogalfengida, aucupium. In Gloſſ. Boxh. Hod. *vogel-fang*.

fogalraſton, auguriari. In Gloſſ. Boxh. Forte legendum *raton*. Id enim eſt conſulere, divinare, hariolari, ampliſſimo & aptiſſimo ſenſu. Rem ipſam tangit TACITUS cap. X. de M. G. *Et illud quidem etiam & hic notum, avium voces volatuſque interrogare.* Id eſt, conſulere. De avium cultu apud Francos vide GREGOR. TURON. Lib. II. 10. Hujusmodi auguria in Gente Francorum, quamvis jam chriſtiana, ſero ceſſaſſe, ex ſeveris prohibitionibus Caroli M. in Capit. I. art. 25. an. 802. & Capit. II. art. ult. an. 805. recte colligit Cl. DITHMARUS in not. ad Tacit. Eandem ſuperſtitionem Gens Saxonica diutiſſime & conſtantiſſime tenuit, ut ex INDICULO *paganarum Obſervationum* Synodi Liptinenſis an. 743. §. XIII. *de auguriis avium & equorum*, manifeſtum. Hinc *fogalraton* videri poteſt vox ex antiqua Augurum Germanorum diſciplina Francis relicta.

Cæterum, unde ſit hoc genus divinandi, vetuſtiſſimis quondam populis uſitatum, & a CICERONE Libro II. *de Legibus* magnifice laudatum, aut quæ mortalibus inſederit opinio, ut avium voces & volatus tanquam divinæ voluntatis interpretes obſervarent, an ex præſagiis tempeſtatum, de quibus prolixe ÆLIANUS Lib. VII. 7. & OLAUS MAGNUS in Hiſt. Gent. Septentr. Lib. XIX. cap. 52. an aliunde ortum traxerit, difficile dictu. Addam tamen conjecturas VOSSII de Orig. & progreſſ. Idol. Lib. III. 98. „Ac „vulgo quidem, inquit, exiſtimatum fuit, „aves mentem Deorum tanto nobis melius „ſcire, quanto eſſent ſuperis propiores. „Hinc OVIDIUS in V. Faſt.

„ - - *Nam Dîs ut proxima quæque,*
„*Nunc penna veros, nunc datis ore ſonos.*

„Sed prudentiores aliter. AMMIANUM „MARCELLINUM audiamus Lib. XXI. *Au„guria & auſpicia, non volucrum arbitrio, fu„tura neſcientium, colliguntur (nec enim hoc „vel inſipiens quisquam diceret), ſed volatus „avium dirigit Deus: ut roſtrum ſonans, aut „prætervolans pinna, turbido meatu vel leni, „futura præmoniſtret. Amat enim benignitas „Numinis, ſeu quod merentur homines, ſeu „quod tangitur eorum affectione, his quoque „artibus prodere, quæ impendent.* Ac dein„de parem eſſe aruſpicinæ rationem pro„nunciat. Illuſtrabimus hæc exemplo cor„vi, qui in villa Cajetana ferrum horologii, „conſpiciente CICERONE, loco movit & „excuſſit, ac protinus ad ipſum tetendit, „laciniamque ejus togæ tenuit morſu, donec „nunciaret ſervus, adeſſe milites ad eum

„occidendum. Hæc variis memorata: ut „Valerio M. Lib. I. Memorabil. cap. 4. Plu„tarcho in vita Ciceronis, & Appiano Lib. 4. „Bell. civilium. Ex Ammiani ſententia cor„vus quidem neſcivit futura: ſed Deus ſic „corvum direxit, ut Cicero de exitu ſuo fie„ret certior. En alterum exemplum. DEJO„TARUS Rex in tecto ſuo aquilam conſpe„xit. Ea viſa, cum auguralis eſſet diſcipli„næ gnarus, tecto abſtinuit, quod nocte im„minente ſolo æquatum fuit. Referunt „Cicero 1. & 2. de Divinat. ac Valer. Max. „Lib. I. Cap. 4. Hic Ammiani judicio, Deus „Dejotarum voluit commonere, ut ne tecto „illo diutius ſe contineret. Sane ſpecioſa „otatio. Sed quanto eſt veriſimilius, ſpiri„tum malum iſtos alites direxiſſe, ut homi„num animos in ſuperſtitione detineret? Huc usque VOSSIUS, vir immenſæ lectionis in opere immortali de Theologia Gentilium, plura lectori daturus, qui deſideraverit.

VOGEL, quoties vituperatur, non avem, ſed hominem levem ſignificat, & ſæpe etiam eum, qui vitia avium imitatur, ut ſunt rapacitas accipitrum, laſcivia perdicum, & ſimilia, quæ ſi longius proſequi vellem, dies me deficeret.

VOGEL-BAUER, aviarium, majus vel minus. De majori agit PLINIUS: *Aviaria primus inſtituit, incluſis omnium generum avibus, M. Lælius Strabo Brundufii equeſtris ordinis. Ex eo cæpimus carcere animalia coërcere, quibus natura cælum adſignaverat.* A ſimplici *bauer* habitaculum, quod vide.

VOLAND. Vide *valand.*

VOLK, agmen, cœtus, multitudo conjuncta, quæ vel ducentem ſequitur, vel a ducente trahitur. Utrumque enim ſignificare poteſt: illud a *folgen* ſequi, hoc ab ἕλκειν trahere, ducere, ſpiritu aſpero in digamma mutato. Primam etymologiam commendat indigenatus, alteram analogia. Nam vocabula, quæ multitudinem conjunctam ſignificant, ſolent apud nos formari ab impulſu, ut patet ex nominibus *her, herd, hurd, tropp,* & ſimilibus. Ita etiam Græcis ὄχλος eſt ab ὀχέω moveo, & Latinis *agmen* ab *ago.* Dicitur autem ſenſu latiſſimo de quacunque multitudine, ſive ſequatur Principem ſuum, ut *populus,* ſive Ducem ut *cohors,* ſive impetum ut *turba* & *grex.* Nam etiam aves una volantes, inprimis perdices, eodem nomine deſignamus. Uſus antiquus patet ex ſequentibus Gloſſis. Gloſſ. Boxh. *folch* caterva, *folches* agminis. Gloſſ. Pez. agmine *folche,* aciem *folche,* cohortis *vuolches.* SOMNER. in Dict. Angloſax. *folc, folce* populus, plebs, vulgus, *fylc* agmen, *folc-land* fundus popularis, *folcriht* jus publicum &c. VERELIUS in Ind. *folkland* provincia, territorium, *folklands ting* conventus judicialis, *folkes mote* comitia, conventus populi. Ad harmoniam referri ſolet Lat. *volgus* & *vulgus.*

VOLK, in compoſito *mannsvolk* mas, eſt dictio ſynecdochica, qua totum ponitur pro parte, populus pro uno ex populo.

VOLKER, *völker,* dux populi, qua pace qua bello. VEREL. in Ind. *fylki* dux agminis, *fylkir* rex, dux exercitus, *fylkia* agmina & cohortes in aciem diſponere. An, ſicut *tribunus* a *tribu,* ita *völker* a populo cui præeſt? Dubito. Potius eſt ductor & impulſor multitudinis tam militaris quam non-militaris, ab ἕλκειν. Hinc Duces aliis nominibus vocantur *recken,* quia exercitum agunt, & *herzoge,* quia exercitum tanquam nubem poſt ſe trahunt.

VOLL, plenus, confertus. Goth. *fulls* Luc. IV. 1. Angloſax. *full,* Franc. & Alam. *foll,* Belg. *vol,* Angl. & Suec. *full,* Island. *fullur.* Gloſſ. Keron. plenam *folla.* OTFRIDUS Lib. I. Cap. V. 35. ubi Angelus ad B. Virginem:

Farauua ni uuenti,
Fol biſtu Gotes enſti:
Noli mutare colorem,
Plena es gratia Dei.

Conſentit Gr. βύλλος, πλέος & πλῆος, unde Latinis *plenus* per epenthesin. HESYCHIO βυλλὰ exponi βεβυσμένα denſa, conferta, oppleta, jam obſervavit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 175. Inde

Angloſaxonibus *fullan-mona* plenilunium, *ful-bete, ful-wite* mulcta plena, compenſatio damni plenaria, *mod-full* animoſus, *fyn-full* impius, & alia innumera.

Germ. *vollblütig* ſanguineus, ſanguine abundans, *fülle* plenitudo, & inde *völlig* plenus, plenitudine præditus.

Omnium commune derivatum eſt *füllen* implere.

VOLL, a pleno eleganter transfertur ad *totum* & *perfectum,* quia pleno ſimilia ſunt: *totum,* quia omnes habet partes ad integritatem ſpectantes: *perfectum,* quia nihil illi deeſt, quod ad præſtantiam ejus requiri poſſit.

VOLL, totus. Inde Longobardis *full-freal* omnino liber, Lib. I. Tit. XXXII. 5. Angloſaxonibus *ful-fremian* abſolvere, exequi, totum perficere, Germ. *vollmacht* plenipotentia, i. e. omnimoda & minime reſtricta agendi facultas ex mandato, *vollbringen, vollführen, vollziehen, vollſtrecken* exequi ſecundum omnes partes.

VOLL, perfectus. Inde Gothis *fullataujan* perficere, *fullatojis* perfectus, Matth. V. 48. Francis *foluuirchon, foltuon* perficere, conſummare. Gloſſ. Pez. conſummavit *folauuorahta.* NOTKERUS Pſal. XVI. 5. *folle tuo mine ginge,* perfice greſſus meos. Et huc etiam ſpectat ex hodierno idiomate *vollſtändig* conſummatus, ſtatu perfecto præditus, quamvis etiam integrum & nullo partium defectu laborantem ſignificare poſſit, ſi ad claſſem præcedentem referatur.

VOLL, legitimus. Senſus forenſis a toto petitus, & ad legitimum translatus, quia ſecundum

dum omnes partes legi conformis eſt. Inde Longobardis *fulboran* legitime natus ex utroque parente, Lib. II. Tit. XIV. 2. Hodie dicimus *vollbürtig*, a *burt* nativitas.

VOLL, in quibusdam compoſitis eſt particula præpoſitiva, quæ ſenſum intendit. Inde Angloſax. *full-fleon* perfugare, *full-wacor* pervigil, *full-cuth* inſignis, valde celebris &c. Francis *folbringan* perducere, *folqueman, folcuman* pervenire. WILLERAMUS in Cantico Cap. II. 3. *daz er mih uollebringe*, ut me perducat. Cap. III. 30. *daz er uollecume*, ut perveniat. Cap. VII. 12. *unze ſie uollechumen*, donec perveniant. Quæ etiamſi ſint obſoleta, habent tamen ſimilia in aliis compoſitis, ut ſunt, *vollenden* finire, perducere ad finem, *volleiſten* præſtare, in ſolidum facere, *vollbereiten* præparare, quo utitur Luth. 1 Pet. V. 10. quamvis etiam perficere ſignificare poſſit.

VOLLEISTEN, exequi, perficere. A *leiſten* præſtare, & *voll*, quatenus ſenſum intendit. Hic ſenſus apud veteres non occurrit.

VOLLEISTEN, opitulari. Vetus Francicum. Gloſſ. Lipſ. *folleiſten* opitulentur. ECCARDUS hoc verbum cum præcedenti perperam confundit in Not. ad Leg. Sal. p. 92. Revera enim idem eſt quod *olſteiſten* auxilium præſtare, facta compoſitione ab *olf* auxilium, transpoſitis literis, & *leiſten* præſtare. Hinc porro auxilium Francorum lingua dicitur *folluſt*. Gloſſ. Lipſ. *fulluſt* adjutorium. Juramentum populi apud NITHARDUM: *ce folluſti* ad auxilium. Hoc vetus Saxonia contraxit in *fylſt*, & ab illo tanquam primitivo formavit *fylſtan*. SOMNER. in Dict. Angloſax *fylſt* adjutorium, ſubſidium, *he wæs himon fylſt* ei fuit adjutorio, *fylſtan* juvare, adjuvare, fulcire, *fylſtend* adjutor. De vocula *olf* vide plura in *hülf*.

VOLLKOMMEN, perfectus. Vox mira, & in tota retro Antiquitate nullibi, quod ſciam, obvia; quam ex recentioribus ſoli probant Belgæ, qui tamen libentius dicunt *volmaakt*, a *maaken* facere, ut proprie ſit is, qui perficiendo conſummatus eſt. Et hujus indolis ſunt etiam veterum compoſita. Vocem Gothicam vidimus paulo ante. Alamannicam ſiſtit KERO in Gloſſis: perfecta *durubtaniu*, perficere *duruhtuan*. Franci tamen malunt perfectum vocare *thuruhtigan*, a *deihen* perficere, non a *deihen* creſcere, ut cenſet PALTHENIUS. TATIANUS Cap. XXXII. 10. *uueſet thuruhthigane, ſo ſo juuar fater ther himiliſco thuruhthigani iſt*, eſtote perfecti, ſicuti & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Et tametſi iisdem Francis *vollecuman* ſit pervenire, ut ſupra oſtenſum: hoc tamen nihil facit ad intellectum vocis, quam examinamus, quia *vollkommen* non eſt is qui pervenit, ſed qui ad perfectionem pervenit. Vide ergo annon ſit vox hybrida, e Germanica *voll* perfectus, & Græca κείμενος conditus, conſtitutus, conflata? Quid enim eſt perfectus, niſi perfecte conſtitutus? Et perfectio quid eſt niſi perfecta conſtitutio? Sueci a *vollkomen* formant *fullkomliga* perfecte & perfecto ſimilis.

VOLLWORT. Vide *wort* ult. ſignif.

VON, a, ab, de. Præpoſitio, qua ſoli ex veteribus utuntur Franci & Alamanni. Gloſſ. Keron. a, ab *fona*, de *fona*, ab aſpectu *fona kiſihti*, de cœlis *fona himilum*. Quod imitantur Belgæ in *van*. Gothi vero & Angloſaxones dicunt *fram*, Angli *from*.

VOR, & *für*, quo pacto diſtinguantur, diſputari ſolet inter cultores Germanicæ Linguæ, hodiernos qui, dum antiquitatem ignorant, plerumque in ineptias incidunt. Nam *vor* & *für* plane exulant e monumentis Gothorum & Saxonum, & ne ſcribi quidem poſſunt ab illis, utpote litera *v.* & *ü.* plane deſtitutis.

VOR, eosdem habet ſignificatus ut *für*, ſaltim apud veteres, & Gothis ſcribitur *faur*, *faura*, Angloſax. *for*, *fore*, Franc. & Alam. *fora*, *furi*, Belg. *vor*, Angl. *for*, Suec. *för*. Extra compoſita eſt præpoſitio ſignificans *ante, præ, pro, apud, coram, ob*, in compoſitis adverbium *temporis*, *loci*, *ordinis*, &c. Similes ſignificatus habet particula πρὸ apud Græcos, quæ certe non differt a *vor*, niſi unius & congeneris literæ mutatione, & alterius transpoſitione.

VOR, ante. Gloſſ. Keron. ante *fora*, ante omnia *fora allu*, ante unam horam refectionis *fora einera ziti des inbizzes*.

VOR, præ. Exempla vide in *für* præ.

VOR, pro. Gloſſ. Keron. pro *fora*, pro ipſis *fora diem*, pro tali facto *fora ſolichem tati*. Evang. Angloſax. Matth. V. 38. *eage for eage, toth for toth*, oculum pro oculo, dentem pro dente.

VOR, apud. TATIANUS Cap. II. 2. *ſiu uuarun rehtiu beidu fora Gote*, erant juſti ambo apud Deum.

VOR, coram. Gloſſ. Keron. coram eo *fora imu*.

VOR, ob. Gloſſ. Keron. ante oculos *fora augoom*. Id eſt, ob oculos.

VOR, adverb. temporis. Gloſſ. Keron. propheta *foraſakun*. Vi vocis futura prædicens antequam eveniant, a *ſagen* dicere.

VOR, adverb. loci. Gloſſ. Boxh. *forabercida* præcordia. VEREL. in Ind. *fordyre* veſtibulum.

VOR, adverb. ordinis & dignitatis. Gloſſ. Keron. præeſſe *forauueſan*.

VORDER, anterior. Vide *forder*.

VORFALL, caſus. A *vor* ob, & *fallen* contingere, quia fortuito obvenit. Senſu forenſi eſt caſus præſentiam excludens. VEREL. in Ind. *forfall* impedimenta vel cauſæ ſonticæ, quæ reum in judicium vocatum & non comparentem excuſant.

VORFANG, damnum, *vorfænglich* damnoſus. VEREL. in Ind. *forfang* damnum, impedimentum, præreptio, *forfængra* præripere, impedire. Proprie eſt anticipatio violenta

lenta, a *vor* ante, & *fangen* ſpoliare, vi eripere. Aliud eſt *verfang*, quod vide.

VORFARE, anteceſſor, qui nos in officio præceſſit. Refer ad *faren* ire.

VORFAREN, majores, progenitores. Refer ad *faren* generare.

VOR IG, prior. A *vor* ante, quatenus eſt adverb. temporis.

VORMALS, antea. A *mal* tempus, quod vide.

VORMUND, advocatus, defenſor cauſæ. Gloſſ. Pez. advocati *foramundun*. Proprie eſt vir qui verba facit pro alio, a *vor* pro, & *mund* vir, & non a *mund* os. Nam hominem appellare os, durum eſt, & exemplo deſtitutum.

VORMUND, tutor, defenſor pupilli, curator viduæ vel puellæ. Extat eo ſenſu in jure prov. Alam. Cap. 41. Vel idem eſt quod antecedens, vel aliquem alterius tutelæ præpoſitum ſignificat. Nam *mund* nonſolum virum, ſed etiam tutorem deſignat.

VORMUNDSCHAFT, defenſio, tutela. Gloſſ. Pez. a defenſione *fona formuntſcaſi*.

VORN, quatenus eſt a *vor* ante, dicitur (1.) de tempore. TATIANUS Cap. LXV. 2. *forn in haru inti in aſcun riuua tatin*, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Carm. Runicum: *Kriſtur skóp heimsn forna*, Chriſtus creavit cœlum olim. Hodie dicimus *lang zuvorn* diu ante. (2.) de loco. Inde Angloſaxonibus *foran-heafd* frons, ſynciput, noſtris *vorn* a fronte, *von vorn* ab initio.

VORNEM, nominatus. Vide *nennen* vocare.

VORNEM, primarius. Noviſſime factum ad modulum Latinæ vocis *præcipuus*, a *vor* præ, & *nemen* capere.

VORRAT, penu. Proprie copia rerum ante parata, a *vor* ante, & *reiten* parare, præparare. VEREL. in Ind. *rad* idem quod *forraad*, facultas, opes, penu.

VORTEIL, emolumentum. Vide *teil* bonum.

VORWERK, villa, prædium. Proprie opus ruſticum, ab alendis pecoribus ſic dictum, h. e. a *furen* nutrire. Et hinc rectius dicitur & ſcribitur *furwerk*. Utitur Luth. Act. XXVIII. 7. *an denſelbigen örtern hatte der oberſte in der Inſulen, mit namen Publius, ein furwerk*, in locis illis erant prædia primati Inſulæ, nomine Publio. Græci χωρίον vocant, ſed & ἔργον abſolute.

VRINGEN, torquere. Vide *wringen*.

W.

WABE, favus, *honig-waben* cellæ mellis, *bienen-waben* cellæ operis apiarii. Vox Francica. TATIANUS Cap. CCXXX. 2. *ſi tho brahtun imo furi deil giroſtites ſiſges inti uuabo honuges*, at illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi & favum mellis. MARTINIUS vocem Latinam ducit ab ὕφος opus textum, Germanicam a *weben* texere. Quanquam & hoc, inquit, a *favo* derivare proclive ſit. Sed prius malo, quia optimi Scriptores texendi vocabulo utuntur in opere apiario. PLINIUS Lib. XI. Cap. 10. *ſtruunt orſa ea concameratione alvei, texumque vel usque ad ſumma tecta deducunt*. Angloſaxonibus favus dicitur *beonbread* quaſi panis apum.

WACHEN, vigilare, excubare, pernoctare. Gothis *wakan* & *thairbwakan* Luc. VI. 12. Angloſax. *wacian*, *wæccean*, *wacigan*, Franc. & Alam. *uuabban*, Belg. *waaken*, Suec. *waka*. TATIANUS cap. VI. 1. *hirta uuabhante* paſtores vigilantes. Vigilare dicuntur, qui viſu agiles ſunt, & lumina illa, quæ ſunt ſpecula humani corporis, nequaquam claudunt. Ergo ab *aug* oculus, præpoſito W. Inde

wache, vigilia, excubiæ. Angloſax. *wæcce*, Belg. *waake*.

nacht-wache, eadem notione. Angloſax. *nyht-wacce* Luc. II. 8. Gloſſ. Keron. vigilias *nahtuuahchon*. Belg. *nacht-waake*.

wach-mann, vigil, excubitor. Angloſax. *waccol*, *wakeman*.

wacht, vigilia, de quo infra.

wacker, gnavus, impiger, inſomnis, de quo poſtea.

WACHOLDER, juniperus. Gloſſ. Pez. juniperum *uuechalterpoum*. Vox corrupta ex ſaniore *quecholder*. Gloſſa Juniana in Obſ. ad Will. pag. 134. *quecholder* juniperus. Nomen ducit a perpetuo virore & vigore, in quo ſe ipſam ſuſtinet, nec cariem nec vetuſtatem ſentiens. Prior compoſiti pars eſt *quek* vivus, obſervante ECCARDO in Cat. Theot. pag. 136. Quid altera ſignificet, non explicat. Videtur autem denotare, non *ſambucum*, ſed potius *lignum*, Saxonice *holt*, ſic ut juniperus ſit lignum vivum. *Holder* pro *holt* rurſus occurrit in nomine platani *mas-holder*. Latini *juniperum* vocant a *junis* & *pario*, uti volunt, quia perpetuo renaſcitur. MARTINIUS vocem Germanicam petit a Lat. *bacca*, ut juniperus proprie dicatur *backholder* arbor bacciſera: commodo quidem ſenſu, ſed præter neceſſitatem Latino. Præſtat hanc vocem patriæ linguæ relinquere, præſertim cum res ipſa Germaniæ coæva ſit.

WACHS, cera. Vox Saxonica. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wex*, *wæxe*, *weax* cera, *wæxbred* pugillares, album. Proprie eſt tabula cerata, & occurrit eo ſenſu in Evangelio Gentis Luc. I. 63. *tha wrat he gebedenum wex-brede*, tunc ſcripſit in poſtulata tabula cerata. Videtur autem ſic nuncupari a mollitie, & quia tractanti cedit. Refer ergo ad *weichen* cedere.

WACH-

WACHSEN, creſcere, pubeſcere, augeri. Gothis *wahsjan* & in imperf. *wohs* Luc. I. 80. Angloſax. *weaxan*, *weoxan*, *wexan*, imperf. *weox*, Franc. *uuahſan*, imp. *uuohs*, Belg. *waſſen*, Angl. *woxe*, Suec. *wæxa*. Gloſſ. Pez. crevit *uuohs*, vegetata *kauuahſan*. Gloſſ. Boxh. *ghiuuahſanan* adultum. TATIANUS Cap. LXXII. 3. *tho uuohs that gras inti uuahsmon teta*, quum creviſſet herba & fructum feciſſet. Et mox: *lazet jogiuuedar uuahſan*, ſinite cuncta creſcere. Græcis αὔξω, αὐξάνω eſt *augeo*, incrementum do, facio ut creſcat. Utrumque cognato ſignificatu. Inde

Gothis *wahſt* ſtatura Matth. VI. 27.

Angloſaxonibus *waſtm* ſtatura Luc. XIX. 3. *waſtm* fructus, *waſtmber* fructifer.

Francis *uuahsmo* fructus, non plantæ tantum, ut ſupra, ſed etiam ventris apud TATIANUM Cap. IV. 3. *giuuahſti* ſtatura, apud eundem Cap. XXXVIII. 3.

Germanis *wachstum* incrementum, *gewæchs* planta, fructus, ſtatura, & omne nativum, latiſſimo ſenſu.

WACHT, vigilia, excubiæ, cuſtodia. Gothis *wahts* Luc. II. 8. Franc. & Alam. *uuaht*, Belg. *wacht*, Angl. *watch*. Gloſſ. Keron. vigiliæ *uuahtono*, vigiliæ nocturnæ *uuahta de naht*. Oritur a *wachen* vigilare, per medium derivandi T. Inde Latino-Barbaris *wactæ* excubiæ, quod poſtea ſyncopari cœpit in *gueta*, unde Gallis remanſit *guet*.

WACHTEL, coturnix. Vox Francica Gloſſ. Pez. coturnix *uuahtula*. Proprie ſignificat excubitorem, oriturque a *wachten* vigilare, per medium derivandi *el*. Hinc vigiles urbem de more tuentes vocantur *burg-uuahtela*, apud WILLERAMUM Cap. III. 1. Dicitur autem de coturnicibus, quia noctu vigilant, præcipue in migrationibus. Tunc enim ſe mutuo excitant, admonentque itineris, ut PLINIUS ſcribit Lib. X. cap. 23. Inde Latino-Barbaris *quaquila* coturnix, quod imitantur Itali in *quaglia*, unde per novam depravationem prodiit *caille* auctoribus Gallis, quæ perperam a ſono vocis arceſſuntur.

WACHTEN, vigilare, excubare. Verbum Francicum a ſubſtantivo *wacht* oriundum. Gloſſ. Pez. excubant *uuahtent*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXVII. 1. *oba uuir uuollen uuahten*, ſi volumus excubare ante ſepulcrum Domini. Anglis *to watch* eſt vigilare & obſervare, Belgis *wachten* obſervare & exſpectare. Germanis obſoleſcit.

WÆCHTER, vigil, excubitor, cuſtos. Franc. *uuahtar*, Belg. *wachter*, Angl. *watcher*. Gloſſ. Pez. vigil *uuahtari*. WILLERAM. Cap. V. 7. *die uuahtare die de burg umbegent*, vigiles qui urbem circumeunt.

WACKEN, nutare, titubare, vacillare. Angloſax. *wagian*, Angl. *wagge*, Suec. *hweka*. Proprie eſt fluctuare, ſimilitudine ab unda vel fluctu deſumpta, qui in omnibus Dial. dicitur *woge*. Inde Scandis antiquis *hvik* inconſtantia, inſtabilitas, *hvikul* inconſtans, fallax, apud VERELIUM in Indice. Quibus convenit Heb. *puk* titubavit, *pik*, *puka* titubatio. W. & P. permutantur. Hodie non amplius utimur ſimplici niſi per epentheſin, dicendo *wanken*, quod idem.

WACKELN, forma frequentativa verbi antecedentis, & ejusdem notionis, quæ Angloſaxonibus effertur *wicelian*, Belgis *waggelen*, Anglis *waggle*. Quibus affine Lat. *vacillare*.

WACKER, vigil, vigilans, inſomnis. Angloſax. *wacor* & *wacol* apud SOMNER. & BENSON. Haud dubie a *wachen* vigilare. Utitur Luth. Luc. XXI. 36. ubi ἀγρυπνεῖτε vertitur *ſeyt wacker* eſtote vigilantes, obſervante STADENIO in Voc. Bibl. pag. 690. Poſtea ſenſus a vigilantibus ad expeditos agilesque translatus eſt, quia inſomnes ſolent eſſe tales. VEREL. in Ind. *vakr at viti* ingenio promptus, *vakraſtr* in rebus ſuis agendis vigilantiſſimus. Idem Latinis *acer*.

WACKER, aptus, idoneus. Gothis *fagr* Luc. XIV. 35. Oritur a *fugen* aptare, conjungere, mutatis labialibus. Hinc vir aptus & ſocialis nobis dicitur *ein wacker mahn*.

WACKER, venuſtus, acceptus, pulcher, *eine wackere jungfrau* virgo venuſta. SOMNER. in Dict. Angloſax. *fæger* pulcher, venuſtus, *fægernyſſe* pulchritudo, venuſtas. VEREL. in Ind. *fagur* venuſtus, pulcher. Idem Suecis *fager* & *wacker*. Cuncta, ni fallor, a *fegeren* ornare. Angli utuntur ſyncopato *faire* eodem ſenſu. Et hæc ſyncope valde antiqua eſt. Nam in Codice Arg. *unfair* eſt ingratus Luc. VI. 35. & *fairhwus* mundus Joh. XVII. 5. ob pulchritudinem, ſicut optime animadvertit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 151.

WAD, pignus. Lat. Barb. *vadium*. Originem & conſenſum Antiquitatis vide in *wette* ejusdem ſignificatus. Hodie dicimus *fand* vel *pfand*, mutatis labialibus, inferto N.

WAD, tela, opus textum, ſive pannus ſit, ſive linteum. Sorabis *pwat*. FRENZELIUS utramque vocem ducit ab Heb. *bad* linum, lineum, in Orig. Sorab. pag. 994. Satis magnifice, & magno cum utriusque linguæ decore. At notionem (in qua verus nitor linguarum conſiſtit) ſuppeditat ſermo Britannicus, ſi opem ejus non adſpernemur. Nam a *gweu* texere Britannis fit *gwe* tela, tegmen, aliis *bad* & *wad*, mutatis labialibus. Hodie ſuperat in compoſito *linwad* pannus linteus.

WAD, tegmen, veſtitus. Angloſax. *wæde*, *gewede*, Franc. & Alam. *uuat*, *giuuat*. Senſus a materia ad formam translatus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wæde* veſtitus, *wæda-leas* nudus, *gewede* veſtimentum. Gloſſ. Lipſ. *wat* veſtem, veſtimenta. Gloſſ. Keron. veſtiario *uuathuſe*, veſtimenta *kiuuati*, veſtibus *kiuuatim*. Hinc porro veſtire Gothis dicitur *waſjan* Matth. VI. 30. 31. Angloſax. *gewedan*, Francis & Alam. *uuaten*, *uuatten*, *uueden*. Gloſſ. Keron. veſtire *uuatten*, veſti-

tus *keuuatoter*, veſtiti *kiuuattote*, exutus *intuuatoter*. Gloſſ. Lipſ. *wedan ſal* induam. TATIANUS Cap. XXXVIII. 5. *Got ſo uuatit*, Deus ſic veſtit. Cuncta a ſubſtantivo *wad*, ad cujus familiam videtur etiam ſpectare Gr. ἑσθής, & Lat. *veſtis* & *veſtire:* unde Gothis *waſtjo*, Germanis *weſte* amictus, de quo infra. A *wad* fit aliquando *wand* per epentheſin. Gloſſ. Lipſ. *wanda* veſtimentum. LUTHERUS utitur utroque in compoſitis. Hinc illi ſubucula vocatur *nider-wad* Lev. VI. 10. & *nider-wand* Lev. XVI. 4. Huc etiam referri debet *gewand* veſtimentum, quo uſus hodiernus delectatur. Sed *wad* antiquius eſt, & ab illo venit *watſpenda* veſtium donatio, & *watman* qui pannos vendit, apud VADIANUM Tom. III. Rer. Alam. Goldaſti.

WADE, ſura. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. ſuræ *uuadon*. Hæc tibiæ pars, ſoli homini conceſſa, poſſit eſſe muſculus ad firmandos gradus tibiæ alligatus, ſi nomen ejus derivetur a *wetten* ligare.

WADEN, *wadden*, *watten*, transire flumen pedibus, ſine navigio. Cambris *beiſio*, Angloſax. *wadan*, Belg. *waaden*, Angl. *wade*, Lat. *vadare*. Cuncta a Lat. *vadum*, quod imitantur Cambri in *bait*, Belgæ in *wadde*, Galli in *gué*, & proprie denotat brevia aquarum, ſive locum in aqua, qui pedeſtri itinere transiri, & ambulando pervadi poteſt, a *vadere* ire, procedere, quod eſt a Græc. βάδος iter, vel βαδίζω eo, vado, ambulo. NOTKERUS utitur compoſito *durhuuaten* pertransire Pſal. CXXIII. 4. 5.

WADSACK. Vide *weidſack*.

WÆCHTER, excubitor. Vide poſt *wachten* vigilare.

WÆGEN, ponderare. Vide poſt *wage* libra.

WÆRE, *gewær*, cautio, evictio, *gewæren* ſpondere, evictionem præſtare, *wærman* ſponſor. Vide *wer* cautio, & *waren* cavere.

WÆRE, *were*, pretium, valor. Inde Francis *uuerigelt* pretium redemptionis. NOTKERUS Pſal. XCIII. 2. *ſie guzzen uz daz iro heiliga uuerigelt*, fuderunt precium ſuum. Id eſt, ſanguinem Jeſu Chriſti. Senſu forenſi eſt pretium hominis occiſi, vel alterius damni aut læſionis illatæ. BENSON. in Voc. Angloſax. *were* pretium quo vir occiſus æſtimatur, *wer-geld* capitis æſtimatio, *wærborh* fidejuſſor ad capitis æſtimationem perſolvendam. Similiter & Latino-Barbaris *wera* nunc pretium nunc capitis æſtimationem ſonat. Cuncta a *wæren* æſtimare, taxare.

WÆREN, æſtimare, taxare. Quamvis nullum laudare poſſim auctorem, nec veterem nec novum, qui hoc verbo uſus ſit: video tamen ex derivatis, illud aliquando viguiſſe. Et cum in etymologia ſæpe aliquid audendum ſit, ut lux obſcuris affundatur, nemo opinor mihi vitio vertet, ſi docendi cauſa ſupponam, quod in iſta monumentorum inopia demonſtrare non poſſum. Nam ex hoc fonte manifeſto oriuntur præter antecedentia, *ware* merx, res vendibilis & certo pretio æſtimata, *wærung* valor monetæ, *wert* pretium & pretio dignus. Et alia, in quibus neceſſe eſt nos cœcutire, niſi a verbo extincto *wæren* æſtimare proficiſcantur. Quemadmodum autem Latinis ab *æs* fit *æſtimare*: ita majoribus noſtris ab *er* æs, cujus antiquitatem ſupra oſtendi, fieri poterat *æren*, *wæren* ære taxare. W. in Dialectis jam præfigitur, jam omittitur, ut norunt periti.

WÆREN, honorare, in pretio habere. Gothi præfixo ſibilo dicunt *ſweran*, & inde *ſwers* pretioſus. Hic ſenſus manifeſto ſupponit antecedentem, evincitque eum abs me non confictum, ſed legitime reſtitutum eſſe. De verbo Gothico vide plura in *ſchweren* honorare.

WÆREN, eſſe. Verbum Scandicum, quod Suecis effertur *wara*, Danis *vere*, Islandis *vera*. Nos inde habemus *war* erat, *wird* erit, & alia paſſim notata. In nulla autem re differt a *weſen* eſſe, quod vetuſtiſſima habent monumenta, quoniam R. & S. antiquitus permutantur.

WÆREN, durare, manere in ſtatu, *wærung* duratio, *wierig* durans, *langwierig* diuturnus. Gloſſ. Pez. durabilius *durabuueranlihora*. Dictio ſynecdochica, qua genus ponitur pro ſpecie, eſſe pro eſſa cum aliqua mora, longa vel parva. Ita *weſen* non ſolum eſſe, ſed etiam manere & durare ſignificat.

WÆREN, plures habet ſignificatus, quos vide in compoſitis *bewæren* & *gewæren*.

WÆRME, calor. Vide *warm*.

WAFFE, facies. Vox a Celtis relicta, & hodie Miſnicis propria. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwep* vultus, facies, roſtrum. Græcis ὤψ eſt vultus, ὄψις viſus & aſpectus, ὄσσω video, προσωπον conſpectus. Litera W. in voce Celtica & Miſnica eſt a proſtheſi, cætera ab aſpectu. Confer *wip*.

WAFFEL, rictus, & ſtilo agreſti os, apud Suevos in Algovia. Vel idem eſt quod antecedens, vel ſenſus petitus eſt a *gaffen* hiare. Cambris *gweſt* eſt labium, labrum, ex eodem, ut videtur, fonte.

WAFFEN, arma. Goth. *wepna* Joh. XVIII. 3. Angloſax. *wæpna* ibid. Francis & Alam. *uuaphan*, *uuaffan*, Belg. *wapen*, *wapenen*, Angl. *weapon*, Suec. *wapn*, Island. *vopn*, *vapn*. Gloſſ. Ælf. in nom. armor. arma *wæpna*, armamentarium *wæpna-hus*, armiger *wæpenbora*. Gloſſ. Keron. arma *uuaffan*. Gloſſ. Lipſ. *giuuepene* arma. Gloſſ. Pez. armatura *giuuaffane*, armamentarium *uuaffanhuſe*. WILLERAMUS Cap. IV. 4. *allerſlahte, uuig-geuuaffene* omnis generis tela bellica. Rhythmus de S. Annone Stroph. 9.

Ninus leirti ſini man arbeiti lidin,
In geweſinin ritin.

Ninus

Ninus docuit homines ſuos tolerare labores,
Et in armis equitare.

OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXVII. 13.

Uuir ſculun dragan uuafan,
Joh lazan ſin thaz ſlafan.

Debemus portare atma,
Et omittere ſomnum.

VEREL. in Ind. *vopn* arma, *vapnare* armiget, *vopnlaus* inermis, *vapnrock* paludamentum, *vapnathing* luſtratio armorum & militum. Idem obſervare jubet, quod priſcis Septemtrionalibus tria fuerint armorum genera, *hoggvopn* quibus cæſim feriebant, ut gladius, bipennis, ſecuris, *lagvopn* quibus pugnabant, ut haſta, pilum &c. *ſkotvapn* quæ in hoſtem jaculabantur, ut ſagitta &c. JUNIUS videtur ſibi originem vocis reperiſſe in Gr. ὅπλον, ſic ut ptimo fuerit *opon*, ac poſtea *wopon*, per ſyncopen literæ λ. Contra PEISKERUS ducit ab ἀφὰν tractare, quod arma, niſi tractentur, ſint inermia. STADENIUS miſſis, qui ex Græcia peti ſolent, fontibus, vocem haurire conatur ab Islandico *wiga* cædere, percutere: ſed duto nimis partu, & raro tam aſperæ mutationis exemplo. Germanos veteres, utpote viros ad arma natos, & patriæ linguæ ſtudioſos, hæc gloriæ inſtrumenta ſuo potius quam alieno ſermone appellaſſe, libenter concederem, ſi cauſa dictionis ex aliquo idiomate oſtendi poſſet. Nec tamen *Junio* aut *Peiskero* aſſentiri poſſum. Enim vero, ſi Græca origine opus ſit, præſtat derivare ab ἰθύω, quod apud HESYCHIUM exponitur per τύπτω ferio, verbero, pulſo. Literam W. alienis vocibus ſæpe præfigi, non poteſt ignotum eſſe iis, qui vel ptimis labiis rem etymologicam deguſtarunt. Hæc etymologia perfecte convenit primis armis, quæ certe fuerunt ex ligno. Compoſita nullam habent difficultatem, atque in illis *waffen* & *wapen*, quo ſunt antiquiora, promiſcue uſurpantur. Hodie tamen ita diſtinguimus, ut *waffen* ſint arma, *wapen* vero inſignia armis inſculpta. Antiquiſſima armorum nomina conſervavit ÆLFRICUS in Gloſſario, & VERELIUS in Indice pag. 283. in quibus multa ſunt exercendis eruditorum ingeniis apta.

WAFNEN, atmare, armis inſtruere, *bewafnet*, *gewafnet* armatus. Idem Angloſaxonibus *wæpnian*, *wæpned*, *wæpnod*, *bewæpnod*, *gewæpnod*.

WAGE, aqua, humidum fluens. Forte a Lat. *aqua*, vel potius ab *ach* aqua, præpoſito W. Videtur hoc ſenſu occurrere in compoſito Friſico *liduwagi*, de quo aliquid dixi in *lid* membrum.

WAGE, mare. Vetus Francicum. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 68. *ſo fisg in themo uuage*, ſicut piſcis in mari. TATIANUS Cap. XIX. 4. de mari Genezareth: *ſtantante nah themo uuage*, ſtantes juxta mare. Jus ptov. Alam. in Introitu §. 3. *die viſche in dem uuage, diu tier in dem uualde*, piſces in mari, feræ in ſylva. Noviſſima vocis veſtigia vide in *Heldenbuch* II. 166. An idem quod *wage* aqua, quo modo etiam *mer* humidum & mare ſignificat? Malim diſtinguere. Cum enim mare ſit in continuo motu, agitatione, & æſtu (quod a Creatore utiliter proviſum, ne putreſcat), denominatum cenſeri poteſt a *wiegen* agitare, motitare, concutere, qua ratione etiam vocatur *ſee*, a ζέω ferveo. In teliquis Dialectis litera W. ab initio vocis eliditur. Hinc mare Græcis dicitur ὠγὴν, Cambris *eigion*, Latinis *oceanus*, Angloſaxonibus *egor*, Islandis *egi*.

WAGE, *woge*, fluctus. Gothis in Codice Arg. *wego*, plur. *wegos*. Matc. IV. 37. *jah warth ſkura windis mikila, jah wegos waltitedun in ſkip*, & facta eſt procella venti magna, & fluctus impetum fecerunt in navim. Matth. VIII. 24. *jah ſai wegs mikils warth in marein, ſwa swe thata ſkip gahulith wairth fram wegim*, & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navis opetiretut a fluctibus. Idem Angloſaxonibus & Suecis *wæg*, *wæge*, Island. *vag*, Gall. *vague*. VERELIUS in Ind. *vagræke* ejectamenta undis marinis huc illuc pulſa, item bona naufragorum. Quibus conſentit Græc. αἴγες, de quo HESYCHIUS, αἴγες κύματα Δωριεῖς, æges Doribus vocantur fluctus & procellæ, citante VERELIO in Ind. pag. 25. Cuncta rurſus ab agitatione, ut antecedens, & non a Lat. *vaga*, quam originem voci Gallicæ adſignat MENAGIUS. Hodie utimur compoſito *waſſerwogen* fluctus, quod extat Luc. XXI. 25.

WAGE, libta. Gloſſ. Ælf. frutina (lege trutina) *wæga*, examen *wæge-tunge*. Gloſſ. Pez. ſtatera *uuaga*, publico pondere *vrono uuago*. Non a Lat. *vebes*, nec a Græc. ἄχος aſſimilari, ſed a *wegen* movere, quia grave & leve motu examinat.

WÆGEN, ponderare. Angloſax. *wægan*, Franc. *uuegan*, Belg. *weegen*, Angl. *weigh*, Suec. *wæga*. Gloſſ. Pez. penſant *uuegant*, ponderavit *uuach*, appenſum *giuueganes*. A *wage* libra, quia ponderare eſt ſtatera vel lance examinare. Allegorice dicitur de ſcrutinio intellectus. Inde *erwægen* deliberare, trutinare momenta rerum, quod vulgo male ſcribitur *erwegen*, tanquam eſſet a *wegen* movere, quod de volunrate quidem, ſed non de intellectu dicitur.

WAGEN, currus. Angloſax. *wægen*, & contracte *wæn*, Francis *uuagan*, plur. *uuagana*, Procop. *waghen*, Sorab. *woz*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *wægen*, *wæign*, carrum, plauſtrum, carpentum, *wægne-thixl* temo. Gloſſ. Pez. ferrata carpenta *mit iſarna pilegita uuagana*. Gloſſ. Lipſ. *radiuuagon* currus. VEREL. in Ind. *vagn* currus, *vagnbraut* via regia, qua currus trahi poteſt. Conſentit Græc. ὄχος, & Lat. *vehes*. Quemadmodum autem Latinis *currus* a *currendo*, ſic populis Germanicis *wagen* a *wegen*, h. e. a movendo dicitur, velut machina mobilis, quæ nonſolum ipſa movetur, ſed & cætera loco movet.

Nec

Nec inſolens videri debet, nomina libræ & currus ad eandem radicem referri. Nam hoc fecit quoque JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 385. quem ſequitur DIECMANNUS in Spec. Gloſſ. pag. 29. aptiſſimum cenſens, currui nomen a motu imponi.

WAGEN, currus cœleſtis. Gloſſ. Boxh. *uuagan* arcturus. Gloſſ. R. Mauri apud Diecm. arctus *daz iſt der uuagan in himle.* OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 57. de adſcenſu Domini in cœlum:

Ubar thaz ſibunſtirri,
Joh ther uuagono giſtelli.
Tranſcendit ſeptem Plejades,
Et plauſtrorum compagines.

Angloſaxones utuntur compoſito *wænesdisl*, quod apud SOMNERUM exponitur *arctos, arcturus, urſa major.* In Bibliis Germ. Antiq. habetur *wagenſtern* Amos V. 8. obſervante DIECMANNO. Cum ſimplici convenit, quod idem ſidus HESIODO vocatur ἄγανα, quæ VOX EX SPHÆRA BARBARICA videtur deſumta. Nulla enim ratio erat, cur homini Græco ſidus illud, quod lentiſſime moveatur, præ cæteris aſtris dicatur ἄγανα, ab ἄγω. Phryges vehiculum cum quatuor rotis inveniſſe, diſerte ſcribit PLINIUS Lib. VII. Cap. 56. ubi de inventoribus rerum agit ex profeſſo. Hinc ſuſpicor, vocem ἄγανα Phrygiam eſſe, Phrygesque Sidus illud ob ſimilitudinem cum plauſtro ſic appellaſſe, eamque appellationem una cum ſcientia ſiderali vetuſtiſſimis Græcorum tradidiſſe. Nam primus, qui notitiam Cœli mortalibus oſtendit, fuit URANUS, teſte DIODORO Lib. III. Cap. 56. Hunc autem Phrygem fuiſſe, non Phœnicem, alibi demonſtravi. De *Sphæra Barbarica*, omnium prima & vetuſtiſſima, quædam promiſit PEZRONIUS in Præfatione ad *Antiquitates Celticas*, nec non in *Tabulis* annexis voce *Sucula*, quæ utinam in lucem prodirent, ſi literis ſunt conſignata, aut nunquam eſſent promiſſa, adeo ſalivam movent.

WAGEN, audere, audacter ſuſcipere, *er wagets* audebat Marc. XV. 43. *wagbals* audaculus, *verwegen* temerarius. In aliis vocibus facilius antiquitatem quam originem deprehendimus: in his accidit nobis contrarium. Sed cujuscunque ætatis aut Dialecti ſint hæ voces, quod nemo facile definiverit, perſpicuum tamen eſt, illas vix aliunde factas eſſe, niſi a Gr. ἀγών, quatenus *diſcrimen* & *periculum* notat. Quid enim eſt audere, niſi periculum adire, & ſe vel res ſuas caſui & fortunæ committere? Ita Latinis a *periculum* fit *periclitari.* W. ſæpe præfigitur, ubi minime neceſſarium. Hoc certe malo, quam cum STADENIO deducere a *weg* via, quod idoneo ſenſu fieri non poteſt.

WAGENBURG. Vide *burg* munitio.
WAHL. Vide *wal.*
WAHN. Vide *wan.*
WAHR. Vide *war.*

WAIDEN. Vide *weiden.*

WAISE, orphanus. Vox a Francis relicta. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVIII. 72. *ſuir uuenegon uueiſon*, nos miſeri orphani. NOTKERUS Pſal. X. 14. *demo uueiſen hilfeſt du*, pupillo eris adjutor. Pſal. LXVII. 6. *der uueiſon fater iſt, unde uuituon ribtet*, qui orphanorum pater eſt, & judex viduarum. Pſal. CVIII. 9. *ſiniu chint uuerdent uueiſen, ſin chena uuiteuua*, filii ejus fient orfani & uxor ejus vidua. Dignus vindice nodus, ſed hactenus male ſolutus. A Cambrico *gwas* ſervus derivant *vaſſus* homo obnoxius, & poſtea *waiſe* orphanus, quia miſer & omnium injuriis obnoxius. Ita videntur ſtatuere STILERUS & STADENIUS, ſed perperam. Nam *waiſe* eſt puer a parentibus diviſus vel ſeparatus, & ejusdem originis ut *viduus* apud Latinos. Gothi utuntur compoſito *widuwair* in Cod. Arg. Joh. XIV. 18. *ni leta izwis widuwairnans*, non relinquam vos orphanos. In qua voce *widu* convenit cum Latina *viduus*, quod fruſtra negat JUNIUS, *wair* vero virum notat, & *wairnans* viros. Hinc *widuwairnans* ſunt homines diviſi, quales erant diſcipuli poſt exceſſum Chriſti, magiſtri & amici ſui quam conjunctiſſimi. Unde Latinis ſit *viduus*, nemo melius & clarius expoſuit MACROBIO Lib. I. Saturn. cap. 15. *Iduare Etruſca Lingua dividere eſt. Inde vidua quaſi valde idua, id eſt, valde diviſa.* Malim *diviſa*, quam *valde dviſa.* Nam V. eſt litera mere adjicialis, & nihil ſignificans, ut apud Germanos W. Interim ad hanc cognationem referri debet, quicquid ubique diviſionis, ſeparationis & privationis eſt in ſimilibus vocabulis, in quacunque Lingua reperiantur. Cujusmodi ſunt

GRÆCA.

ἰδία, privatim, ſeorſim, diviſim.
ἰδιάζω, ſeparor, privatim & ſeorſim dego.
ἴδιος, privatus.

LATINA.

viduus, uxore privatus.
vidua, marito privata.
dividere, ſeparare, quod SCALIGER male componit ex *dis* & *videre*, quaſi *dividere* ſit *duo* vel *bis videre.*

CAMBRICA.

guith, divortium.
gweddw, viduus.

ANGLOSAXONICA.

idu, mulier ſolitaria & a conſortio utriusque ſexus ſeparata, quales olim erant fœminæ Eſſæorum, & hodie ſunt Virgines moniales. Tribuit hanc vocem vetuſtas præprimis *Eliſabethæ* matri Johannis, *Annæ* prophetiſſæ, & B. Virgini *Mariæ*, aliisque matronis, virginibus, & puellis, obſervante HICKESIO ex Scriptis Angloſaxonicis. Idem obſervare licet ex Scriptis Francorum, & præcipue OTFRIDI Lib. I. Cap. V.

Cap. V. 9. ſeq. ubi adventum Angeli de Cœlo ad ſalutandam *Mariam* graphice deſcribit his rhythmis, quos caſtigatiſſime exhibet Clariſſ. ACHERZIUS in Theſauro Schilteriano:

Fluog er ſunnun pad
Sterrono ſtraza,
Uuega uuolkono,
Zi theru ITIS *frano,*
Zi ediles frauuon
Selbun ſancta Marian.

Volitabat per Solis meatus,
Stellarum vias,
Itinera nubium,
Ad ſolitariam illuſtrem,
Ad nobilem fœminam,
Ipſam ſanctam Mariam.

wadia, pauper, quod dicitur de Lazaro, homine orbo & bonia fortunæ privato, Luc. XVI. 20.

GERMANICA.

jeder, quilibet privatus, qui, cum ſit unus per ſe, ab aliis ſeparatus intelligitur.
witwer, viduus.
witwe, vidua.
waiſe, orphanus.
quit, liber, abſolutus, immunis.

Neſcio, quid huic cognationi opponi poſſit, niſi forte, quod W. jam præfigitur, jam rejicitur, & quod S. & T. permutantur. Sed hæc obvia ſunt in mille vocabulis, & his laqueis nemo implicari poteſt niſi ignarus & ad negotium artis etymologicæ ineptus.

WAISEN, orbari. Id eſt, orbum fieri, a *waiſe* orphanus. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XV. 94. *ni lazu ih iuih weiſon*, non patiar vos orbari. Utitur Luth. Joh. XIV. 18. *ich will euch nicht wayſen laſſen.*

WAIZEN, triticum. Vide *weitzen.*

WAL, electio. Gloſſ. Pez. deliberatione *ueli.* Verbale a *welen* eligere.

WAL, abyſſus. SOMNER. in Dict. AS. *wæl* vorago, abyſſus. Gloſſ. Lipſ. *uuala* abyſſus, *uual* idem. Græcis ἄλα eſt ipſum mare. Inde compoſita

walfiſch, balæna, proprie *piſcis abyſſi*, quod primus animadvertit PALTHENIUS in not. ad Tatian. pag. 375.

walroſs, *walrus*, genus balænæ, proprie *equus abyſſi.* In quibusdam Dialectis hæc bellua vocatur *roſswal*, eadem compoſitionis ratione, ut Græcis *hippopotamus*, quamvis non ſit idem piſcis. SOMNERO *horſs-hwal* eſt cetus minor, contra VERELIO *broſshvalur* eſt cetus prælongus, ſævus, & ferox.

WAL, cetus. Angloſax. *hwæl* Matth. XII 40. Francis *uuel*, Angl. *whal*, Suec. *hwal*, Island. *hvalur.* VEREL. in Ind. *hvalur* cete, balena. TATIANUS Cap. LVII. 3. *ſo ſo uuas Jonas in thes uueles uuambu*, ſicut fuit Jonas in ventre ceti. Cuncta per apocopen a βάλαινα, *Φάλαινα*, *balæna*, mutatis ſaltim labialibus. Hodie ſuperat in compoſito *walrad* ſperma ceti. *Rad* pro ſemine eſt vox Celtica. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *rhuth* genitale ſperma.

WAL, mortuus & cadaver mortui. WORMIUS in Literatura Runica: *valer* exanimes. SNORRO STURLESONIUS in vita S. Olai citante LOCCENIO in Antiq. Sueo-Goth. Lib. II. Cap. 25. *bönderna röfwade icke walen*, ruſtici non ſpoliabant mortuum. Idem vocis ſenſus pateſcit quoque ex multis compoſitis, qualia ſunt,

walaraupa, veſtitus mortui, in Lege Bojorum Tit. XVIII. Cap. III. 1. *De veſtitu mortuorum, quod* WALARAUPA *dicimus, ſi ipſe abſtulerit, qui hos interfecit, dupliciter componat.* Sane *raub* eſt veſtis, quod etiam vidit LINOENAROGIUS; ſed dum *wala* caput interpretatur, a vero vocis & legis ſenſu aberrat.

valruf, hominis occiſi ſpoliatio, apud VEREL. in Ind. Cauſa gemini ſignificatus eſt, quod *raub* antiquitus non ſolum veſtitum, ut ſupra, ſed etiam ſpolium deſignat, ut oſtendi in loco.

valkoſtur, cæſorum cadaverum aggeratio, apud eundem. Hanc vocem invenio quoque apud WORMIUM Lib. I. Mon. Dan. pag. 43. *In bello occiſos in unum cumulum coujiciebant, quem* VALKOSTER *vocabant, & ſupra eos terram exaggerabant, ut in monticuli ſpeciem agger excreſceret.* In quo compoſito *koſter* ſapit originem Græcam, ut alia innumera. Nam χωστὸς Græcis eſt tumulus aggeſtus, a χώω aggerem facio.

walbrunn, cadaverum puteus, apud SAXONEM Lib. VII. Hiſt. Dan. citante LOCCENIO.

wallrath, crimen ſpolii in corpore occiſi commiſſum, in Legibus Scaniæ apud CANGIUM. Proprie res mortui, veſtimenta, arma &c. a *rat* ſupellex, apparatus, ſi nullum vitium in voce ſit commiſſum.

valholl, orcus, aula Odini. Proprie *aula cæſorum*, ab *hall*, quod vide.

Suſpicor, Scythica Lingua, & præcipue ea, qua ODINUS uſus eſt, *walen* idem denotaſſe quod Græcis ὀλλύω perire, occumbere. Nam hinc recte fit *wal* mortuus & cadaver mortui, nec hoc tantum, ſed etiam præpoſito ſibilo *swalt* mors, qua voce Præcopenſes utuntur teſte BUSBEQUIO. A *ſwalt* mors rurſus fit *ſwiltan* & *ſweltan* mori, Dialecto Gothica & Angloſaxonica. Cuncta hodie obſoleta, niſi quod *wal* pro mortuo vel occiſo adhuc ſuperat in comp. *walfart* profectio ad ſepulcrum Sancti defuncti vel occiſi.

WAL, ſtrages, ſeu cadavera cæſorum. VEREL. in Ind. *valur* ſtrages, cæſorum cadavera. SOMNER. in Dict. AS. *wæl*, *wæle* cædes, clades, ſtrages, *wæl-cyrig* Bellona, i. e. ſtragis appetens, *wæl-ſtow* ſtragis locus, i. e. locus

cadaverum ſtratorum, *wæl-reaf* victi & occiſi hoſtis præda, ſpolium ex cæſorum cadaveribus. Et huc etiam ſpectat ex hodierno idiomate *wal-ſtat* locus ſtragis, locus in prælio cæſorum, ubi cadavera hominum & equorum adhuc inſepulta jacent, qualis erat ille apud ultimos Bructerorum haud procul Teutoburgenſi ſaltu, clade Variana celebris, & TACITO deſcriptus Annal. I. cap. 61. Hunc ſenſum nova etymologia non opus habere præter eam quam paulo ante dedi, cuivis perſpicuum eſſe poteſt.

WALCH, peregrinus, Dial. Angloſax. SOMNER. in Dict. *wealh* peregrinus, advena, alienus, *wealh-hafoc* accipiter peregrinus, *wealh-hnutu* nuces exoticæ. Haud dubie a ſimpliciori *wale* per gutturalem in fine. Huc referendi ſunt WALACHI, Romanorum in veterum Dacarum & Getarum ſede reliquiæ, judice ECCARDO, in not. ad L. Sal. pag. 129.

WALD, lignum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXVI. 98. ſeq. *Nu ſie then gruanan boum ſiu ſuuentent, uuas uuanet uuerde thanne themo unbiderben uualde*, ſi viridem arborem ita perdunt, quid putatis fiet deinde inutili ligno? Idem Angloſaxonibus *wald*, *wold* in compoſito *threx-wold*, *thærſc-wald* limen, i. e. lignum ante fores, quod venientium & abeuntium pedibus continuo calcatur. Quemadmodum veteres lignum appellarunt *holz*, quod ſit ædificandi materia, & *wut*, quod ſit materia cremabilis: ita iidem videntur mihi lignum appellaſſe *wald*, quod ubique ſponte proveniat, a verbo obſoleto *walen* luxurioſe creſcere. Veſtigia hujus verbi vide plura in *wels*.

WALD, ſylva. Angloſax. *weald*, apud SOMNER. & BENSON. Francis & Alam. ut ſupra, Lat. Barb. *gualda*, *gualdum*. Gloſſ. Keron. eremi *ualdes*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXXIII. 37.

Stimma ruafentes
In uuuaſtinnu ualdes.
Vox clamantis
In deſerto ſylvæ.

Rurſus a luxurioſo incremento, quod hîc grandius concipitur, quia ſylva eſt immenſa lignorum collectio. Hinc etiam Græcis ἄλσος & ἄλδος dicitur, ab ἀλδέω augeo, & Latinis *ſaltus*, quod ſponte proſiliat. Alii *wald* derivant ab ἄλδος, præpoſito W. Quod fieri poſſe nego, cum quia hunc ſignificatum alius præcedit, tum quia nomen ligni apud nos transferri ſolet ad ſylvam, ut patet ex ſynonymis *holz* & *wut*.

WALE, peregrinus, alienus. BENSON. in Voc. AS. *weal* advena, *weallas* Britanni, *weallisc* Wallicus, Cambricus, *corn-weallas* Cornubienſes. Quibus addere poterat *bryt-weallas* Wallo-Britannos. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *walinkunna* extranei, peregrini. Francos eadem voce uſos eſſe, colligitur ex Pacto Legis Salicæ Guelferbytano, ubi Romani inter Francos degentes vocantur *uuala leodi*, homines peregrini, Tit. XL. §. 5. & ex Rhythmo S. Annonis §. 23. ubi Italia vocatur *walilant*, quæ reſpectu Æneæ erat terra extera. Cuncta a ſimpliciori *el* alius, alienus, præfixo W. Inde Latinis GALLI, WALLI, WALLONES, WALLICI, quæ nomina proprie tribuuntur populis, qui vel alio ſermone utuntur quam noſtro, vel ex alia regione in eas, quas nunc tenent ſedes, migrarunt. De *Gallis* vidimus ſupra. De *Wallis* in Britannia idem videtur ſtatuendum. Cum enim Britannorum, qui poſt amiſſam patriam cædibus ſuperfuerant, pars in Cambriam, pars in Cornubiam ſe recepiſſent, Saxones hos quidem *Cornwealas*, illos vero *Bryt-wealas* appellabant, ut docet Cel. WILKINS in Gloſſ. voce *Waliſcus*. Mirum quo jure, cum ipſi potius fuerint peregrini in Britannia, illi indigenæ. Hinc fortaſſe rectius vocantur migrantes, quam peregrini, a *wallen* migrare. Quidam etiam *Belgicum* nomen inde efformant. Nam a *wale*, inquiunt, fit diminutivum *walike*, *balike*, & hinc porro BELGA per contractionem. Quod in medio relinquo. Gentilibus jungamus Propria, pueris & puellis impoſita. Nam hæc quoque ex eodem cum illis fonte a parentibus hauſta videntur, ut ſunt,

WALAFRIDUS, peregrinorum aſſertor, a *frieden* tueri.

WALPURGIS, peregrinorum tutrix, a *bergen* ſervare.

WALTRUDIS, peregrinis dilecta.

Hodie ſuperat in compoſitis & derivatis, cujusmodi ſunt, *wallnuſs* nux exotica, *wallen* peregrinari, *welſch* contracte *welſch* exterus, peregrinus. De voce Celtica *el*, quæ omnium origo eſt, vide plura in loco.

WALEN, luxurioſe creſcere. Vide *wels* amia.

WALEN, mori, occumbere. Vide *wal* mortuus.

WALFART, peregrinatio ad ſepulchra Sanctorum defunctorum, interprete LOCCENIO in Antiq. Sueo-Goth. Lib. II. Cap. 25. Probus ſignificatus, & manifeſto compoſitus ex *fart* profectio, & *wal* mortuus vel cadaver mortui. Hodie dixeris *todtenfart*. Conſer *wallfart*.

WALFISCH, cetus. Vide *wal* abyſſus.

WALGEN, volvere, volutare. Goth. *walwjan*, Angloſax. *walwian*, Angl. *wallow*. Inde *walge* & *walgel-holz* cylindrus. Omnibus conſentit Græc. ἀλίω, εἰλέω, πολέω, volvo, verto, & Lat. *volvo*.

WALKEN, volvere, revolvere. SOMNER. in Dict. AS. *wealcan* volvere, revolvere, *wealc* revolutio, *wealcere* fullo. Frequentativum ex præcedenti. Utimur etiamnum in re fullonia. Inde *walker* fullo, *walkmüle* officina fullonis.

WALKEN, agitare. VEREL. in Ind. *valka* agitare, jactare, *falke* circus, *valk* moleſtia, ærumna.

WALL,

WALL, agger, munimentum ex terra. Conveniunt Angloſaxones, Belgæ, & Sueci in voce. A Lat. *vallum*, & hoc a *βάλλομαι* jacio.

WALL, murus, munimentum ex lapidibus. Quia aggeri vel vallo ſimilis. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwal* murus, *grwndwal* fundamentum. SOMNER. in Dict. AS. *wall*, *weall* murus, *wealled* muratus, *weall-fæſtene* propugnaculum muro cinctum, locus muro firmatus, *grund-wealle* fundamentum, *grundweallan* fundare, fundamentum jacere. Anglis *a wall* etiamnum eſt murus, & *to wall* munire.

WALL, campus martius. VEREL. in Ind. *laus a velli* fugiens, vel in campo inſtabilis, *valblyſtr* lituus bellicus, *valskikiur* ſagum militare, *valslæggiur* clavæ bellicæ. Hunc ſignificatum primus animadvertit Vir Cl. D. GEBAUERUS in Præfatione ad veterem Conſtitutionem *de Expeditione Romana* pag. 219. ubi vocem Conſtitutionis *Rungalle*, nova & eleganti interpretatione illuſtrat, exiſtimans, hunc locum patria lingua dictum eſſe *Runwall*, h. e. judicii vel Comitiorum Campum. In vetuſtioribus Dialectis campum dicitur *feld*, *fald*, unde fieri poterat *wall* per apocopen.

WALLACH, cantherius, equus cui teſticuli adempti. Refer ad *gall* ſterilis, caſtratus. Vulgus in Gallia hunc equum appellare inſtituit *hongre*, quaſi ex Hungaria vel Walachia adductum, quia exiſtimavit, hanc eſſe vim vocis Germanicæ.

WALLEN, æſtuare, ſervere. Angloſax. *weallan*, Franc. *uuallan*, Belg. *wellen*, Suec. *wælla*, Isl. *valla*. Gloſſ. Pez. ſerveſcere *uuallan*, ſerveat *uualle*, bulliunt *uuallent*, ſervent*ibus* *uuallenten*. Quibus conſentit Lat. *bullire*. Inde *walm* & *qwalm* vapor aquæ æſtuantis.

WALLEN, ſcaturire, vi inſitæ agitationis erumpere. Angloſaxonibus & reliquis ut ante, Græcis *βλύειν*. Gloſſ. Lipſ. *utuuelle* ſcateat, de fontibus. Ab hoc ſignificatu habemus *qwelle* fons aquæ vivæ, unde rurſus fit *qwellen* & *qwillen* ſcatere, erumpere, intumeſcere.

WALLEN, peregrinari, migrare, excedere. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. II. 49.

Ouh then thar after lante,
Farent uuallonte.
Etiam iis qui per terras
Eunt peregrinantes.

NOTKERUS Pſal. CII. 12. *ſo uns ſin genada irrinnet, ſo uuallent unſera ſunda*, ſi gratia ejus nobis exoritur, tunc exulant peccata noſtra. Oritur a *wale* peregrinus. Hic primus verbi ſenſus, qui poſtea ad exilia & errores, tandemque ad omnes loci mutationes, quæ eundo vel ambulando fiunt, a poſteris tradu&tus eſt, ut ex ſequentibus patebit. Ab hoc verbo quidam viri docti GALLOS & WALLOS ſic dictos exiſtimant quaſi migrantes.

WALLEN, errare, vagari. Francis *uuallon* ut ſupra, Græcis *ἀλάομαι*, Latinis *palari*. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XX. 147.

In hus mih ouh intfiangi,
The' ih uuallonti ni giangi.

Quæ verba ita vertenda ſunt: *in domum quoque me recepiſtis, ne vagus ambularem.* Inde Islandis *vallari* erto vagus, apud VEREL. in Ind. Huc videtur referri etiam poſſe verbum Belgicum *dwalen* errare: ſed revera a loco alienum eſt, & per epentheſin factum a *dolen* ejusd. ſignif.

WALLEN, verſari. Græc. *πολεῖν*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. IX. 51.

Joh thie mit imo in note
Uuarun uuallonte.
Et qui cum ipſo in periculis
Erant verſati.

WALLEN, ire, egredi, ambulare. NOTKERUS Pſal. XVIII. 7. *er uuallota ſone obenahtigemo* (lege *obanentigemo*) *himele*, a ſummo cœlo egreſſio ejus. Galli eodem ſenſu dicunt *aller*, & inde *gallerie* ambulacrum, utrumque e Germanico fonte. Anglis *to walk* eſt ambulare, ab inuſitato *uualagon*, quo Franci videntur uſi tanquam frequentativo. Gloſſ. Pez. ambulavit *uualagota*.

WALLFART, peregrinatio. Utitur Luth. Gen. XLVII. 9. Hanc ſignificandi vim habere poteſt vel a translatione, ſi ſenſus a peregrinationibus religioſis, de quibus ſupra in *walfart* actum, paulatim ad profanas tradu&tus ſit; vel a propria conditione, ſi componatur a *wale* peregrinus & *fart* iter, ſic ut *wallfars* proprie ſit iter peregrini. Quicquid ſit, ab illo eſt *wallfarten* peregrinari.

WALLNUSS, juglans. Proprie nux exotica, a *wale* peregrinus. Vox Græca *βάλανος*, quam HELVIGIUS pro etymo offert, glandem ſignificat, non nucem. Vocem Angloſaxonicam vide in *walch*.

WALRAD, ſperma ceti. Vide *wal* cetus.

WALROSS, genus balænæ. Vide *wal* abyſſus.

WALSTAT, locus ſtragis. Vide *wal* ſtrages.

WALSTAT, in hodierna lingua ſignificare poteſt locum pugnæ delectum, ſi *wal* derivetur a *welen* eligere. Morem tangit TACITUS Annal. II. Cap. 12. *Delectus ab Arminio locus pugnæ.* Angloſaxones pugnæ locum vocant *ellen-dune*.

WALT, quatenus eſt verbale a *walten* poſſe, ſubſtantive *potentiam*, adjective *potentem* ſignificat.

WALT, vis, valor, potentia. Hinc liberum arbitrium Francis vocatur *ſelbuualt*, quia eſt facultas a ſe agens. Vocem obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario pag. 832. e Verſione Pſalmorum Notkeriana, ubi Pſalm. LXXVIII. 9. verba ſic fluunt, *doh uuir eigin ſelbuualt, uuir ne mugen doh nieht inberen dinero helfo*, etiamſi habeamus liberum

arbitrium, tuo tamen auxilio carere non poſſumus. Hodie utimur compoſito *gewalt*. Sed a ſimplici *walt* rurſus fit *walten* regere & adminiſtrare, ob rationem ſatis probam. Quid enim eſt regere & adminiſtrare niſi cum auctoritate & potentia præeſſe?

WALT, potens. Latinis conſono vocabulo *validus*. Hoc adjectivum maxime conſpicuum eſt in compoſitis, & ab illo vetuſtas multa efformavit *Nomina propria*, quæ ſine illo vel ignorantur, vel male explicantur ab ignorantibus. Præcipua ſunt,

CATVALDA, bellipotens, a *cat* bellum, quod vide. Nomen juvenis nobilis inter Gothos, qui Maroboduum oppreſſit, TACITO memoriæ proditum Annal. II. 62.

VELLOCATUS, ex armigero regis Rex Brigantum, & Reginæ Cartismanduæ maritus apud TACITUM Hiſt. III. 45. Ejusdem notionis ut *Catvalda*, præpoſterè tamen compoſitionis, cujusmodi multa ſunt apud veteres. Gallis & Britannis antiquis *vellu*, *vellud*, *gallu*, *gallud*, promiſcue uſurpantur pro potente,

CARIOVALDA, prælio validus. Dux Batavorum apud TACITUM Annal. II. 11. Rationem interpretationis, & plura ejusdem generis compoſita, vide in *wer* bellum.

SIGIVALDUS, victoriæ compos, interprete GROTIO. Nomen Ducis a Theodorico R. Auſtraſiæ Chlodovæi filio occiſi.

CADVALLA, nomen inclyti Dumnoniorum & Geuiſſorum Regis apud BEDAM, ejusdem notionis ut *Catvalda*. Veteres *valla* & *valda* promiſcue uſurpaſſe, jam ante monitum.

WALT, quatenus eſt a *walten* regere, ſubſtantive *dominatum*, adjective *dominantem* ſignificat.

WALT, dominatus, imperium, regnum, poteſtas, auctoritas &c. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *gallu* & *gallued*, Angloſaxonibus *wald*, Francis *uualt*, compoſite *giuualt*, Islandis *valid*, Danis & Suecis *wælde*, *welde*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gallu* & *gallued* poteſtas, potentia, valor. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wald* poteſtas, potentia, dominium, imperium, *anwald* monarchia. VEREL. in Ind. *valid* poteſtas, dominium, *valdsmenn* magiſtratus. WORMIUS in Mon. Dan. pag. 113. *Danawelde*, *Sviawelde*, Danorum & Suecorum regnum. Huc commode referri poteſt ex nominibus Regum Danicorum WALDEMARUS, potentatu celebris. Quamvis etiam clarum rectorem denotare poſſit. Gothi miri ſunt in hac voce effigianda. Nam a *waldan* derivant *waldufni* poteſtas, Joh. XIX. 10. Hoc videntur imitari veteres Boruſſi in *walstybe*, vel *waltstybe* poteſtas, quod eſt quaſi *waltyfe*, & inferto ſibilo *walſtyfe*, a *waldin* rego. Hæc una vox, ni fallor, oſtendit, Gothos, cum adhuc eſſent ſuccini collectores, multas voces a ſe fabricatas, ſuis in eodem littore ſucceſſoribus reliquiſſe.

WALT, dominans, imperans. Hinc *Auguſtus* in Harmonia Evangelica TATIANI Cap. V. 11. vocatur *aluualt*, hoc eſt, late & ubique imperans, non *cunctipotens*, quod nimis magnificum, & Chriſtiano interprete indignum. Sed hic error facile committi poteſt ab iis, qui claſſes ſignificationum non diſtinguunt. Verba interpretis ſunt: *framquam gibot fon themo aluualten Keiſare*, exiit edictum ab Auguſto Cæſare. Ubi PALTHENIUS indigne fert nomina Imp. Romani propria reddi tanquam appellativa. Quod mihi videtur conſulto factum, non ex imperitia.

WALT, quatenus eſt a *walten* adminiſtrare, ſignificat quantum poteſt, *adminiſtratorem* rei tam publicæ quam privatæ, & ipſam *adminiſtrationem*.

WALT, præfectus, & quilibet magiſtratus, qui publica auctoritate res gerit, regit, moderatur. SOMNER. loc. cit. *wald* præfectus, dominus, rector. Inde Francis *lantuualton* proceres vel præfecti provinciæ, apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. XXVII. 18. Eodem aut ſimili ſenſu dominatur in quibusdam nominibus propriis, ut ſunt,

HLUDOVALDUS, clarus adminiſter, a *lut*, *laut* clarus. Nomen pueri nobilis in teſtamento REMIGII.

DAGOALDUS, militum præfectus. A *degen* miles.

WALT, adminiſter rei privatæ, præſertim alienæ. Inde Longobardis *mundvaldus* tutor, adminiſtrator tutelæ, Lib. I. Tit. XXXIII. 3. noſtris *anwalt* curator, procurator, *ſachwalt* patronus cauſæ. Huc referri poſſunt quædam nomina propria, ut ſunt,

WALTER, negotiorum geſtor.

GOTWALD, bonus procurator, qui rebus ſuis vel alienis bene præeſt.

OSWALD, rector domus, ſi ſit ab *hus* domus, rector mitis, ſi ſit ab *od* facilis.

WALT, adminiſtratio. Hinc centurio, qui ſupplicio Chriſti præerat, ab hoc negotio vocatur *waltambaht*, in Harm. Evang. TATIANI Cap. CCXII. 5. quam vocem intactam reliquit PALTHENIUS.

WALTEN, poſſe. Verbum Islandis cuſtoditum. VEREL. in Ind. *vallda* poſſe, ſuſtinere. Conſentit Lat. *valeo* & *validus*.

WALTEN, regere, dominari, imperio cogere. Gothis *waldan*, *gawaldan*, quod dicitur de principibus, qui gentibus dominantur Marc. X. 42. Angloſaxonibus *wealdan* apud SOMNER. & BENSON. Franc. & Alam. *uualtan*, *ualdan*. Gloſſ. Lipſ. *waldan ſal* dominabitur. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 185. de Francis:

N'iſt untar in taz thulte,
Thaz Kuning iro ualte.

Vertit

Vertit SCHILTERUS:

Non fuit inter eos, qui toleravit,
Ut Rex iis imperet.

Idem Lib. V. Cap. XVI. 37.

In himile int in erdu
Sō wualt ih es mit allu.
In cœlo & in terra
Regno per omnia.

Dicitur etiam de mente, quatenus in affectus ſuos dominatur. Hinc apud eundem Lib. I. Cap. XVI. 11. beati dicuntur mites, *thie iro muatos wualtent*, qui animo ſuo imperant, qui animum habent in poteſtate.

WALTEN, adminiſtrare, procurare. Quod dicitur de iis, qui alterius nomine rem aliquam gerunt, publicam vel privatam. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXVI. 17.

Nu heiz thes grabes wualtan,
Fora jungoron ſinen haltan.
Nunc jube curare ſepulcrum,
Et cuſtodire propter diſcipulos.

Hodie frequentius utimur compoſito *verwalten*, unde porro exiſtit *verwalter* qui aliquid adminiſtrat. Sed de ſimplici fidem faciunt compoſita *landwalt*, *mundwalt*, *anwalt*, *ſachwalt*, quorum explicatio ſupra data.

WALTEND, adjective potens, dominans, regens. Gloſſ. Keron. potentibus *wualtentem*. Angelus apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. V. 45.

Thu ſcalt beran einan
Ala wualtentan.
Tu paries omnipotentem.

WALTEND, ſubſtantive dominus. Hinc *paterfamilias* Gothis dicitur *gardawaldands*, ab imperio quod exercet in domo, Luc. XIV. 21. Et apud Lexicographos Linguæ Angloſaxonicæ *waldend* exponitur dominus, dominator, rector. Hodie omnia fere ſubſtantiva a participiis formata (quorum antiquitus ingens fuit numerus) obſoleſcunt, paucis exceptis, quæ ſuis locis explicamus.

WALTUNG, *verwaltung*, regimen, adminiſtratio. Angloſax. *wylding*, apud SOMNER. & BENSON.

WALZE, lignum volubile. Refer ad *welzen* volvere.

WAMBE, uterus. Cod. Arg. Luc. II. 21. *faurthizei ganumans weſi in wamba*, priusquam conciperetur in utero. Gloſſ. Lipſ. *wambon* utero. Idem Angloſax. *wamb*, *womb*, Anglis *womb*. JUNIUS in Obſervatis ad Will. pag. 71. refert ad ὀμφαλὸς umbilicus: ſed in Gloſſario Gothico aliam & commodiorem etymologiam ſe inveſtigare profitetur. An invenerit, neſcio. Mihi videtur oriri ab ἐμφύω ingenero, præpoſito W. quia per uterum omnes intelligunt locum conceptionis.

WAMBE, venter, tam hominum quam animalium. Gloſſ. R. Mauri de part. hum. corp. venter *hwanba*. TATIANUS Cap. LVII. 3. *Jonas in thes wueles wuambu*, Jonas in ventre ceti. Dictio metonymica, qua contentum ponitur pro continente, uterus pro ventre. Hæc transnominatio valde antiqua eſt. Nam eadem vox, quæ Gothis & Angloſaxonibus uterum ſignificat, ab iisdem de ventre quoque uſurpatur. Noſtri venatores hodie dicunt *wembe*, ſed de ventre feræ tantum.

WAMBS, *wammes*, thorax. Belg. *wambes* & *wambeis*. Opinor a Latino-Barbaro *wambaſium*, quod Monachi videntur fabricaſſe a *wambe* venter, ut proprie ſit ventrale ſeu tegumentum ventris. HALVIGIUS tamen *wambs* deduxit ab *ambiens*, quamvis nulla neceſſitate. Contra Scriptores Batavi *wambeis* ex duabus vocibus componunt, *wambe* venter, & *beis* veſtis. Sed qua lingua *beis* veſtem ſignificet, non docent. Si vera & non ficta vox eſt, cum illa conveniet Græca βαῦδος genus veſtis, Gothica *paida* tunica Matth. V. 40. Cambrica *pais* tunica & palla, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Islandica *paita* induſium, apud VEREL. in Ind. Gallica *beyette* interula, quam Gallis hodiernis tribuit MYLIUS in Archæol. Teut. pag. 183. ſeq.

WAN, ſubſtantive eſt *defectus*, adjective *deficiens*, adverbialiter *nota defectus* in compoſitis. Referri poteſt ad *anen* carere, privare, niſi ſit primitivum. Cum hac antiquiſſima vocula convenit Latina *ve*, quæ in nonnullis vim minuendi & privandi obtinet, cujusmodi ſunt *vecors* & *veſanus* cordis & ſanitatis expers, *vegrandis* parvus, imo etiam *Vejovis* parvus Jupiter, de quo OVIDIUS:

Vis ea ſi verbi eſt, cur non ego VEJOVIS *Ædem*
Ædem NON MAGNI *ſuſpicer eſſe* JOVIS?

Agit de Templo Jovis juvenis, cujus imago imberbis & absque fulmine cum nutrice Capella in multis Imperatorum nummis conſpicitur.

WAN, defectus. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. X. 21.

Ir ezet, quad er, ana uuan
Lichamon minan.
Comeditis, inquit, absque defectu
Corpus meum.

Angloſaxones inde habent verbum *wanian* minuere, decreſcere, demere, nos adjectivum *wenig* paucus & parum.

WAN, deficiens, defectu laborans. Gloſſ. Keron. deeſſe *uuan uueſan*, deeſt *uuan iſt*, deſunt *uuan ſint*. Hinc verba Domini Marc. X. 21. *unum tibi deeſt*, Gothus reddit, *ains thus wan iſt*, Angloſaxo *an thing the is wana*. Quibus conſentit Lat. *vanus*, quod certe non aliunde melius quam a defectu derivari poteſt. Per ſynecdochen generis dicitur de falſo, quia in veritate deficit. OTFRI-

XCIII. pr. *lipuuandil in himilin*, converſatio in cœlis.

WANDELN, mutare, *verwandeln* transmutare, *ſich verwandeln* mutari. Gloſſ. Pez. mutari *uuantalon*, transmutatio *nuantalnnga*. A ſubſt. *wandel* mutatio, & hoc a *wenden* mutare.

WANDERN, peregrinari, exteras regiones pererrare aut pervagari. Angloſax. *wandrian*, Angl. *wander*, Suec. *wandra*. HELVIGIO eſt vox peregrina, a Lat. *vadere*, vel Gr. βαδίζω per epentheſin facta: SKINNERO domeſtica, a *wenden* vertere. Forte quia peragrantes ſolem mutant, aut ſolum vertunt. Idemque ſenſus oriri potuit a *wandeln* mutare, quia peregrinari eſt mutare ſolum. Senſu metaphorico eſt experiri, & uſu cognoſcere. Inde *bewandert* expertus, exercitatus.

WANEN, opinari & ſperare. Vide poſt *wan*.

WANG, gena, maxilla. Angloſax. *weng* Matth. V. 39. Francis & Belgis *uuang*, Islandis *vange* in Indice VERELII, Ital. *guancia*. TATIANUS Cap. XXXI 3. *oba thih uuer ſlahe in thin zeſuua uuanga*, ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam. Epinic. R. Ludov. verſ. 97.

Bluot ſkein in uuangon
Spilodun der Vrankon.
Sanguis apparuit in genis
Exultantium Francorum.

MARTINIUS deflectit a *gena*, quod fieri poteſt per anaſtrophen, præpoſito W. Vel ita, ut G. initiale mutetur in W. literam congenerem, & G. finale ſit ab attractu literæ N. De his literis vide *Proleg.* A *wang* oritur

Gothis *waggarja* cervical Marc. IV. 38. quod more Græco pronunciatur ut *wangarja*, omnino a genis, quæ in illo requieſcunt. Conſenſum linguæ Saxonicæ, Alamannicæ, & Belgicæ exhibet JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 384.

Angloſaxonibus *wang - beard* barba maxillaris, & alia apud SOMNER. & 2ENSON.

Francis & Islandis *dunawenga*. Gloſſ. Pez. *dunauuenga* temporibus. VEREL. in Ind. *thunvange* tempora. Opinor a *dun* collis, velut monticuli genarum. Nam hac metaphora delectantur veteres in genis appellandis, ut demonſtravi in *back*.

WANG, campus paſcuus inter nemora, lætus & viridis, ſed ſepimento cinctus. Evang. Goth. Joh. X. 9. *winja bigitith* paſcua inveniet. SOMNER. in Dict. AS. *wang*, *wong* campus, ager, arvum, *neorxna - wang* paradiſus, campus elyſius. Gloſſ. Pez. campis nemoreis *holzuuanga*. VEREL. in Ind. *vang* ager ſeptus. Vel idem eſt quod *anger* ſinus terræ, præpoſito W. vel ortum ducit a *fangen* capere circuitu, mutatis labialibus. Vide utrumque in loco. Ab ejusmodi campis & paſcuis haud dubie oppida WANGEN, DÜNKELVINGEN, aliaque, nomina ſua acceperunt.

WANKEN, nutare, vacillare, titubare. Gloſſ. Boxh. *uuanchot* titubat, *uuanchonte* titubantes. Factum a ſimpliciori *wacken* inſerto N. Metaphorice eſt dubitare, hæſitare, animi pendere, quia hæſitantes ſimiles ſunt eorum, qui incerto gradu eunt, & vel laſſitudine vel infirmitate in utrumque latus moventur. OTFRIDUS Lib. III. cap. VIII. 78. *ſo imo ther hugu uuankta*, cum animus ejus fluctuaret. Inde

wank, dubium, hæſitatio, *ana uuank* absque dubio, quo utitur OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXIII. 57. & paſſim.

wankel, dubitatio, hæſitatio, adjective inconſtans, inſtabilis, quo ſenſu occurrit in Verſione ſacra Heb. VI. 12.

wancluga, inconſtantia in nubendo. Lex Bojorum Tit. VII. 17. *ſi quis liberam fœminam ſuaſerit quaſi ad conjugem, & in via eam dimiſerit, quod Bajuvarii wancluga vocant.* A *liugan* ducere uxorem, quod extat in Codice Arg. Matc. XII. 25. *ni liugand, ni liuganda*, neque nubent, neque nubentur.

wankelmut, animus dubius & inſtabilis, *wankelmütig* inconſtans, tali animo præditus, quod PEISKERUS majori ingenio quam ſucceſſu deflectit a Græc. ἀγκυλομήτης. Nam vox Græca ſono tantum convenit, non ſignificatu, & proprie non inſtabilem, ſed vafrum & obliqui conſilii hominem denotat.

WANN, *wenn*, ſi, cum, quando. Conjunctio conditionalis, cui hodie in oratione reſpondet *dann*. Olim vero *dann* geminabant. TATIANUS Cap. VIII. 4. *thanne ir iz findet, thanne cundet iz mir*, cum inveneritis, renunciate mihi.

WANN, *wenn*, quando. Adverb. interrogandi de tempore. Evang. Goth. Luc. XVII. 20. *hwan quimith thiudangardi Gothis*, quando veniet regnum Dei.

WANN, *wannen*, unde. Adverb. interrogandi de loco. Evang. AS. Joh. IV. 11. *hwanon hæfst thu lyfes wæter*, unde habes aquam vitæ?

WANN, *etwann*, forte. Francis *odouuan*. TATIANUS Cap. CCXV. 3. *min odouuan quanun ſine jungiron*, ne forte veniant diſcipuli ejus. Proprie eſt aliquo tempore, ab *et* unum quid, & *wann* quatenus eſt adverb. temporis.

WANN-AR, tinnunculus. Vide *ar* aquila.

WANNE, ventilabrum. Latinis alias *vannus*. Utrumque a Celtico *benne* crates, mutatis tantum labialibus. Eſt enim inſtrumentum e vimine contextum inſtar cratis. Utitur Verſio Angloſax. Luc. III. 17. *hys fann ys on hys handa*, cujus ventilabrum eſt in manu ejus. Gothica lingua dicitur *winthiskauro* loco citato, a *wind* ventus & *ſcheuren* purgare, Francica *uuorphſcuvala* in Harm. Evang. Tatiani Cap. XIII. 24. quod etiam

probitate morali, ſed etiam naturali, quia res naturales tantum habent probitatis, quantum veritatis. Sic aurum bonum & nativum vocatur *wares gold*. Ab hoc ſenſu habemus *bewæren* examinare, experimento cognoſcere, an probum ſit necne.

WAR, mitis, benignus. AOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwar* clemens, manſuetus, mitis. Cum mites & benigni ſint valde boni, ſenſus a bonis ad illos pervenire potuit. Franci & Alamanni utuntur compoſitis *mitiuuar* & *mandauuar*, quæ altera ſui parte ſunt obſcura. Gloſſ. Keron. mites *mitiuuareem*, manſuetudine *mitiuuarii*. ISIDORUS Cap. VI. circa fin. *arbevit dhea mituuaron*, exaltavit manſuetos. WILLERAMUS Cap. VI. 3. *ſcona biſtu min friundina, mithcuuara ande ziero alſo Hieruſalem*, pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Jeruſalem. TATIANUS Cap. XXII. 9. *ſaligę ſint munduuare*, beati ſunt mites. Cap. LXVII. 9. *lernet ſon mir thaz ih mandauuari bin*, diſcite a me quia mitis ſum. De his compoſitis mira annotarunt CASTRICOMIUS, JUNIUS, PALTHENIUS, quos adeat, cui lubet. Forte *mitiuuar* eſt congreſſu mitis, a *mot*, quod Islandis occurſum, Angloſaxonibus conventum ſignificat. Quamvis etiam idem eſſe poſſit ac *murwar* animo mitis, alias *ſanftmütig*. Sane exitus vocis nos ad mitem vocat, ut ex Cambrica Dialecto manifeſtum.

WAR, quatenus derivatur a *waren* cavere, ſubſtantive *cautionem*, & *pactionem*, adjective *cautum* ſignificat. Vide plura in *wer*.

WAR, quatenus eſt verbale a *waren* ſpectare, attendere, curare &c. multos habet ſignificatus, deſitos & vigentes. Præcipui ſunt (1) ſpecula, locus proſpiciendi, (2.) adſpectus, actus intuendi, (3.) attentio, cura, obſervatio &c. (4.) videns, adſpiciens, animadvertens. Vide ſingulos in fonte.

WARDIEREN, *werdieren*, taxare, æſtimare. Suec. *wærdera*. A *wirde* pretium, valor. Inde *wardein* taxator, *wirdierung* taxa, taxatio, quo utitur Luth. Lev. XXVII. 25. A *werdieren* rurſus fit *wirdira* pretium rei furtivæ, in Capitul. III. an. 813. Cap. 24.

WAREN, oculis uſurpare, ſpectare, intueri. Hic primus verbi latiſſime patentis ſignificatus, quem MYLIUS quoque apud veteres animadvertit in *Archæologo Teutone*. Verbum ipſum nondum ſe mihi obtulit, nec forte illi: antiquitatis tamen patrocinium accipit, cum ex ſenſibus ab oculo ad varias mentis operationes translatis, tum ex derivatis. Alias ſpicere, reſpicere, proſpicere antiquis dicitur *warten*, ut demonſtravi in loco. Sed hæc ipſa verbi forma videtur eſſe frequentativa a ſimpliciori *waren*. Armoricis *vare, vere*, eſt ſpecula, locus editus ad proſpiciendum. Unde, niſi a *waren?* Francis *uuara* ſæpe eſt adſpectus, & *uuara tuon* adſpicere. WILLERAMUS Cap. III. 11. *ir junchrouvon tuot uuara des kuniges Salomonis*, videte filiæ regem Salomonem. At hoc intelligi nequit, niſi *uuara* ſit verbale a *waren*. Ex eodem fonte haud dubie eſt adjectivum *war* videns, in formula vetuſtiſſima *gewar werden* videre, videntem fieri, viſu cognoſcere, quam exhibet NOTKERUS Pſ. XLIX. 18. *du gienge ſament demo diebe, dar du ſin geuuar uuerde*, ſi videbas furem, currebas cum eo. Denique etiam Belgæ aliquid habent, quod exiſtentiam hujus verbi comprobet. Illis enim *waaren* eſt apparere, h. e. videndum præbere, facere ut videat, quod dicitur de ſpectris & lemuribus, manifeſto ſatis indicio, *waren* ante denotaſſe videre quam videndum præbere. Nam verbum faceſſens ſemper eſt poſterius eo, a quo negotium accipit. Reſtat, ut originem verbi, ſi poſſim, oſtendam. Puto autem me poſſe. Nam a Gr. ὁράω video (unde Græcis ὅραμα aſpectus, ὅρασις viſio, ὁρατὴς ſpectator, ὁρατὸς conſpicuus &c.) recte fit *waren*, præpoſito W. Vel certe utrumque ſororium eſt, & ex Hebræo ſemine ſimul editum, nempe ab *or* lux, quia lucis opera, tam internæ quam externæ, videmus & videmur.

WAREN, ab oculo corporis transfertur ad oculum animi, & tunc ſignificat quantum poteſt, *conſiderare, curare, ſervare, obſervare, cuſtodire, cavere*.

WAREN, attendere, conſiderare, animum advertere. Inde Francis *uuara* conſideratio, & *uuara tuon* conſiderare. WILLERAMUS Cap. I. 6. *ne duont thes niet uuara thaz ih ſo ſalo bim*, nolite attendere, quod tam fuſca ſim. Hodie dicimus *warnemen* quaſi capere attentionem, omnino ab antiquo *uuara* attentio.

WAREN, curare. Græcis ἀράομαι, & inde ἄρα cura, & ἀμπρόω negligo, non curo. Quibus perſimilia ſunt Francorum compoſita. Gloſſ. Pez. incuriæ *ungiuueri*, inconſideratæ *ungiuuariu*. Omnino a *uuara* cura, per medium privandi *un*. Hodie dicimus *warlos, verwarloſen*, & ſimilis, quibus neglectus curæ exprimitur.

WAREN, *bewaren*, obſervare. Inde Francis *uuara* obſervatio, & *uuara tuon* obſervare. WILLERAMUS Cap. II. 15. *ir doctores eccleſiæ tuot uuara*.

WAREN, *bewaren*, ſervare, conſervare. Gloſſ. Pez. pone ſuper illum oculos tuos *nim ſin mihila uuara*.

WAREN, *verwaren*, cuſtodire. Græcis ἵρης eſt cuſtos, ἵρων cuſtodia, Belgis *warande* nemus clauſum, ubi feræ ſervantur, Latino-Barbaris *warenna* vivarium, Germanis *gewarſame* cuſtodia.

WAREN, cavere, cautionem adhibere vel præſtare, ne quid mali præter ſpem & opinionem accidat. Veteres plerumque habent *warnen*, quod vide. Sed & *waren* vel *weren* eodem ſenſu obtinuiſſe, ex compoſitis & derivatis eorum intelligimus. BENSON. in Voc. AS. *wær* cautus, *wære* cautio. Gloſſ. Pez. cautela *geuueri*. Idem cognoſcitur ex Latinitate Barbara vetuſtiſſimi ævi. Nam a participio *warend* cavens, ante per-

multa ſæcula facta ſunt, *warens* & *warantus* fidejuſſor, *warenda* & *warandia* fidejuſſio, *warendator* fidejuſſor, *warandare* & *warentizare* evictionem præſtare, & alia apud Gloſſographos. Ex eodem fonte ſunt Gallica *garand, garantir, garantie,* & ſimilia noti ſignificatus. Plura ad familiam verbi ſpectantia vide in *wer* cautio & pactio.

WARENGANGI, advenæ. Edictum R. Rotharidis Tit. XV. de advenis: *Omnes* warengangi, *qui de exteris finibus in regni noſtri finibus advenerint, ſeque ſub ſcuto poteſtatis noſtræ ſubdiderint, legibus noſtris Longobardorum vivere debent.* Proprie ſunt peregrini, a *wer* vir, plur. *weren* viri, & *gangen* migrare, non quod tota vita errent, ſed quod a priſtina ſede ad aliam migraverint. Hinc omnis advena, qui e regionibus exteris accesſit, Angloſaxonibus vocatur *wergenga*, apud SOMNERUM in Dict. qui mire ludit in voce, & CANGIUM ſeduxit, ut *warengangos* cum *wargis* confunderet. A *wergenga* etiam ſunt *warganei*, extranei, male rurſus cum *wargis* & *waringis* confuſi.

WARF, varios habet ſignificatus, quos vide in *werf*.

WARG, exul, pago expulſus. Alia Dialecto *wrag*, quod origini propinquius, quia deſcendit a *recken* pellere, per proſtheſin literæ W. Hinc idem homo Angloſaxonibus dicitur *wræcca*, & in Lege Salica *wargus*, tranſpoſita canina. Poſtea vox ad omnes ſceleratos & infames traducta eſt. Inde Gothis *wargjan* condemnare, exterminare, tractare ut ſceleratum, Marc. X. 33. Angloſaxonibus *wyrgan*, *wirigan* execrari, devotare. A *wargen* rurſus fit *warg* patibulum, lignum exterminii, lignum maledictum, de quo plura in *bargus*. De voce Salica *wargus* vide plura in fonte.

WARG, latro. VEREL. in Ind. *wargur* latro, *vargur er kominn i eyna* latro inſulam invaſit, *vargur i veum* latro in ſacris, ſacrilegus. Inde Latino-Barbaris *vargus* eodem ſenſu. SIDONIUS Lib. I. Ep. 4. *Vargorum nomine indigenas latrunculos nuncupant.* Senſus ab expulſis ad latrones translatus (non vice verſa ut exiſtimat VERELIUS,) quod plerique latrociniis viventes eſſent homines civitate pulſi. Inde Germanis *wargen* latrocinari, & *warg-mann* latro, apud STIERUM in Lexico. Vocem Saxonicam vide in *wrak*. Cum hoc hominum genere non ſunt confundendi *Waringi*, etiamſi SPELMANNO, CANGIO, & ECCARDO aliter videatur. De his vide dicta in *wer* locus munitus. Suecis *werg* eſt lupus, quia latro inter feras.

WARLOS, ſignificat quantum poteſt, vel negligentem, vel incautum. Illud, ſi componatur a *war* cura, quod eſt a *waren* curare: hoc, ſi componatur a *wer* cautio, quod eſt a *waren* cavere.

WARM, calidus. Angloſax. *wyrm*, *wearm*, Goth. Franc. Alam. Belg. Angl. Suec. *warm*. ERRO in Reg. S. Bened. Cap. 55. *in uuaramen lamſcaftim* in calidis regionibus. JUNIUS deflectit ab Æolico Θερμὸς calidus, unde etiam Latinis *formus* eodem ſenſu. SKINNERUS, qui alias etymis Junianis parum favet, hic ſententiæ ejus accedit.

WÆRME, *wærmde*, calor. NOTKERUS Pſ. XVIII. 7. de Sole: *noh der iſt der ſih ferberge fore ſinero uuermi*, nec eſt qui ſe abſcondat a calore ejus.

WÆRMEN, calefacere. Goth. *warmjan* Marc. XIV. 54. Angloſax. *wyrmen* ibidem, Franc. *uuermen*, Belg. *warmen*, Suec. *wærma*. TATIANUS Cap. CLXXXVI. 5. *uuas froſt inti uuermitun ſih*, frigus erat & calefaciebant ſe. Græcis πυρᾶν eſt fovere, Latinis *forbere* & *fervere* calere. Quæ ſicut ſono & ſenſu conveniunt, ita videntur deſcendere a πῦρ, *fyr*, ignis, & reliqua ab illis.

WÆRMEN, fovere, Angloſax. *feormian*, Suecis *wærma*, & alia Dial. *barmen*, quia labiales ſolent permutari. Inde *barm* ſinus, in quo infans fovetur.

WARNEMEN, quatenus componitur a ſubſt. *war* & *nemen* capere, ſignificat quantum poteſt, *videre*, *animadvertere*, *curare*, *obſervare*, *ſervare*, *cuſtodire*, *cavere*. Confer thema verbi *waren*, & patebit.

WARNEN, ſignificatus ſuos accipit, partim a ſimpliciori *waren*, per epentheſin literæ N. & tunc denotat *attendere*, *curare*, *ſervare*, *cuſtodire*, *cavere*: partim a ſeipſo per ſynecdochen generis. Nam a *warnen* cavere oriuntur *warnen* munire & *warnen* defendere, tanquam modi cavendi, poſito genere pro ſpecie. Denique a *warnen* cavere fit etiam *warnen* præmonere, facere ut caveat. Quod, etiamſi ex univerſo genere unice ſuperſtes ſit hodie, intelligi tamen non poteſt, niſi ab extinctis lucem accipiat.

WARNEN, attendere. Gloſſ. Pez. attendite *uuarnot iuuih*.

WARNEN, curare, ſervare, cuſtodire. VEREL. in Ind. *varnadur* quicquid ad heri curam pertinet, *varnadar madr* ſervator, cuſtos. Ad hoc verbum reſpexit GROTIUS, quando *Warnefrid* interpretatur *cuſtos pacis*. Aliis *Warnefrid* eſt puer pacis, quaſi *Barnefrid*. Verum cum *frid* in nominibus propriis antiquorum, præſertim ubi ultimum locum occupat, nunquam, quod ſciam, pacem, ſed ſemper defenſorem & aſſertorem ſignificet, quod multis exemplis oſtendi in verbo *frieden*; hinc *Warnefridi* nomen ad ſequentem verbi ſignificatum referre malo.

WARNEN, cavere, vitare. SOMNER. in Dict. Angloſax. *warnian* cavere, cautionem adhibere, *warna* cave, *warna thæt thu thæt ne do* cave ne facias. Evang. Angloſaxon. Matth. VII. 15. *warniath eow fram leaſum witegum*, cavete vobis a falſis prophetis. VEREL. in Ind. *varnan* cautio, *lata ſier annars viti ad varnadi verda*, alterius pœna deterreri, vel alterius malo cautior fieri. Sic etiamnum dicimus, *andern zur warnung* reliquis in terrorem, ut damno alieno ſibi cavere

vere diſcant. Inde WARNEFRID, defenſor cautus, nomen celebre Scriptoris Longobardici.

WARNEN, munire, inſtruere armis. Gloſſ. Pez. armamini *giuuarnot uuerdet*. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 123. *unkiuuarnotiu*, *unfeſtiu* immunita, *keuuernote*, *kiruſte* inſtructi. OTFRIDUS Lib. II. Cap. III. 111.

Ingegin uuidaruuinnon
So ſculun uuir unſih uuarnon.
Contra adverſarium
Debemus nos armare.

Inde WILLERAMO *uuarninga* munitio, præſidium Cap. IV. 4. Latino-Barbaris *warnitus* armatus, armis inſtructus, in Capitularibus Regum Francorum, Gallis *garniſon* præſidium militare, Italis *guarnire* munire. Poſtea ſenſus ab apparatu milirari ad quemcunque apparatum translatus eſt. Inde Islandis *varnadur* urenſilia, Gallis & Italis *garnir*, *guarnire* inſtruere, quod a FERRARIO male ab *ornare* derivatur. Similem translationem a defendendo ad veſtiendum factam, vide infra in *weren* defendere, veſtire.

WARNEN, defendere. VEBEL. in Ind. *varn*, *værna*, *værnera* tutela, defenſio, *vernd* defenſio, cuſtodia, *gudlig vernd* deorum cuſtodia, tutela. Hodie cum cæteris obſoleſcit.

WARNEN, præmonere, monitis deterrere. SOMNER. loc. cit. *wærnian* monere, admonere, commonere, præmonere. Verbum faceſſens a *warnen* cavere. Quid enim eſt præmonere, niſi facere ut caveat?

WARNIO, verres. Capitul. III. an. 813. cap. 24. *De quicquid in caſâ furaverit in wirdirâ ſolidos ſeptem. De warnione in wirdirâ ſolidos ſeptem.* CANGIUS confundit cum equo *warrannione*, de quo paulo poſt, ſed invita judicis æſtimatione. Nam furtum iſtius equi taxatur in Lege Salica ſolidis XLV. furtum vero verris ſolidis XVII. Tit. II. 16. Et aliunde ſatis manifeſtum eſt, *warn*, *wern* antiqua Francorum lingua verrem denotaſſe, non equum. Nam in Lege Salica aper, h. e. verres ſilveſtris dicitur *arwerno* Tit. XXXVI. 6. *Si quis aprum, quem alieni canes moverunt & adlaſſaverunt, involaverit aut celaverit*, *Malb. Arwernon.* In quo compoſito *ar* idem denotare quod *ur* vel *aur* ferus, & *warnon* verrem, recte judicat ECCARDUS in notis ad hanc legem, etiamſi pro *wernon* male legat *verron*. Sic autem appellarunt verrem a Scandica voce *biarn* urſus, ſenſu ab urſo ob quamcunque ſimilitudinem ad verrem translato, & elemento B. ut ſæpe alias, in W. mutato. Quod, ſi quis miretur, illum obſervare jubeo, quod *bær* etiamnum verrem & urſum denotet, & quod Latinitas infima verrem continuo vocet *urſum*, inepta quidem verbi in aliud genus traductione, ſed tamen uſitata. Inde *urſorum paſtus* apud CANGIUM in voce *pedatura*. Inde *urſus* pro verre in Jure prov. Alam. Cap. CXCIX. 1. *Urſus haizet ain eberſuin* (alii Codices legunt *berſuin*) *dem ſol man jærlich die zen abslahen*, urſus vocatur verres, huic quotannis dentes reſecandi. Hodie *wern*, vel quod idem eſt *bern* deprehenditur in BERNBURG, quod exponi poteſt *caſtrum verris*. Et ab hoc Caſtro *Albertum*, principum Anhaltinorum ſatorem, inſignia *verris* & cognomen URSI accepiſſe, valde veroſimile eſt.

WARRANNIO, admiſſarius. Lat. Barb. *emiſſarius*. Lex Sal. Tit. XLI. 3. *ſi quis warranniorem* (in lege ſequenti legitur *warranionem*) *homini Franco furaverit, ſolid. XLV. culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.* Capitulare Karoli M. de villis cap. 13. *Ut equos emiſſarios, id eſt, waraniones, bene provideant.* Proprie eſt equus bellicus vel admiſſarius belli, a *wer* bellum, & obſoleto *reinno* admiſſarius, quod eſt a *rennen* inire, coire. Gloſſæ Ratisbonenſes MS. *warannio*, *reinno*. Gloſſæ Florentinæ MS. *emiſſarius*, *reino*. Gloſſarium Rabani Mauri MS. *emiſſariis*, *reinneo*. Hinc admiſſarius Hiſpanis, Occitanis & Provincialibus etiamnum appellatur *guaragnon*, Italis *guaragno*, Gallis *ferrand*. Cuncta ex obſervatione ECCARDI in not. ad Leg. Sal. pag. 13. & 76. Cauſa, cur admiſſarius apud Francos a bello denominatur, hæc eſſe videtur, quia antiquitus optimos tantum, & præſtantiſſimos equos, quales erant bellarores, fœturæ adhibebant.

WARRE, *werre*, *wirre*, tricæ. Vide *wirre*.

WART, locus, *anderwerts* alio loco. Gloſſ. Keron. usquequaque *eocouuerti*. Id eſt, ubique, omni loco. Nam *eoco* Alamannis eſt *omnis*, ut oſtendi in explicatione vocis *jeglich*. Gloſſarium Schilterianum legit *eocouueri*. Quicquid ſit, *wart* pro loco, etiamſi raro occurrat, legitime formari potuit a *war* ubi, per medium derivandi T. omnibus Dialectis uſitatum.

WART, præſens. Hæc acceptio non debet confundi cum præcedenti. Aliud eſt locus, aliud præſens in loco. Nusquam autem reperitur niſi in compoſitis, nec apud Veteres, nec apud recentiores. Præſens Gothis dicitur *andwairths*, Angloſax. *andweard*, Francis & Alam. *antuuart*. Gloſſ. Keron. præſentis vitæ *des antuuartan libes*. Quo ſenſu, non convenit inrer Criticos. JUNIUS vocem Gothicam componit ab *and* contra, & *werden* eſſe, quod præſentes coram adſtent, & contra ſe ſiſtant veluti ex adverſo: MVLIUS Alamannicam ab *an* ad, & *warten* videre, ut præſens ſit adſpiciens.

WART, præſentia, ſed in compoſitis tantum. Gloſſ. Keron. præſentiam *antuuarta*. Hodie utimur compoſito *gegenwart*: & hinc præſens nobis dicitur *gegenwærtig*, abſens *abwærtig* &c. ſive a conſpectu, ſive ab exiſtentia oppoſita, ut antecedens.

WART, cuſtos. Gothis *wardja*, pl. *wardjans*, in comp. *ward*, Angloſax. *weard*, Francis & Alaman. *uuart*. TATIANUS Cap.

CCXXII. 1. *ſume for then uuarton quamun in thia burg*, quidam de cuſtodibus venerunt in civitatem. Refer ad *warten* cuſtodire. Inde Latino-Barbaris *Gardingi* cuſtodes Principum, de quibus ſupra, & *Gardiani* ſuperiores Fratrum in Monaſteriis. Compoſitorum alia dignitatem habent, alia non. Talia ſunt,

Eunart, ſacerdos, vox antiquiſſima, & ſtante adhuc Deorum cultu, ut videtur, uſurpata, quam Religio Chriſtiana inter Francos & Alamannos retinuit, quod optimæ notæ eſſe videretur. Gloſſ. Keron. ſacerdos *euuart*, ſacerdotis *eunartin*, ſacerdotum *euuarto*, ſacerdotium *enuarttuom*. NOTKERUS Pſal. L. 9. *iſt keboten an eounart puocbe*, mandatum eſt in Levitico. Id eſt, in libro Sacerdotum. Utitur ſæpe OTFRIDUS, cui Zacharias Sacerdos dicitur *euuarto*, Lib. I. cap. IV. 3. & alibi ſummus Sacerdos *furiſto enuarto*. Proprie autem eſt cuſtos legis, ab *euua* lex, quod in compoſitis ſæpe tranſit in *e*. ſimplex. Nomenclaturam egregie illuſtrat TACITUS cap. VII. de M. G. *Cæterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem niſi Sacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante.* Senſus eſt animadverſionem in ſontes ſolis Sacerdotibus commiſſam eſſe, non ut lictoribus Reip. ſed tanquam *cuſtodibus legis*, & *vindicibus* ex mandato Dei. Id quod nomen *euuart* pulcre exprimit.

Sæ-weard, thalaſſiarcha, cuſtos maris, apud SOMNER. & BENSON.

Duriuuart, janitor. Vide *thor-wart*.

Hovauuart, canis domus cuſtos. Ab *hof* domus, curtis. Lex Bajuvar. Tit. XIX. 9. *Si canem, qui curtem Domini ſui defendit, quem* HOVAWARTH *dicunt, occiderit.* Spec. Sax. Lib. III. art. 51. HOFFWART, *den hunt, den man Scaprode het.*

Hodie ſuperat in *zeugwart* baliſtarius, rei tormentariæ cuſtos, *thorwart* portitor, cujus antiquitatem ſupra oſtendi. Extant & nomina propria, quæ hinc interpretationem recipiunt, cujusmodi ſunt,

BURCWART, cuſtos caſtelli.

ROADWART, cuſtos conſilii.

MARQUARD, cuſtos finium.

WART, vigil, excubitor, ſpeculator. Angloſaxon. *weard*, Verel. in Ind. *vard*. Refer ad *warten* vigilare.

WART, curator. Refer ad *warten* curare.

WART, præfectus. Vide *warten* præeſſe.

WART, tutor, defenſor, ſervator. A *warten* ſervare, defendere, tueri. Hic ſenſus viget in multis nominibus propriis, tam Saxonum, quam Francorum, quæ non aliunde felicius explicantur. Speciminis loco ſint ſequentia:

ETHELWARDUS, defenſor patriæ. Ab *ethel* patria. Nomen Regis Britannici, quem Scripta Angloſaxonica vocant *Ethelweard*. Patria, quæ Angloſaxonibus *ethel* & *æthel*, Alamannis ſimili vocabulo dicitur *odhil*. ISIDORUS Cap. V. circa finem: *chichundemes anh nu dhes oedhili endi odhil*, demonſtremus nunc etiam genus & patriam ejus. De voce *odhil* dubitat PALTHENIUS in notis: ſed uſus Saxonicus nullum dubitationi locum relinquit. Extat in Evang. Angloſax. Marc. VI. 4. *nis nan witega butan weorthſcipe, buton on hys ethele*, non eſt propheta abſque honore niſi in patria ſua.

EDUARDUS, defenſor felicitatis. Ab *ead*, quod Angloſaxonibus ubique felicitatem denotat. Nomen multorum in Anglia Regum, & regio faſtigio dignum, quod Angloſaxonice ſcribitur *Eadweard*. Conſer *od* felicitas.

SIGWARDUS, tutor victoriæ. Victoria ſæpe inquietatur a victis, & victores ipſi ſucceſſu rerum ſæpe torpeſcunt. Utrumque docet TACITUS Hiſt. Lib. II. 5. III. 84. Sed boni militis eſt, victoriam non ſolum parare, ſed etiam partam tueri. Id quod nomine *Sigwardi* exprimitur.

LUITWARDUS, defenſor plebis. A *liut* plebs, hodierno pronunciatu *leut*. Claruit hoc nomine quidam Epiſcopus & Conſiliarius Caroli Calvi, de cujus fatis agit Regino Lib. 2. ſub anno 887.

LUTWARDUS, defenſor celebris. A *lut* clarus. Nomen extat in Subſcriptione veteris Conſtitutionis *de Expeditione Romana*, quam Vir Clariſſ. D. GEBAUERUS eleganti Præfatione munitam, multisque acceſſionibus auctam, noviſſime in lucem edidit, & *Conrado Salico* vindicavit. Quo ipſo adparet, *Luitwardum* Reginonis & *Lutwardum* Conſtitutionis, diverſos homines & diverſa nomina eſſe, etiamſi FREHERO aliter videatur.

Hodie ſuperat apud Anglos, quibus *Lordward* vir ille princeps dicitur, qui ſub tutela ſua habet nobilem juventutem, ejusque bona, donec ad juſtam virorum ætatem pervenerint, teſte MYLIO in Teutone Archæologo pag. 185. Forte huc etiam ſpectat, quod maritus STILERO *ehwart* dicitur, quaſi tutor conjugis. Nam *æw* Angloſaxonibus nonſolum conjugium, ſed & conjugem denotat.

WARTE, cuſtodia. Angloſax. *weard*, Francis *uuarta*, Island. *vard*, Gall. *garde*, Ital. *guardia*, Lat. Barb. *warda*. Dicitur nonſolum de urbibus & caſtellis, quæ ab incolis aut milite cuſtodiuntur, ſed etiam de gregibus, & quavis re cuſtodienda. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XII. 3. *thes febes datun uuarta*, pecoris facientes cuſtodiam. Refer ad *warten* cuſtodire.

WARTE, excubiæ, cuſtodia inſomnis. Angloſax. *weard*, Island. *vard*. Uſus Francorum

rum patet ex Latino-Barbaro *warda*, quod extat in Capit. III. an. 813. §. 34. *Si quis Wadam aut* WARDAM *dimiſerit.* Refer ad *warten* vigilare, excubare.

WARTE, ſpecula, locus editus ad vigilandum & ſpeculandum, alias *hohe warte*, a monte vel turri, ubi excubiæ collocari ſolent. Oritur vel a *warten* proſpicere, vel a *warten* excubare. Francos ejusmodi loca appellaſſe *uuarta*, & *houuarta*, multis ex NOTKERO teſtimoniis demonſtravit Cel. SCHILTERUS in Gloſſario Teut. pag. 838. Angloſaxonibus ſpecula dicitur *weard-ſetl*, quaſi excubiarum ſedes.

WARTE, cura. VEREL. in Ind. *vardveita* curam agere. A *vard* cura, & *veita* præſtare. Refer ad *warten* curare.

WARTE, tutela. Inde Latino-Barbaris *wardæ pupillorum*, *wardæ Eccleſiarum*, apud CANGIUM in Gloſſario. Refer ad *warten* tueri.

WARTE, munitio, locus munitus. Ex eodem fonte. Cognoſcitur ex compoſitis, cujusmodi eſt *Burgwardium* in charta OTTONIS M. an. 965. quod primo videtur munitionem oppidi, mox prolato ſignificatu Burgi territorium denotaſſe. Veſtigium vocis ſervant Galli in *boulevard*, ager oppido circumjacens, quod CANGIUS ex *burgward* depravatum exiſtimat. Huc etiam ſpectare videtur, quod Jeruſalem, quæ vi Hebræi nominis eſt *civitas pacis*, interpretatione Francica dicitur *frideuuarto*, quaſi munimentum pacis, apud NOTKERUM Pſalm. LXIV. 2.

WARTEL, ſignificat quantum poteſt, cuſtodem, obſervatorem, inſpectorem. Gloſſa vetus apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 172. *uuartal* cuſtos. Vide compoſitum *Grizwartel*.

WARTEN, reſpicere. NOTKERUS Pſ. LII. 3. *Got uuarteta hara nider fone himele*, Deus proſpexit de cœlo. Confer Pſal. XIII. 2. Pſal. LXXIX. 16. WILLERAMUS II. 9. *her ſihet uz then venſtron, ande uuardet uz van then linebergon*, hic de cancellis nos reſpicit atque feneſtris. Verſus eſt ipſius *Willerami*, qui haud dubie optimus verborum ſuorum interpres. Oritur a ſimpliciori *waren*, per epentheſin literæ T. quæ in aliis quoque vocibus ſæpe abundat in medio. Veſtigium verbi extat quoque apud Angloſaxones in compoſito *waerd-ſtael*, quod JUNIUS & BENSONIUS interpretantur *ſpectacula*. Proprie autem eſt locus ſpectaculorum, qui nobis hodie *ſchau-büne*, a *ſchauen* ſpectare. Ab hac priſca verbi *warten* ſignificatione, manifeſte ſatis ortum traxiſſe Gall. *regarder*, & Ital. *guardare*, adſpiciendi ſignificatu, recte judicat JUNIUS in Obſerv. ad Will. pag. 74. Nam Galli atque Itali, quoties voces noſtras imitantur, ſolent pro litera W. qua perinde ut Græci deſtituuntur, adhibere *G.* vel *GU.* Mirum interim eſt, ſenſum apud exteros perennare, qui nobis dudum periit.

WARTEN, ab oculo corporis transfertur ad oculum animi, & tunc ſignificat *attendere, cavere, exſpectare, obſervare.* Qua in re ſimile eſt parenti ſuo *waren*, ſi cum illo contendatur.

WARTEN, attendere. Senſus ab oculis, in obtutum alicujus rei defixis, ad attentionem mentis translatus. Gloſſ. Keron. adtendat *zuauuartee*, adtendatur *zua ſi kiuuartet.* VEREL. in Ind. *varda* attendere. Inde Gallis *mesgard* neglectus attentionis.

WARTEN, cavere. Senſus ab attentione ad circumſpectionem mentis extenſus. TATIANUS Cap. XXXIII. 1. *uuartet iu, thaz ir iuuar reht ni tuot fora mannon*, cavete vobis, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. OTFRIDUS Lib. II. Cap. V. 5. *thaz uuir giuuarten unz thiu haz*, ut caveamus nobis eo melius. Lib. II. Cap. XXIII. 13.

Uuartet iu io harto,
Fon driagero uuorto.
Cavete vobis diligenter
A fraudulentis verbis.

Hodie ſuperat apud Germaniæ inferioris incolas, qui dicunt *ſich wovör warden* cavere ſibi ab aliqua re, teſte PALTHENIO in not. ad Tatian. pag. 360.

WARTEN, exſpectare. Senſus a proſpiciendo ad præſtolandum extenſus, quoniam ii, qui exſpectatione alicujus rei anguntur, de loco in locum proſpiciunt. Ideoque & Latinis *exſpectare* a *ſpectando* dicitur. Priſcis tamen non uſurpatur niſi in compoſitis. Inde Angloſaxonibus *yrf-weard* hæres, quaſi hæreditatis exſpectator, & fortaſſe etiam *to-weard* futurus, venturus, niſi malis hoc referre ad *werden* fieri. Quicquid ſit, venturus ſeu futurus Gothis ſimili vocabulo dicitur *anawairtho*, Francis & Alam. *zuauuarta.* Gloſſ. Keron. futurum *zuauuarta*, in futuro *in zuauuarti.* TATIANUS Cap. LXIV. 1. *biſt thu ther zuouuert iſt*, tunc es, qui venturus eſt? Cap. LXII. 8. *noh in thero uueroit, noh in thero zuouuartan*, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Alias exſpectare priſcis dicitur *beiten* in omnibus dialectis.

WARTEN, obſervare. Senſus ab intuentibus deſumptus, quoniam obſervantes continuo oculos reflectunt ad ea, quæ illis obſervatione digna videntur. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 111. de ſtella & Magis:

Joh filu frauualicho
Sin uuartetun gilicho.

Quæ verba optime vertit SCHILTERUS: *Et valde lætabundi eam obſervabant ſimul.* Eundem ſenſum animadvertit Cl. SCHERZIUS in alio Otfridi loco Lib. IV. c. XXXV. 47. ubi de mulieribus locum ſepulcri dominici obſervantibus agitur:

Si uuarun uuartenti
Uuara man' nan legiti.
Erant obſervantes
Quo ipſum reponerent.

Hic ſenſus multas habet propagines, quæ ex illo tanquam ſurculi ex ramo progerminant. Nos potiores hic indicabimus.

WARTEN, obſervare cuſtodiendo. Hinc cuſtodire Gothis dicitur *wardjan*, Angloſax. *weardan*, *weardian*, Francis *uuarten*, Island. *varda*, Gall. *garder*, Ital. *guardare*. OTFRIDUS Lib. I. cap. ult. 17.

Thaz hirta ſine uns uuarten,
Io unſih io gihalten.
Ut paſtores ejus nos cuſtodiant,
Et nos quoque ſervent.

Inde nomen cuſtodi *wart* in omnibus veterum Dialectis, ut dixi ſupra. In qua derivatione noſtri Græcos & Latinos habent conſentientes. Meminiſſe enim debemus, quod, cum primus verbi *warten* ſignificatus, unde reliqui omnes oriuntur, ſit *proſpicere*, cuſtos a viſu & obſervatione ſic dicatur, plane ut Græcis σκοπὸς a σκοπέω, video, & Latinis *ædituus* templorum cuſtos, ab ἄδω video.

WARTEN, obſervare vigilando, excubando, ſpeculando. Angloſaxonibus *weardan* non ſolum cuſtodire, ſed etiam vigilare ſignificat. Et hinc *weard-man* vigil, excubitor, ſpeculator, & *weard-ſeld* ſpecula, excubiarum ſedes.

WARTEN, obſervare tuendo. SOMNERUS: *weardan* ſervare, tueri. Gloſſ. Boxh. *uuarten* tueri. VEREL. in Ind. *varda* ſervare. Latinis quoque *tueri*, quatenus ſervandi ſignificatu pollet, ab *intuendo* deſumptum eſt, quoniam eos, quos ſalvos eſſe cupimus, quando periclitantur, irretortis oculis adſpicimus, primum ſalutis auxilium quaſi oculis ferentes.

WARTEN, obſervare miniſtrando & morem gerendo. Huc videntur ſpectare verba Diaboli apud OTFRIDUM Lib. II. Cap. IV. 113.

Iz iſt giſcriban ſona thir,
Thaz faren engila mit thir,
Si thih biſcirmen allan,
Ioh thih ni lazen fallan,
Si thin giuuaro uuarten,
Joh thih harto halten.
Scriptum eſt de te,
Quod ambulent angeli cum te,
Te totum defendant,
Et te non ſinant cadere,
Tibi caute ſerviant,
Et te valide cuſtodiant.

Inde *gewærtig* obſervans, morem gerens, & *aufwarten*, quod proprie dicitur de ſervis & famulis, quorum parata ſunt obſequia. In ore reliquorum urbanitatis verbum eſt.

WARTEN, obſervare curando, *ſeines ambts warten* officio ſuo defungi, *des leibes warten* cuticulam curare, *kranken-wærter* curator ægrotorum. Latinis quoque *proſpicere*, *providere* ſæpe idem quod *procurare*, allegoria a viſu deſumpta, qui ſolet eſſe defixus in rem, quæ nobis curæ eſt.

WARTEN, obſervare reverendo. Quod etiamſi hodie non dicatur, nec olim dictum eſſe ex paucis illis, quæ de Literatura Veterum ad nos usque venerunt, Monumentis demonſtrari poſſit, ſimile tamen fuiſſe videtur verbo Gothico *witan*, quod primo *videre*, deinde *cuſtodire*, tandem etiam *revereri* ſignificat. Hunc ſcalæ apud nos defectum ſupplet Gallica Dialectus, in qua ſingularis perſonæ aut meritorum ejus conſideratio dicitur *égard*, a Francico *warten* revereri, quod ex hoc derivato cognoſcitur. Latinis quoque *reſpectus* nonſolum intuitum, ſed etiam obſervantiam & reverentiam intuentis ſignificat, quoniam eos, quos ob ſingularem quandam virtutem reveremur, quaſi contemplantes adſpicimus. Sic Nero apud SUETONIUM ait: *Occultæ Muſicæ nullum eſſe reſpectum.* Glorioſius exiſtimans, ſi citharam in ſcena tentaret.

WARTEN, præeſſe. Senſus ex pluribus aliis compoſitus, ſed pene extinctus. Extant tamen ſimplicia & compoſita in Dialectis, quæ inde genus ducunt. Ad priorem claſſem ſpectat *wirt* herus. Ad poſteriorem

hus-weard, paterfamilias, Dial. Angloſax. Germanis hodie *hauswirt*, quia domui ſuæ præeſt.

heofon-rices-weard, præſes regni cœleſtis, ead. Dial.

lad-ward, dux vel præſes teritorii, a *lad* terra, ſolum. Quod depravatio mutavit in *blaford* & *lavardur*, ſignificatu a præſide ad dominum translato. SOMNER. in Dict. AS. *blaford* dominus, *blaford-leas* ſine domino. VEREL. in Ind. pag. 150. *lavardur* dominus, *ſvikari lavardar ſins* proditor domini ſui. Inde Anglis remanſit *lord*, nova & incredibili contractione.

burgward, præfectus & præfectura caſtrenſis.

WARTMAN, ſignificat quantum poteſt, *inſpectorem*, *cuſtodem*, *tutorem* &c. ob latiſſimum verbi *warten* ſignificatum. Gloſſ. Pez. inſpectores *uuartman*. SOMNERUS: *weardman* cuſtos, vigil, tutor, excubitor, ſpeculator.

WARTS, adverb. loci. V. *werts*, & confer PROLEG.

WARUM, quare, interrogative. *War* eſt adverb. loci in omnibus Dialectis. At non quærimus, ob quem locum, ſed ob quam cauſam? Ergo *warum* idem eſt quod *waſum*, vel *um was*. Gloſſ. Lipſ. *umbuuaht* quare. S. & R. ſæpe permutantur. Ita quærenti vulgo reſpondemus *darum*, cum deberemus dicere *daſum*. Priſcas interrogandi formulas vide in *wie* cur.

WARZE, ficus, clavus in cute. Angloſax. *weart*, Angl. *wart*, Belg. *wrat*. A Lat. *verruca*, & non a *warte* ſpecula, etiamſi Latini verrucam ad locum editum transferant.

WAS, quid, interrogative. Gloſſ. Keron. quid *huuaz*. TATIANUS Cap. GXCV. 7.

uuas

uuas iſt uuar, quid eſt veritas? Idem Gothis *hwa* in locis innumeris, Angloſax. *hwæt*, Belg. *wat* &c.

WAS, quod. TATIANUS Cap. XLV. 3. *ſo uuas ſo ber ju quede ſo tuot ir*, quodcunque dixerit vobis facite.

WAS, erat. Vide *war*.

WASCHEN, lavare. Gloſſ. Keron. diluere *uuaskan*, lavare *uuazkan*, lavent *uuasken*, lota *kauuaskano*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VIII. 53. ſeq. *thar ſtuantun uuazarfaz ſih zi uuasganne*, ibi ſtabant vaſa aquaria ad lavandum ſe. Proprie eſt aqua profluente abluere, ab *aſche* aqua fluens, per proſtheſin literæ W. noſtris admodum familiarem. Ita Suecis *löga* eſt lavare a *lauge* aqua. Verbum Gothicum & Saxonicum vide in *zwagen*.

WASCHEN, garrire, *weſcher* nugator, *geweſch* nugæ. Non a ſtrepitu lotricum, quem inter lavandum edunt, ſed potius a Gr. *φάσκειν*, *βάσκειν* dicere, fari, loqui, ſenſu a loquela ad futilem ſermonem detorto, quo detorquendi more, quantopere noſtri delectentur in verbis Græcorum, jam aliquoties monui. Vide *faſzen* nugari.

WASE, cœnum, lutum, Dial. Angloſax. JUNIUS deduxit ab *ἄσις* limus, in Obſ. ad Will. pag. 33. quem ſequitur SOMNERUS in Dictionario. De augmento initiali W. vide *Proleg.* Sect. IV. in *Proſtheſi*. Hodie non amplius dicitur nec intelligitur.

WASE, gleba, Dial. Francica. Gloſſ. Pez. gleba *uuaſo*, *kitret*. ISIDORUS in Fragm. Cap. IV. 6. *huuer uuac dhrim fingrum allan aerdhuuaſan*, quis appendit tribus digitis molem terræ? Hic ſenſus videtur diſtinctus a priori. Nam gleba non eſt terra mollis, ut lutum, ſed portio terræ diviſa, & fortaſſe ſic dicta ab *ἄξω* frango, velut fruſtum & fragmentum. Hinc alias vocatur *kloſs* a *κλάσις* fractura, vel *κλάζω* frango, & *ſcholl* a *ſchelen* dividere, ſeparare. Verbum *ἄξω* vide inter Anomala Græcorum.

WASEN, cæſpes. Gall. *gazon*. An quaſi *ἀείζωος* ſemper virens? Dubito. Malo ſenſum a gleba ad cæſpitem transferre, quia cæſpes revera eſt gleba cum ſua herba exciſa. Ita Galli priores a *kloſs* gleba formarunt *glaſon* cæſpes. Confer *torf*.

WASS, ſubſtantive *mucro*, adjective *acutus*, multorum idiomatum conſenſu, inprimis vero uſu Francorum, qui hanc vocalem videntur formaſſe a Græc. *ὄξυ* mucro, per proſtheſin literæ W. Et quemadmodum apud Græcos ab *ὄξυ* derivatur *ὀξύνω* acuere, acutum reddere, ita apud noſtros a *waſs* fit *wetzen*. Vide plura in hoc verbo.

WASSER, aqua. Gothis *wato* Luc. VII. 44. Angloſax. *wæter*, Franc. & Alam. *uuazzar*, Belg. & Angl. *water*. TATIANUS cap. CCXI. 4. *uzgieng bluot inti uuazzar*, exivit ſanguis & aqua. Ab *ὕδωρ* aqua, per proſtheſin literæ W. quam vocem Græcos a Phrygibus accepiſſe teſtatur PLATO in Cratylo, cujus verba ſupra produxi in *feur* ignis. Vocem Celticam, & alia huc ſpectantia vide in *dur* aqua.

WASSER, fluvius, *waſſerflut* diluvium, exundatio fluminum. TATIANUS Cap. CLXXX. 1. *ubar thaz uuazzar Cedron*, trans torrentem Cedron. NOTKERUS Pſal. XCII. 4. *uuazzer huoben uf iro uuella*, flumina elevaverunt fluctus ſuos.

WASSER, humor, mador, *wæſſern* humectare, madefacere. Idem Angloſaxonibus *wæta* & *wætan*. Quibus convenit *udu*, *udor*, *udare*.

WASSER-GALL, ſignificat (1.) repercuſſionem iridis, (2.) venam aquæ, (3.) veſicam albo humore repletam circa palpebras. Primum ſignificatum explanavi in *gall* ſplendor. Reliqui adhuc opem deſiderant.

WASSER-NIX, dæmon aquaticus. Vide *nicks*.

WAT, tela, veſtis &c. Vide *wad*.

WATTEN, vadare. Vide *waden*.

WEB, tela, textum, textura. Gr. *ὑφή*, Cambris *gwé*, Angloſaxonibus *web*, *webb*, *webbe*, *wæbbe*, Francis *uuabbe*, *ueppi*. Gloſſ. Boxh. *uuizes cota uuabbes* biſſina. Gloſſ. R. M. apud Diecm. byſſum *cotauueppi*. Similiter in Gloſſis Franco-Theotiſcis R. PEZII *ueppi* paſſim ponitur pro tela vel panno, & *gota ueppi* pro ſindone, byſſo, vel purpura. Refer ad *weben* texere. Hodie utimur compoſito *geweb*, ſed a ſimplici habemus *ſpinneweb* tela araneæ.

WEB, tegmen. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwé* tela, tegmen. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wæfels* velamen, panniculus, *wefels* pallium, palla. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 85. *umbiſueifs* perizomata, femoralia. Senſus a texto ad tegmina translatus, quia tegmina plerumque ſunt opera texta.

WEBEL, *wibel*, curculio. SOMNER. in Dict. Angloſax. *weſl*, *wibil*, *wifel* curculio. Proprie volvox ſeu vermis in ſe ipſum involutus, ab obſoleto *weben* tegmine circumdare, vel a *weifen* circumvolvere.

WEBEL, *wibel*, ſcarabæus, inſectum alatum. Gloſſ. Pez. ſcarabæus *uuibil*. Idem Angloſax. *wifel*. A *weben* fluctuare, inconſtanter moveri, ob vagum & inſtabilem ejus volatum. Nomen inſecti ſuperat apud Sicambros, quibus *wevel* ſcarabæus, & *ſcharnewevel* ſcarabæus ſtercorarius, a fimo, quem volutat, ſic dictus, qui vet. Friſiis vocatur *ſchern*, Græcis *σκώρ*, obſervante JUNIO in not. ad Will. pag. 220.

WEBEL, campiductor. Vide *Weibel*.

WEBEN, texere. Camb. *gweu*, Armor. *gwau*, Angloſax. *wefan*, *weſian*, *weofan*, Francis *uueban*, *uuepan*, Belg. *weeven*, Angl. *weave*, Suec. *wæfwa*. Gloſſ. Pez. texentes *uuepente*. TATIANUS Cap. CCIII. 2. de toga Dominii *uuas giuueban fon obanentigi ubaral*, erat contexta deſuper per totum. Omnium Eruditorum judicio eſt a Græc. *ὑφᾶν*, præpoſito W. Ad conſenſum ſpectant quædam Perſica & Turcica in Lexico CLODII, ut

ſunt,

ſunt, *beſten*, *baſten* texere, *baſende* textor, *baſte*, *beſte* textum.

WEBEN, tegmine involvere, veſtire, amicire. Verbum extinctum, ſed legitime factum a *web* tegmen. Gothi dicunt *waiban*, & inde *biwaibid* coopertus Marc. XVI. 5. *biwaibiths* amictus Marc. XIV. 51. Græcis ἐφόω eſt induo, cognato ſignificatu.

WEBEN, movere & moveri, *in Gott leben, weben, und ſind wir*, in Deo vivimus, movemur, & ſumus, Act. XVII. 28. *meerswoge die vom wind gewebet wird*, fluctus maris qui agitur a vento, Jeſ. XIX. 16. *webe* ſacrificium elevationis, quod verſus quatuor mundi plagas movetur ritu Hebræorum, Lev. X. 15. Non a Lat. *vivere*, quia dicitur etiam de rebus non animatis, ſed a ſubſt. Celtico *chwyf* motus, motio, quod hodie ſuperat apud Cambros, poſteros Celtarum in Britannia.

WEBEN, fluctuare, inconſtanter moveri. Gloſſ. Pez. fluctuat *ueeipot*. Plura Francorum teſtimonia vide apud SCHILTERUM in Gloſſ. pag. 842. Ex hoc fonte Angli habent *wave* fluctus, Germani *webling* homo fluctuans in negotio religionis, quæ vox LUTHERO familiaris. A *weben* porro fit *ſchweben* fluctuare, ſibilo præfixo.

WECHSEL, permutatio, latiſſimo ſenſu. Gloſſ. Keron. vices *uuehſal*, viciſſim *uuehſalum*. ISIDORUS cap. 6. *uuexſal dher nemin*, mutatio nominum, TATIANUS cap. II. 1. *uuehſal Abiaſſes* vices Abiæ. Vox a Francis & Alamannis relicta, & a Latina *vix*, *vicis* formata. Inde Francis *uuehſalon* mutare, convertere, permutare, *uuihſeling* adulterinus, ſuppoſitius, apud SCHILTERUM in Gloſſario. Belgæ eodem ſenſu dicunt *wiſſel*, *wiſſelen*, *wiſſeling*.

WECK, panis oblongus. A Phrygio *bek* panis, quod oblivioni ſubduxit HERODOTUS. B. & W. ſunt literæ convertibiles. Senſus a genere ad ſpeciem ſæpe transfertur. De panificio Phrygum invento vide *backen* pinſere.

WECKEN, quatenus eſt frequentativum a *wegen* movere & moveri, ſignificat *excitare* & *excitari*, & dicitur de rebus, quæ moventur ab ortu, ut ſtatum exiſtendi naturalem, quem ante non habebant, conſequantur. Ita plantæ excitantur in terra, fœtus in utero, paſſiones in mente &c. Gloſſ. Pez. excitandum *zi uuechanne*, ſuſcitavit *uuacta*. Gloſſ. Keron. excitante *eruuechenteru*, ſuſcitantur *ſint eruuehchit*. SOMNERUS in voce *wocre* ex Paraphraſi Saxonica hæc citat verba: *ge ſeoth thæt me of bryde bearn ne wocon*, vides quod mihi de ſponſa filii non excitantur, *of tham eorle woc unrim theoda*, de eodem Duce ortus eſt innumerus populus.

WECKEN, expergefacere. Goth. *wakjan*, *uswakjan* Joh. XI. 11. Angloſax. *weccan*, *aweccan*, Franc. & Alam. *uuechan*, Belg. *wecken*, Angl. *awaken*, Suec. *wækia*, Isl. *veka*. TATIANUS Cap. LII. 4. *inti uuahtun inan*, & ſuſcitaverunt eum. Verbum faceſſens a *wachen* vigilare. Quid enim eſt expergefacere, niſi facere ut vigilet?

WECKEN, ſuſcitare a morte, revocare in vitam, *erwecken* reſuſcitare. Cum eo ſenſu non reperiatur apud Antiquos, dubitari poteſt, an ſenſus a ſomno ad mortem translatus ſit, etiamſi ſomnus ſit imago mortis. Videtur potius corruptum ex alio & priſcis uſitatiſſimo verbo *quicken*, *erquicken*, vivificare, quod vide in *queck* vivus.

WEDELN, ventum excitare. Ab Angloſax. *hweotha*, *hwitha* aura, flatus, quod eſt a *weben* flare, ſpirare. Inde porro *wedel* flabrum, flabellum, *flugen-wedel* muſcarium, quia ventilando muſcas abigit. Poſtea ſenſus ad caudas animalium translatus eſt, quia cauda animali eſt pro flabro. Inde *wedeln* caudam motitare.

WEDEN, *weiden*, runcare, eruncare, purgare agrum lolio. Angloſax. *weodian*, Belg. *wieden*, Angl. *to weed*. Cuncta a *wied* zizania.

WEDER, alterum e duobus. Gothis *hwathar* Matth. IX. 5. Angloſax. *hwether* Joh. VII. 17. Franc. *wedar*. TATIANUS cap. LXIV. 6. *uuedar iſt odiro zi quedanne*, quodnam facilius dictu? A Lat. *utrum*, præpoſito W. Olim erat adverb. interrogandi, hodie eſt disjungendi, & hoc ſenſu occurrit in compoſito *entweder* alterutrum, aut hoc, aut illud.

WEDER, neutrum, nec hoc nec illud. A Gr. ἑθάτερος neuter. Saxones eodem ſenſu dicunt *nather*, Angli *neither*, a Lat. *neutrum*. Vera & Germanica particula eſt *ne*, *ne*. Ita legimus in Evang. Angloſax. Matth. XII. 32. *ne on thiſſere worulde*, *ne on thære toweardan*, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

WEDER, quam. Adverb. comparandi, factum a Lat. *uti*, præpoſito W. LUTHERUS Stadenio citatus in Voc. Bibl. pag. 709. *ihr müſt alle anders werden*, *weder ihr ietzt ſeyd*, oportet vos omnes aliosfieri homines, quam nunc eſtis. Vera & Germanica particula eſt *als*.

WEG, vox ob diverſos & diſſimiles ſignificatus explicatu difficilis, quæ in ordinem decentem redigi non poteſt, niſi ex tribus fontibus hauriatur.

WEG, *primi fontis*.

WEG, ab ὄχομαι eo, abeo, diſcedo, præpoſito W. varios accipit ſignificatus, & varias obit in oratione partes, *ſubſtantivi*, *adjectivi*, *adverbii*, *interjectionis*. Hodie Angli dicunt *away* pro abeo.

WEG, via, locus eundi. Latinis etiam *veha*, Gothis *wigs* Matth. VII. 13. Angloſax. *weg*, *weg*, Franc. & Alam. *uueg*, *uuec*, Belg. *weg*, Angl. *way*, Suec. *wæg*, Island. *vegur*. Gloſſ. Keron. via *uuec*, viam *uueka*, anguſta via *enger uuec*. SOMNERUS vocem deflectit a Lat. *via*. STADENIUS a Lat. *veha*. SKINNERUS a *vicus*. JUNIUS a Gr. ἀγυὰ via, vicus, vel ab ἡγέομαι duco, quia via ducit euntem. REIZIUS ab, ὄχομαι, quod

quod probo, quia in ratione vocis reddenda non ad unum ſolum ſignificatum, ſed ad totam cognationem reſpiciendum eſt, ne in ſingulis explicandis nova ratione opus ſit. Inter antiqua Francorum compoſita eminent, *folcwego* via publica, quod extat in Capit. Caroli M. an. 789. *wueganeſt* viaticum, in Gloſſis Pezianis. Item *arwuegon* teverti, redire in viam, apud ISIDORUM Cap. V. 7. Compoſita Angloſaxonica vide apud ÆLFRICUM in Gloſſario pag. 67. col. 1. Metaphorice dicitur de cauſa inſtrumentali, & de quovis modo & ratione, qua itur ad effectum.

WEG, iter, actus abeundi, *meilwegs*, iter mille paſſuum. Cod. Arg. Luc. II. 44. *quemun dagu wig*, venerunt diei itet. Idem Angloſaxonibus *weg*, teſte SOMNERO & BENSONIO, & inde *weg faran* iter facere, *weg-fore* profectio, *weg-færend-man* viator.

WEG, abſens, qui abiit, qui diſceſſit. SOMNER. in Dict. AS. *aweg* abſens, *he is aweg* abeſt, deeſt, *awegan*, avertere, facere ut procul abſit.

WEG, quatenus eſt adverb. motus de loco, jungitur cognatione cum præcedentibus, & ſignificat quantum poteſt, *hinc*, *inde*, *foris*, *procul*, *peregre*. Angloſaxones dicunt compoſite *aweg* & *onweg*. Joh. I. 29. *her is ſe the deth aweg middan-eardes ſynne*, ipſe eſt qui tollit peccata mundi. Matth. XXVIII. 2. *and awylte thone ſtan onweg*, & inde tevolvit lapidem. Hodie utimur ſimplici in innumeris compoſitis, cujusmodi ſunt, *wegthun*, *wegtreiben*, *wegwerffen* &c.

WEG, apage. Id eſt, ſecundum antecedentia *abi*, *diſcede*. Eſtque interjectio indignantis, & præſentiam rei ingratæ moleſte ferentis.

WEG, ſecundi fontis.

WEG, exclamatio, qua obvii monentur ut loco cedant. Revera eſt imperativus verbi *weichen* cedere.

WEG, tertii fontis.

WEG, a *wegen* movere, ſignificat (1.) *motum*. (2.) *tempus*, quia motui ſimile, & motu menſuratur. (3.) *cauſam moventem*.

WEG, motus. Evang. Goth. Matth. VIII. 24. *wegs mikils warth in marein*, motus magnus factus eſt in mari. Hodie utimur compoſito *bewegung*, quia ſcil. ſimplicia ſæpe faſtidimus.

WEG, tempus. Inde Gothis *framwigis* ſempet, jugitet Joh. VI. 34. Angloſax. *eallewæga*, Angl. *alwaies*, Belgis & Germ. *allweg*, eadem notione.

WEG, cauſa movens. Cognoſcitur ex Præpoſ. cauſali *wegen* propter, qua utimur in compoſitis, cujusmodi ſunt, *weswegen* quamobrem, qua de cauſa, *deſswegen* ea de cauſa, *derowegen* propterea &c.

WEGEN, movere, ſive id fiat in loco, ſive de loco ad locum. Gothis *wagan*, *gawagjan* eſt movere Luc. VI. 48. *wagid* agitatus, concuſſus Luc. VII. 24. *gawigana* coagitata Luc. VI. 38. Similia habent Saxones & Franci. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wegian* agere, agitare, movere. Gloſſ. Pez. moti ſunt *uuagoton*. NOTKERUS Pſal. CVIII. 25. *ſie ſahen mih ana*, *unde uuegoton iro houbet*, viderunt me & moverunt capita ſua. Quod OTFRIDUS rhythmice ita exprimit Lib. IV. Cap. XXX. 13.

Sie uuegitun iro houbit,
Joh ſprachun ubilo thar mit.

Conſentit Gt. ἄγω, Æol. *ϝάγω*, & Lat. *ago*. Hodie utimur compoſito *bewegen*, ſed a ſimplici habemus *wage* libra, quia grave & leve motu examinat, *wucht* pondus, quia motu naturali deorſum tendit, & leviora deprimit aut attollit, *wagen* currus, machina mobilis. Reliqua, ut ſunt, *wage* mate, *woge* fluctus, *wiege* cunæ, vide in verbo ſororio *wiegen* motitare, agitare, concutere, quod in nulla re differt a *wegen*, niſi motus frequentia & vehementia.

WEGEN, *bewegen*, inducere ad agendum, facere ut velit, *bewogen* inductus, *wolgewogen* propenſus, *bewegung* motus animi, *beweglich* quod animum movet. Sic oratoria eſt ars *beweglich zu reden oder zu ſchreiben*. Id quod Latine reddi non poteſt, niſi per circumſcriptionem. Senſus a motu locali ad motum voluntatis translatus, quia determinari eſt moveri. NOTKERUS Pſal. XXXV. 12. *des ſundigen hant ne uuegke mih*, manus peccatoris non moveat me.

WEGEN, proptet. Vide *weg* cauſa movens.

WEGERN. Vide *weigern*.

WEGWART, cichorium. Id eſt, herba vialis, a Saxonico *wyrt* herba. Naſcitur enim in viis, & hinc alio nomine *bindleufte* vocatur.

WEH, dolendi & imprecandi particula, quæ, cum omnibus fere gentibus ſit communis, vox naturæ dolentis cenſeri poteſt. Græc. οὐαί, Lat. *væ*, Camb. *gwae*, Goth. *wai*, Angloſax. *wa*, *we*, Franc. *uue*, Dan. *væ*, Angl. *wo*, Belg. *wee*. Particulam Hebræorum, Syrorum, & Arabum, vide apud alios. Evang. Angloſax. *wa eow weligum*, væ vobis divitibus. TATIANUS Cap. CLVIII. 6. *uue themo man thuruh then ther mannes ſun uuirdet giſelit*, væ homini per quem filius hominis tradetur. Inde Gothis *wajabropjandans* ejulantes Marc. V. 38. quæ vox infignitet vitiata eſt a librariis. A *we* naſcitur ſubſtantivum *wewe* luctus, dolor, gemitus, per medium derivandi W. quod ideo obſervandum, quia hinc multæ voces oriuntur in Dialectis per conſuetam literæ W. in F. & P. mutationem, cujusmodi ſunt *wafe* ploratus, *wopon*, *wofen*, *wepen* plorare. Gloſſ. Keron. fletibus *uuafum*, gemitu *uuaffe*, luctu *uuafe*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wepan*, *weopan* flere, plorare, Anglis *to weepe*, *wop* fletus, ploratus, Anglis *weeping*. Quas voces non ſatis expedit SKINNERUS. TATIANUS Cap. CLXXIV. 4. *ir uuofet inti riozet*, plorabitis & flebitis. Eſt & Arabibus *waba* gemuit,

quod perfecte convenit cum Saxonico *wepan*.

WEHE, malum paſſionis, *weben* dolores parturientium, *wehe-muter* obſtetrix, *zan-wehe* dolor dentium, *wehelеidig* impatiens doloris, *ein wehe iſt dahin*, *ſihe es kommen noch zwey wehe nach dem*, una calamitas tranſiit, ecce veniunt adhuc duæ, Apoc. IX. 12. Angloſaxonibus *wa* eſt dolor; Anglis *wo* calamitas, miſeria, ærumna, VERELIO in Indice *vo* & *va* malum inſperatum. Franci dicunt *uueuuo* & *uueuua*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. X. 11. de muliere Chananæa: *klagota ira uueuua*, queſta ſuum dolorem. Idem Lib. II. Cap. VI. 69.

Er giſtuont uz meron
Then managfaltan uueuuon.
Perſtitit nobis augere
Multiplicem calamitatem.

WEHE, malum actionis. Hinc in Codice Argent. *wajamerjan* eſt blasphemare, maledicere Matth. IX. 3. *waidedjans* latrones, malefici Matth. XXVII. 44. *unwaha* inculpabiles Luc. I. 6. Nec dubito, quin huc etiam ſpectent Angloſaxonica *woh* error, menda, injuria, *woh gemet* injuſta menſura, *woh gewitneſſe* falſum teſtimonium, *wohneſſe* pravitas. Item Cambrica quædam, ut ſunt, *bai* vitium, culpa, mendum, *beio* culpare. Nam B. & W. ſunt in continua permutatione.

WEHEN, flare, ſpirare, ventum facere. Goth. *waian* Joh. VI. 18. Francis *uuahen*, *uuaien*, quod imitantur Belgæ in *waaien*. WILLERAMUS Cant. Cap. IV. 16. *der nortuuint uuaiet*, aquilo flat. Omnium judicio eſt a Gr. ἄημι flare, per proſtheſin literæ W. Inde compoſita antiqua, *anauuahen* afflare, quo utitur NOTKERUS Pſal. CXLVII. 7. & *durchuuaien* perflare, quod extat apud Willeramum loco citato. Cambri, qui gutturalibus delectantur, a *waien* derivant *chwa* aura, flatus, ventus, Germani *wind*.

WEHLEN. Vide *welen*.

WEHNEN. Vide *wanen*.

WEHREN. Vide *weren*.

WEIB, mulier, nupta & innupta. Angloſax. *wif* Joh. IV. 7. Franc. & Alam. *uuib*, *uuip*. Gloſſ. Boxh. *uuip* mulier. Gloſſ. Pez. ſexus *uuipheit*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *bwswi* materfamilias. TATIANUS cap. XLV. 2. *uuaz iſt thih thes inti mih uuib*, quid mihi & tibi eſt mulier? Cap. CCXXI. 2. *uuib uuaz uuofis*, mulier, quid ploras? NOTKERUS Pſal. LXXVII. 63. *jungiu uuib ne uueinota*, virgines non ſunt lamentatæ. Etymologias eorum, qui vocem vel a prima mulierum *Eva*, vel ab ὑφῆν concumbere (quod proprie virorum non mulierum eſt) deducunt, cum parum veriſimiles ſint, nunc mitto. Græcis Φαῦλις eſt mulier fatidica. Hoc vocabulo a Græcis mutuato quondam noſtræ gentis majores fœminas dignaros eſſe, non omnes, ſed honeſtiores & nobiliores tantum, quæ ſobolem ſuam liberaliter educaſſent, exiſtimat HELVIGIUS. Sed cauſam ſuam male tuetur. Enim vero, ſi mulieres Germanorum hoc nomen unquam promeruerunt, id certe exinde eſt, quod neſcio qua ſexus prærogativa futuri magis quam cæteri homines putarentur præſciæ, iisque inconſultis vix aliquid publicæ aut privatæ rei ſuſciperetur. Diſerte TACITUS cap. VIII. de M. G. *Ineſſe quin etiam ſanctum aliquid & providum putant, nec aut conſilia earum adſpernantur, aut reſponſa negligunt*. Aliam Etymologiam ſuggerit EDDA, ſeu Mythologia Islandica Parte ſecunda de mulierum appellationibus: *kona*, *wyff*, *aff weffnandi*, h. e. mulier dicitur *wyff* a texendo. Favet huic derivationi, quod res textoria antiquiſſimis temporibus videtur fuiſſe proprium & domeſticum opus ſexus muliebris, nonſolum apud Hebræos Prov. XXXI. 13. ſed etiam apud Germanos. Hoc PLINIUS & TACITUS, ſupra in voce *Lein* citati, videntur ſignificare. Secundum hanc etymologiam *weib* proprie erit textrix, a *weben* texere, ſicut *mulier* molitrix, a *malen* molere. Quod etiamſi haud incommode dici poſſit, veriſimilius tamen eſt, vocem ex antiquiore *wifman* apocopatam eſſe. Nam primi linguæ noſtræ auctores totum genus humanum dividebant in *wæpmann* & *wifmann*, hoc eſt, in homines arma ferentes, & telam tractantes. Teſtis mihi Verſio Angloſax. Matth. XIX. 4. *he worhte wæpmann and wifmann*, maſculum & fœminam fecit eos. In his compoſitis telum opponitur telæ. Ergo ſicut maſculus vocatur *wæpman* a *wæpen* telum, ita mulier *wifman* a *web* tela. Et in hac ſententia confirmare nos debet, quod ſimili prorſus oppoſitione cognario viri veteribus dicitur *ſwerd-magen*, uxoris *ſpill-magen*, illa a gladio, hæc a fuſo. Anglis mulier etiamnum dicitur *woman*, ab antiquo Britannico *wau* tela. Eandem originem Latino *fœmina* tribuere auſim. Inter nomina propria eminet nomen ſanctæ WIBORADÆ, cujus interpretationem dedit HEPIDANNUS in vita ejus Lib. I. cap. 2. his verbis: *Nam Theutonica locutione prolatum* MULIERUM CONSILIUM *ſonat*. Revera autem non *conſilium*, ſed *conſultricem mulierum* ſignificat. Vide ſimilia in *rat* conſiliarius.

WEIB, mulier quæ virgo eſſe deſiit. R. TYROLIS in Paræneſi ad fil. §. 22. *die Juden jahen ſi wer ein wib*, Judæi dicunt quod virum paſſa ſit.

WEIBEL, *webel*, vox caſtrenſis, a Gothis, ut videtur relicta. Nam in Evangelio Gothico, quod Codice Argenteo continetur, *waibjan* eſt anguſtare, & *biwaibjan* coanguſtare. Sic de urbe Hieroſolyma dicitur Luc. XIX. 43. *biwaibjand thuk*, coanguſtabunt te. Hinc *weibel* videtur eſſe angariator, *ein engſter*, *ein triller*, & nomen ducere ab officio cogendi. Inde compoſita, *feldweibel* campiductor, qui milites in via intra

intra ordinem continet, *landweibel* præfectus pagi, qui jus & poteſtatem habet cogendi inferiores. Utitur Luth. ſimplici 1. Macc. III. 55.

WEICH, ſanctus, ſacer. Idem quod *weihe*, quod certe eſt *weich* pronunciatu antiquo.

WEICH, mollis, non durus. TATIANUS cap. LXIV. 5. *zihiu giengut uz ſehan, man mit uueihhen giuuatim giuuatitan*, quid exiſtis videre, hominem mollibus veſtimentis indutum. Idem Angloſaxonibus *wac*, Belgis & Suecis *week*. A *weichen* cedere, quia molle cedit tactui. A *weich* rurſus fit *weichen* mollire. Tropice dicitur (1.) de eo qui ex defectu virium duris rebus reſiſtere non poteſt. Inde Angloſax. *wac* debilis, infirmus, vietus, *wac-mod* puſillanimis. Huc ſpectat compoſitum hodiernum *weichleidig* mollis in ferendo, leviſſimo dolori impar. (2.) de eo qui alienis malis facile movetur. Gloſſ. Pez. teneritudo *uuehmuoti*. Inde *weichmüthig*, *weichherzig* benignus, miſericors. (3.) de mollitiis dedito. Inde *weichling* effœminatus, ſenſu turpiſſimo. Utitur Luth. 1. Cor. VI. 9.

WEICH, civitas, caſtellum, vicus, multorum ſecura manſio. Goth. *weihs*, Franc. *uuich*. Codex Arg. Marc. VI. 6. *jah bitauh weihſa biuunjane laiſjands*, & circuibat caſtella in circuitu docens. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VII. 91-95. de vico Nazareth: *uuio mag uuiht guati queman fon luzili thes uuiches*, qui poteſt aliquid boni venire de parvitate iſtius vici? Pronunciatio Gothica hodienum auditur in multis compoſitis. Inde BRAUNSWEICH vicus Brunonis, GÖTWEICH bonus vicus, vel caſtellum Dei. Eſt enim Monaſterium in edito ædificatum inſtar arcis. Et huc etiam ſpectat ex appellativis *weichbild* jus civitatis, de quo mox erit agendi locus. Etymon vide in voce Saxonica *wik*.

WEICHBILD, jus municipale Magdeburgicum. VERELIUS in voce *vitten* mulctari *veikbild* deducit a *vite* pœna, literas permutans ſæpe permutabiles. Reliqui eruditorum in eo conveniunt, quod prior compoſiti pars *civitatem* ſignificet. His poſitis videamus, quid illis ſignificet annexum *bild*. Hoc EGGELINGIUS derivavit a *beletten* impedire, prohibere, & *weichbild* contraxit ex *weichbelet* prohibitio civitatis vel jus prohibendi. Sane Belgis *belet* etiamnum eſt impedimentum, & *beletten* impedire. Et hactenus conjectura Eggelingii nec ingenio caret, nec bono ſignificatu. Alii tamen notiori vocis acceptioni, qua *bild* ſumitur pro forma, inhæren dum ſibi putant; Sed hanc formam non eodem modo interpretantur. Quidam enim per formam intelligunt *ſignum jurisdictionis oppidanæ*, hoc eſt, vel *crucem erectam*, ut MARTINIUS, vel *ſtatuam Rolandinam*, ut LOCCENIUS. Contra DIECMANNUS eodem nomine *ipſam Reip. formam*, quatenus *Legibus* continetur, indicari exiſtimat, quia Leges ſunt rerumpublicarum formæ primitivæ, & agendorum fugiendorumque exemplaria, ad quorum præſcripta omnes oppidani ſe conformare debent. Nam ob eandem cauſam ejusmodi juris normæ vocantur *ſpecula*, quia in illis veræ juris imagines tanquam in ſpeculo repræſentantur. Hanc ſententiam, quæ cæteris veriſimilior, nos quoque aliquando amplexi ſumus. Nunc autem hæſitamus, quia fieri poteſt, ut *bild* ſit corruptum ex *bill*. Quo pacto totum compoſitum duo valde appoſita denotabit, vel jus civitatis, alias *ſtattrecht*, a *bill* jus, vel librum civitatis, alias *ſtattbuch*, ſi *bill* ſit a Lat. *libellus*.

WEICHE, latera inter coxendicem & coſtas, tactu mollia, & in utramque partem, dextram & ſiniſtram flexilia, & hinc appellatio a *weichen* cedere.

WEICHEN, cedere, & in compoſitis *recedere, diſcedere, excedere* &c. Angloſax. *wicon* apud BENSON. Francis *uuiccan, uuichen, uueichen*, Islandis *vægia* apud VERELIUM in Ind. Gloſſ. Pez. ceſſit *giuueichit*, declinaverint *gauuicont*, non exorbitent *ni auuiccun*. Multi deflectunt ab εἴκειν, præpoſito W. Neſcio an propitio ſignificatu. Nam εἴκειν Græcis eſt cedere per obſequium. Contra Germanis *weichen* cedere loco abſolute. Eamque ob cauſam commodius derivatur ab Adverb. motus de loco *weg* hinc, inde, de loco, quod in compoſitis innumeris dominatur.

WEICHEN, mollire, *erweichen* emollire, *einweichen* macerare. Gloſſ. Keron. molliti *keuuihhete*. Ab adj. *weich* mollis, quod eſt a *weichen* cedere, quia tangenti cedit.

WEID, zizania. Vide *wied*.

WEID, glaſtum, herba tinctoribus nota. Angloſax. *wad*, Angl. *woad*, Gall. *guesde*, Ital. *guado*. Vox Gallica cæteris ſanior & antiquior eſt, & judice MENAGIO facta a Lat. *iſatis*, per proſtheſin. Reliquæ e Gallica per ſyncopen ſunt vitiatæ. Quidam audaculi apud PLINIUM legunt *guaſtum* pro *glaſtum*. Sed nihil in voce Pliniana mutandum eſſe, patet ex optimo ejus ſenſu in *glaſt*. Quid magis obvium, quam rem unam diverſis nominibus appellari?

WEID, vinculum. Vide *wette*.

WEID, inteſtinum, *weidwund* inteſtinis læſus, *auſweiden* eviſcerare. Vide *eingeweid*.

WEIDE, ſalix. Gloſſ. Pez. ſalix *wida*, urbes tabernaculorum *uueidopurgi*. Idem Angloſaxonibus *withig*, Anglis *withy*, Græcis ἰτέα. Cuncta ab uſu, quem arbor officioſa præbet colonis & hortulanis in jungendis & alligandis rebus. Nam quot rami, tot vincula, & inde nomen ab obſoleto *wetten* ligare, de quo infra. Ita tilia vocatur *linde* ob ſimilem cauſam. Hinc porro ſuſpicor, nomen arboris apocopatum eſſe ex vetuſtiori *widapaum* vel *widatreo* arbor vinculorum. Nam *wida* ſimpliciter & ſolitarie poſitum ſignificat vinculum. Gloſſ. Ælf. loramentum *withthe*. Vide plura huc ſpectantia

ctantia in *wette* vinculum. Latinis *vitis* eſt frutex vinifer, quia comprehenſa vincit, & ligamenti inſtar flexibilis eſt.

WEIDE, paſcuum & paſtus. NOTKERUS Pſal. XXII. 2. *in dero ſtete dar ueida iſt, habet er mih keſezzet*, in loco paſcuæ collocavit me. Pſal. XCIV. 7. *uuir bin aber ſin liut, unde ſcaf ſinero ueido*, nos autem ſumus populus ejus, & oves paſcuæ ejus. Verbale a *weiden* paſcere.

WEIDE, venatio & præda venatione capta. NOTKERUS Pſal. XVI. 12. *inſiengen mih alſo der uarigo leuuo der in ueido gat*, ſuſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam. Pſal. CIII. 20. *in dero naht farent uz in iro ueida alliu uualdtier*, in nocte egrediuntur omnes beſtiæ ſylvæ ad prædam ſuam. VEREL. in Ind. *veidi* venatio vel præda venatione capta, *veidimadur* venator, *veidihundar* canes venatici. Verbale a *weiden* capere, venari. Inde *weidmann* venator, *weidmeſſer* culter venatorius, *weidſpruch* terminus venatorius, & alia ſatis nota.

WEIDEN, capere, arripere, prehendere. Verſio Islandica Marc. XII. 13. *ad their veidde hann i ordum*, ut caperent eum in ſermone. Luc. V. 10. *thuiat hiedann af ſkaltu menn veida*, ex hoc jam homines debes capere. Dicitur etiam *beiten*, & Græcis *πιάζω*, quia labiales in omnibus linguis permutantur. Hic primus verbi ſignificatus, qui poſtea per ſynecdochen generis ad venationem translatus eſt, quia venari eſt capere feras.

WEIDEN, venari. VEREL. in Ind. *veida* venari, piſcari. NOTKERUS Pſal. CXXIII. 6. *ne hangta daz ſie unſih ueidendo gefiengin*, non permiſit ut nos venando caperent.

WEIDEN, paſcere. NOTKERUS Pſal. LXXVII. 71. *den liut ze ueidonne*, ad paſcendum populum. Certe idem quod *föden* nutrire, quamvis labialibus mutatis. Belgis ſane *voeden* eſt paſcere & nutrire, & *voeder* tam hominum quam animalium cibus. Imo etiam Græcis *βοτῶ* eſt paſcere & nutrire, & inde *βώτωρ* paſtor, & *βωτιάνειρα* qui homines alit. Gothis *witan* eſt cuſtodire pecus Luc. II. 8. ſed ex alio fonte.

WEIDEN, paſci. WILLERAMUS Cap. II. 16. *er ueidenot unter lilion*, qui paſcitur inter lilia. Proprie eſt paſtum capere, a *weide* paſtus. Quamvis autem paſci ſit pecorum, & veſci hominum, Anglis tamen *to feed* eſt paſci & veſci, more loquendi antiquo, dicente etiam PLINIO: *hæc res hominibus in paſtu eſt*.

WEIDEN, runcare. Vide *weden*.

WEIDEN, ligare. Vide *wetten*.

WEIDLICH, gnavus & gnaviter. De origine mira proferunt literati, & præter neceſſitatem longe petita, præſertim FRISCHIUS in *Vocibus Biblicis*, nec non ARNOLDUS in *Epiſtolis Richterianis* pag. 508. ubi vocem a *Wodano* usque repetit. Quæ vero non a Wodano, ſed a celeritate ortum ſuum ducit, & tota Saxonica eſt. SOMNER. in Dict. AS. *hwæt* celeritas, *hwate* alacer, *hwætlice* naviter. Alacer autem ſic dicitur quaſi incitatus, ut oſtendi in *wetzen*. Gallicum *vite* ex eodem fonte eſt, & fortaſſe etiam *ſwith* & *ſwind*, etiamſi ſupra alio generis tramite uſus ſim. Nam S. a ſibilatoribus facile præfigitur, & N. eadem facilitate inſeritur. Germani pro ſimplici *weid*, quod tempus abolevit, hodie dicunt *weidlich*, quod eſt quaſi incitato ſimilis.

WEIDLICH, fortis & fortiter. Angloſaxonibus *hwate* nonſolum alacrem, ſed etiam fortem & bellicoſum ſignificat, ut oſtendi in verbo *wetzen* inſtigare. Nam quo quis a natura acrior & incitatior, eo ad pericula aggredienda animoſior & promptior eſſe ſolet. Hinc quidam WODANUM, Martem illum Septemtrionalem, a fortitudine ſic dictum putant. Quod, cum ſupra in loco omiſerim, hic dicere inſtituam. Auctor mihi OLAUS MAGNUS in Hiſt. Gent. Sept. Lib. III. Cap. 3. ubi, poſtquam dixerat, apud Septemtrionales fuiſſe quondam Tres primaria veneratione Deos, THOR, ODHEN, FRIGGA, nomen ſecundi ita explicat: ODHEN, *hoc eſt fortior, bellis præſidet*. Cur fortior, niſi quia *wæd* in Lingua antiquo-Saxonica fortem denotavit? Et ne quis omiſſione literæ W. in fronte vocis offendatur, meminiſſe debemus, quod idem numen in Monumentis Veterum promiſcue WODEN & ODEN appelletur. Hinc porro auguror, etiam QVADOS ſic dictos eſſe quaſi fortes, accepto nomine non a vitio, ſed a virtute militari.

WEIDLING, liburna. A notione celeritatis, ut apud Latinos *celox*.

WEIDNER, *weidener*, venator. NOTKERUS Pſal. XC. 3. *er loſet mih ſone demo ſtricche dero ueideneero*, liberabit me a laqueo venatorum. Refer ad *weiden* venari.

WEIDSACK, *wadſack*, mantica, ſaccus ſcorteus venatorum, ſicut *wood-knyfe* Anglis culter venatorius. Utrumque a *weide* venatio. Quamvis etiam ſaccum in quo cibus conditur, ſignificare poſſit, ſi ducatur a *weide* paſtus.

WEIER, piſcina. WILLERAMUS Cap. VII. 4. *die uuiare ſuebent uor dero porto*, piſcinæ fluctuant ante portas. Vel idem eſt quod Saxonicum *wer* locus aggere munitus, vel ſyncopatum e Lat. *vivarium*.

WEIFE, rhombus, vel ſimile inſtrumentum, quo filum de fuſo devolvitur gyrando. Opinor ab *ἄβα*, quod apud HESYCHIUM exponitur *τροχὸς*, i. e. rota, per proſtheſin literæ W. Inde *weifen* circumvolvere, fila in rhombo vel alabro conglomerare. VEREL. in Ind. *vefia* circumvolvere. Islandis *veb* etiamnum eſt circumvolvo, & *vafde* circumvolvi.

WEIGERN, renuere, recuſare. Suec. *wægra*. Notæ ſunt particulæ Græcorum negantes *οὐ*, *οὐχ*, *οὐχὶ*, *οὐχ ἁρπαί*, non, nequaquam, non ſane. Barbariem ab ultima formaſſe verbum *weigern*, præpoſito W. valde probabile eſt. Nam verba negandi ſolent creari

ab

ab ejusmodi particulis. Ita a *nein* non, fit *verneinen* negare. Plura ſimiliter facta vide in *nicht*.

WEIHE, milvus, ex accipitrum genere. In Lege Salica vocatur *weiano* Tit. VII. 2. PLINIUS Lib. X. Cap. 10. de milvis: *Notatum in his, rapaciſſimam & famelicam ſemper alitem, nihil eſculenti capere unquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara.* Ab hac a ſacrificiis abſtinentia, mira in tam famelica ave naturæ proprietate, nomen accepiſſe videtur *ſancti*, & quaſi religionis intellectum habentis, a *weihe* ſanctus, ſacer. Plane ut quidam accipiter Græcis vocatur ἱέραξ ab ἱερὸς ſanctus, ſive ex Augurum diſciplina, ſive ex Ægyptiorum inſtituto, quibus accipitres inter animalia ſacra colebantur, teſte DIODORO. STADENIUS nomen declinat a *wigen* bellare, pugnare. Quod etiamſi a natura hujus alitis haud alienum ſit, veriſimilius tamen eſt, auguriorum in gente noſtra Magiſtros illud a ſanctitatis opinione ſumpſiſſe, quod etiam ſe probavit ECCARDO in not. ad Leg. Sal. pag. 24. De cultu avium apud Francos vide GREGORIUM Turonenſem Lib. II. cap. 10.

WEIHE, ſanctus, ſacer. Gothis *weiha*, Angloſax. *wig*, *wih*, Francis & Alam. *uuiho*. Vox Gothica dicitur de Spiritu ſancto Luc. III. 22. aliisque rebus in ſe ſanctis: Angloſaxonica de iis, quæ ſanctitatis opinionem habent: Francica utrumque ſenſum complectitur. BENSON. in Voc. Poët. *wig* ſacrum tam templum quam idolum: SOMNER. in Dict. AS. *wig-bed* altare, *wih-gyld* idolum. Gloſſ. Keron. ſacrum *uuiho*, ſanctos patres *uuihe fatere*, ſanctæ Trinitati *der uuihun driniſſu*, reliquiæ (ſanctorum) *uuihida*. NOTKERUS Pſal. LXXIII. 7. *prandon din uuiehus*, incenderunt ſanctuarium tuum. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 398. „Quum ex Æolico φύω pro θύω ſacrifico „Salmaſius eximie deduxerit Latinum *fio* „cum compoſitis *ſuffio* & *ſuffimen*; nemo „certe iverit inficias, Teutonicum *uuihen* „vel Gothicum *ueihan* ſimiliter ab eadem „origine potuiſſe derivari. Secundum hanc etymologiam adjectivum oritur a verbo. Mihi contra videtur, ob reverentiam literæ G. in voce Saxonica, quæ, ſi Græca origine opus ſit, ut certe eſſe videtur, non aliunde melius deflecti poteſt, quam ab ἅγιος ſanctus, per proſtheſin literæ W. noſtris admodum familiarem. Ab initio igitur fuit *wig*, & poſtea *wih*, per literam æquivalentem. Hodie utimur in compoſitis *weihenacht* & *weirauch*, de quibus poſtea.

WEIHE, quatenus eſt ſubſtantivum a *weihen*, ſignificat quantum poteſt, conſecrationem, luſtrationem, benedictionem &c. Gloſſ. Keron. benedictio *uuihi*. Gloſſa antiqua apud JUNIUM loc. cit. *chirih uuihi* neomenia. Proprie conſecratio & dedicatio Eccleſiæ, tam ea quæ fit ab initio, quam quæ quotannis recolitur, hodie *kirchweihe*.

WEIHEN, ſacrare, conſecrare, ſanctificare, *weihiſtbaf* conſecrator. Evang. Goth. Joh. XVII. 17. *weihai ins in ſunjai*, ſanctifica eos in veritate. Et paulo poſt: *fram im ik weiha mik ſilban*, pro eis ego ſanctifico me ipſum. Gloſſ. Keron. ſacratus *kiuuihtiu*, ſacrata *keuuihtuo*. Refer ad *weihe* ſacer. Ita Græcis ab ἅγιος fit ἁγιάζειν conſecrare, ſanctum facere. MARTINIUS mallet hoc verbum derivare a *fanum*. Sed hujus figurationis, qua N. mutatur in H. nullum extat exemplum apud Germanos.

WEIHEN, per ſynecdochen generis ſignificat *luſtrare* & *benedicere*: illud, quia luſtratio eſt ſanctificatio per aquam; hoc, quia benedictio eſt ſanctificatio per verba votiva.

WEIHEN, luſtrare, mundare, purgare, *weiwaſſer* aqua luſtralis. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVI. 65. *ther auur mit doufu fih ni uuihit*, qui vero baptismate ſe non luſtrat.

WEIHEN, benedicere. Gloſſ. Keron. benedicere *uuihan*, benedictus *keuuihter*. TATIANUS Cap. IV. 12. de Zacharia: *inti ſprah Got uuihenti*, & loquebatur Deum benedicens.

WEIHENACHT, dies Chriſti natalis. Proprie *nox ſacra*, more loquendi & computandi vetuſtiſſimo, de quo aliquid dixi in *nacht* dies civilis. MATHESIUS in Poſtillis nomen ſanctiſſimi feſti deduxit a *vino* vel *Jano* vitiſatore, cujus ab auſpiciis annum inchoaſſent veteres, & vina ſibi mutuo propinaſſent, prout mentem ejus explicat HELVIGIUS. Quod ſibilo magis quam applauſu dignum.

WEIHER, piſcina. Vide *weier*.

WEIHERN, hinnire. Vide *wiehern*.

WEIL, quoniam. Conjunctio cauſalis, a *will* cauſa. Dicitur etiam *dieweil*, quod eſt quaſi *ea propter*. Neutrum occurrit apud Antiquos. Gothi dicunt *unte*, Angloſax. *fortham*, Franci & Alam. *bithiu*. Gloſſ. Keron. quoniam *pidiu*. A *bi* propter, & *thiu* ea, quaſi propterea.

WEIL, primo ſignificat *quietem*, poſtea *moram in loco*, quia quieti ſimilis, denique *ſpatium temporis*, definitum & indefinitum, quia duratio eſt mora rei in ſuo ſtatu.

WEIL, quies, otium, *ich habe keine weil* non habeo otium. VEREL. in Ind. *hvila* quies, requies. Similiter & Suecis *hwyla* eſt quies, *hwylodag* ſabbatum, *hwyla* quieſcere. Quibus cognata videntur Gr. γαλήνη tranquillitas, γαληνίζω quieſco. Hic ſignificatus probe eſt notandus, cum quia reliquorum fons eſt, ut paulo ante oſtenſum, tum quia ab illo pendet nomen WILHELMI, quod certe *defenſorem quietis* ſignificat, ab *helmen* protegere. Plura ejusdem indolis compoſita vide in *helm* protector.

WEIL, mora in loco, *verweilen* cunctari, moram trahere in loco.

WEIL, ſpatium temporis indefinitum, parvum vel magnum, *alle weil* ſemper, *lange weil* diu, *über eine weil* brevi. Evang. Goth. Luc. XVIII. 4. *jah ni wilda lange hveilai*, & nolebat

nolebat per multum tempus. Joh. VII. 33. *nauh leitil hweila mith izwis im*, adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Similiter & Angloſaxonibus *hwile* eſt quodvis intervallum, & fortaſſe etiam Cambris, quantum cognoſcere poſſum ex compoſito *noswyl* vigilia feſti, quod fiſtit BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

WEIL, ſpatium temporis horarium. Gloſſ. Keron. hora *uuilu*, horis *uuilem*, prima hora *eriſta uuila*. Evang. Goth. Joh. XI. 9. *niu twalif ſind hweilos dagis*, nonne duodecim ſunt horæ diei? Hic ſenſus obſoleſcit. JUNIUS eum deduxit a Græc. ἀκαρὴς minimus, ſupra modum exiguus, inſecabilis, miro & duriſſimo partu. Ut de ſaltu, quem committit, nihil dicam.

WEIL, dum, donec, quamdiu. Angloſax. *hwil*. A *weil* intervallum, ſubſtantivo in adverb. mutato.

WEILAND, quondam, ante hæc tempora. Belgis *wylen*, quod poſſit eſſe ab *olim* per proſthefin: Vel a Gr. πάλαι per paragogen, prout cenſet HELVIGIUS. Interdum uſurpatur adjective pro defuncto, ut Gallis *feu*, *feue*, & tunc eſt participium verbi *weilen* quieſcere. Gallicum *feu* MENAGIUS ingenioſe deduxit a Lat. *felix*. Forte tamen eſt originis Germanicæ a *weibe* facer.

WEILEN, quieſcere, morari. Suecis *hwyla*. Utrumque a ſubſt. *weil* quies, mora. Hodie dicimus compoſite *verweilen*.

WEILER, villa, prædium ruſticum. An quaſi locus quietis, a *weilen* quieſcere, morari? Malim a Lat. *villa*. Gallis *ville* eſt urbs, oppidum, *village* vicus, quia parvo oppido ſimilis: non a Lat. *villa*, etiamſi ſæpe contingat, ut ex villis vici, & ex vicis oppida & urbes oriantur: Sed potius a Gr. πόλις civitas, mutatis labialibus. Poſtea vocem Gallicam imitata eſt barbara Latinitas. Inde *villa* civitas, apud CANGIUM. Ab illo tempore, ut idem obſervat, *villæ* diviſæ ſunt in *murales* & *rurales*, h. e. in urbes & vicos, ad tollendam vocis ambiguitatem. Et hinc quoque interpretationem capiunt nomina quædam locorum in Germania.

OTTWEILER, villa Ottonis.
RAPPERSWEIL, villa Ruperti.
ROTWEIL, villa rubea.

In quibus *weil* & *villa* ponitur pro villa murali. Aut ſi *villæ* dictæ ſint ſenſu Latino (de qua re cum nemine contendere volo) neceſſe eſt, illas urbes ex prædiis ortas eſſe, & humilem originem nomine profiteri.

WEIN, vinum. Heb. *jain*, Gr. οἶνος, γοῖνος, Goth. *wein* Luc. I. 15. Angloſax. Franc. & Alam. *uuin*, Camb. & Armor. *gwin*, *guoin* &c. TATIANUS cap. II. 6. *uuin noh cidiri trinkit*, vinum & ſiceram non bibet. Germanos rem & appellationem rei a Romanis accepiſſe, recte judicat SOMNERUS. Nam vinum eſt voluptas nova in Germania, & interioribus Germanis ſimilitudine vini, potu inquam hordeaceo contentis, ne mercatu quidem cognita. CÆSAR de Suevis Lib. IV. Cap. 2. *Vinum ad ſe importari non ſinunt, quod ea re ad laborem ferendum emolleſcere homines atque effœminari arbitrantur.* Gallos dulcedine vini allectos Alpes tranſiiſſe, teſtantur POLYBIUS & LIVIUS. Eosdem non niſi ſero vites ferendi veniam ab Imp. Probo obtimuiſſe, & ſic vini colendi rationem e Galliis in Germaniam tranſiiſſe, docet cel. SCHOEPFLINUS in Antiq. Alam. pag. 27. Inter compoſita veterum eminent

GOTHICA,

weinatriu, vitis, Joh. XV. 1. Angloſax. *wintreow*.
weinatains, palmes, Joh. XV. 4.
weinabasja, uva, Luc. VI. 44.
weinagard, vinea, Luc. XX. 9. Angloſax. *win-geard*, Procop. *wingart*.
weindrugkja, vini potator, Luc. VII. 34.

ANGLOSAXONICA,

win-berian, uvæ, *winfat* vas vinarium, *wingod* Bacchus, *win-mere* lacus, cupa, *winwring* torcular &c.

FRANC. & ALAM.

Gloſſ. Pez. ſurculum *uuinarepono*.
Gloſſ. Keron. vinolentum *uuintrunchaz*, &c.

WEINMONAT, October. A vindemia. Angloſaxones Octobrem appellaſſe *teothamonath*, quod a Januario numerantibus *decimus* ſit, docet SOMNERUS in Dict. AS. Hoc nomen probe obſervari meretur ab Antiquitatis indagatoribus, quia manifeſtum illis indicium præbet, vetuſtiſſimos Germanorum Lunas non nominaſſe, ſed numeraſſe tantum. Hinc porro cauſam intelligimus, cur menſtrua ſpatia, poſtquam ſuis ſingula nominibus inſigniri cœperunt, a diverſis diverſimode appellata ſint, quia ſcil. ab initio fuerunt anonyma & numerata tantum.

WEINEN, plorare. Gothis *gaunon* Joh. XVI. 20. Angloſax. *wanian*, Francis *uueinon*, Belg. *weenen*, Angl. *whine*. NOTKERUS Pſal. CXXXVI. 1. *obe Babylonis abon ſazen uuir unde ueueinoton*, ſuper flumina Babylonis ſedimus & flevimus. Vox Gothica potuit formari ab Hebræa *goni*, Saxonica a Græca ἀύλη per proſthefin literæ W. Utraque *triſtitiam*, *dolorem*, & *afflictionem* ſignificat. Triſtitia autem & afflictio eſt omnium querelarum & lacrymarum mater. Et hinc a cauſa recte denominatur effectus. Ita Græcis ab ἀύω fit ἀύειν lamentari, & a *mœror* Latinis *mœrere*. Hinc *weinen* proprie eſt dolorem ploratu teſtari, & non videtur differre a *quinen* lamentari, niſi gradu, quatenus lamentationi lacrymas addit. Ipſum vero *quinen* ex eodem fonte petitum eſt. Cum utroque convenit Græc. γοάω, γοάομαι, ululo,

lo, ploro, gemo, & Lat. *gannio*, quatenus de ejulatu vapulantium dicitur. Alii hoc verbum derivant a particula dolendi *weh*, ſed nullo literæ N. in medio vocis reſpectu.

WEIRAUCH, thus. Gloſſ. Pez. thus *uuirouh*. TATIANUS Cap. VIII. 7. *brahtun gold, uuihrouh inti mirrun*, obtulerunt aurum, thus & myrrham. Refer ad *weihe* ſacer. Nam proprie eſt odoramentum ſacrum, etiamſi prior compoſiti pars brevitate ſua originem occultet. Ita Latinis *thus* a θύω ſuffio, rem ſacram facio. Dicitur autem *ſacrum*, quia, ut PLINIUS ait, *thure (Diis) ſupplicamus*, Lib. XXII. cap. 24. Inde *thuricremæ aræ* apud VIRGILIUM.

WEIS, ſapiens, prudens. Angloſax. & Franc. *wis*. Proprie eſt *ſcius*, a *wiſſen* ſcire, cognoſcere, intelligere, & dicitur univerſe de omni ſcientia, ſive illa rerum divinarum humanarumque contemplatione, ſive longo rerum uſu & experientia ſit acquiſita, nec de ea tantum ſcientia, quæ vere eſt, ſed etiam de falſa & fallaci. BENSON. in Voc. AS. *wis* prudens, *wita* ſapiens, *wite* ſophiſta, *ſtæf-wis* literatus, *word-wiſe* ſophiſta, *ſamwiſe* ſemiſapiens, *wis-dom, wite-dom* ſapientia, ſcientia. Gloſſ. Pez. prudens *uuiſer*, magos *uuiſa*, maleficos *ueraltuuiſun*. Inde *weisheit* ſapientia, prudentia, & alia plura, quæ cum vulgo nota ſint, & juſta lege facta, non debent me morari.

WEISE, modus, quævis agendi vel exiſtendi ratio. Angloſax. Franc. & Angl. *wiſe*, Belg. *wyze*, Gall. *guiſe*, Ital. & Hiſp. *guiſa*. SOMNER. in Dict. AS. *wiſe* modus, mos, ratio, forma, *on ure wiſan* noſtro more, *on twa wiſan* bifariam. Gloſſ. Pez. modis *uuiſun*. Gloſſ. Keron. aliter *andaruuis*. Oritur, non a *weiſen* inſtruere, quam voci originem aſſignat SKINNERUS, & multo minus ab αἶσα ſors, quod voluit HELVIGIUS; ſed a *weſen* eſſe vel fieri, quia modus eſt forma, quæ ſuam cuique rei determinatam exiſtentiam tribuit. Hinc etiam ad *ritus* & *mores*, hoc eſt, ad ea *quæ fieri ſolent*, extenditur. FERRARIUS vocem Italicam perperam derivat a *vice*, MENAGIUS Gallicam a *viſa*. Utramque origine Germanicam eſſe, ex dictis manifeſtum eſt.

WEISE, *weiſung*, cantio, modulatio. VEREL. in Ind. *yrkia wiſor* carmina condere, *kueda viſu* carmen canere. Græcis ᾠδή ab ἄδω cano. Quod imitantur Latini in *ode*, nos W. præpoſito in *weiſe*. Conf. *queden* cantare.

WEISEN, inculpare. SOMNER. in Dict. Angloſax. *witan* culpare, criminari, incuſare, *hi witon Claudius thone hunger*, Claudium de fame criminati ſint. VEREL. in Ind. *vita* arguere, inſimulare. Gloſſ. Pez. imputabit *uuizit*. Opinor a Gr. αἰτία crimen, culpa, per proſtheſin literæ W. Hodie utimur compoſito *verweiſen*, quod vide.

WEISEN, oſtendere, monſtrare. Belg. *wyzen*, Suec. *wyſa*. Proprie eſt verbum faceſſens a *wiſſen* cernere. Quid enim eſt oſtendere, niſi facere ut videat? Ita Anglis a Germ. *ſchawen* videre fit *shew* oſtendere. Dicitur autem nonſolum de digitis, ſed etiam de aliis rebus, quæ nobis alicujus rei indicium præbent. Inde Belgis *bladwyzer* index paginarum, Germanis *ſtunden-weiſer* index horarum.

WEISEN, demonſtrare, præſtare, exhibere, *ere beweiſen* honorare. VEREL. in Ind. *veita* promere, præſtare, conferre, *veita-ſemd* honorare, *veita-ſoſtur* enutrire. Idem quod *monſtrare* vel *præſentare*. Nam *monſtrari* & *præſentari* dicuntur nonſolum ea, quæ ad videndum præbentur, ſed etiam ea quæ conferuntur in aliquem. Ita iis, quos honoramus, dicimur *demonſtrare honorem*, & quos alimus *præſentare victum*. Priorem loquendi formulam agnoſcit quoque Lingua Angloſaxonica, in qua *are witan* eſt honorem exhibere, interprete JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 407. Hujus verbi ſynonymum eſt *zeigen*, quod nonſolum de ſimplici oſtenſione, ſed etiam de demonſtratione honoris dicitur.

WEISEN, docere, inſtruere, *beweiſen* rationibus demonſtrare, *unterweiſung* inſtructio. BENSON. in Voc. Angloſax. *wiſan* docere, monere. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XXII. 97. *iuuo huah uueizen*, libri veſtri docent. WILLERAMUS Cap. II. 4. *uuiſta mih uuie ih minnan ſule*, docuit me quo ſit amore amandus. Et mox: *hat mih geuuiſet*, docuit me. Verbum faceſſens a *wiſſen* ſcire, cognoſcere, intelligere. Quid enim eſt docere, niſi facere ut ſciat, intelligat, cognoſcat? Dicitur autem nonſolum de doctrina, ſed etiam de eo quod doctrinæ ſimile, ut ſunt monita & conſilia. Inde Gallis & Italis *aviſer* & *aviſare* monere.

WEISEN, ducere, *wegweiſer* dux viæ. OTFRIDUS Lib. I. Cap. III. 23. *thes uuages er ſie uuiſta*, duxit eos per mare. WILLERAMUS Cap. I. 7. *die dine ſcaf uuiſen ad paſcua vitæ*, qui oves tuas ducunt ad paſcua vitæ. Quamvis *ducere* nihil aliud ſit quam *monſtrare qua eundum ſit*, & hactenus *weiſen* affine videatur præcedentibus verbis: præſtat tamen ſequi analogiam, ut, quemadmodum *leiten* eſt a *leit* via, ita *weiſen* ſit ab ὁδός via, præpoſito W. Hinc porro dux Angloſaxonibus dicitur *wiſa*, Francis *uuiſo*, Anglis & Gallis *guide*, Italis *guida*. NOTKERUS Pſal. LIV. 14. *min uuiſo, min chundo*, dux meus, notus meus. Et Pſal LXV. 15. Apoſtoli vocantur *uuiſon dero Gotes herto*, duces gregis Dei. Utrumque locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Et tametſi S. in ore Gallico & Italico dureſcat, origo tamen Germanica evitari non poteſt absque multis nugis, quas vide apud MENAGIUM & FERRARIUM. In quibusdam Dialectis eadem vox uſurpatur de Principibus & Ductoribus populi. VEREL. in Ind. *viſir* dux, rex. Ubi tamen obſervandum, quod litera terminalis R. non ſit neceſſaria, & quod a *wiſen* ducere recte formentur verbalia

wiſa,

wiſa, *wiſo*, *wiſi*, dux. . Hoc ſenſu videtur occurrere in nominibus propriis, non Germanicis ſolum, ſed etiam Celticis. Talia ſunt,

BELLOVESUS, dux belli, a *fel* bellum. Nomen memoriæ prodidit LIVIUS Lib. V. cap. 33. Confer *feld* bellum.

SIGOVESUS, dux victoriæ, frater Bellovesi apud eundem, a *ſieg* victoria.

VISIGARDA, hortus belli Ducum. Filia Regis Longobardici Theodeberto R. Francorum nupta apud GREGORIUM Turonens. Plura ejusmodi nomina ab horto Veneris formata vide in *garten*.

WEISS, albus. Gothis *hweit aithsthau fwart* album aut nigrum Matth. V. 36. Angloſaxonibus *hwite ſwa ſnaw* candida ut nix Marc. IX. 3. Idem Francis *uuiz*, Belg. *wit*, Angl. *white*, Suec. & Isl. *hwitt*. Gloſſ. Boxh. *das uuiza in demu augin* albugo, *uuizes cota uuabbes* biſſina. WILLERAMUS Cap. V. 10. *min uuine iſt uuiz unte rot*, dilectus meus eſt candidus & rubicundus. Sapit originem a *wiſſen* videre, quia alba ſunt maxime conſpicua, & præ cæteris coloribus lucem copioſiſſime reflectunt. Ita Græcis λευκὸς eſt albus & perſpicuus, a λεύσσω video, vel potius a *lugen* conſpicere. Quamvis enim Græcis multa cogamur accepta referre, illi tamen haud pauciora nobis debere videntur. Noſtrum eſt, in iſta Linguarum confuſione, imitari apes, & ſuccos undique congeſtos in unius ſaporis uſum convertere. In quibusdam Dialectis uſurpatur ſubſtantive de rebus albis. Inde *hvit* ova, lac, caſeus, butyrum, apud VEREL. in Ind.

WEISS, certus, verus. Antiquis omnibus *wis*, Suecis *wiſs*, nobis compoſite *gewis* & *gewiſs*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wis*, *wiſe* certus, verus. VEREL. in Ind. *wiſa vargr* Istro incognitus. Inde Formulæ Francorum *uuis duan* certiorem reddere, vel certificare, frequentiſſimi occurſus apud OTFRIDUM, e. g. Lib. III. Cap. XX. 101.

Dua unſih, quadun, uuiſi,
Uuar ther ſelbo man ſi.
Redde nos, inquiunt, certiores,
Ubi ſit ille homo.

Lib. IV. Cap. XXX. 53.

Dua noh biutu unſih uuis,
Oba thu unſer kuning ſis.
Fac nos adhuc hodie certiores,
An tu noſter rex ſis.

Lib. V. Cap. VII. 97.

Fro min, quad ſi, dua mih uuis,
Oba thu iman namis.
Mi Domine, redde me certiorem,
An tu illum ſuſtuleris.

Proprie autem eſt *perſpicuus*, a *wiſſen* cernere, & dicitur de certo, quia priſci mortales ea maxime certa & vera putabant, quæ in oculos incurrerent. Hinc & Latinis *certus* a cernendo dicitur. Hodie *weiſs machen* etiamnum ſignificat *certiorem reddere*, quamvis ſenſu in malam partem detorto, quia non amplius dicitur de iis, qui certa & explorata tradunt, ſed potius de impoſtoribus, qui falſum pro vero, incertum pro certo nobis obtrudere conantur. Ab hoc adjectivo Lingua Suecorum & Danorum formavit *vitna* & *vidne* teſtari, hoc eſt, *certificare*, *verificare* interrogata, unde Anglis *witnes* teſtimonium, & hinc porro *witneſſed* teſtatus. Antiquiores ſimili verbo uſos eſſe, quale fortaſſe fuit *witan*, *weitan*, *wizzan*, quamvis literis non relictum, certiſſimum eſt ex multis derivatis, hodie quidem defitis, ſed adeo evidentibus, ut ad alium referri fontem vix poſſint. Talia ſunt Angloſaxonica *wita*, *gewita* teſtis, *witſcipe* teſtimonium. Item Alamannica quædam apud KERONEM in Gloſſis: teſtimonia *keuuizzida*, boni teſtimonii *dera cuatun kiuuizzida*. Quibus conſentit Gothicum *weitwods* teſtis Marc. X. 19. proprie teſtis oculatus, qui eorum quæ vidit ſcientiam profitetur, a *weit*, *weiſs* certus, clarus, perſpicuus, & *wods* teſtis; unde porro eadem Dial. derivatur *weitwodjan* teſtari, teſtimonium certum, clarum, & perſpicuum perhibere Joh. X. 25. JUNIUS hæc teſtium & teſtimoniorum nomina citra medium deduxit a *wiſſen* ſcire, quod fieri poſſe nego, ob manifeſtam, quæ eſt inter parentem & ſobolem, diſſimilitudinem. Aliud enim eſt *ſcire*, aliud *verificare*. Hinc etiam in foro teſtimonia non vocantur *ſcita*, ſed *certificata*.

WEISS, ſapiens, prudens. Manifeſtæ cognationis cum reliquis, ut oſtendi in *weis*. Perinde autem eſt, uno an duplici S. ſcribatur. Unum agnoſcit antiquitas & pronunciatio hodierna: geminum poſtulat origo.

WEISSAGEN, vaticinari. TATIANUS cap. IV. 14. *Zacharias uuizagota ſus quedanti*, Zacharias prophetavit ita dicens. STADENIUS cum vulgo deduxit a *weis* ſapiens, quaſi idem ſit ac *weiſe ſachen reden* res ſapientes proferre, prout ipſe mentem ſuam explicat in Voc. Bibl. pag. 720. Qua in re videtur mihi nec boni interpretis officio functus, nec felici augurio uſus. Revera enim idem eſt ac *warſagen*, hoc eſt, certa, vera, & prævisa dicere. Nam hæc omnia continentur in voce *weiſs*, ut paulo ante demonſtratum. Nihil autem refert, divino inſtinctu, an ex conjectura fiat prædictio. Hinc ſtylo Francorum & Alamannorum vaticinari dicuntur nonſolum divinitus inſpirati, quos *prophetas* vocamus, ſed etiam conjectores & hariolatores. Gloſſ. Keron. propheta *uuizzago*. Gloſſ. Pez. arioli *uuizzagun*, pythoniſſa *uuizzaga*.

WEISSE SONNTAG, dominica alba, ab albis veſtibus ſic dicta, quibus candidati baptismi comparebant. Erant autem antiquitus tria baptismi tempora, Feſtum Nativitatis Chriſti, quo die baptizatus eſt Chlodoveus, Paſchatis & Pentecoſtes.

WEI-

WEISUNG, melodia. V. *wiſe.*

WEIT, ſpatioſus. Omnes antiqui & recentiores habent *wid*, Angloſaxones, Angli, Batavi, Sueci &c. exceptis Francis, qui ſolent dicere *wis*, unde nobis *weit*. Gloſſ. Pez. ſpatioſæ *uuito*, ſpatium *uuiti*, dilatavit *giuuitta*. TATIANUS cap. XL. 9. *breit iſt phorta*, *inti uuis uueg*, lata eſt porta & ſpatioſa via. Proptie eſt *patulus*, *apertus*, & dicitur de latitudine & longitudine, vel ab Heb. *phathath* aperuit, vel a Lat. *pateo*. Hoc invenit HELVIGIUS. Cui lubens adſentior, quia P. & W. ſunt literæ permutabiles. Vocem Gothicam vide in *raum*.

WEIT, in compoſitis ſenſum intendit. Inde Angloſaxonibus *wide-mære* valde inclytus, longe lateque celebris. Quod eſt ipſum nomen VIDEMIRI Principis Gothici apud Jotnandem, & VADOMARI Principis Alamannici apud Marcellinum. Et huc etiam ſpectat judice Kiliano WITIKINDUS, i. e. valde notus, ſi referatur, ut pat eſt, ad *kund* notus. Nam pueri idea hic nimis puerilis eſt, & multo magis albedo & ſapientia pueri.

WEITZEN, triticum, olim etiam frumentum. Gothis *hwait* Joh. XII. 24. Angloſax. *hwæt*, Franc. & Alam. *hueiz*, *ueiz*, Angl. *wheat*, Belg. *weit*, Suec. *hwete*. Gloſſ. Keron. triticum *hueizzo*. Gloſſ. Pez. triticum *ueiz*, frumentum *uuezi*. A candore dictum cenſent plerique, MARTINIUS, JUNIUS, SKINNERUS, adeoque a *weiſs* vel *witt* albus. Et confirmari poteſt ex eo, quod PLINIUS Italicum triticum commendat a candore, laudatque SOPHOCLEM, qui triticum Italiæ vocavit *candidum frumentum*, Lib. XVIII. Cap. 7. Sed ad hunc ſenſum ſtabiliendum compoſitione opus eſt. Componamus igitur ex *witt* & *ζαὶ*, & proprie denotabit id quod Sophocles dixit, nempe *candidum frumentum*.

WEIXELN, ceraſa apronia, alias *ſaure kirſchen*, i. e. acida, & inde appellatio a Græc. ὀξὺς acidus, acerbus, per ptoſtheſ. literæ W. Ob eandem cauſam quædam herba acidi ſapotis vocatur *oxalis*, vulgo *ſaur-ampfer*.

WEL, eosdem habet ſignificatus ut *wol*. Belgis *wel* eſt bene. Angloſaxonibus *wela* proſperitas. Cambris *well*, *gwell*, meliot & melius, *hwyl* proſpet & ptoſperitas. Ab illo habemus *welen* eligete, *willkur* electio: ab hoc *weltage* dies proſpeti. Cauſam, cur eadem vocula tot partibus otationis defungi, & alios atque alios ſignificatus induere poſſit, vide in *wol*.

WELBEN, concamerare. Vide *gewölb*.

WELCH, qualis. Gothis *hweileiks* Matth. VIII. 27. Angloſax. *hwilc*, Francis & Alam. *huuelih*, *uuelih*, Belg. *welk*. TATIANUS Cap. III. 3. *uuelih uuari thas uuologueti*, qualis eſſet hæc ſalutatio. Qui voces noſtras ex ſono Græcarum & Latinarum æſtimant, derivare ſolent a *πηλίκος* quantus, *ἀλίγκιος* ſimilis, vel etiam a *qualis*. Vano conatu, & ex patriæ linguæ ignorantia. Nam vox Germanica componitur ab Angloſax. *hwa* quis, & *lic* ſimilis, & proptie ſignificat eum, qui alicui ſimilis eſt, non in quantitate tantum, ſed etiam in qualitate, forma &c. A *hwilc* Saxonica & Alamannica Antiquitas formavit *hwilcneſſe* & *huuelihniſſi* qualitas. Hodie dixeris *welchnüſs*, quod in iſta vocabulorum indigentia meretur reſtitui.

WELEN, eligere. Gothis *waljan* Luc. VI. 13. Francis & Alaman. *uuelen*, *eruuelen*, *iruuelen*, *uruuelen*, Suecis *wælia*, *urwælia*. Gloſſ. Lipſ. *uuelida* elegit. Gloſſ. Keron. eligat *eruuelle*, eligatur *ſi eruuelit*, eligantur *uruuelit ſi*, elegerint *kiuuellant*. PEISKERUS duxit ab *ἱλάω* capere, apprehendere, irrito ſignificatu. JUNIUS a *wollen* velle, quod omnis electio pendeat ex noſtra voluntate, neque alia ſoleamus eligere quam quæ omnibus votis dudum expetivimus atque optavimus, in Gloſſ. Goth. pag. 392. Hoc tolerabilius, quamvis voluntatem & electionem præter rationem confundat. Differunt autem objectia. *Bonum* eſt objectum voluntatis, *Melius* electionis. Unde manifeſtum, quod *wollen* & *welen* ſint verba deſiderativa, illud a *wol* bonum, hoc a Celtico *wel* melius, de quo paulo ante. Verbum Saxonicum quære in *kieſen* & *küren*.

WELIG. Vide *wol* deliciæ.

WELK, marcidus, Latinis pet metatheſin *flaccus*. Gloſſ. Pez. marcidum *uuelchaz*. Refer ad verbum

WELKEN, marceſcere, areſcere. Gloſſ. Pez. elanguit *iruuelcheta*, marceſcit *uruuelcheta*. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 386. deduxit ab *ἰλέσμαι* pereo, intereo. Quem ſequitur RAIZIUS in Belga Græciſſante. STADENIUS *welken* & *welwen* confundit. Hodie utimur compoſito *verwelken*.

WELLE, fluctus. NOTKERUS Pſal. LXIV. 9. *uuer irlidet dero uuellono doz*, ſonum fluctuum ejus quis ſufferet. Pſal. XCII. 4. *uuazzer huoben uf iro uuella*, flumina elevaverunt fluctus ſuos. Referri poteſt quocunque volueris, vel ad *wallen* æſtuare, quia fluctus eſt aqua æſtuans, vel ad *wellen* volvere, circumagete, quia fluctus eſt globus aquæ qui flatu ventorum citcumagitur. Vocem Gothicam & Saxonicam vide in *wagè*.

WELLEN, volvere, verſare, circumagete. JUNIUS, qui hoc verbum tribuit Belgis, detivat a Gr. *ἑλλῶ* vel *ἑλλάω* ejusdem ſignificatus, in Gloſſ. Goth. pag. 392. Veſtigium verbi extat apud OTFRIDUM Lib. IV. Cap. XXXV. 73. *uuullun ſe*, *er ſe fuarin heim*, *Thara furi mihilan ſtein*, volverunt, priusquam irent domum, ante monumentum lapidem magnum. Gothi & Angloſaxones dicunt *walwian*, Angli *wallow*, quæ judice SKINNERO ſunt a Lat. *volvo*. Sed & *awylian* Angloſaxonibus eſt revolvere, & *awylt* revolutus. Interim *wylen* aut *wellen*, uti ſimplicius, ita etiam antiquius eſt. Patet quod dico (1.) ex frequentativo *welzen* volutare, cujus antiquitatem poſtea oſtendam. (2.) ex nomine rotæ, quæ Angloſaxonibus dicitur *hweol*, Anglis *hweel*, Belg. *wiel*, Is-

land *buel*, Suecis transpoſite *biul*, omnino a *wellen* volvere. (3.) ex quibusdam derivatis noſtri idiomatis, cujusmodi verisimiliter eſt *welle* fluctus, globus aquæ.

WELLEN, æſtuare. Vide *wallen*.

WELLEN, *verwellen*, ſervefacere, facere, ut æſtuet. Verbum faceſſens ex præcedenti.

WELS, amia. Ab obſoleto *walen* luxurioſe creſcere, quod, etiamſi nullis fortaſſe literis proditum ſit, cognoſcitur tamen ex derivatis, cujusmodi ſunt apud Angloſaxones *welig* opimus, apud Belgas *weelig* luxurioſe creſcens, & hinc *weelig gewas* herba luxurians, *weelig vleeſch* caro excreſcens, apud nos *wild fleiſch* hyperſarcoſis, caro exuberans. Cauſam nominis ſuppeditavit mihi PLINIUS Lib. IX. cap. 15. *Amiam vocant, cujus incrementum ſingulis diebus intelligitur.* Confer *alen* creſcere.

WELSCH, exterus, exoticus, *welſche nuſs* juglans, nux exotica, *rotwelſch*, *kauderwelſch* ſermo peregrinus, *welſchland* Italia, Gallia. VEREL. in Ind. *valska* lingua Gallica & Italica, *valskland* Italia, *valsker hialmar* galeæ in Gallia ſeu Italia fabricatæ. Contractum ex *welſch*, quod eſt a *wale* peregrinus, alienus, per terminationem generis indicem *iſch*. Barbari noſtri eodem ſenſu dicunt *Waliſcus*, & hoc nomine ſalutant Gallos, Italos, Britannos, quia nobis ſunt peregrini, & alio utuntur idiomate. Eſt enim nomen generale & omnibus alienis commune. Ita Cambri Angloſaxonibus ſunt *waliſci*. SOMNER. in Dict. AS. *wiliſc* Wallicus, Cambricus, *wiliſc lond* Wallia, Cambria, *wiliſc mon* Wallus &c. Vide plura in fonte.

WELT, ſæculum, ævum. Vox ex vetuſtiori *uuerolt* nimia contractione vitiata. Gloſſ. Keron. ſæculum *uuerolt*, ſæculo *uuerolti*. Gloſſ. Boxh. *uueraldi* ævum. Verſio Angloſax. Luc. I. 55. *Abrahame and his ſæde on a weoruld*, Abrahamo & ſemini ejus in ſæcula. OTFRIDUS Lib. I. Cap. IV. 79. de ſpiritu Chriſti:

Then io in alt uuorolti
Helias uuas ouh habenti.
Quem & in veteri ævo
Elias poſſidebat.

Idem Lib. I. Cap. V. 79. in reſponſione B. Virginis ad Angelum:

Thaz ih einluzzo
Mina uuorolt nuzzo.
Ut ſolitaria Ævo meo utar.

Hic verus vocis vultus, & verus ſignificatus, nec verus tantum, ſed etiam primigenius. Quod cum viri docti non attendiſſent, ad abſurda commenta prolapſi ſunt, quæ referre tædet. Sæculum eſt certus annorum ambitus, & dividitur in *civile* & *naturale*. *Civile* eſt tempus centum annorum: *Naturale*, ſpatium vitæ humanæ longiſſimum, partu & morte definitum, ſecundum CENSORINUM *de Die natali* Cap. XVII. Vox Germanica *ſæculum*, *naturale* ſignificat. Nam *wer* eſt vir, & in compoſitis homo, & *old* priſca Danorum Lingua eſt ætas, ævum, & duratio longi temporis. OLAUS WORMIUS Lib. I. Mon. Dan. Cap. 7. *Tres numerari ſolent hominum ætates, quæ ab Inferiarum modo denominationem acceperunt. Prima* Roiſold, *ſecunda* Hoigold, *tertia* Chriſtendomſold. R. D. LOESCHERUS in Literatore Celta pag. 57. *Probatiſſimi Scriptores rerum Septentrionalium Hiſtoriam Scandicam dividunt in* Bruna-old, *ſive ætatem qua demortuorum corpora combuſta ſunt, nempe ad Othinum usque, & Hauga-old, qua demortui ſepeliri cæperunt, quod poſt Othinum factum eſt.* Unde manifeſtum eſſe puto, quod *wer-old* nihil aliud ſit, quam ætas viri, & ævum hominis longiſſimum. Hodie dixeris *manns-ælte* vel *menſchen-alter*. Ipſum vero *old* originem refert ad *alten* ſeneſcere. Torſit hæc vox multorum ingenia, & inprimis Ill. LEIBNITII & G. MEIERI Theologi Bremenſis, ſed nullo veritatis fructu. Vide, ſi juvat, Collect. Etymol. Leibn. pag. 250. 255. & Tract. de emendatione L. Germ. §. 49.

WELT, mores ſæculi, & homines moribus ſæculi viventes. TATIANUS Cap. CLXIX. 3. *ob ir ſon therru ueueralti uuarit, thiſu ueralt thaz ira uuas minnote, bithiu uuanta ir ſon ueueralti ni birut, ob ih ercos juwih ſon ueueralti, bazzet juwih ueueralt*, ſi de ſæculo fuiſſetis, ſæculum quod ſuum erat diligeret, quia vero de ſæculo non eſtis, ſed ego elegi vos de ſæculo, propterea odit vos ſæculum. Eundem *ſæculi* ſenſum agnoſcunt quoque Latini. TACITUS Cap. 19. de M. G. *Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi* SÆCULUM *vocatur.* Ex quo loco ſimul patet, rem & nomen rei Germanis Taciti ævo nondum fuiſſe cognita, nosque hunc vocis ſenſum non a primis temporibus, ſed a ſequiore & nequiore accepiſſe.

WELT, mundus. OTFRIDUS Lib. II. Cap. I. ab init.

Er allen uuorolt krefiin,
Joh Engilo giſceftin,
\- - - - -
So uuas io uuort uuonanti,
Er allen zitin uuorolti.
Ante omnes Mundi vires,
Et Angelos creatos,
Verbum jam erat permanens,
Ante omnia ſæcula mundi.

Et ſic paſſim apud OTFRIDUM, & pene ſolum. Quo pacto hic ſignificatus ad Mundum pervenerit, facile intelligitur. Hebræi *olam* pro mundo uſurpant, ut *αἰὼν* Græci, etſi utrumque proprie ſit *ſæculum*. Et Auctor Vulgatæ *ſæculum* ſæpe ponit pro mundo. Ergo ſi Franci ſuum *uuerolt* a ſæculo ad mundum transtulerunt, id eos reliquorum imitatione feciſſe, opinabile eſt. Quamvis autem excuſatius dicatur, quod exemplis conſtat, ſacri tamen Interpretes, tam Saxonum quam Francorum, univerſe

abſti-

abſtinent ab hoc ſignificatu, tanquam duro & incongruo, niſi ubi mundus *ſeculum* vocatur a VULGATA. Tunc enim ducem ſuum adſtrictius, quam par erat, ſequuntur. Ipſum vero *Mundum*, ſive Cœlum & terram, ſive orbem tantum terrarum complectatur, nunquam (quod ſciam) ſuſtinent vocare *werolt*, ſed ſemper aliis vocibus utuntur, quas vide in *gard* mundus, & *erde* orbis. Gothi autem ne ſciunt quidem quid ſit *werolt*, ſed mundum vocant vel *midjungard* a loco medio Luc. II. 1. vel *mannaſeths* a ſede hominum Joh. XVI. 20. vel *fairhwus* a pulchritudine, ut Latinis *mundus* a munditie Joh. XVII. 5.

WELTWEISE, philoſophi. Id eſt, qui Mundum & res mundi; naturales & civiles, divinas & humanas ſcrutantur. Hoc aliquando vituperatum legimus, acceptumque pro iis, qui ſapiunt quæ ſæculi ſunt, cujus princeps eſt Diabolus. Gloſſ. Pez. maleficos *uueraltauuiſun*, philoſophando *after uueralt ſpracht ſprechanto*. Anſam vituperio dare potuit perpetuus Chriſtianæ Religionis & Philoſophiæ de ſumma rerum conflictus, nonſolum apud cultiores, ſed etiam barbaros populos. Nam & hi more ſuo philoſophabantur, & rationibus quibusdam e lumine naturali conquiſitis Deos patrios cum Chriſto permutandos eſſe negabant. WALAFRIDUS Strabo de Gothis: *Multos prædicatorum Græcæ & Latinæ locutionis peritos inter has beſtias cum erroribus pugnaturos veniſſe.* Cap. 7. de reb. Eccleſ. Et ſic in Germania quoque haud dubie pugnatum eſt a primis Evangelii præconibus contra Augures, Haruſpices, & Sacerdotes, qui vel magicis artibus, vel aliis rationibus populum a cultu Chriſti alienum reddebant. Quis philoſophos in gente Saxonica ſuſpicetur? Et nihilominus monentur a Pont. GREGORIO, ut ab illis ſibi caveant. Vide Ill. Dn. a BÜNAU Hiſt. Imp. Germ. Tom. 2. pag. 250. col. 2. Hæc res poſtea univerſo ſcientiæ mundanæ negotio maculam adſperſit. Hinc illi, qui poſterioribus ſæculis inter nos philoſophati ſunt, maluerunt appellari *natürliche meiſter*, doctores rerum naturalium, quam ſapientes mundani. Ita Philoſophi Athenienſium in Bibl. Lubec. an. 1494. vocantur *natürlike meyſtere* Act. XVII. 18. recepto tum temporis vocabulo, & LUTHERO quoque familiari, non quidem in ſacra Verſione, ubi Græce quam Germanice loqui maluit, ſed in *Poſtilla Eccleſiaſtica*, & alibi paſſim. Alia Philoſophorum nomina vide in *ſchnuter* ſapiens, *rune* ſecretorum conſcius, *wiſſen* ſcire, & paſſim.

WELWEN, areſcere. Vide *falb*.

WELZEN, volvere. Dicitur de motu in loco & de loco. Gloſſ. Pez. volvit *uualzit*. Gloſſ. Boxh. *dana uuelzes* avelles. TATIANUS Cap. CCXVI. 3. *uuer aruuelzit uns then ſtein fon then thuron thes grabes*, quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Idem Angloſaxonibus *wyltan*, *awyltan* Matth. XXVIII. 2. Marc. XVI. 3. quod ideo obſervandum, quia hoc verbum a SOMNERO & BENSONIO eſt omiſſum. Conveniunt Græc. *ἑλίσσω* & *ἀλύσσω*, & Lat. *voluto*. Simplex, unde hæc frequentativa oriuntur, vide in *wellen*. Suecis *weltra* eſt volvere, Islandis *velta* volvi, nobis *ſich welzen* volutari, & *walze* cylindrus.

WEMBE, venter. Vide *wambe*.

WEN, amicus. Vide *win*.

WENDEN, Venedi, gens Sarmatica. Vulgo ſic dictos ferunt a *wenden* vertere, quod ſæpe ſolum verterent, ut *Vandalos* a *wandeln* migrare. LEIBNITIUS *Wendicum* nomen ab *Antico* deduxit, ſed Antici rationem non reddidit. Aliam etymologiam oſtendit nobis OTTHO SPERLINGIUS in Tractatu de *Titulo Regis Daniæ* §. XI. ex Danico *ven* amicus, Eſthonica Lingua ſuffragium ferente, in qua *wenda* eſt frater, *wendalyck* fraterne, *wendalyck arm* fraternus amor. Hoc nomen *Wendos* e Danica Lingua hauſiſſe, ſibique impoſuiſſe putat, ut Suecis & Germanis oſtenderent, ſe non hoſtili animo, ſed amico & fraterno ad littus maris Baltici veniſſe. Et in his originibus exiſtimat vir doctus ſe cauſam inveniſſe, cur iidem populi a Scriptoribus etiam *Vinithi*, *Vinili*, *Vindili*, & *Vandali* vocentur, quia hæc nomina nihil aliud quam amicitiam & fraternitatem præ ſe ferant.

WENDEN, ſtare, *bewenden laſſen* in medio relinquere, *bewandt* conſtitutus, *bei ſo bewandten ſachen* rebus ſic ſtantibus, *bewandtnüſs* ſtatus, conditio, & circumſtantia rei, *ſonnenwende* ſolſtitium. Hic ſenſus videtur oriri ab *ende* finis, extremitas, & per ſynecdochen generis *pes*, quia ſtaturam hominis terminat, tanquam baſis & fundamentum totius corporis. Hinc Belgæ & Saxones noſtri inferiores dicere ſolent *over einde ſyn*, ſtare, in pedibus eſſe, ut Galli *être debout* erectum eſſe, quia ſtamus in extremis, nec aliter ſtare poſſumus. MENAGIUS in voce Gallica: *Les deux bouts de l' homme ſont les piés & la teſte. Et ainſi, quand on eſt ſur ſes piés, on eſt ſur l' un des deux bouts.* A ſtando autem res omnes, quocunque modo conſtitutæ, recte dicuntur *ſtare*, quia ſtatio eſt ſymbolum ſtatus. Litera W. eſt augmentum initiale, ex genio linguæ noſtræ ſatis frequens. Atque hinc jam patet, quid proprie ſit *notwendig*, nempe id quod a neceſſitate conſtitutum eſt, & vel ſua vel aliena vi ſtat. Ratio, cur ita ſentiam, hæc eſt, quia *wendig* in hoc compoſito nec converſum ſignificare poteſt, nec mutabilem, nec curvum. Confer thema verbi ſequentis, & patebit.

WENDEN, vertere. Hic primus verbi antiquiſſimi & latiſſime patentis ſignificatus, quem MARTINIUS modo a Lat. *verto*, modo ab *ἀνύτω* finio, modo ab *ende* finis derivat; quæ partim violenta, partim a proprietate verbi aliena ſunt. Rectius, ni fallor, & naturæ conformius, derivatur a

motu ad punctum interius, quod Græcis dicitur ἔντος, Latinis *endo*, Gothis *innat*, ab *inn* & *at*, quaſi ad intus, vel introverſus, quo ſenſu ſæpe occurrit in compoſitis, cujusmodi ſunt, *innatbairan* introferre Luc. V. 18. *innatgaggan* introire Luc. XIV. 23. Nam quocunque modo rem vertas, neceſſe eſt, eam per declinationem a linea recta ad interiora redire. Litera W. innumeris vocibus præfigitur, ubi minime neceſſaria eſt. His poſitis & conceſſis, *wenden* ſignificat quantum poteſt, & dicitur (1.) de iis quæ in gyrum moventur. Inde *wenden* vertere a dextra ad ſiniſtram, ab antico ad poſticum, ab imo ad ſupremum &c. (2.) de iis quæ per lineam ſpiralem in ſe moventur. Inde *wenden* flectere, torquere, *winden* volvere, involvere, *winden* vincire, ligare. (3.) de iis quæ in aliam formam & ſtatum vertuntur, quia ſimilia ſunt eorum, quæ in gyrum moventur. Inde *wenden* mutare. (4.) de iis quæ priori domino reſtituuntur, ob reditum, qui converſioni in gyrum ſimilis. Inde *wenden* reddere, reſtituere.

WENDEN, vertere, Gothis *wandjan*, Angloſax. *wendan*, Francis & Alam. *uuentan*, Belg. *wenden*, Suec. *wænda*, Isl. *venda*. VERELIUS in Ind. *venda* vertere. TATIANUS Cap. CCI. 2. *uuanta ſih zi in*, convertit ſe ad illos. Cap. CCXXI. 3. *giuuanta ſih uuidar*, converſa eſt retrorſum. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XXI. 121. *ſie ougun zi imo uuentent*, oculos ad eum convertent. Præcipua compoſita & derivata ſunt, *wende* vertibulum, *gewende* converſio, *ſonnen wende* vertigo ſolis & heliotropium &c.

WENDEN, flectere, torquere. Omnes Antiqui hoc ſenſu dicunt *winden*, quamvis ſcriptura citra neceſſitatem mutata. Nam flectere & torquere quid eſt, niſi per lineam obliquam in ſe vertere? Quæ vero ejusdem generis ſunt, non debent literis diſcriminari. Verum quia uſui obtemperandum eſt, ſive cum ratione pari paſſu ambulet, ſive ab illa divertat, lectorem ad *winden* remitto. Interim a flexu nomen accipiunt loca. Inde *karrwende* flexura viæ, *wendelſtein*, *wendeltreppe* ſcala tortilis ſtructuræ inſtar cochleæ.

WENDEN, mutare, formam & ſtatum rei convertere. Saxonibus & Francis ut ſupra. Angelus ad B. Virginem apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. V. 35. *farauua ni uuenti*, noli mutare colorem. Id eſt, erubeſcere.

WENDEN, reddere, reſtituere. Codex Arg. Matth. XXVII. 3. de Juda proditore: *gawandida thans thrinſtiguns ſilubrinaize*, reſtituit triginta argenteos. Inde *wandel* mulcta, ſatisfactio, reſtitutio.

WENDIG, eſt a *wende* converſio, & ſignificat quantum poteſt, (1.) converſum. Inde *inwendig* introrſus, introverſus, *abwendig* averſus &c. (2.) mutabilem. NOTKERUS Pſal. XLI. 5. *mina ſela iſt uuendig, Got iſt unuuendig*, anima mea eſt mutabilis, Deus eſt immutabilis. Locum notavit SCHILTERUS in Gloſſ.

WENDISCH, idem quod *wendig* mutabilis. Inde *wetter wendiſch* mobilis, inſtabilis, mutabilis inſtar aëris.

WENEN, opinari. V. *wanen*.

WENEN, mentionem facere, *erwenen* commemorare, *erwenung* commemoratio. Antiquitatem verbi cognoſcimus ex monumentis Francorum. NOTKERUS Pſalm. VI. 6. *uuanda din ne geuuanet ne heiner in tode*, quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. Latinis *memorat* qui in memoriam revocat, idemque ſignificare poteſt *wenen*, ſi reducatur ad *minne* memoria. Quam facile M. vertatur in W. literam congenerem, exempla docent in *Proleg.* Sect. III.

WENIG, proprie eſt deficiens, vel defectu aliquo laborans, a *wan* defectus, & vi natalium tantum ſignificat quantum valet. Dicitur antiquitus (1.) de defectu bonorum, opum, virium, aliarumque rerum, quæ hominem reddunt feliciorem. Inde *wenig* miſer, impotens, inops &c. NOTKERUS Pſal. CXXXVI. 8. *uuenega tohter Babylonis*, filia Babylonis miſera. Gloſſ. Keron. miſeria *uuenekii*. Hodie dicimus *wenigkeit*, quod ſæpe ſtatum & conditionem humilem, & tenues agendi vires ſignificat. (2.) de defectu quantitatis. Inde *wenig* parvus. Gloſſæ Junianæ ex WILLERAMO decerptæ in Obſervatis pag. 72. *uueynegon dieron* parvis animalibus, *uueinega gardo* parvus hortus, *uueynegaz boumelin* parvam arbuſculam, *unſe ſuſter is nogh uueinigh* ſoror noſtra (adhuc) parvula eſt, *uueneger* modicus. (3.) de defectu numeri. Inde *wenig* paucus & parum. Hic eſt ille ſenſus, quo hodie unice delectamur, bonus quidem & legitimus, ſed novus & ante ſæcula non multa receptus. Nam pauci Gothis vocantur *fawai* Matth. VII. 14. Angloſax. *feawa* ibid. & alibi *fea*, KERONI in Gloſſis *fouue* & *foiuue*, interpreti TATIANI *fohe* cap. XL. 10. Danis *faa* & *foie*, Suecis *fæ*, Anglis *few*, Gallis *peu*, Italis *po*.

WENN. v. *wann*.

WER, quis. Gothis *hwas*, Angloſax. *hwa*, Francis *uuer*, Alam. *huuer*. Gloſſ. Keron. quis *huuer*, quisquis *ſo huuer ſo*. Hinc verba Domini: *Quis poteſt peccata remittere niſi ſolus Deus?* Marc. II. 7. interpres Gothicus reddit: *hwas mag afletan frawaurhtins niba ains Goth.* Angloſaxonicus: *hwa mæg ſynna forgyfan buton God ana.* Francicus: *uuer mag forlazan ſunta noba eino Got.* In Harm. Evang. Tatiani LIV. 5. Ab Angloſaxonico *hwa* remanſit Anglis *who*, Belgis *wie*. Germani literam R. in fine vocis acceperunt a Francis & Alamannis, quam tamen in derivato *welcher* (de quo ſupra) abjiciunt. Cum Gothico *hwas* convenit Lat. *quis*.

WER, a *weren* defendere, ſignificat quantum poteſt, *virum, bellum, defenſionem, arma.*

WER, vir. Vox antiquiſſima, a Scythis & Celtis in Aſia & Europa proſeminata. Scythas virum appellaſſe *aor* probat compoſitum

tum ἀνεραὰ viricida, apud HERODOTUM Lib. IV. Cap. 110. quod Thomas MARESCHALLUS Scythicæ Linguæ ſcrutatoribus conſiderandum propoſuit in Obſervat. ad Verſ. Angloſax. pag. 548. Puto tamen ex Scythicis Dialectis, quamvis recentioribus, colligi poſſe, priſcos illos Scythas pronunciaſſe *wæor*, quod homo Græcus ob defectum literæ W. exprimere non poterat. Quamvis ubi abſit, non magnopere deſideres, quia in aliis & vetuſtiſſimis Dialectis jam addi jam omitti ſolet. Armeniis virum vel maſculum appellari ἄηρ, auctor eſt BAXTERUS in Præfat. ad Britannos Gloſſario Antiquitatum Britannicarum præfixa pag. 4. Græcos inde formaſſe ἀνὴρ per epentheſin, idem exiſtimat. Cum Scythis & Armeniis conveniunt Celtæ, quibus *ur* vir, ut demonſtravi ſupra in voce. Superat eo ſenſu apud Cambros & Armoricos. Cambris *gur* vir, mas, *gura* nubere, viro jungi, *gwreng* homo plebejus, *gwerin* viri, virorum multitudo, plebs. Latinos a Celtico *ur* ſuum habere *vir*, conjectat PEZRONIUS in Antiq. Celt. pag. 419. In Inſcriptione Curienſi occurrit *ver* pro *vir*. VE⊐TOR. VER. INLUSTER. PRESES. apud Goldaſt. in not. ad Parænet. pag. 417. Germanos omnibus temporibus virum eodem aut ſimili vocabulo deſignaſſe, ex antiquiſſimis Dialectis manifeſtum. Gothis *wair* vir, Luc. VIII. 27. *fimf thuſundjos waire*, quinque millia viri, Luc. IX. 14. *twai wairos* duo viri, Luc. IX. 30. *twans wairans* duos viros, Luc. IX. 32. Angloſaxonibus *wer* vir, Matth. VII. 24. *bith gelic tham wiſan were*, ſimilis eſt viro ſapienti. Luc. IX. 30. *tha ſprǽcon twegen weras with hyne*, tunc duo viri loquebantur cum illo. Inde compoſita, *burg-waru* oppidani, Matth. XXI. 10. *hieroſolim-waru* cives Hieroſolymitani, Matth. II. 3. *wer-had* ſexus maſculinus, *werelic* virilis, *wered* turba, virorum multitudo, & alia apud Lexicographos. Habent & Franci *uuara* pro viro. Gloſſ. Pez. ventoſus homo *uuint-uuara*, *pigman*. Libentius tamen utuntur *bar*, quod idem, quia W. & B. permutantur. Tranſiit ex idiomate Germanico in alias quoque Occidentis Linguas. Inde Hibernis *fair*, *fear* vir. Hiſpanis *varon* vir. Gallis *garce* ſcortum, proprie virago, *garou* vir, in compoſito *loup-garou* homo in lupum transformatus, & *garçon* maſculus, vir puſillus. Germanis hodiernis ſimplex obſoleſcit: utuntur tamen compoſitis, *wergelt* compenſatio hominis occiſi, *werwolf* homo-lupus, *witwer* homo viduus, *werelt* & contracte *welt* ſæculum, ætas hominis, quæ vide ſuis locis. Ab hoc ſubſtantivo interpretationem capiunt multa apud Antiquos NOMINA PROPRIA, tam perſonarum quam populorum, in quibus *ar*, *var*, & *uar* promiſcue uſurpantur pro *bar* & *wer*, hoc eſt, pro viro.

THUROVARO, vir fortis, a *thor* fortis, audax. Unus ex Ducibus Gothorum, qui Gallieni ævo opulentiſſimum Dianæ Templum apud Epheſios ſpoliarunt & deſtruxerunt. Nomen & factum memoriæ prodidit JORNANDES cap. 20. in rebus Geticis.

ANGRIVARII, coloni inter Amiſiam & Viſurgim in vico *Engern*, cujus nomen adhuc perennat. Non certe ab *angreifen* aggredi, quaſi aggreſſores, ſicut olim exiſtimabant multi: Sed a loco habitationis, h. e. ab *anger* pratum. Res Germanici cum Angrivariis geſtas, ejusque de illis triumphum, vide apud TACITUM Annal. II. 8. 22. 41.

ANSIVARII, incolæ ad Amiſiam, Germ. *Ems*, & hinc rectius *Amſivarii* vel *Amſuarii*, ut multi. Fata infeliciſſimæ Gentis prolixe deſcribit TACITUS Annal. XIII. 55. 56. Multos tamen ex hac clade evaſiſſe, ſequentium temporum res geſtæ declarant. Vide Cel. MASCOVII Hiſt. Germ. pag. 115. & 257. in notis.

ANSIBARII, iidem, & eadem notione, a *bar* vir. KILIANUS eos inter *Hanſos* veteris Germaniæ refert, qui lingua Gothica *Anſes* vocantur. Forte nimis magnifice.

ATTUARII, viri clypeati. Nomen e Celtica Lingua hauſtum. Cambris *aes* eſt ſcutum, clypeus, parma, *aeſawr* ſcutiger, ſcutatus. S. & T. in Celticis Dialectis permutantur. Bella cum Tiberio, Conſtantio Cæſare, & Juliano, vide apud PATERCULUM Lib. II. 105. EUMENIUM in Panegyrico Conſtantio Cæſari dicto, MARCELLINUM Lib. XX. 10.

BAJUVARII, viri e Bojis oriundi. Hodie *Bavari* per ſyncop. olim etiam *Bojoarii*.

BORUCTUARII, viri ex reliquiis Bructerorum oriundi, de quorum excidio agit TACITUS cap. XXXIII. de M. G. Ipſi *Bructeri* vulgo creduntur ſic dicti, quaſi loca paludoſa inhabitantes: quod, ſi rem ſpectes, veriſſimum, ſi nomen, dubium, quia litera T. in medio vocis repugnare videtur. Hinc ſuſpicor, rerram paludibus fractam duobus olim nominibus inſignitam fuiſſe, *bruch* & *brut*, illud a *brechen*, hoc a *brytan* frangere, & ab hoc poſteriori eſſe *Bructeros*, qui in Panegyrico NAZARII vocantur *Bruteri*. Vide *bros* fragilis, & *bruch* locus paluſtris.

CHASUARII, ab *Haſa* fluvio cognominati: Tacito inter Gentes Germaniæ minus celebres recenſiti cap. XXXIV. de M. G.

CHATTUARII, viri bellicoſi, a *Cat* bellum, vel viri e Chattis oriundi.

Etymon, ſi quæratur, commodiſſime peti poteſt a *weren* defendere. Nam ex maſculis eum demum virum dicimus, qui vel ſeipſum vel patriam communem defendere poteſt.

poteſt. Hinc vir alio vocabulo priſcis appellatur *wæpman*, a *wæpn* telum, inſtrumentum defenſionis, prout ex Dialecto Angloſaxonica optime obſervavit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 388.

WER, bellum. Ex eodem fonte. Vi etymologiæ eſt bellum defenſivum, ſed uſus ad omnes belli motus transtulit. Vox ipſa Celtica eſt. Campris *aer*, *aerawd*, *aergad*, prælium, pugna, conflictus. Angloſaxonibus *wær*, *wer* bellum, *wær-boda* fecialis, qui bellum denunciat, *weorod*, *werod* exercitus, manipulus, cuneus, agmen hominum belligerantium, *weriend* miles, bellator, *weryde* militia, *weredu* caſtra. Francis *wueri* bellum offenſivum & defenſivum notat. Hinc illis *lantwueri* modo eſt invaſio regni, modo defenſio patriæ. Capitularia Caroli Calvi Tit. IX. art. ult. *Niſi talis regni invaſio, quam* LANTWERI *dicunt, quod abſit, acciderit.* Cod. S. Remigii apud Baluzium in Not. ad Capitularia pag. 1264. *Et quia in hoſtem aut propter terram defendendam aut propter terram acquirendam itur de* LANTWERI, *id eſt, de Patriæ defenſione.* Hodie ſuperat apud Anglos, quibus *war*, *warr* bellum, *civil war* bellum civile, *open war* mars apertus, *war by ſea* bellum claſſicum. Belgis *werre* obſoleſcit, perinde ut Germanis *wer*. Nam *wirre* alrerius naturæ eſt, & male confunditur cum præſenti. Galli inde habent *guerre* bellum, *guerrier* bellator, Latino-Barbari *guerra* & *werra*, bellum publicum & privatum, *guerrire* & *werrire* bellum facere, *warrannio* equus bellicus, de quo ſupra. Quibus mire conſonat Hebræum *gera*, quod Græci interpretes reddunt *συνάπτειν πόλεμον*, HIERONYMUS *inire prælium, committere prælium, provocare ad bellum*, obſervante BOCHARTO in Orig. Gall. pag. 19. Confer dicta in *Ger* bellum.

NOMINA PROPRIA
a Celtico ÆR oriunda.

ARIOVISTUS, prælio validus. Olim deduxi ab Angloſaxonico *ar-feſt* honeſtus, pius, clemens, quod eſt ab *are* honos, decus, gloria. Sed nunc Celticam originem Saxonicæ præfero, quia magis reſpondet genio militari veterum Germanorum, ut dixi in *veſt* ſtrenuus.

ARMINIUS, ſortis conflictu. Recurrit in *man* vir fortis.

HARUDES, præliatores, a Celtico *aerawd* prælium. Sed & legionarios denotare poſſunt, ſi nomen ducatur a Saxonico *eorod* legio, quod extat Luc. VIII. 30. De Harudibus, qui Arioviſto militarunt, vide CÆSAREM in rebus geſtis cum Arioviſto, Lib. I. de Beſl. Gall.

CARIOVALDA, prælio potens. A *wald* potens. Dux Batavorum apud TACITUM Annal. II. 11.

CHARIOMERUS, pugna clarus. A *mære* clarus, illuſtris, famoſus. Nomen & res geſtæ extant in EXCERPTIS VALESIANIS ex Dione pag. 760. *Chariomerus autem Rex Cheruſcorum, a Cattis imperio ſuo, propter amicitiam quam cum Romanis colebat, ejectus, primum ſocios ſibi quosdam adjunxit, & in recuperando regno ſuperior evaſit. Poſtea deſertus ab eis, quum Romanis obſides miſiſſet, ac Domitianum ſupplex oraſſet, non impetratis auxiliis, pecuniam tamen accepit.*

CARIOVISTUS, idem quod *Arioviſtus*. Solent enim veteres Dialecti permultis vocibus tam domeſticis quam peregrinis gutturalem H. CH. vel C. præfigere, ſalvo & integro ſenſu, quod nimis notum omnibus, quam ut hic prolixa inductione opus habeat. Nomen memoriæ prodidit VOPISCUS in Aurel. cap. 11. *Habes Legionem tertiam felicem, & equites cataphractarios octingentos. Tecum erit Hartomundus, Halidegaſtes, Hildemundus, Carioviſtus.* Ubi tamen male legitur *Carioviſcus*. Duces Germanos fuiſſe, Romanis vel militantes, vel auxilia ferentes, ex nominibus manifeſtum.

HARIOBAUDES, pugna elatus, prælio confiſus, bello intrepidus. MARCELLINUS Lib. XVIII. 2. *Macrianus & Hariobaudes fratres & Reges* Alamannorum. Vox *baudes* ſupra quærenda in *bald* audax.

ARIBERTUS, prælio clarus. Nomen Longobardicum. Vide in *brecht*.

ERICUS, prælio potens. Nomen multorum in Danis Regum, quod rectius ſcribitur *Errich*. Quodſi in ſcriptura nihil mutandum eſt, *legibus potentem* ſignificat, plane ut EURICUS, de quo alibi.

WER, defenſio, *not-wer* defenſio neceſſitate extorta, *ſich zu were ſetzen* tueri ſalutem contra invaſorem, aggredi aggreſſorem. Ex eodem fonte. Jus prov. Alam. Cap. LXI. *der in notwer ſinez libez ainen ze tode ſlebt*, qui in neceſſaria corporis vel potius vitæ ſuæ defenſione alium occiderit. Franci utuntur compoſitis, *lantwueri* defenſio patriæ, de quo ſupra, *giwueri* tutela. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XVII. 17.

Ther ana ſcilt inti ana ſper
So fram firliaſi in thaz giwuer.

Nemo eſt tam temerarius, qui absque armis procurrat ad defenſionem. Apud Islandos in foro quoque dicitur. VEREL. in Ind. *varn* defenſio, tutela, *værnar-ed* juramentum defenſorium.

WER, arma, inſtrumenta defenſionis. Ex eod. fonte. Gloſſ. Pez. ſcutum & clypeum *ſcilt unta wueri*, in arma *in wueri*. Inde *wueri gifangan* arma arripere; apud OTFRIDUM Lib. II. Cap. XI. 56. Cum hac vetuſtiſſima armorum appellatione convenit Sabinorum *quiris* haſta, unde Latinis *quirinus* haſtiger, & *quirites* haſtigeri: Græcorum *γέρρον* enſis barbaricus, ſcutum Perſicum: Latinorum *ferrum*, optimum & peſſimum

(ut

(ut Plinius ait) vitæ inſtrumentum. Cuncta ex eodem cum antecedentibus fonte. Hodie præter ſimplex utimur etiam compoſito *gewer* eodem ſenſu. A ſimplici habemus *enwweren* arma detrahere, item *werhaft machen* arma conferre.

WER, a *weren* munire.

WER, locus a natura vel arte, magis vel minus munitus. Dicitur (1.) de locis ſepto aut foſſa munitis. Inde Angloſaxonibus *wær* ſeptum piſcatorium, piſcium capiendorum & cuſtodiendorum locus, (hodie *weier*, de quo ſupra) *wering* agger. Hodie utimur compoſitis, *bruſt-wer* agger quo pectus militis defenditur, *land-wer* munitio finium, vel pomœriorum urbis. Forte etiam huc ſpectant Latinorum *gerræ*, id eſt, crates vimineæ, arcendi cauſa factæ. (2.) de propugnaculis. WILLERAMUS cap. IV. 4. *duſent ſchilte hangent an dero uuere*, mille clypei pendent in propugnaculo. Inde nomen caſtris, arcibus, caſtellis, & omnibus præſidiis. Teſtes ſunt nomina propria locorum,

HUNNI-VAR, Hunnorum Caſtrum ſive burgum apud JORNANOEM Cap. 2. de rebus Geticis. Vocem Hunnicam *var*, ſed origine Germanicam, etiamnum cuſtodiunt Hungari, Hunnorum (ut credere fas eſt) poſteri, in multis compoſitis, cujusmodi ſunt,

Temes-var, Germ. Temiswar.
Poſini-var, Germ. Presburg.
O-var, Germ. Altenburg.
Colos-var, Germ. Klauſenbug.

WAR-WIK, Verovicum, locus in Belgis, nec non in Anglia. Latine dixeris vicum munitum.

WER-HAM, locus in agro Deſotenſi, ſic dictus, quaſi vicus naturali ſitu munitus, interprete SOMNERO. Hodie dicitur *War-ham.*

Hinc porro via panditur ad veram *Varingici nominis* interpretationem, quod Sæculo XII. Græcis innotuit. Vulgo WARINGI confunduntur cum *Vargis* ſive latronibus, ſed male. Nam *waringi* ſive *βαράγγοι* ſcriptoribus Byzantinis ſunt milites Danorum præſidiarii, ab Anglis regno pulſi, poſtea ab Imperatoribus Byzantinis cuſtodiæ palatii adhibiti. VERELIUS in Indice: *Veringiar* milites prætoriani. A *wær* arx, præſidium. Et hinc porro BERENGARIUS proprie eſt prætorianus, W. ut ſæpe alias in B. converſo.

WER, a *waren* cavere.

WER, cautio & cautus. Angloſaxonibus *wære*, *ware*, *warſcipe* eſt cautio, cautela, *wærlic* cautus. VEREL. in Ind. *var* cautus, *verda var vid* præcavere, *varlaus* incautus, *varbuge*, *varbygd* cautio, præcautio, *varaſt* cavere, vitare. Hodie utimur compoſito *gewær*, cujus antiquitatem ex Dial. Francica ſupra oſtendi. Utimur etiam ſimplici *war* duobus modis, ſubſtantive pro cautione, adjective pro cauto, ſed in compoſitis tantum, cujusmodi ſunt,

warſam, *gewarſam* cautus, vel cauto ſimilis,
ungewarſam incautus & incaute,
warlos cautionis expers,
verwarloſen negligere, cautione debita non adhibita.

WER, pactio, pactum, fœdus. SOMNER. in Dict. AS. *wære* cautio, fœdus, *wære niman* confœderare. Gloſſa Theotiſca apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 128. absque fœdere *ana uuara*. Ex eodem fonte, ut antecedens, quia pactiones ſunt conditiones, quibus paciſcentes de mutua ſecuritate ſibi cavent. Hinc porro Angloſaxonibus *gewerian* fœdus inire, & inde Gothis *gawairthi* pax, Luc. II. 14.

WERBEN, cujuscunque ſit ſignificatus, eſt a *werf* circulus, & hinc ſignificat quantum poteſt, (1.) *cingere*, *circumdare*, quia cingere eſt circulo includere. (2.) *ambire*, quia ambire eſt circumire petendi cauſa. (3.) *vertere*, quia vertere eſt in gyrum movere. (4.) *verti*, quia verti eſt in gyrum moveri. Reliqui ſignificatus deſcendunt ab ultimo & penultimo per metaphoram & ſynecdochen, ut poſtea oſtendam.

WERBEN, cingere, circumdare. Codex Arg. Luc. VIII. 45. *manageins bibwarband thuk*, turbæ te cingunt. Inde

Angloſax. *ymb-bwyrft* ambitus, circuitus, orbis, gyrus, apud SOMNER. in Dict.
Francia *umbiuuerft* orbis terræ, in Harm. Evang. Tat. Cap. V. 11.
Island. *hvirfing* circulus hominum, apud VEREL. in Ind.

WERBEN, ambire, *werber* procus, qui amorem puellæ ambit, *ſich bewerben* peturire, *anwerbung* peturitio. Proprie quidem eſt *circumire*. Sed id, quod præcipuum eſt in actione, ſæpe denominatur ab eo quod antecedit. Isque loquendi modus ſatis frequens eſt in omnibus Linguis, & a Rhetoricis vocatur metonymia antecedentis pro conſequente. Ita Latinis *ambire* nonſolum eſt circumire, ſed etiam circumeundo petere.

WERBEN, vertere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *hweorfian* vertere, *hweorfa* verticulum, verticillum. Cambris in Britannia verticulum etiamnum dicitur *chwerfan*, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Confer *werben* verti.

WERBEN, pro *vertere*, ſæpe uſurpatur ſynecdochice, poſito genere pro ſpecie, & tunc ſignificat (1.) *redire*, quia redituri cogitur corpus vertere in oppoſitam plagam, & hinc etiam Latinis *reverti* dicuntur. (2.) *negotiari*, quia negotiari eſt verſuram rerum facere.

WERBEN, redire, reverti. Gloſſ. Keron. redeas *huuarabes*, revertentes *huuerbente*. TATIANUS Cap. IV. 9. de B. Virgine: *inti*

uuarb

uuarb zi ira hus, & reverſa eſt in domum ſuam.

WERBEN, negotiari, *gewerbe* negotium, occupatio, *gewürbig* negotioſus, occupatione prædituſ, *freywerber* negotiator amoris, *erwerben* labore acquirere. Quæ certe ſunt idonea, etiamſi illis ornamentum vetuſtatis addere non poſſim.

WERBEN, pro *vertere*, ſæpe uſurpatur metaphorice, & dicitur de rebus, quæ, etiamſi non vertantur in gyrum, verti tamen videntur. Hinc *werben*, active poſitum, præter ſuperiora ſignificat (1.) *convertere animum ad objectum*, quia animus a natura ita factus eſt, ut rerum inſtar vertibilium ab uno objecto ad aliud converti poſſit. (2.) *mutare ſtatum, formam, vices*, quia mutatio ſtatus ſimilis eſt converſioni, qua res e priſtino ſitu in alium & oppoſitum vertitur. (3.) *colligere milites*, quia colligere milites nihil aliud eſt, quam juvenes ex alio vitæ genere ad militiam convertere, ſpe, vi, aut metu.

WERBEN, convertere animum ad objectum. TATIANUS Cap. II. 6. *inti manage Iſraheles barno giuuerbit zi Truhtine Gote iro*, & multos filiorum Iſrael convertet ad Dominum Deum ipſorum.

WERBEN, mutare, permutare, alternare. SOMNER. loc. cit. *hweorſian, bwyrfan* mutare, commutare, permutare, *bwyrfolung* mutatio, *bwyrfium* viciſſim, alternatim. Idem Francis *uuerben*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XXIII. 65.

Ja ſint, quad er, hinoti
Zuelif dago ziti?
Thio iro ſtunta uuerbent,
Joh themo dage folgent.
Nonne ſunt, inquit,
Duodecim diei horæ?
Quæ vices ſuas mutant,
Et diem ſequuntur.

Hinc inſtabiles Gothis vocantur *hweilahwairbai* Marc. IV. 17. quaſi cum tempore mutabiles. Cum quo ſignificatu conveniunt quædam Islandica apud VEREL. in Ind. *huerfull* inſtabilis, inconſtans, *huerſynde* ingenium volubile. Hodie *werben* ſuperat in *gewerbe* commercium, a permutatione mercium ſic dictum, more negotiandi vetuſtiſſimo, & ante uſum pecuniæ interioribus Germanis unice cognito, teſte TACITO Cap. 5. de M. G.

WERBEN, colligere milites. Proprie eſt convertere ad militiam, ut paulo ante dixi. Inde *werbung* coactio militum, *werber* qui milites cogit, ſpei vel metus oſtenſione. Nova, & prioribus ſæculis ante militem perpetuum ignota. In his & ſimilibus verbis regnat λιτότης, quæ ſynecdoche generis ſubjicitur. Genus autem hoc loco eſt *vertere*. Hac figura in amplificandis verborum pomœriis mire delectantur majores noſtri, plus ſemper intelligentes quam dicere videntur.

WERBEN, verti, in gyrum moveri. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 25.

Galilea, thaz ih quad,
Theiſt in Frenkúgon rad,
Thaz ſih io umbizirbit,
Joh emmizigen uuerbit.

Galilæa, quam dixi,
Francica Lingua eſt rota,
Quæ circumvolvitur,
Et continuo gyratur.

VEREL. in Ind. *huerfa* volvi, converti, *huerfand huel* inſtabilis, volubilis rota. Inde

Angloſax. *hweorf-pole* charybdis, quaſi palus voraginis, ob motum gyralem.

Francis *uuerbendaz ſuuert* gladius verſatilis, quia ab Angelo Paradiſi cuſtode rotatur, apud NOTKERUM Pſal. XVII. 30.

Germ. *wirbel* vertex, verticillum, turbo, vortex Cœli, Ponti, & fluvii, latiſſimo ſignificatu, & univerſe a motu gyrali petito.

WERBEN, pro *verti*, in tropico dicendi genere duos admittit ſignificatus, diſſimiles quidem & contrarios, ſed tamen cognatos. Significat enim (1.) *degere*, una vivere in loco. Nam ubi degimus, ibi convertimur alii ad alios, & in iſto rerum & perſonarum motu eandem verſuram cum illis patimur. Hinc etiam Latinis *verſari* & *converſari* eſt una vivere, & *converſatio* actus viventis cum aliis. (2.) *vagari*, errare, quia vagari eſt huc illuc inconſtanter moveri, & per gyrum in eundem locum revertι.

WERBEN, degere, verſari, una vivere. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XX. ult. ubi de damnatis apud inferos:

Sie himilriches tharbent,
Joh innan beche uuerbent.
Cœlorum regno carent,
Et in tenebris verſantur.

WERBEN, vagari, errare. BENSON. in Voc. AS. *hweorfan* errare, *bwyrfan* vagari, *hwurf* error, *hwyrfend* erro. NOTKERUS Pſal. XIII. 3. *ſi uuerbent mit arbeiten, ſo uuar ſie uuerbent*, vagantur cum ærumnis, quacunque vagantur.

WERBEN, ire, ambulare, transire. Gothis *hwarban* Marc. I. 16. & paſſim. Quamvis ſono conveniat cum antecedentibus, non tamen eſt ejusdem generis, niſi forte ortum dederit ſynecdoche, qua genus ponitur pro ſpecie, *alternare* pro *ire*, quia alternis cruribus incedimus, & quaſi motu reciproco. Quod tamen minus placet. Nam (1.) Gothi diſtinguunt inter *hwarban* & *hwairban*, etiamſi Gloſſographi confundant. (2.) verba eundi ſolent formari a pedibus, ut oſtendi in *bein, faren, pedden*. Pes autem Laconice dicitur πας, & hinc fortaſſe Græcis πορεύομαι eo. Quod potuerunt Gothi imitari in *hwarban* mutatis labialibus.

WERD. Vide *werder*.

WER-

WERDEN, fieri, *wird* fit, *worden* factus. Idem Gothis *wairthan*, Anglosaxon. *weorthan*, *wurthan*, Francis & Alam. *uuerden*. Gloss. Pez. factus est *uuard*. Gloss. Keron. factus *uuortaneer*, facti sunt *uuortane sint*, factos *uuortane*. TATIANUS Cap. II. 3. 9. *uuard tho* factum est, *thisu uuerdent* hæc fiant. MARTINIUS *werden* putat esse a *fore*, JUNIUS ab ἔρδω facere. Sane *worden* posset esse ab ἔρδω, sicut *factus* a *facio*, nisi genius linguæ obstaret. Nam *worden* est præteritum a *werden* fieri. Ipsum vero *werden* sat manifesto oritur a futuro *wird* erit, verbi *wæren* esse. Quid enim est fieri nisi futurum esse ? Franci ab hoc verbo eleganter formarunt *uuerde* possibilitas, facilitas existendi. OTFRIDUS Lib. I. cap. V. 125.

Nist uuiht suntar uuerde
Inthiu iz Gott uuolle.
Nihil est citra possibilitatem,
Dummodo Deus id velit.

Præcipuum compositum est *verwerden* perire, verbum bonum & restitui dignum, de quo plura in loco.

WERDER, locus pascuus aqua circumfluus, locus solidus inter paludes vel rivos. Dicitur & *werd*. Inde KAISERSWERD insula Cæsaris, DONAWERD peninsula Danubiana. Lutherus utitur *webrd*, Ezech. XXVI. 5. ubi Biblia Lubecensia an. 1533. habent *werder in meere*. HELVIGIO est a Lat. *viridarium*.

WERELADA, ad verbum est *purgatio viralis*, non *lex weræ*, ut CANGIUS existimat. Nam *lada* apud Veteres non est lex, sed purgatio, a *laden* purgare. Dicitur autem *viralis*, a *wer* vir, quia certo & congruo virorum seu conjurantium numero opus erat, pro qualitate nativa ejus, qui sese a crimine homicidii purgare vellet. Et hunc sensum exigunt testimonia a CANGIO producta ex Legibus Henrici I.

WEREN, significatus suos accipit ab ἄρη, ἄρης Mars, vis, ferrum, per prosthesin literæ W. & proprie est vi resistere malo, sive id fiat *defendendo*, sive *arcendo*, sive *muniendo*. Hic primus verbi significatus, qui postea a vi & armis ad omnia media, quibus salutem, statum, famam, ab injuria defendimus, translatus est. A *weren* rursus fit *wer* vir, bellum, arma, defensio, munitio &c. latissimo significatu.

WEREN, defendere. SOMNER. in Dict. Anglosax. *weran* tueri, defendere, asserere. Idem Francis *uuerien*, Belgis *weeren*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 205. de suis Francis:

Ni sint thie imo oub derien,
Inthiu nan Frankon uuerien.

Vertit SCHILTERUS:

Nec sunt qui ei noceant,
Dum eum Franci defendant.

Primo quidem est vim vi propellere: postea vero, ut supra monitum, generaliorem accepit significatum, quia omnis in vita defensio bellicæ similis est. Hinc etiam in foro usurpatur. VEREL. in Ind. *veria* Legibus passim in judicio se vel alium defendere.

WEREN, arcere, prohibere. Gothis *warjan* Luc. VI. 29. Anglosaxonibus *werian*, *werigan*, *wergan* apud JUNIUM in Gloss. Goth. Francis *uueren*, *uuerian*, *piuueran*, Alamannis *uueren*, *uuergen*, *piuueren* & *piuuergen*, Suecis *væria* apud STIERNHIELMIUM in Gloss. Goth. Cum simplici *wergen* convenit Græc. ἄργειν, & Lat. *arcere*. Gloss. Keron. prohibe *piuueri*, prohibuerit *piuuerit*, prohibeant *piuuergem*. Gloss. Pez. non vetare *ni uuerian*, si vero prohibiti sint *upi in iz piuuerit uuard*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XIV. 25. seq.

Druhtin, quadun se sar,
Uuir eigun zuei suert hiar.
Domine, mox dicebant ii,
Habemus hic duos gladios.

Respondet Christus: Satis est gladiorum,

Thaz uuir in mugun uueren,
Inthiu uuir thaz uuollen.
Ut illos possimus arcere,
Siquidem id facere volumus.

WEREN, munire. BENSON. in Voc. Anglosax. *werian* munire. Franci habent *warnen*, quod vide. Præcipuum derivatum est *wer* locus munitus, de quo supra.

WEREN, induere, vestire. Sensus a munitionibus ad vestes translatus, quia vestes sunt munimenta, quibus corpus ab injuria aëris tegitur & defenditur. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XXII. 45.

Laz thia fuorga, theist es guat,
Themo thih sulichan giduat,
Mit uuato er thih io uuerie,
Joh emmizigen nerie.

I. e. Linque curam ei, qui te talem creavit, ut te vestibus tegat, & assidue nutriat. Plura exempla subministrabit SCHILTERUS in Gloss. Idem Anglosaxonibus *weran* apud SOMNER. & BENSON. Hodie eodem sensu dicimus *waren*. Inde *übel-verwart* male vestitus, male tectus.

WEREN, liberare, *ich kan mich seiner nicht erweren* non possum me liberare ab illo. Gloss. Lipf. *giveri* libera, *givereda* liberavi, *geveran sal* liberabo. Hic causa ponitur pro effectu, antecedens pro consequente, *defendere* pro *liberare*.

WEREN, capere. Vide *eren*.

WERF, *warf*, circulus, circuitus. A Lat. *orbis*, quatenus circulum seu figuram rotundam significat, præposito W. *Orbis* autem est ab *urbus* curvus, vel ab *urbare* circulum describere. Dicitur per synecdochen generis (1.) *de circulo congregatorum*. ADAMUS Bremensis Hist. Eccl. cap. 229. *Commune populorum Concilium a Sueonibus* WARPH (Vossianus Codex scribit WARB, quod idem) *a nobis* THINC *vocatur*. LL. Frif. I. 29. *dis tredda*

tredda deys aeghſe di frana oen den WERF *to bringhen*, tertio die debet eam Prætor ſiſtere coram Judicio vel conventu publico. Rurſus IV. 21. & 24. *an da lyoda* WARVE, in populi conventu. Item XII. 1. ac paſſim alibi, obſervante JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 273. (2.) *de locis quæ curvatura ſua circulum vel ſegmentum circuli referunt.* Inde Angloſax. *hweorfa* crepido littoris, ripa, apud SOMNER. & BENSON. Anglis *wharf* portus, Belgis *werf* locus in littore ubi naves fabricantur. (3.) *de ſeptis.* Diploma Philippi Archiepiſcopi Colon. an. 1169. apud ESTOREM in Com. de Miniſt. pag. 472. *Quodſi forte pugna fieri debet, Burggravius pugnam judicabit, & eques in circulo, quod* WARF *dicitur, incedere debet ad cuſtodiendum circulum, ad reſiſtendum preſſuræ populi.*

WERF, a *werben*, verti, ſignificat quantum poteſt. SOMNER. in Dict. AS. *hweorfa* verticulum, verticillum, *hwyrf-pole* charybdis, vorago. Gloſſ. Pez. vorago *uuervo.* Vide plura in fonte.

WERF, a *werben* redire, ſignificat vicem & viciſſitudinem rerum, quia per vicem omnes intelligunt vel tempus recurrens, vel reditum ejusdem rei in ſerie & ordine. Hoc ſenſu *uuarba* ſæpe occurrit apud OTFRIDUM, e.g. Lib. V. Cap. III. 23. Cap. XXIII. 359. & a SCHILTERO recte vertitur per *vicem.* Belgas etiamnum dicere *een-werf*, *twee-werven*, *dry-werven*, ſemel, bis, ter, item *eerſt-werf*, *leſt-werf*, prima vice, ultima vice, ſcribit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 274. Olim fuit formula citandi judicialis, quæ nunc obſoleſcit.

WERF, gewerf, collatio, conjectio in unum, a *werfen* jacere, conjicere. Dicitur antiquitus de ſymbolo Apoſtolico. NOTKERUS Balbulus in Verſ. Theot. Orat. Dom. & Conf. fidei: *Daz Græci chedent* SYMBOLUM, *Latini* COLLATIONEM, *daz cheden uuir* GEWERF, *uuanda iz Apoſtoli geſamenoton, unde zeſammine geuuurfen, daz iz zichen ſi Chriſtianæ Fidei:* Quod Græci vocant *Symbolum*, Latini *Collationem*, hoc vocamus nos *Conjectionem*, nam illud Apoſtoli colligebant & in unum conjiciebant, ut eſſet Signum Chriſtianæ Fidei. Extat inter Monumenta Catechetica apud ECCARDUM pag. 80.

WERFEN, jacere, jaculari, conjicere, projicere &c. Gothis *wairpan*, Angloſax. *weorpan*, *wyrpan*, Franc. & Alam. *uuerfan*, Belg. *werpen.* In Evangelio Gothico dicitur de pane qui mittitur ante canes Marc. VII. 27. & de ſorte Marc. XV. 24. In Harmonia Evang. Tatiani de dextra ſcandalizante, quæ abſciſſa projicitur Cap. XXVIII. 3. *inti uuirpb ſie fon thir*, & projice eam a te. Inde Latino-Barbaris *werpire* jacere, & *laiſowerpire* ſeſtucam in ſinum alterius jactare, tanquam ſymbolum traditionis, a *latz* ſinus, interprete ECCARDO in not. ad Leg. Sal. pag. 91. 92. Cuncta a Gr. ῥιπὴ ictus, jactus, projectio, per proſtheſin & metatheſin, judice JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 389. Allegorice dicitur (1.) de recuſatione, quia ingrata ſolemus retro jacere. Inde *verwerfen* reprobare. (2.) de accuſatione, quia culpa objecta ſimilis eſt jactui, qui in aliquem torquetur. Inde *vorwerfen* exprobrare. (3.) de ſubjectione, quia ſubjecti ſimiles ſunt jactu vel voluntario vel violento proſtratis. Inde *unterwerfen* ſubmittere ſe, ſubigere alios. Plures ſenſus allegoricos ſuppeditabit cuivis compoſitorum conſideratio, ut neceſſe non ſit, ſingulos commemorare. Ex compoſitis hodie vigentibus antiquitate ſplendent

auswerfen ejicere, Gothis *uswairpan* Marc. III. 15. XI. 15. Angloſax. *ut-aweorpan*, Francis *uzwerfan.*

auswurf ejectamentum. Francis & Alam. *auuerf.* Gloſſ. Keron. abjectio *auueraf.* Gloſſ. Boxh. *auuerf* abortivus.

verwerfen, projicere. Goth. *frawairpan* Marc. IX. 42. Alaman. *faruuerfan.* Gloſſ. Keron. projici *faruuorfan.* Subintellige *uueſan.*

unterwerfen, ſubjicere, *unterwerfung* ſubjectio. Gloſſ. Keron. ſubjectione *untaruuorfanii.*

Reliqua aliis conquirenda relinquo. Præcipua derivata ſunt, *warf* jactus, *werf, gewerf* conjectio, & fortaſſe etiam *arf* ſagitta.

WERFEN, parere, eniti. Dicitur tantum de fœtibus animalium a matre cadentibus, quia ejici magis quam naſci videntur. Confer *fallen* naſci.

WERFEN, ordiri. Factum auctoribus Francis ab ἄρχω incipere, præpoſito W. & mutato CH. in F. quod fieri ſolet ſæpiſſime. Gloſſ. Pez. ordiremini, ordinaremini telam *uuerffet uueppi.* Hodie *werfen* etiamnum habet ordiendi ſignificatum in compoſitis *entwerfen* delineare, *entwurf* delineatio. Quid enim eſt delineare, niſi rem per lineas ordiri?

WERFT, ſtamen. Utitur Luth. Lev. XIII. 48. 49. FRISCHIUS refert ad *werben* ire, transire, quia tranſitum præbet radio textorio. Alius fortaſſe referret ad *werfen* trajicere, quia ſtamen eſt filum rectum, quod texendo trajicitur. Mihi videtur oriri a *werfen* ordiri, quia ſtamen eſt principium telæ.

WERG, *werk*, ſtupa. Gloſſ. Pez. ſtupa *auuirchi, avurchi.* FRISCHIO, quem paulo ante citavi, *werg* eſt intricatum quid, a *wirren* implicare, quaſi *werrig.* Mihi *werk* videtur expulſum quid denotare, & ſic appellari quaſi *wreck* a *recken*, *wrecken* ejicere, litera R. ut ſæpe alias transpoſita. Atque ad hanc cognationem omnia ejectamenta refero, etiam maris & lini. Præfixum *a.* in voce Francica ſignificatum auget. Vide plura in fonte.

WERGELT, pretium hominis occiſi. BENSONIUS in Voc. Angloſax. *wer-geld*, *wergyld* capitis æſtimatio. Vox Saxonica, quam imitantur Latino-Barbari in *werigildus* & *werigildum.* Cum utraque compoſiti pars ambigua ſit, & duplicem admittat ſenſum, homi-

hominis & pretii, mulctæ & compoſitionis, hinc duæ opiniones valde diſſimiles natæ. Prima eſt SOMNERI, qui vocem Saxon. ducit a *were* pretium quo vir occiſus æſtimatur, quod eo ſenſu ſæpe occurrit in LL. Angloſax. Altera ECCARDI, cui *weregildum* eſt compoſitio hominis occiſi, a *wer* vir. Priori ſententiæ favet, quod pretium hominis occiſi in LL. Angloſax. ſæpiſſime dicitur *wera* ſimpliciter: Poſteriori, quod eadem res in Legibus HLOTHARII & EADRICI Regum Cantii, jam an. 685. latis, & Spelmanno citatis, dicitur *manwyrth*, id eſt, pretium hominis. Sed undecunque nomen quæſitum ſit, quod nemo facile definiverit, res ipſa ſenſu forenſi eſt pecunia, quam tenebatur ſolvere is, qui hominem occidiſſet, ſecundum æſtimationem Legibus receptam, quæ apud varios varia erat, pro ſtatu & conditione hominum. Et hoc ſenſu *werigildum* paſſim occurrit in Codice Legum Antiquarum apud LINDENBROGIUM. Lex Ripuar. Tit. LXIII. *Si quis hominem in hoſte interfecerit, triplici wergildo culpabilis judicetur.* In hoſte, i. e. in exercitu. Antiquiſſimis Germaniæ temporibus pro homicidio duplex erat *werigildum* præſtandum. Partem unam accipiebant propinqui, ob conſanguineum interfectum, de qua TACITUS cap. XXI. *Luitur homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus.* Puta domus occiſi. Hanc ſatisfactionem Angloſaxones vocant *mægbot*, quaſi expiationem cognatorum, a *mag* propinquus, & *bot* ſatisfactio. Alteram partem recipiebat Rex, Princeps, vel Civitas, ob violatam pacem & publicam ſecuritatem. TACITUS Cap. XII. *Pars multæ Regi, vel Civitati, pars ipſi, qui vindicatur, vel propinquis ejus exſolvitur.* Hanc mulctam Angloſaxones vocant *fribes - bot*, quaſi emendationem pacis. Utramque vocem exhibent SOMNERUS & BENSONIUS. De hoc veterum inſtituto nemo præclarius ſenſit GROTIO: *Illud ex intima ſapientia petitum, quod in delictis duo ſpectabant, læſum jus privati, & læſam ſocietatem publicam, quæ legum auctoritate conſtringebatur. Itaque mulctæ duæ pendebantur, quod notatum eſt* TACITO, *altera ei qui vindicatur, altera Regi aut Civitati. Hoc* FREDA *dicitur, quia paci publicæ, qui peccavit, per eam reſtituitur, illud* WEDRIGELDIUM, *id eſt, quod pro talione datur.* Hæc GROTIUS, competens ſane rerum excellentium judex & æſtimator, in Præfat. ad Scriptores Gothicos pag. 67. Non ſolum autem ſtante Deorum cultu, ſed etiam diu poſt, Germania a ſanguine homicidæ abſtinuit. Qua de re inſignis locus eſt in Lege Bajuvariorum Tit. I. Cap. VII. 3. *Nulla ſit culpa tam gravis, ut vita non concedatur propter timorem Dei, & reverentiam Sanctorum: quia Dominus dixit:* Qui dimiſerit, dimittetur ei: qui non dimiſerit, non dimittetur ei.

WERGELT, compenſatio damni illati. Decretio CHILDEBERTI Regis an. 595. §. 11. *Quicunque ſervum criminoſum habuerit, & judex rogaverit ipſum præſentare, & noluerit, ſuum Werigildum omnino componat.* Id eſt, ſolvat pro ſervo qui noxam fecit. VEREL. in Ind. *verigild* mulcta ſolvenda ſecundum æſtimationem damni dati. Recte. Eſt enim a *wære* pretium, & *gelt* vel *gilt* compenſatio. VERELIO tamen videtur eſſe a *werde* pretium, ECCARDO a *widrigild*, quia Belgæ & Sax. inf. pro *wider* ſolent dicere *weer*. Sed contra utrumque obſervandum, quod veteres raro ita deglutiant conſonantes in vocibus ſuis, ſicut recentiores, & quod ſalvando vocis ſenſu minime neceſſe ſit, ad elocutionis pigritiam confugere. Nam *wære* eſt vox bona & integra, quæ originem ſuam refert ad *weren* æſtimare, taxare. Vide utrumque in loco.

WERGEN, arcere. Vide *weren*.

WERHAFT MACHEN, armis initiare. Conſuetudo antiquiſſima, quæ non potuit eſſe deſtituta loquendi formula. Hæc fuerit, an alia, fide Annalium non conſtat. Rem ipſam eleganter deſcribit TACITUS Cap. XIII. de moribus Germanorum: *Nihil autem neque publicæ neque privatæ rei niſi armati agunt. Sed arma ſumere non ante cuiquam moris, quam civitas ſuffecturum* (aptum ad arma per ætatem, robur, aut valetudinem) *probaverit. Tum in ipſo Concilio vel Principum aliquis, vel Pater, vel propinquus ſcuto frameaque juvenem ornat. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: Ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ.* Agitur hic haud dubie de inauguratione militis gregarii. Sed gladius inter arma deſideratur, quod miror. Gladius inquam, præcipuum belli inſtrumentum, quo nunquam caruit Germania, vel ipſo TACITO teſte, qui gladium inter dona nuptialia recenſet Cap. XVIII. Omiſſum igitur reor, vel ſcriptoris incuria, vel quod ſub *armorum* appellatione jam videbatur contineri. Optima antiquitatis interpres eſt cuſtos celebritatis poſteritas, quæ gladium huic ritui ſemper adhibuit. Reges Gothorum fortiſſimum quemque gladio adoptaſſe, colligitur ex Epiſtola Theodorici Regis ad Herulorum Regem apud CASSIODORUM Lib. II. Epiſt. 2. Reges Francorum filiis ſuis gladium ipſi conferebant. Vita Ludovici an. 791. *Patri Regi Rex Ludovicus Ingelheim occurrit, indeque Renesburg cum eo abiit, ibique enſe, jam appetens adoleſcentiæ tempora, accinctus eſt.* Apud Longobardos vero more receptum erat, ut filius Regis non poſſet eſſe conviva patris, niſi ab exteræ gentis Rege armis prius donatus. Vide P. DIACONUM Lib. I. de Geſtis Longob. cap. 23. & patebit. Ab hac antiquiſſima conſuetudine haud dubie deinceps profluxit *Ordinis equeſtris & Cinguli militaris* inſtitutio. Exempla Sæculi XI. XII. XIII. vide apud Cel. ESTOREM in Obſerv. pag. 83. Hodie omnes arma geſtamus, ſenes & pueri, nobiles & ignobi-

ignobiles, tanquam ſignum libertatis vel ortus ex gente bellicoſa, nemine conferente, ſed nec prohibente.

WERK, ſtupa. Vide *werg*. Rectius tamen ſcribitur *werk*.

WERK, opus. Angloſax. *weorc*, Franc. *uuerch*, Alam. *uuerah*, Lex. Run. *verk*, Belg. *werk*, Angl. *work*, Græc. ἔργον. Gloſſ. Keron. opus *uuerah*, operarius *uuerahman*. Gloſſ. Pez. artifex, faber *uuerahmeiſter*. Refer ad *würken* operari.

WERKS, in formula *viel werks machen*, rem magni facere, eſt ipſum Græc. ἐργασία cultus, opera, præpoſito W.

WERMUT, abſinthium. Cambris *wermod* in Botanologico Ant. Brit. Boxhornii, Angloſaxonibus *weremod* & *wermod* apud Lexicographos, Francis *uuermot*. Gloſſ. Pez. abſinthia *uuermota*. Videtur idem quod *wærmde* calor, qua voce abſinthium deſignant Misnici, a *wærmen* caleſacere, ob virtutem calorificam, qua pollet, in corroborando ſtomacho. Idem derivandi medium apud omnes. Nam *de*, *ot*, & *ut*, non niſi tranſpoſitione differunt, ut dixi in PROLEG. Sect. VI. Angli eandem herbam vocant *wormwood*, quia vermes de ventre pellit. Sed hanc interpretationem non admittit vox Germanica, niſi cum reliquis per ſyncopen corrupta ſit. Longius a veriſimilitudine abeſt, quando *wermut* derivatur a *wormes* olus, quod nimis generale. Placet tamen DIECMANNO in Spec. Gloſſ. pag. 151.

WERRE, trica. V. *wirre*.

WERSICH, ſpecies oleris. Latinis *braſſica*, Cambris *breſych*, Italis *verza*, Helvetiis *wirze* apud PICTORIUM. Vox Germanica & Cambrica, manifeſto conveniunt cum Latina, reliquæ cum *würze* olus.

WERT, ſubſtantive pretium, adjective pertio dignum, & translative eum, cui jure aliquid tribuitur, ſignificat. Oritur a *wæren* æſtimare.

WERT, pretium, valor. Belg. *waarde*, Suec. *wærde*, Gall. prior. *guerdon*. Vox Celtica. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwerth* pretium, valor, *adwerth* pretium minus juſto. Gothi utuntur compoſito *andwairthi*, reliqui ſimplici. Sic pretium ſanguinis, de quo agitur Matth. XXVII. 6. interpreti Gothico dicitur *andwairthi blothis*, Angloſaxonico *blodes wurth*, Francico *uuerd bluotes*, in Harm. Evang. Tatian. cap. CXCIII. 4. Quibus ſimilis eſt vox Latina *pretium*. Nam R facile loco movetur, & W. atque P. ſæpe permutantur.

WERT, pretio dignus, tantum valens, quanti æſtimatur, *wert ſeyn* valere pretium, *viel wert* magni pretii, *nichts wert* nullius pretii. Senſus vocis Francicus. Gloſſ. Pez. valuit *uuerdu uuas*. Germani, ut ſæpe alibi, ita etiam hic uberiores ſunt Latinis, qui non habent vocem, qua hunc ſenſum exprimant. Belgæ eodem ſenſu dicunt *waard*.

WERT, pretioſus, *unwert* vilis. Gloſſ. Pez. abjecta *unuuerdi*. Gothi dicunt *fwers* & *unfwers*, litera prima ſibilata, & ultima liquefacta. Qui hæc a cognatione cum reliquis conantur avellere, corrigant errorem ſuum ex dictis in *ſchweren* honorare.

WERT, gratus, dilectus, ſuſpiciendus, *werte freunde* chari amici, *wert halten* amanter tractare & cum obſervatione, *werthaltung* obſervantia, *unwert halten* deſpicatui habere. Senſus a rebus pretioſis petitus auctoribus Francis, quia pretioſa ſolent eſſe chara. OTFRIDUS Lib. V. Cap. ult. 261.

Oba uuir unſih minnon,
So birun uuir uuerd mannon.

Si nos invicem diligimus,
Tunc ſumus (Deo) grati homines.

NOTKERUS Pſal. LIX. 7. *gehore mih, uuanda dir uuerdera iſt diu beta dero himeliſcon guoto danne dero irdiſcon*, exaudi me, nam gratior tibi eſt petitio cœleſtium bonorum quam terreſtrium. Utrumque locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſ.

WERT, dignus, cui jure aliquid tribuitur, *wert ſeyn* mereri, *liebens wert* dignus qui ametur. Senſus vocis Gothicus & Saxonicus. Evang. Goth. Luc. VII. 4. *wairths iſt thammei frambis thata*, dignus eſt cui præſtes hoc. Evang. Angloſax. Luc. X. 7. *wyrhta is hys mede wyrthe*, operarius dignus eſt mercede ſua. Franci & Alam. hoc ſenſu dicunt *würdig*, quod vide.

WERTS, *warts*, verſus locum. Goth. *wairth*, *wairths*, Angloſax. *weard*, Franc. & Alam. *uuartes*, *uuert*, Angl. & Belg. *ward*, Isl. *vart*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *weard* verſus, *with heofonas weard* verſus cœlum, *eaſt-weard* orientem verſus, *nitherweard* deorſum &c. Gloſſ. Alam. apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. *heimuuartes* domum verſus, *uzuuert* forinſecus, *inuuertes* penitus. VEREL. in Ind. *vart* verſus plagas mundi. Cuncta a Lat. *verſus*. Excipe tamen ea, quæ motum excludunt, & confer PROLEG.

WERWOLF, lycanthropos. SOMNER. in Dict. Angloſax. *were-wulf* Lycaon, lycanthropos. Componitur a *wer* vir, & *wolf* lupus. Et dicitur etiam *bær-wolf*, quia alia Dialecto *bar* eſt vir. Galli alio & meliori compoſitionis ordine vocant *loupgarou*. Nam proprie eſt homo in lupum mutatus, non lupus homini infeſtus. De Gallica voce mire nugantur eruditi. *Garou* virum denotare, jam ſupra demonſtravi in *gur* vir. Cæterum homines in lupos transformari, vetuſtiſſima fama eſt, quæ apud Græcos vocabulum invenit & fidem. Scilicet *nullum tam impudens mendacium eſt, ut teſte careat*, ſicut veriſſime PLINIUS, cujus etiam hæc ſunt: *Homines in lupos verti, rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus, aut credere omnia,*

omnia, quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus. Lib. VIII. Cap. 28. Si res ex moribus hominum æſtimetur, lupos ex hominibus fieri, & ex lupis homines, certiſſimum eſt, & omnium ſæculorum experientia probatum. Poſſe etiam hominem arra bile affectum imaginari, ſe lupum eſſe, & tanquam lupum ſe gerere, Medici affirmant. Hinc quidam initium fabulæ ad morbum quendam retulerunt. Sed perperam. Proditum enim memoriæ eſt, eos, qui ſic vertuntur, ſponte & voluntario in quascunque animalium formas mutari, quoties ac quamdiu vellent, & ad priſtinam formam pro libitu reverti, quod certe non eſt hominis morbo correpti. MELA Lib. II. Cap. 1. *Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt, quo, ſi* VELINT, *in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutentur.* Idem de ſacris Virginibus Inſulæ Senæ, quas Gallici cujusdam Numinis & Oraculi Antiſtites vocat, Lib. III. Cap. 6. *has maria ac ventos concitare carminibus, ſeque in quæ* VELINT *animalia vertere putant.* Patet ergo, hanc transmutationem ſecundum antiquam credulitatem non fuiſſe morbum, ſed rem liberam & voluntariam. Quemadmodum autem omnis fabula eſt ſermo falſus, a veritate quadam ortus; ita hanc quoque fabulam ab iis ortam reor, qui ſtatis temporibus & myſteriorum celebrandorum cauſa pellibus animalium induebantur, propagatamque ab iis, quorum intererat, ut vi Numinis, quod colebant, mutati crederentur, non perſonati. Tales fuiſſe Virgines illas Inſulares, & veriſimiliter Lunæ Sacerdotulas, mihi perſuaſit doctiſſimus Auctor *Religionis Antiquo-Gallicæ*, cujus nomen, etiamſi Libro inſcriptum non ſit, volat tamen per ora virum, & majorem ab occultatione claritudinem accipit. Anſam conjecturæ dedit ſignum *Lunæ* Falconiaci in Lotharingia cum iisdem animalium formis effoſſum, quibus alias Myſteria Mithræ celebrantur a larvatorum caterva. Nam hinc præclarus Auctor colligit, Mithram & Lunam iisdem ceremoniis cultam eſſe a Gallis, & Virgines Senenſes (quas Drues vocat) navigantibus perſuaſiſſe, ſe in omnes animalium formas verti, & poſtea ad ſe redire. Idemque de *Neuris*, gente Scythica, ſtatuo, quia non inviti, ſed quoties vellent, nec omni tempore, ſed ſtato tantum, hoc eſt, ut arbitror, feſtivo, & initiationibus dicato, in formas lupinas (lupus autem eſt fera Marti ſacra) vertebantur. Quæ res Græcis fingendi anſam dedit, naturam eos mutare, non veſtem. Vide MARTINUM de cultu Mithræ per ad ſcitias ſerarum & pecudum formas Lib. II. Cap. 35. de ſacris Virginibus in Inſula Sena Lib. IV. Cap. 13. de Luna Lotharingica Lib. IV. Cap. 20. & non pœnitebit.

WERWOLF, diabolus. Tribuitur hæc appellatio Diabolo in Legibus R. CANUTI §. 26. obſervante SOMNERO in Dict. Angl. & JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 411. non quod Diabolus ſit *lycanthropos*, ſed quod homines rapiat & occidat. Nam *wolf* vi nominis eſt latro, & de quocunque raptore dici poteſt, ſive pecudes rapiat, ut lupus, ſive homines, ut dæmon.

WESEN, eſſe, exiſtere cum qualitate. Gothis *wiſan*, Angloſax. Franc. & Alam. *weſan*, Belg. *weſen*. Quibus conſonat Gr. ἐσεσθαι, Lat. *eſſe*. Gloſſ. Keron. fuerit *uuiſit*. Evang. Goth. Marc. VIII. 27. *hvana mik quithand manſ wiſan*, quem me dicunt homines eſſe? Inde

Angloſaxonibus *wes* eſto, vox optantis, & *wes-hale* ſalve, ſalvus eſto, formula propinandi vetuſtiſſima, de qua aliquid dixi in *heil* ſalvus.

Francis *uuiſt* ſubſtantia. NOTKERUS Pſal. LXVIII. 3. *diu uuiſt dia ih ſcuof*, ſubſtantia quam creavi.

Hodie pene obſoleſcit. Utimur tamen derivatis, cujusmodi ſunt, *weſen* eſſentia, ſubſtantia, *weiſe* modus exiſtendi.

WESEN, eſſe in loco cum aliqua mora, alias *manere*. Gothis, Francis & Alam. ut ſupra. Cod. Arg. Luc. XIX. 5. *himma daga and gard theinamma ſkal ik wiſan*, hodie in domo tua oporret me manere. Luc. VIII. 27. *ni garwas in garda*, non manebat in domo. OTFRIDUS Lib. V. Cap. X. 11. *uuis mit uns hinaht*, mane nobiſcum hac nocte. Inde Francis & Islandis *uuiſt* præſentia, ut demonſtravi prolixe in verbo *inveſtieren*. Hodie ſuperat in compoſitis, cujusmodi ſunt, *anweſend* præſens, in loco exiſtens, *abweſend* abſens, non exiſtens in loco.

WESEN, durare, perſeverare, manere in ſtatu. Cod. Arg. Joh. VI. 27. *waurkjaith mat thana wiſandan du libainai aiweinan*, operamini cibum qui permanet in vitam æternam. Eodem ſenſu *wiſan* occurrit Joh. IX. 41. Joh. XV. 9. nec non in Gloſſis KERONIS: perſeveraverit *duruhuuiſit*, perſiſtens *duruhuueſanti*. Hic ſenſus, quamvis in deſuetudinem abductus, probe notandus eſt, quia ab illo habemus *veſt* ſtabilis, firmus.

WESEN, fieri. Gloſſ. Keron. fieri *uueſan*. BENSON. in Voc. Angloſax. *weſe* fiat. Hodie utimur compoſito *verweſen* deſtrui, perire, corrumpi, quod eſt quaſi *defieri*.

WESEN, quatenus eſt ſubſtantivum a *weſen* eſſe oriundum, ſignificat quantum poteſt, (1.) eſſentiam, quia eſſentiæ rerum ſunt æternæ, & ſemper exiſtunt, (2.) ſubſtantiam, quia per ſe ſubſiſtit, (3.) exiſtentiam, quia eſt actus entis exiſtentis, (4.) rem quamcunque actu exiſtentem, (5.) ſtatum entis exiſtentis, bonum vel malum, (6.) negotium. Inde *menſchlich weſen* natura humana omnibus individuis communis, *urweſen* ſubſtantia prima, unde reliquis initium, *ohne weſen* absque exiſtentia, *gemeine weſen* reſpublica, *im weſen erhalten* in ſtatu conſervare. Similia habent antiqui. Sic verba Domini apud JOHANNEM cap. 8. *antequam*

Abraham fieret ego ſum, OTFRIDUS ſic exprimit: *ér imo ſo iſt thaz uueſan min*, Lib. III. Cap. XVIII. 122. Et in Gloſſis LIPSII *geuueſannuſſi* exponitur *ſubſtantia*. A *weſen* porro per varias compoſitiones oriuntur, *wolweſen* proſperitas, *unweſen* ſtatus retum turbulentus, irregularis, confuſus, *weslich*, *weſenlich*, *weſentlich*, eſſentialis, ſubſtantialis, realis, item realiter & efficaciter. Gloſſ. Keron. efficaciter *huuaslichhe*.

WESEN, convivari, una vivere. Gothi utuntur compoſito *wailawiſan* Luc. XV. 24. quod eſt laute vivere vel laute convivari. Sed a ſimplici *wiſan* Angloſaxonibus derivatur *wiſt* epulum, convivium, *wiſtfullian*, *wiſtlæcan* epulari. Quibus affine Græc. ἑστιᾶν convivio excipere. Hodie *weſen* interdum ſubſtantive de jucunditate convivali dicitur.

WESPE, crabro minor, Gr. σφὴξ, Lat. *veſpa*, Angloſax. *weſp*, *wæſs*, Francis *uueſſo*, Belg. *weſp*, Angl. *waſp*, Gall. *guépe*, *gueſpe*, Ital. *gueſpe*, Hiſpan. *abiſpa*. Gloſſ. Pez. veſpas *uueſſun*. Videtur ſic dici ab aculeo, quaſi muſca aculeata, ſi vocem Francicam, quæ cæteris ſimplicior, & forte antiquior, ſequamur. Nam *uueſſo*, quod Francis veſpa, iisdem mucronem & aculeum denotat. Gloſſ. Pez. aculei *uuaſſi*, aculeis *uuaſſin*. Vide plura in *wetzen*.

WEST, occidens, plaga mundi occidentalis, *im weſten* in occaſu, *weſt-wind* zephytus, *weſtlich* verſus occidentem. SOMNER. in Dict. Angloſax. *weſt* occidens, *weſt-wind* zephyrus, favonius, *weſt-ſeax* Saxonia occidentalis, *weſt-weallas* Cambro-Britanni occidui. NOTKERUS Pſal. LXXIV. 7. *fone oſtene ze uueſtene*, ab oriente ad occidentem. VERELIUS in Ind. *veſtr* in occaſum, *veſtan* ab occaſu, *ſol er i veſtri* ſol circa occaſum. Conſenſum Francorum vide in nominibus ventorum. Quidam conantur ducere a Lat. *veſpera*, quamvis nulla elementi T. in fine vocis ratione habita. Alii a *wehen* ſpirare, & *weſt* interpretantur auram lenem, gratam placidamque, cujus flatu omnia recreantur & fœcundantur. Quibus repugnare nolo, quia *weſt* in compoſito *glücks-weſt* aliisque, pro favonio ponitur, etiamſi *wehen* per ſe de omni vento dicatur, non zephyto tantum. Mihi tamen *weſt* videtur derivari a *weſe*, *wiſe* occiduus, & hoc a Gr. πίσω, πέτω cado, unde apud Scriptores πέσων cecidi, πτῶμα caſus. Obſequium literæ P. in W. tranſeuntis, non caret exemplis. Dixi, *weſe* & *wiſe* denotare occiduum. Nec id ſine cauſa dixi. Nam hinc Gothi occidentales ab antiquis vocantur VESEGOTHI & WISIGOTHI, imo etiam VESÆ & VISI ſimpliciter, ab occaſu ſolis. Aliud exemplum plagæ cœleſtis a noſtris nomine Græco inſignitæ, vide in *nord* ſeptentrio.

WESTE, veſtis interior, olim etiam exterior. Vox a peregrinis per Gothos ducta, quæ proprie omne indumentum ſignificat, prorſus ut Græcis ἕσθος, ἑσθής, & Latinis *veſtis*, unde videtur mutuata. Hoc ſenſu *waſtjo* occurrit in EVANGELIO GOTHICO Matth. VI. 28. *bi waſtjos hwa ſaurjaith*, de veſtimentis quid ſolliciti eſtis? Matth. V. 40. *aflet imma jah waſtja*, dimitte ei & pallium. Eadem Dialecto *wasjan* eſt *veſtire*, manifeſta Latini verbi imitatione, quamvis litera T. in *jod* mutata, quam mutationem Gothis familiariſſimam eſſe, multis exemplis docui in *Proleg.* Sect. III.

WESTER-HEMD, velamen luſtrale. De poſteriore compoſiti parte, quæ vi originis *tegmen* notat, prout eſt, ipſius rei teſtimonio, hic non laborabimus. Prior compoſiti pars a multis quidem tentata eſt, ſed ſucceſſu parum proſpero, adeo ut ſubductis omnibus rationibus in priſtina obſcuritate relicta potius, quam explicata videri poſſit. Quemadmodum autem Philoſophi, & inprimis Geometræ, non ſolent omnia ſubito docere, ſed quædam poſtulare, ut ſibi concedantur, quo facilius, quæ velint, efficiant: Ita mihi quoque neceſſarium eſſe video, quædam conjecturæ præmittere, & quaſi ſubſternere. In Gloſſis R. MAURI a R. Diecmanno editis *neophytus* dicitur *uueſtparn*. Quo ſenſu? nunc inquirendum. Nam hoc niſi cognito & perſpecto, fruſtra de velamine ejus laborabimus. *Barn* in omnibus veterum Dialectis ſignificat puerum filiumque, ut demonſtravi ſupra in loco. Sed quid ſit *weſt* in voce Theotiſca, non æque clare patet. Suſpicor illud *weſt* denotare aquam, factumque eſſe ex Gothico *wate* aqua, per epentheſin τῦ S. prorſus ut ab Angloſaxonico *wæt* humidus, madidus, alia Dialecto ſit *weſt* eodem ſenſu. VERELIUS in Indice vocum Septemtrionalium: *veſter* madidus. Hoc ſuppoſito, *weſtparn* ſignificabit puerum luſtricum, filium vel filiam ſacri fontis, ſenſu cum voce Græca optime congruo. Græcis enim νήφυτος eſt recens natus, nuper genitus. Tales autem cenſentur recens baptizati, nempe regeniti. Et hoc nomine afficiebantur nonſolum baptizati, ſed etiam baptizandi, quotquot in tempore Baptismi (tria autem erant antiquitus Baptismi tempora, Feſtum nativitatis Chriſti, Paſchatis & Pentecoſtes) albis veſtibus comparebant, ſacrum fontem petituri, ſive pueri eſſent, ſive ſenes. Videntur autem priſci duas habuiſſe voces Neophytis denominandis, unam compoſitam, nempe *weſtbarn*, alteram ex priori apocopatam *weſter*. Quo conceſſo, panditur nobis via ad vocem *weſter-hemd* intelligendam, quæ ſane ſecundum præmiſſa idem eſſe poteſt quod *weſtbarner-hemd*, h. e. *velamen neophyti*, ſive ſacro fonte jam initiatus ſit, ſive mox initiandus. Nam cingendus habetur pro cincto, tingendus pro tincto. Quodſi id minus placet, ducamus a Latino-Barbaro *veſtire* poſſeſſionem alicujus rei conferre vel repræſentare, ſic ut *weſter-hemd* ſit *ſtola inveſtituræ*, ejus ſcil. qua nobis innocentia primæva in baptismo confertur, quam

quam etiam candore ſuo eleganter exprimit. Et huc fortaſſe reſpexit WILLERAMUS in Cant. Cap. I. 3.

Scilicet una ſalus in te ſanctis animabus,
Quas renovat lavacrum, veſtit ſtola juſtitiarum.

WESTFALEN, Saxones occidentales, *oſtfalen* Saxones orientales. De priori compoſiti parte neceſſe non eſt, ut hic ſimus ſolliciti, cum hoc labore jam defuncti ſimus in antecedentibus. Reſtat ergo inquirendum, quid ſit *fale?* Plerique nomen a pullo equino, qui Germanis *füllen*, antiquiſſimo Saxonum inſigni, deducunt. Ita ſentiunt CLUVERIUS Lib. I. Germ. Ant. Cap. 3. COCCEJUS in Jure publico Cap. III. §. 35. & alii innumeri. Conſtat autem ex WITICHINDO, Saxonum inſigne non fuiſſe pullum, ſed Leonem & Draconem cum Aquila ſupervolante, obſervante SAGITTARIO Lib. II. Antiq. Regni Thuring. Cap. XII. §. 13. Alii primos *Weſtfalos* non Saxones, ſed Francos Rhenum traductos, & a Carolo M. pulſis ultra Viſurgim Saxonibus, in ſedibus eorum collocatos imaginantur; Et hos novos Saxoniæ colonos dictos eſſe *walen* exiſtimant, tanquam exteros & peregrinos, aliter rem BODINO, aliter HERTIO explicante. Carolum M. novos de Francia colonos Saxoniæ induxiſſe, probat quoque COCCEJUS ex Chron. Mind. in Jur. publ. Cap. IX. §. 13. Quamvis autem hos colonos non auſim ad nugas & commenta referre, quod faciunt CLUVERIUS, SPENERUS, & alii: hoc tamen fictitium eſſe arbitror, quod nomen *Weſtfalorum* & *Oſtfalorum* antiquitus Francis illis nuper traductis, non indigenis Saxonibus adhæſerit. Cauſa utriusque erroris, tam ejus, qui pullum Saxonicum, tam alterius, qui Francos obtrudit, eſt falſa & neſcio qua licentia præcepta opinio, quaſi *falen* ſit nomen verum & antiquum, cum ex prolixiori & vetuſtiori *falahen* manifeſto contractum ſit. Teſtis CAPITULARE SAXONICUM, datum Aquisgrani an. 797. cujus hoc initium: *Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCXCVII. & XXX. ac XXII. regnante Domno* KAROLO *præcellentiſſimo Rege, convenientibus in unum Aquis palatio in ejus obſequio venerabilibus Epiſcopis & Abbatibus ſeu illuſtribus Comitibus V. Kalendas Novembris, ſimulque congregatis* SAXONIBUS *de diverſis pagis, tam de* VESTFALAHIS *& Angrariis, quam & de* OOSTFALAHIS, *omnes unanimiter conſenſerunt & aptificaverunt, ut de illis Capitulis, pro quibus* FRANCI, *ſi Regis bannum transgreſſi ſunt, ſolidos ſexaginta componunt, ſimiliter* SAXONES *ſolvent, ſi alicubi contra ipſos bannos fecerint.* Quis hic non videt, Francos a Saxonibus diſcerni, & *Saxones* pro diverſo pagorum ſitu in *Veſtfalabos* & *Ooſtfalabos* diſtingui? Pone vero colonias Francorum in Saxonia hic appellari *Saxones*, expediant ergo, ſi poſſunt, quid lingua Francorum ſint *falahi?* Nam peregrinos hac voce denotari, nemo iſtius linguæ gnarus fide eorum recipiet. Verum hic aqua omnibus hæret. Rem ab origine repetam. Tradere fidei, committere, concredere, Francis & Alamannis dicitur *felahan*. Gloſſ. Keron. committere *pifelahan*, committitur *iſt pifolahan*, commiſſum *pifolahanaz*, creditis (i. e. concreditis, commiſſis) *pifolahaneem*. Gloſſ. Boxh. creditum *pifolahan*. Eundem ſignificatum etiamnum agnoſci ab uſu, demonſtravi ſupra in verbo *befelhen*. Hinc ſcil. Latino-Barbaris *falahus* eſt dedititius, qui ſe fidei & clientelæ alterius tradidit & commiſit. Quales omnino erant eo tempore Saxones, utpote ea lege in obſequium victoris transgreſſi, ut Francis uniti unus cum eis populus efficerentur, & ſuis moribus uterentur, teſte EGINHARTO in vita Caroli Cap. 7. Diviſio in Orientales & Occidentales a ſitu pagorum eſt. Verbum ipſum, unde *falahi* deſumpti, ab idiomate Saxonico prorſus alienum eſt. Unde mirum non eſt, *falahos* ab ore Saxonico transformatos eſſe in *falos*, & eosdem homines hodie dici *Weſtfalos*, qui olim *Weſtfalahi*, & mox *Weſtfalai* dicti ſunt. Vide Legem Saxonum Titulo VII. VIII. & XVIII. Eandem mutationem obiit verbum *pifelahan*, quod hodie effertur *befehlen*.

WETTE, *wied*, *weid*, vinculum, copula, ligamen. Senſus primus & antiquiſſimus, & per allegoriam in alios multos diffuſus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwedd* jugum, *gwden* (legendum arbitror *gweden*) vinculum. Gloſſæ ÆLFRICI in nominibus navium & inſtrumentis earum: loramentum vel tormentum *withthe*. Eadem vox in Dictionario SOMNERI exponitur *reſtis, vinculum, pedica*. Similia reperiuntur apud Francos. Gloſſ. Pez. vinculum plauſtri *languuid*, jugis boum *bar giuuet*. Danis *vidde* copulam vimineam notat, ſenſu a copula in genere ad vimina ſaligna translato. Inde Germanis *weide-baum* quaſi *wette-baum* arbor viminum, ut dixi ſupra in loco. Cuncta ni fallor a *winden* torquere per ſyncopen literæ N. A *wette* porro fit *wetten* ligare, de quo paulo poſt.

WETTE, lex, jus, vinculum humanæ ſocietatis. Hodie ſuperat apud Belgas, quibus *wet* lex, *wetbreker* violator legis, *wethouder* judex, *wetſteller* legislator, *wetloos* exlex, *wetgeleerd* juriſperitus. Sic autem appellatur, ſive quod Lex ſit copula humanæ vitæ, & vinculum publicum, quo omnes in officio continentur, ſenſu quidem allegorico, ſed optimo & ſapientum ſuffragiis probato; ſive quod vim habeat obligandi. Omnes enim in Lege concipiunt *vim obligandi*, ſine qua Lex non eſt Lex. Vocem Gothicam & Francicam, Belgicæ haud abſimilem, vide in *wetten* obligare.

WETTE, dos, vinculum matrimonii. Cambris *gweddi* in compoſitis. BOXHORN. loc. cit.

loc. cit. *agweddi*, *angweddi* dos, dotis. Vocem Franc. vide in *widum*.

WETTE, pignus, vinculum fidei reale. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *bad*, *wed*, pignus, arrha, *wedde ſyllan* pignus dare. VEREL. in Ind. *væd* pignus, *vædſættia*, *vidſetia* oppignorare, *vædſæ* res pignori obligata. Inde Latino-Barbaris *vadium*, *wadium* pignus, *vadiare* pignori capere, *invadiare* pignori dare vel ponere, *divadiare* rem oppignoratam redimere. A *wadio*, quod Barbarum eſſe vidimus & origine Germanicum, Itali habent *gaggio* pignus, inſigni depravatione, a *gaggio* Galli *gager* pignore certare.

WETTE, ſponſio, ſtipulatio, vinculum fidei verbale. Gloſſ. Pez. ſtipulatione *mit uuete*, dederunt manus ſuas *gapun uuetti*. Hodie non dicitur, niſi de ſponſionibus in certamine.

WETTE, ſponſalia, pacta ſponſalitia. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *dyweddi* ſponſalia.

WETTE, pactum, fœdus. Senſus a ſponſionibus privatis ad pactiones & conventiones publicas translatus. SOMNERUS loc. cit. *wæd*, *wædd* fœdus, pactum, *wæd-bræc* fœderis violatio.

WETTE, mulcta, pœna pecuniaria. SOMNERUS loc. cit. *wite* mulcta, *wite-leas* impunis, ſine mulcta, *wite-theow* ex mulcta ſervus, *fyht-wite* pugnæ mulcta, quæ ſcil. ob pugnam, in pacis violationem, commiſſam incurritur. Alamanni in Jure prov. utuntur compoſito *geuuette*, cap. LXIII. 4. *ſuuer geuuette oder buzz ze rehten ziten nit git, der fronbot ſol in pfenden*, ſi quis mulctam aut emendam non ſolvat juſto tempore, ejus res apparitor debet pignori capere. Sed ſimplex antiquius eſt, & in ſtylo Latino-Barbaro paſſim obvium. Nam *wita* apud Gloſſographos eſt mulcta, & in Legibus Burgundionum *witiſcalci* ſunt mulctarum exactores, vel miniſtri ab exactionibus, Tit. LXXVI. 1. Huc etiam ſpectant,

fletwite, *flitwite*, mulcta ob frivolas contentiones, apud SPELMANNUM in Gloſſ.

hangwite, mulcta pro latrone præter juris exigentiam ſuſpenſo vel elapſo, apud eundem.

wardewite, mulcta ob neglectam cuſtodiam, apud CANGIUM in Gloſſ.

Hujus ſubſtantivi generatio ita procedit. A *wette* lex fit *wetten* luere, pœnas legi ſolvere: a *wetten* luere rurſus fit *wette* mulcta, emenda, pœna legi debita.

WETTE, ſupplicium, & omnis pœna gravior a Lege irrogata. Ex eodem fonte. BENSON. in Voc. Angloſax. *wite* pœna, ſupplicium, *wite-hus* ſuppliciorum domus, *witelac* ſupplicium. Gloſſ. Keron. pœna *uuizzi*, pœnam *uuizze*, pœnas *uuizzi*. Inde *hellauuizi* pœna infernalis apud TATIANUM cap. XLIV. 20. & *uuizinon* torquere, apud eundem cap. LIII. 16. VEREL. in Ind. *viti* pœna, *belviti* pœna mortis.

WETTEN, jungere, ligare, copulare. Gloſſ. Pez. junxerunt *uuatun*. Gloſſa A. apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 113. *gauuetgan* compingere. JUNIUS mavult legere *compignerare*. Sed nihil in Scriptura mutandum, quia *gauuetan* prius ſignificat ligare, compingere, & reliqua ligandi genera, quam pignore obligare, quod allegoricum. Oritur a *wette* vinculum, copula, ligamen, unde reliqua tam verba quam ſubſtantiva tanquam ex matrice prodierunt. Omnibus conſentit Lat. *vieo* & *vietor*, imo etiam *vitis* & *vitilis*.

WETTEN, conjugare, matrimonio jungere. A conjunctione corporum. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *dyweddio* jugare, conjugare, conjugio dare, *cydwedd* conjux. Illud videtur eſſe a *dy* duo, hoc a *cyd* coitus, copula, conjunctio. Gothis quoque in re uxoria *withan* eſt conjungere, & *gawath* conjunxit, Marc. X. 9. *thatei Goth gawath*, *manna ni ſkaidai*, quod Deus conjunxit, homo ne ſeparet. Similia habent Angloſaxones. Gloſſ. Ælf. nupta *beweddod*, innuba *unbeweddod*. BENSON. *weddung* matrimonium. Hodie ſuperat apud Anglos, quibus *to wed* eſt matrimonium contrahere, *wedded* conjugatus, *wedding* nuptiæ, conjugium, *weddable* nubilis &c.

WETTEN, obligare. Hic ſenſus naturaliter oritur in foro a *wetten* ligare. Ab hoc verbo, quamvis extincto, Antiquitas nomen *Legi* creavit, quia per *Legem* omnes intelligunt jus vel juſſum, quod vim obligandi habet. Et hinc eſſe puto, quod Lex Gothis dicitur *witoth* Matth. VII. 12. Francis *wizzod* & *witut*. Gloſſ. Lipſ. *witut* lex, *witute* lege, *witutdraghere* legislator. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XVIII. 19. *unio ther uuizzod alten liutin gibot*, ſicut lex antiquis præcepit. De terminatione *od*, cujus hic maxima vis eſt in derivando, vide *Proleg.* Sect. VI. JUNIUS vocem Gothicam & Francicam deducit a *wiſſen* ſcire, ſive quod Lex ſit ſcitum, quod ſciri & obſervari debet ab omnibus, ſive quod a ſcientibus & ſapientibus feratur. Contra VERELIO lex dicitur *witoth* quaſi vindex & punitor, a *viti* pœna. Vide Junium in Gloſſ. Goth. pag. 467. & Verelium in Indice pag. 296. Nos noſtris originibus inhæremus. Et ne quis ſenſu vocis allegorico offendatur, illum recogitare jubemus, alterum quoque legis nomen, quo *rechs* dicitur, allegoricum eſſe.

WETTEN, ſpondere, ſtipulari. Idem Angloſaxonibus *weddian*, teſte BENSONIO. Oritur vel a *wette* ſponſio, vel a conjunctione manuum. Nam ſponſiones ſolent fieri dextris junctis apud omnes populos. Hinc dextram dare antiquis eſt ſpondere. Gloſſ. Pez. dederunt manus ſuas *gapun uuetti*. Et hinc ſponſio etiamnum dicitur *handſchlag*, a manu ſtipulata. Verbum noſtrum hic denuo imitantur Latino-Barbari. Hinc illis *vadare* eſt fidejubere pro alio, vel in vadem ſe dare, & *wadium* fidejuſſor, ſponſor, in Legibus

gibus Alamannicis, Bajuvariis, Longobardicis. SALMASIUS hæc barbara ex *vadis* nomine formata cenſet in libro de modo uſurarum. Sed *vadem* origine Latinum eſſe negat VERELIUS, & nomen Septemtrionalibus vindicat, in Indice ſæpe laudato pag. 268. Familia certe penes nos eſt. Id quod ex ſcala ſignificationum, & numeroſa cognatione ſatis clare cognoſcitur. Hodie *wetten* eſt pignore vel ſponſione mutuo, quæ inter paratos ſecum certare offertur, contendere.

WETTEN, paciſci. Idem Angloſaxonibus *weddian*, teſtibus SOMNERO & BENSONIO. Hic ſenſus oritur vel a *wette* ſponſio, pactum, vel a *wette* lex, quia paciſcentes ſolent ſibi mutuo leges & conditiones præſcribere.

WETTEN, luere, legi vel judici mulctam præſtare. A *wette* lex. VEREL. in Ind. *witten* mulctari. Jus prov. Alam. cap. LXII. 2. 3. *um diſe jeglich ſache da uuettet man dem ribter ye nach der lute geuuonhait*, propter ſingulas has cauſas mulcta præſtatur judici pro diverſitate conſuetudinum. Hodie ſuperat apud Suecos, quibus *wita* idem quod *böta* luere, emendare, niſi me fallat Verelius.

WETTER, tempeſtas, ſtatus aeris turbidus vel ſerenus, *hell wetter* tempeſtas ſerena, *trüb wetter* tempeſtas nubila, *unwetter* intempeſtas, *ungewitter* tempeſtas procelloſa, *donner-wetter* tempeſtas fulminans, *wetterleuchten* fulgurare. Uterque ſenſus occurrit apud Antiquos. Hinc in Evang. Angloſax. Matth. XVI. 2. 3. *ſmylte weder* dicitur tempeſtas ſerena, *hreoh weder* tempeſtas pluvia, ventoſa, procelloſa. Similia habent Franci. Gloſſ. Pez. aura *uueter*, ſerenum *uuetar*. NOTKERUS Pſal. CVI. 28. *er gemachota ungeuuitere ze uuetere*, ſtatuit procellam in auram. Id eſt, aerem leniter ſpirantem. Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Idem contrarium ſenſum exhibet ex OTFRIDO Lib. III. cap. VIII. 21.

So ſie in thaz ſcif gigiangun
Sie uuetar ſar biſiangun.
Quamprimum in navem iviſſent,
Eos tempeſtas illico corripuit.

STILERO venit a *weben* flare: aliis a Græc. αἰθήρ, vel Lat. *æther*, præpoſito W. Allegorice dicitur de inconſtantibus. Inde *wetter-wendiſch* vagus, mobilis, varius, ut tempeſtas cœli, *wetter-han* verſipellis, qui tempori ſervit, ut triton ventis. Præcipuum derivatum eſt *wittern* bona vel mala tempeſtate eſſe, & inde *witterung* bona vel mala tempeſtas.

WETZEN, acuere, ex obtuſo acutum reddere. NOTKERUS Pſal. CXXXIX. 3. *ſie habent iro zunga geuuezzet alſo uuurme*, acuerunt linguas ſuas tanquam ſerpentes. BENSON. in Voc. Angloſax. *hwettan* acuere, *hwæt* acutus, *hwet-ſtan* cos. Gloſſ. Pez. cos *uueziſten*. VEREL. in Ind. *hueſſa* acuere, *huetia* exacuere, *hvaſs* acer. Idem Belgis *wetten*, Angl. *to whet*, Suec. *hwæſſa*, *hwettia*. STILERO eſt verbum a ſono factum, quem edere ſolent aſpera, quando acuuntur. Mihi videtur oriri a *uuaſſo*, quod Francis & Alam. adjective acrem & acutum, ſubſtantive aciem, mucronem, & aculeum deſignat. Gloſſa antiqua apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 165. *uuaze* acies ferri. Gloſſ. Pez. aculei *uuaſſi*, mucrone *uuaſſi*, aculeis *uuaſſin*. OTFRIDO *ſper ſo uuas*, haſta tam acuta, Lib. IV. cap. XIII. 87. *mit ſperon filu waſſo*, lanceis acutiſſimis, Lib. I. cap. I. 167. *uuaffan filu uuaſſaz*, arma acutiſſima, Lib. I. cap. XV. 90. Cur acies ferri aut ferrum acutum Francis ita appelletur, jam ſupra expoſui in vocula *waſs*. Allegorice uſurpatur de acumine ingenii. Gloſſ. Keron. ſagacitate *huuaſſi*. VEREL. in Ind. *huaſsvitur* ingenioſus. Inde ſolertia nobis dicitur *witz*, & ſolers *witzig*, non a ſcientia, ſed ab acie, ſenſu a ferro aliisque rebus acutis ad intellectum translato.

WETZEN, inſtigare, incitare, acriter impellere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *hwettan* inſtigare, incitare. VEREL. in Ind. *huetia* incitare. Dictio metaphorica, a rebus acutis petita. Quid enim eſt incitare, niſi acie quadam impellere? Hinc porro acer, incitatus, alacer, feſtinus Angloſaxonibus dicitur *hwate*, Francis & Alam. *uuaſſo*, *huuaſſo*, Island. *hvatur*, Gallis *vite*, quod MENAGIUS perperam ducit a Lat. *vegetus*. Gloſſ. Keron. acrior *uuaſſira*. Latinis quoque *acer* acutum & celerem notat. Ob eandem cauſam virtus Angloſaxonibus appellatur *hwæt*, *hwætſcipe*, quia virtus heroica eſt res incitata, & fortis atque bellicoſus *hwate*, quia bellicoſi plerumque ſunt feroces & incitati. Cel. SCHILTERUS huc etiam referre videtur *Vaſſos*, quos interpretatur *ſtrenuos*. Sed de hoc juris feudalis vocabulo jam vidimus ſupra in loco.

WIBEL, ſcarabæus. Vide *webel*.

WICHT, aliquid. Gothis *waiht* eſt aliquid, & *niwaiht* nihil. Franci eodem ſenſu dicunt *uuiht* & *niuuiht*, Alamanni *eouueht* & *neoweht*, Angloſaxones *ewiht* & *nowiht*, unde Anglis *ought* & *nought*. Gloſſ. Keron. aliquid *eouuebt*, nihil *neouuebt*. TATIANUS cap. I. 2. *inti uzan ſin ni uuas uuiht gedanes*, & ſine illis (i. e. ſine Deo & Verbo) nil quicquam factum eſt. Hodie abjecta litera W. dicimus *ichts* & *nichts*. Sed *wicht* antiquius eſt, & a Lat. *quid*, per epentheſin.

WICHT, res quælibet, homo, animal, creatura. Hic ſenſus naturaliter oritur ex pronomine ſubſtantivato. Inde Angloſaxonibus *ælc wiht* omnis creatura, *ewice wihta* animalia, *ſæ-wihta* maris animalia, *yfel-wiht* ſpectrum, diabolus. Francis *arm uuiht* miſera creatura, *armu uuiht* pauperes, *krumbu uuiht* homines diſtorti. Et ſimilia apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 387. Anglis *wight* etiamnum eſt homo, animal, Belgis *wicht* infans, Germanis *böswicht* nequam, homo perditus, mala creatura. In Marchia Bran-

deburgica *wicht* pro infante frequens in ore vulgi vocabulum.

WICHT, pondus, *wichtig* gravis, ponderosus. Vide *wucht*.

WICKE, vicia. Gloss. Pez. viciam *uuicha*. Græcis φακὴ lenticula.

WICKELN, volvere, *einwickeln* involvere, *aufwickeln* convolvere, *auswickeln* evolvere. Cuncta a subst. Anglosax. *hweogul* rota, orbiculus versatilis, & hoc a *walgen* volvere, vel a *wegen* movere.

WICKER, divinator, *vogel-wicker* augur. Gloss. Ælf. augur vel ariolus *wicca*, oscines aves *wigole fugeles*. BENSON. in Voc. Anglosax. *wicca* augur, *wiglian* hariolari, *wigelere* hariolus, aruspex, *wigelung* hariolatio. Quibus conveniunt quædam Belgica apud KILIANUM, ut sunt, *wicheler* aruspex, sortilegus, divinator, *wichelen* hariolari, divinare, futura prædicere, *wichel-roete* virga divinatoria. Hæc & similia quondam in honore fuisse vocabula apud majores nostros, dubio caret, quia auspicia sortesque & avium voces volatusque, & hinnitus quoque equorum, ut qui maxime, observabant, teste TACITO cap. 10. de M. G. Postea cœperunt vituperari, Religione Christiana publice recepta. Inde *wicce* saga, lamia, *wiccian* veneficiis operam dare, & reliqua apud BENSONIUM. Et huc etiam spectant sermonis Saxonici reliquiæ apud Anglos, *a witch* saga, *to witch* fascino, *witching* fascinatio. Unde sit *wicker* pro augure, MARTINIUS in voce *divino* fluctuat, & augurem Saxonicum jam a *weihe* sacer, ut qui sacra inspiciat, jam a *wichelen* hinnire, quod hinnitus equorum observet, jam ab ἴσαω videri, quod futura per conjecturas colligat, sic dictum arbitratur. Verisimilius est, nomen a Latinis vel potius a Celtis haustum esse. Nam ab *augur*, quod Celticum esse vidimus in vocula *ur*, fieri poterat *wicker*, præposito W. & hinc porro *wicheren* & *wichelen* divinare, augurari. Cui etymologiæ non obstat, quod antiquissimi Saxonum augurem vocant *wicca*. Nam hæc ipsa vox videtur abscisa ab antiquiori *wiccor* vel *wiccere*. Interim a *wicca* Latinitas medii ævi formavit

VEGIUS, divinator. Lex Burgund. Tit. XVI. de inquirendis animalibus § 3. *Si vero* VEGIUS *extiterit, & vegiaturas acceperit, & is cui indicat, invenire non poterit, furtum, quod se perdere meutiebatur, dissolvat in simplum.* Ubi LINDENBROGIUS in Glossario: VEGII *sunt quos Latini divinos aut vates, Germani* WICKERS *vocant.*

VEGIATURA, pretium indicinæ, interprete CANGIO. Nam furto, inquit, subreptis mancipiis vel animalibus, vegios consulebant, ut, ubinam essent, edocerentur. Idque præmium Lege Burgundica erat definitum. Addit. l. Tit. VIII. *Quicumque mancipium, caballum, bovem, vaccam, vervecem, porcum, apem, capram perdiderit, donet* VEGIO *pro mancipio solidos V. pro equa sol. II. pro caballo sol. III. pro bove optimo sol. II. pro vacca sol. I. pro vervece sol. I. pro porco sol. I. pro capra tremissem.*

Auguria apud Saxones fero cessasse, colligitur ex INDICULO superstitionum & paganiarum Synodi Liptinensis an. 743. ubi articulus *XII. de incantationibus, XIII. de auguriis, vel avium vel equorum vel bovum sternutatione, XIV. de divinis & sortilegis.*

WIDER, aries, castratus & non castratus. Anglosax. *weder*, Franc. *widar*, Angl. *wether*, Belg. *weer* per syncop. Gloss. Ælf. vervex vel manto *wether*. Gloss. Pez. vervex *uuidar*, vervecum *uuidaro*. NOTKERUS Psal. XXVIII. 1. *bringent imo diu chint dero uuidero*, afferte Domino filios arietum. VEREL. in Ind. *vedrhorn* cornu arietis. An quasi adversarius, a *wider* contra? Ita censet JUNIUS. „Vervex, inquit, sive aries castratus „videtur nostratibus *weder* dictus ab adver„sandi promptitudine. Et rationem ad„dit, quia idem animal Cambrice dicitur „*hwrd* ab *hwrdd* impetus, Græce κριὸς, ἀπὸ „τῦ κρούειν pulsare, cornu ferire, Latine *aries* „ab ἄρης mars, quia animal pugnacissimum, „Belgice & Anglice *ram*, a *ram* validus. In Observ. ad Will. pag. 21. AT STADENIO *weder* nihil aliud est quam masculus in genere ovium, a *wer* vir, per epenthesin literæ D. Solent enim masculi animalium appellari viri. Inde VIRGILIUS, *vir gregis ipse caper*. In Voc. Bibl. 724. Hanc conjecturam videtur confirmare idioma Anglosaxonicum, in quo *weder-cyne bearn* est puer masculus, proles masculini generis. Apud Græcos invenio ἰθεὺς pro vervece. Præfige labialem W. & habebis Saxonicum *wether*. Testis vocabuli HESVCHIUS, qui ἰθεὺς interpretatur τομίας κριὸς, h. e. castratus aries. Unde hoc hauserit, ignoratur. Alterutrum tamen necessarium est, vel Barbaros eam vocem a Græcis, vel hos ab illis accepisse.

WIDER, rursus. Adverb. numeri, truncatum a Lat. *iterum*, quod est ab *itero* rursus aliquid ago, & quasi per iter factum revertor. Occurrit eo sensu apud Francos, Alamannos, & Longobardos. Gloss. Pez. rescribere *uuidrunpiotun*, rescripserit *uuidrunpiatit*. Gloss. Boxh. *uuidricas* repedat. Gloss. Keron. reportare *uuidartragan*. Quod dicitur in Reg. S. Bened. cap. 27. de ove perdita, quæ humeris pastoris rursus portatur ad gregem. Huc spectant ex foro antiquo

widredo, iterator juramenti, conjurator, ab *eid* jurator, quod est verbale ab *eiden* jurare. Horum præcipuus usus fuit in delictis. Nam priscis illis non satis fuit reum juraſſe, nisi etiam plures alii juramentum ejus confirmassent. Rem & nomen rei exhibet Lex Salica Tit. LXXVI. 1. Simile compositum est *manswora* perjurus, apud Anglo-

Angloſax. Utrinque *edo* & *ſwora* ponitur pro juratore, non pro juramento.

widerboran, manumiſſus. Lex Longob. Lib. II. Tit. I. 8. *Si quis ancillam ſuam propriam matrimoniare voluerit ſibi ad uxorem, ſit ei licentia: tamen debeat eam liberam dimittere, & ſic facere liberam, quod eſt* WIDERBORAN. Proprie eſt *renatus*, ſicut optime obſervatum LINOENBROGIO. Dicitur autem de negotio libertatis, quia manumitti eſt quaſi renaſci. Noverant enim haud dubie Longobardi, nullos eſſe a natura ſervos, eumque qui a ſervitute liberatur, in primævum naturæ ſtatum reverti, quæ omnes liberos genuit. An veteres præter ſenſum forenſem etiam Theologicum in voce agnoverint, neſcio. OTFRIDUS certe in Colloquio Chriſti cum Nicodemo ne ſemel quidem illam adhibuit.

Ab hoc adverbio habemus compoſita, *widerholen* repetere, *widerkommen* redire, *widergeburt* regeneratio, *widerkauf* retroëmptio, *widertäuffer* iterator baptismi, & alia ſine numero. Saxones pro *wider* dicunt *efi* & *ed*. Inde *eftcuman* reverti, *edniwian* renovare, *edcenning* regeneratio. Cunctorum ſynonymum eſt *aber*, de quo ſupra.

WIDER, retro, viciſſim, vicem pro vice. Adverb. qualit. quod dicitur de retributione, quia iterationi ſimilis eſt. Gloſſ. Keron. recompenſabitur *iſt uuidarmezzan*, remaledicere *uuidarfluabban*. VEREL. in Ind. *widermæl* reſponſum, item recognitio, interſignium, *widergiæld* refuſio. Italis *guiderdone* eſt merces, retributio, omnino e Germ. fonte. Hoc ſenſu occurrit etiamnum in multis compoſitis, cujusmodi ſunt, *widerſchall* echo, quia vocem acceptam reddit, *widergabe* redhoſtimentum, *widerſchein* reperculſio radiorum, *widertrag* compenſatio, *widerlage* antiſerna, dona dotis loco data, item bona in communionem & commercium collata. Compoſitis addi poſſunt derivata, *widern*, *erwidern* retribuere, talionem reddere.

WIDER, ob, obviam. Adverb. motus ad locum, quod ſæpe occurrit in Codice Argenteo, e. g. Matth. VIII. 34. *jah ſai, alla ſô haurgs uſidja withra Jaiſu*, & ecce, tota civitas exiit obviam Jeſu. Item Joh. XII. 13. *jah urrunnun withragamotjan imma*, & exiverunt procedere obviam ei. Videtur autem factum a *wert* verſus, transpoſitis literis. Hodie occurrit in compoſito *widerfaren* obvenire, quod dicitur de contingentibus, tam gratis quam ingratis, quæ præter opinionem nobis occurrunt.

WIDER, contra, adverſus. Præpoſ. adverſativa, & ex eodem fonte petita. In compoſitis eſt adverbium, & Gothis effertur *withra* Luc. IX. 50. Angloſax. *wither*, Franc. & Alam. *uuidar*, Belg. *weder*, Island. *vid*, *vidur*. Gloſſ. Keron. contra *uuidar*, contraria *uuidaruuartiu*, injuriam *uuidarmuati*, rebellio *uuidaruuigo*, ardua *uuidarpirkiga*. Quaſi contra-montana. Hodie utimur innumeris compoſitis, ex quibus ea tantum tetigiſſe ſufficiet, quæ aliquam habent difficultatem, ut ſunt,

wider-hake, uncus hamatus, qui retrahenti reſiſtit.

widerhalt, niſus adverſus, ab *halten* tenere.

widerlegen, refutare, idem quod contra-reponere.

widerluſt, nauſea, oppreſſio appetitus a re contraria.

widermut, adverſitas, odium, ſimultas, proprie animus adverſus.

widerruffen, retractare, mutare ſententiam, & contrarium aſſerere.

widerſpil, contrarium, a *ſpil* factum.

widerſtreben, refragari, obniti, a *ſtreben* contendere.

WIDERFAREN. Vide *wider* ob, & *faren* contingere.

WIDERN, adverſari, reſiſtere, recuſare. Gloſſ. Keron. recuſavit *uuidarota*, renuit *uuidarot*, renuatur *ſi keuuidarot*. Gloſſ. Boxh. *uuidharon* renuere. Idem Angloſaxonibus *witherian*. Hodie eſt reciprocum, & extenditur quoque ad nauſeam, quæ cibos ingratos averſatur. Hoc ſenſu utitur Luth. Hiob. VI. 7. Inde *widrig* contrarius, latiſſimo ſenſu.

WIDERSACHER, adverſarius. Compoſitum antiquum. Gloſſ. Lipſ. *witherſacco* adverſarius. Proprie eſt adverſarius in foro vel accuſator, a *ſachen* litem conteſtari, contendere judicio, de quo ſupra. Poſtea ad omnes adverſarios extendi cœpit, præcipue eos, qui ante erant amici. Hoc ſenſu occurrit *wither-ſaca* in Evang. Angloſax. Joh. XIX. 12. *ælc thæra the byne to cyninge deth, ys thæs Caſeres witherſaca*, omnis qui ſe Regem facit, Cæſaris adverſarius eſt.

WIDERSAGEN, in formula baptismali, *widerſageſtu dem teüfel und allen ſeinen werken*, ſignificat quantum poteſt, (1.) renunciare & contradicere diabolo, a *ſagen* dicere, (2.) adverſari rebus diaboli, a *ſache* res, cauſa, negotium, (3.) dicam ſcribere diabolo, a *ſache* rixa. Simile compoſitum eſt *abſagen*, quod vide ſupra in loco. Primus & ſecundus ſenſus opus habent præfixo *wider*, tertius non item, quia *ſachen* per ſe jam eſt litem conteſtari. Addi tamen ſolent præfixa *wider*, *ab*, *ver*, & ſimilia, ut ſenſum reddant fortiorem & magis intenſum. Vetus abrenunciatio Diaboli apud ECCARD. in Catech. Theot. pag. 77.

forſachiſtu diabolæ,
renunciasne diabolo?
Et reſp. *ec forſacho diabolæ*,
ego renuncio diabolo.

WIDERSPENSTIG, refractarius, Dial. Helvet. *widerſpennig*, a *ſpannen* jugare. Ducta ſimilitudo ab equis vel bovibus, qui recalcitrando jugari recuſant. Dicitur de

contumacibus, qui etiamſi ſint inferiores & ſubjecti, obedientiam tamen recuſant, & jugum parendi excutiunt. Et hinc vulgo male ducitur a *ſpan* diſſidium.

WIDERSPENSTIG, interdum dicitur de infenſo & adverſario, & forte a *ſpannen* tendere, quia ſemper in contraria nititur.

WIDERUM, rurſus. Proprie rurſus in circuitum, ut dixi in particula *um*, quatenus eſt adverb. motus in gyrum. Aut ſi hoc non placet, ducatur a Lat. *iterum*, præpoſito W.

WIDERWÆRTIG, contrarius. Gothis *withrawairth* eſt ex adverſo, & dicitur de loco e regione ſito, Luc. VIII. 26. Hinc *widerwærtig* proprie eſt is, qui in loco oppoſito eſt, & ſic dicitur a *wart* locus. Poſtea ſenſus a ſitu locorum ad ſitum rerum & animorum translatus eſt, quia contraria & adverſa ſunt inſtar locorum, quæ ſibi mutuo opponuntur. Hinc *wither - weard* Angloſaxonibus eſt adverſarius, æmulus, contrarius, adverſus, apud SOMNÉR. in Dict. Conſenſum Alamannorum vide ſupra in Gloſſis.

WIDHOPF, upupa. Græc. ἔποψ. Gloſſ. Pez. upupam *uuitahophun*. VARRO Latinam vocem ducit a clamore avis *pu*, *pu*: MARTINIUS Græcam ab ἐπὶ & ὄψ, quod ſupra faciem ſive roſtrum habeat criſtam, Germanicam a *weide* ſalix, & *hupfen* ſalire, quod in ſalicibus ſaltet & in cavis earum nidificare amet. Malim ab *hufe*, *haube* criſta, & *wid*, *weit* ſpatioſus, ut proprie ſit avis longa & lata criſta. Ob eandem fortaſſe cauſam Suecis vocatur *wypa*, quaſi criſtata, a *wip* criſta, apex. Belgæ vocant *kakhaan*, quaſi gallum ſtercorarium, a Cambro-Britannico *cach* fimus, vel Græc. κάκκη, ſive quod ſtercore utatur ad cibum, ſive quod nidum inde conficiat. Illa appellatio ſpeciem avis, hæc mores exprimit. PLINIUS Lib. X. 29. *Mutat & Upupa, ut tradit Æſchylus Poëta, obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigensque per longitudinem capitis.*

WIDMEN, dicare, deſtinare, conſecrare. Proprie donare, a *widum* dos Eccleſiæ, & ſic dicitur quaſi *widumen*, ducta ſimilitudine a devotione eorum, qui Eccleſiæ vel Monaſterio ſervos vel ſimilia beneficia offerunt, & tanquam propria dedicant.

WIDRIGILT, compenſatio damni. Vide *gilt* mulcta. Dicitur etiam *wergelt*, quod vide.

WIDUM, dos. SOMNER. in Dict. Angl. *weotoma*, *weotuma* dos. Gloſſ. Lindenbrog. *widimo* dos. WILLERAMUS cap. III. n. *do er imo ſelbemo mahelta mit themo uuithemo ſines heiligan bluodes*, cum illam ſibi deſponſaret dote ſacri ſanguinis ſui. Unde lucem accipit (quod etiam cel. SCHERZIO in notis appoſite obſervatum) illud TACITI de M. G. cap. 18. effatum: *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert.* Quem ritum Germanicos populos diutiſſime ſervaſſe, certum eſt. Quidam igitur deduxit a *weyhen* ſacrare, votare, ut proprie ſit *wyhedum*, quia datur ei, quæ ſacratur matrimonio. Sed fallitur bonus augur. Nam proprie eſt donum jugale, a *wetten* conjugare, per medium derivandi M. Græci vocant ἑδνον, quod ſono & ſignificatu convenit. Vox Francica multos ſeduxit, ut Burgundicam *wittemon* pro dote acciperent. Sed veriſimilius eſt, dotem & *wittemon* jure Burgundico diſtingui. Vide quæ de voce Burgundica notavi in loco.

WIDUM, vitalitium viduæ, ſtylo palatii *wittum*. Vulgo derivatur a *witwe* vidua, quaſi eſſet contractum ex *witwedum* viduitas. Inepte. Non enim eſt viduitas, ſed revera idem quod *widum* dos, quæ datur a marito, & ideo a Juriſconſultis paſſim *dotalitium* vocatur.

WIDUM, manſus Eccleſiæ, vel ſimile beneficium, Eccleſiæ dicatum. Proprie eſt *dos Eccleſiæ*, quia Eccleſia habetur pro ſponſa, & quicquid Eccleſiæ donatur pro dote. *Widum* pro manſo habet Theſaurus BESOLDI.

WIE, ſic, ita. Adverb. qualitatis, quod Gothis effertur *ſwa* Marc. IV. 40. *du hwe fuurhtai ſijuth ſwa*, quorſum ſic timetis, vel adeo timidi eſtis. Sibilum agnoſcunt quoque Angloſaxones, quibus *ſwa* ſic, ita, *ſwa gelic* adeo ſimilis, talis, ejusmodi, *ſwa hit geweorthe* ſit ita, fiat, amen, interprete SOMNERO. Hodie non amplius utimur hoc ſenſu, ſed cum Francis & Alamannis dicimus *ſo*, quod Gothis & Angloſaxonibus viciſſim ignotum.

WIE, ut, ſicut, inſtar, quaſi. Adverb. ſimilitudinis, quod Gothis effertur *ſwa ſwe*, Angloſaxonibus *ſwa*, & *ſwa ſwa*. Evang. Goth. Matth. V. 48. *ſwa ſwe atta izwar in himinam*, ſicut pater veſter in cœlis. Evang. Angloſax. Matth. VI. 2. *ſwa liceteras doth*, ſicut hypocritæ faciunt. Et mox verſ. 7. *ſwa ſwa hæthene*, ſicut ethnici. Franci & Alamanni hic iterum dicunt *ſo* & *ſoſo*. Gloſſ. Keron. ſic *ſo*, ſicut *ſoſo*, ſicut & nos *ſoſo auh uuir*. TATIANUS cap. XXXII. 10. *ſoſo juuar fater ther himiliſco*, ſicut pater veſter cœleſtis. Cap. XXXIII. 2. *ſo thie libhizaru tuont*, ſicut hypocritæ faciunt. Cap. XXXIV. 3. *ſoſo thie heidanan man*, ſicut ethnici. Hodie in comparationibus perfectis *wie* præcedit *ſo*, in reliquis *ſo* ponitur ante *wie*.

WIE, cur, quare, quamobrem. Adverb. interrogandi, quod Angloſaxonibus effertur *hwi* Marc. IX. 28. Gothis *du hwe* ibidem, Francis *biwie* & *ziuuio*. Gloſſ. Lipſ. quare *biwie*.

WIE, quomodo, qualiter, quo pacto. Gothis & Angloſax. ut ſupra, Francis *uuio*, Alamannis *huueo*. Gloſſ. Keron. qualiter *huueo*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 129. *uuio ſuntig man thaz mohti, odo uh zithiu ſo dohti*, quomodo homo peccaminoſus hoc poſſit, aut etiam ad hoc aptus ſit. Cum hoc ſignificatu convenit Lat. *qui*.

WIE,

WIE, quam. Gloſſ. Keron. quam *huueo*, quanto magis *huueo meer*, quantitas *uueamihili*. Gloſſ. Lipſ. *wiolango* usquequo. Id eſt, quamdiu. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 3.

Uuio manag uuuntar uuurti
Zi theru Drubtines giburti.
Quam multa facta ſint miracula
In nativitate Domini.

Lib. II. Cap. XXII. 33.

Uuio harto mihiles mer
Suorget Drubtin iuuer.

De verbo ad verbum:

Quam valde multo amplius
Proſpiciet vobis Dominus.

Hodie utimur compoſito *wie vielmehr* quanto magis. Et quemadmodum apud Latinos *quam* de tempore, numero, quantitate, & qualitate dicitur, ita etiam apud Germ. *wie*, quod multis docere exemplis operoſum magis quam utile eſſet.

WIED, vinculum. Vide *wette*.

WIED, *weid*, zizania. Angloſax. *weod*, Angl. *weed*. Id eſt, mala herba, per proſthefin ab *at* malus, malum; Vel ſi mavis a *bad* malus, quod ſupra produxi in *bös*. Inde *weden* & *weiden* zizanias eruncare.

WIEGE, cunæ. Vox Francica ab agitatione deſumpta. OTFRIOUS Lib. I. Cap. XX. 26. *thar iz in theru uuagun lag*, cum in cunis jacerent. A *wiegen* motitare. Angloſaxones cunabula vocant *cilda-trog*, quaſi alveum vel mactram infantis, quia mactræ antiquitus erant pro cunis.

WIEGEN, movere. Idem quod *wegen*, *bewegen*, cujus antiquitatem & variam pronunciationem ſupra demonſtravi. Hodie dicitur præcipue de motu ponderis. Hinc rogaturi, quantum ponderis hoc vel illud moveat, utimur verbis *was wiegt das?* Quod Latine efferri nequit. Differt a *wægen* ponderare. Nam *wiegen* movet pondus, *wægen* vero pondus rei lance examinat.

WIEGEN, motitare, agitare, concutere. Senſus intenſus verbi præcedentis. Hinc movere, agitare, motitare Angloſaxonibus nullo diſcrimine dicitur *wagian*, & arundo agitata *hreod aweged* Matth. XI. 7. Delectantur inprimis hoc ſenſu Gothi, quibus *wegs* motus, præcipue maris, *wegos* undæ, *wagid* agitatus, *wagjan* agitare, commovere, concitare, & dicitur in Verſione ULPHILÆ de arundine vento agitata Luc. VII. 24. de concitata turba Marc. XV. 11. de virtutibus cœli commotis Marc. XIII. 25. ut pridem obſervavit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 384. Hodie regnat in derivatis, *wiege* cunæ, *woge* fluctus, *wage* mare, & verbo frequentativo *wieglen* commovere, concitare, unde porro fit *aufwieglen* concitare multitudinem ad arma capeſſenda, & *aufwiegler* concitator multitudinis.

WIEGEN, vexare, *gewieget* vexatus. Senſus a motu phyſico ad vexationem & tribulationem extenſus, auctoribus Francis. Gloſſ. Lipſ. *geuueigit* vexatus, *weigoden* vexaverunt. TATIANUS Cap. XLIV. 1. *uuanta ſie uuarun giuueigite*, quia erant vexati. Inde Angloſaxonibus *wuhte* adverſitas. Et quia vexatio dat intellectum, hinc Germani virum longo rerum uſu atque experientia probatum, ſolent appellare *einen gewiegten mann*, ab agitatione & vexatione experientiæ magiſtra. Quemadmodum enim dura duris adhibita non tam atteruntur quam acuuntur: ita adverſitates ſæpe hanc præbent utilitatem, ut hominem malis exercitum efficiant rerum humanarum magis intelligentem, & animo ad caſus & pericula magis obfirmatum, dum cæteri fere effœminantur. SOMNERUS in notis ad Gloſſas Lipſianas hoc verbi male deducit a *wee* dolor. Nam vexare eſt agitare. Vide GELLIUM in Noct. Att. Lib. II. Cap. 6. Verbum igitur familiæ ſuæ reſtituendum eſt, & ſcala translationis erit pro etymologia.

WIEGLEN, movere, commovere, *aufwiegeln* excitare ad ſeditionem. Frequentativ. a *wiegen* motitare.

WIEHERN, hinnire. Proprium equorum, factumque haud dubie a voce equi hinnientis naturali, quæ Cambro-Britannis eſt *wibi*, teſte SKINNERO in verbo *whinny*, & LUTHERO *hwi* Hiob XXXIX. 28. ubi de equo: *wenn die drommete faſt klinget, ſpricht es: hui.* Quod pronunciandum ut *hwi*, & ſic fortaſſe ſcripſit LUTHERUS ab initio. Franci eodem ſono duce effinxerunt hinnulorum & hinniendi vocabula. Gloſſ. Pez. hinni *ueio*, hinnient *ueigont*. Belgæ utuntur frequentativo *wichelen*. Alia hinniendi verba vide in *nak* equus.

WIEL, rota. Vide *wellen* volvere.

WIERIG, durans, *lang-wierig* diuturnus, *gewierig* continuo. Refer ad *wæren* durare.

WIERIG, *gewierig*, obtemperans, *gewierige antwort* reſponſum facile & benignum. Vide *gewæren* obſecundare.

WIESE, pratum. Vide *wiſe*.

WIESEL, muſtela. Vide *wiſel*.

WIG, adjective.

WIG, agilis, velox, celer. VEREL. in Ind. *vigur* vegetus, agilis. Suecis *wyg* etiamnum eſt agilis, *wygbet* agilitas, *wyg wara* pervigere. Oriri potuit, vel a Gr. ὠκὺς celer, præpoſito W. vel a Lat. *vigeo*, vel a *wegen* movere, ut *agilis* ab *ago*.

WIG, fortis, ſtrenuus, bellicoſus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwych* fortis, *gwæ gwych* vir fortis. VEREL. loc. cit. *vigur* ſtrenuus, bello aptus. Transferri potuit a celeri ad fortem, quia fortes ſunt incitati, & pericula cum alacritate aggrediuntur: Vel derivari a *wagen* audere, quia fortes ſunt audaces, qui pericula & mortem ipſam impavidi adeunt. Ab hoc ſignificatu com-

modam interpretationem accipiunt Nomina quædam Gallica,

OLLOVICO, valde ſtrenuus. Nomen Cæſari proditum Lib. VII. Cap. 31. Ab *oll*, *all*, quatenus ſenſum intendit, ut in *Albrecht* & *Alaricus*. Hodie effertur HELWIG.

LITAVICUS, bellator ſtrenuus. Rurſus apud Cæſarem Lib. VII. Cap. 37. Rationem interpretationis vide in *leute* milites. Quamvis etiam idem eſſe poſſit ac *Ludovicus*.

WIG, ſubſtantive.

WIG, Mars. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wig* mars, mavors. BENSON. in Voc. AS. *wig* mavors. HELMOLDUS NIGELLUS poſtea citandus: *Wigh quoque Mars eſt.* Germanos veteres quendam *Belli præſidem* præcipuo affectu coluiſſe inter patrios Deos, eidemque res bello captas, inprimis viros & equos immolaſſe, tam evidens eſt, ut negari non poſſit. Vide quæ TACITUS ſcribit de *Hermunduris* Annal. XIII. 57. de *Tenſteris* Hiſt. IV. 64. de *Germanis* univerſe cap. IX. de M. G. Et quæ JORNANDES de *Gothis* cap. V. de Reb. Get. PROCOPIUS de *Scritofinnis* Hiſt. Goth. Lib. II. pag. 261. Hoc numen apud Germanos plura habuit nomina, quæ alibi explicamus, præſertim in *Dienſtag* & *Erich*. Illud, de quo nunc agimus, proprie *fortem* deſignat, & dicitur de *Marte* duplicem ob cauſam: primo quia *Mars* opinione veterum eſt ipſe vigor ille cœleſtis & invictus, naturæ rerum inſitus, quo agitante caleſcimus ira, vires & arma contra hoſtes accipimus, injurias repellimus, & nos ac noſtra tuemur; ſecundo quia *Mars* fortibus præeſſe, belligerantibus adeſſe, & ſecuros cultores etiam inter hoſtes præſtare creditus eſt. Qui Tacitum ſibi familiarem reddidit, facile intelliget, me hic verbis ejus uti. Hunc Germanorum Martem, qui *Virtute bellica* definitur, malo, quam Jovis & Junonis filium, etiamſi a more Gentis haud alienum fuerit, Titanas aliosque viros fortes inter Deos referre. Confer quæ de Deo Naharvalorum diſputavi in *Elch*.

WIG, miles, bellator, heros. SOMNER. loc. cit. *wiga* heros, ſemideus, præliator, miles. JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 400. *iung wiga* tyro. VEREL. in Ind. *gagvigi* in acie adverſarius. Refer ad *wigen* bellare. Occurrit eo ſenſu in nominibus Regum Francorum vetuſtiſſimis.

MEROVIGUS, bellator clarus, a *mare* clarus.

MEROVEUS, eadem notione, per ſyncopen antiquis valde familiarem.

CHLODOVEUS, eadem notione qua *Ludovicus*. Nam utriusque nominis parem rationem & conſtitutionem eſſe, non obſtante eliſione, multa evincunt, (1.) quia *Ludovicus Pius* ſe *Chlodoveo* cognominem aſſerit, apud FLODOARDUM in Hiſt. Rhemenſi Lib. 2. (2.) quia Chlodoveus ſe *Chlotovechum* vocavit, obſervante HERTIO in Not. Regni Franc. Cap. VII. §. 6. (3.) quia REMIGIUS in Teſtamento ſuo hunc Chlodoveum appellat *Ludovicum* R. chriſtianiſſimum, apud PONTANUM in Orig. Franc. Lib. V. Cap. 3. pag. 352.

LUDOVICUS, bellator clarus. A *laut*, *lut*, *blud*, *chlud* clarus, celebris, illuſtris. Veram nominis Ludoviciani nomenclaturam complexus eſt HELMOLDUS NIGELLUS hoc diſticho, quod ex citatione ECCARDI in Hiſt. Stud. Etym. pag. 38. hic deſcribam:

Nempe ſonat HLUTO *præclarum*, WIGCH *quoque Mars eſt,*
Unde ſuum nomen compoſuiſſe patet.

Agitur de nomine *Ludovici Pii*, cujus vitam deſcripſit Helmoldus. Idem nomen videtur ſibi PONTANUS reperiſſe inter Gallos apud CÆSAREM Lib. 7. cap. 37. in LITAVICUS, quod linguæ Celticæ gnaris examinandum relinquo.

Ex appellativis præcipuum compoſitum eſt *uuidaruuigo* rebellis, a *wider* contra, quia contra patriam militat. Gloſſ. Juniana in Obſ. ad Will. 119. *uuidaruuigun* rebelles.

WIG, bellum publicum, prælium, pugna, militia. SOMNERUS loc. cit. *wig* bellum, prælium, certamen, conflictus, *wig-cræft* belli peritia, ars militaris, bellica, caſtrenſis, *wig-leoth* bellicum, *wig-man* heros, miles, *wig-hus* arx, caſtrum, caſtellum, propugnaculum, *wig-ſteal* obſtaculum, propugnaculum, *wig-nothe* militia, *wig-rode* expeditio militaris, *wig-ſmith* faber bellicus, *wig-ſtreng* bellipotens. Gloſſ. Pez. militia *uuich* vel *ſtrith*. Gloſſ. Lipſ. *wige* prælium, bellum, *wigis* belli, *wiga* prælia. NOTKERUS Pſal. XXIII. 8. *truhten mahtiger in uuige*, dominus potens in prælio. EPINIC. Lud. R. verſ. 95.

Sang uuas geſungen,
Uuig uuas bigunnen.

Canticum erat cantatum, Prælium inchoatum. JUNIUS nomen belli deduxit a Belgico *wig*, *wigge* cuneus, ut proprie ſit *acies cuneata*, in Obſerv. ad Will. pag. 119. Sed non perſuadet. Nam bellum eſt opus Martis, & a Marte nomen accipit, more Græcorum & Romanorum, quibus Ἄρης & *Mars* ſæpe pro bello uſurpatur. VIRGIL. *Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.* Præcipua Francorum compoſita ſunt, *uuiguuaphane* arma bellica, *uuiclih*, *uuichaft* bellicoſus, & alia, apud JUNIUM loc. cit. & SCHILTERUM in Gloſſario. Quibus addi poſſunt quædam Islandica ex Indice Verelii ano: *vig-drott* turba belligerantium, milites, *vig-grimmur* ſævus in armis, *vig-beſta* equi bello apti. Ex nominibus propriis huc

huc ſpectat WIGBERTUS bello clarus, qui & *Vibertus*, ob frequentem literæ G. eliſionem. LIPSIUS in Gloſſario: *Reperio & wie bellum.* Sæpe etiam rebellionem ſignificat, præſertim in conjunctione cum *wider* contra, & tunc *wider* elliptice ponitur pro *contra ſuperiorem.* Gloſſ. Keron. rebellio *uuidaruuigo.*

WIG, pugna privata, vindicta, & omnis gravior diſſenſio. Senſus a bello publico ad privatum translatus. Gloſſ. Pez. certamen ſingulare *einuuigi.* VEREL. in Ind. *frændvig* conſanguineorum interfectorum ultio, & continuatæ cædes unius poſt alterum, *einvigi* duellum, monomachia. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XVI. 49.

Thie fridusame ouh ſalig,
Thie in herzen ni eigen nibeinaz uuig.
Beati pacifici,
Qui in corde non habent ullam vindictam.

Dicitur etiam de jurgio. Inde *uuortes uuig* verborum contentio, apud eundem Lib. III. Cap. XIX. 15.

WIG, cædes. VEREL. in Ind. *veg, vig* cædes, homicidium, *vigamadur* miles qui multos neci dedit, *vigsmal* cauſa homicidii. Pro etymo eſt, quod Græcis quoque ἄρης martem, cædem, & mortem deſignat.

WIG, arx. Vide *wik.*

WIGEN, bellare, pugnare, dimicare. Id eſt, opus Martis facere, a *wig* mars. Gothi & Franci dicunt *wigan*, Angloſax. *wigian*, Island. *vega.* Codex Arg. Luc. XIV. 31. *gaggands du wiganna withra antharana thiudan*, procedens ad belligerandum adverſus alium regem. SOMNER. loc. cit. *wigian* pugnare, præliari, bellare, *wigend* militaris, *wiggend man* miles, bellator. VEREL. in Ind. *vega* dimicare. Inde Francis *uuigant* pugnator, in Gloſſa antiqua apud JUNIUM. Et huc fortaſſe etiam ſpectant VIGANTES ex Btitannia ſecunda, h. e. bellicoſi, quos Tacitus JUGANTES vocat Annal. XII. 40. nullo quidem vitio aut errore, ſed metaplasmo tantum. Prorſus ut VIHONES Germaniæ, h. e. bellatores, (ita enim auguror) mutavit in JUHONES, Annal. XIII. 57. Auctor conjecturæ de *Vigantibus* eſt BAXTERUS in Gloſſ. Ant. Brit. pag. 135.

WIGEN, occidere. VEREL. in Ind. *vega* occidere, *vegandi* homicida. A *wig* cædes.

WIK, *wig*, arx, turris, propugnaculum, caſtrum. VEREL. in Ind. *vige* munimentum, caſtellum, vel omnis locus munitus, unde defendi poſſumus, refugium. Oritur, non a Gr. ὄκος domus, nec a Lat. *vicus*, nec a Germ. *weichen* cedere, etiamſi commode dici poſſit refugium & receſſus, ut Hiſpanis *retiro:* nam hæc vox non debet avelli a cognatione cum reliquis: ſed a *wigen* bellare, quia caſtrum eſt ſedes Bellonæ, armamentarium, præſidium, & locus munitus, quo bellum defenditur.

WIK, *wig*, ſtatio militaris. Inde Angloſaxonibus *her-wic* caſtra, ſtativa exercitus, locus ubi caſtra metantur, apud SOMNER. & BENSON.

WIK, *wig*, oppidum, vicus, villa, multorum ſecura manſio. Gothis *weihs* Marc. VI. 6. Angloſax. *wic* Marc. VIII. 23. Francis *uuich*, Gr. ὄγυ. OTFRIDUS Lib. II. Cap. VII. 91-95. de vico Nazareth: *uuio mag uuiht guati queman fon luzili thes uuiches*, quſ poteſt aliquid boni venire de parvitate iſtius vici? Senſus videtur a caſtellis ad vicos translatus, quia apud nos in Germania a ſtationibus militaribus multæ ortæ ſunt habitationes communes. Nec dubito, quin hoc multis locorum nominibus aptari poſſit. Alii originem dictionis quærunt in vocibus, quas paulo ante ab etymologia caſtellorum ſemovimus. A *wik* oritur Angloſaxonibus *wicgereſa* villæ præpoſitus, *wician* manere, habitare, *wicinga* incolæ, & Saxonibus recentioribus *weichbild* jus oppidanum, de quo ſupra. Et huc etiam ſpectant multa urbium nomina, quas inter principatum tenet BRUNSVICUM, oppidum Brunonis, interprete CRANZIO in Saxonia.

WIK, ſinus maris vel fluminis. SOMNER. loc. cit. *wic* ſinus, ripa, vel littus incurvum ſive ſinuoſum, fluminis ſinus, *wician* navem in portum ſubducere, appellere, applicare, quod extat in Evang. Angloſax. Marc. VI. 53. *and wicedon thar*, & applicuerunt ibi. VEREL. in Ind. *vik* parvus ſinus. CRANZIUS Lib. II. Saxon. Cap. 31. *Sinum excurrentis fluminis, ſtagni aut maris, Saxones ſua lingua* WYCK *appellant.* Suſpicor ſinum ita vocari, non a *weichen* cedere, etiamſi a linea recta recedat, ſed quod ſit munimentum naturale, & locus bello piratico idoneus. Nam a *wik* ſinus, pirata Angloſaxonibus dicitur *wicing* apud BENSONIUM, Islandis *vikingur* apud VERELIUM. Erat autem piratica quondam apud Saxones maritimos res honeſta, prorſus ut apud Spartanos & Athenienſes. Nec alio primum facinore innotuere Romanis, quam quod mare infeſtarent prædabundi, & littora Galliæ & Britanniæ diriperent. Rem & nomen rei ita explicat WORMIUS in Mon. Dan. pag. 268. ſeq. VIKINGUR *piratam priſca voce notat. Antiquitus enim Piratica honeſta ac licita erat, atque in ea ſe crebro Reges ipſi, aut eorum liberi exercebant, aſciti famoſioribus & fortiſſimis athletis.* Et paulo poſt: *Dictos ſic volunt a* VYG, *quod Danis ſinum maris notat; in iis enim deliteſcebant a tempeſtatum injuriis tuti, vel hoſtibus inſidias ſtructuri.*

WIK, monaſterium. Angloſaxonibus *wic* idem denotaſſe, teſtantur SOMNERUS & BENSONIUS. Forte quia monaſteria a Saxonibus condita, erant clauſtra munimentis ſimilia, turribus ornata, & muris cincta, quæ res in lignea & lutea domorum ætate, potuit illis hoc nomen conciliare. Quod ſi non placet, ducatur a *weichen* cedere, quia Monaſterium eſt receſſus, nec hoc

hoc tantum, ſed etiam aſylum & ſacrum refugium.

WIL, eosdem habet ſignificatus ut *wel* & *wol*. Mutatio vocalium nihil mutat in ſenſu.

WILD, erro. Camb. *gwilliad*, Suecis *wildfarande*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwill* & *gwilliad* tenebrio, erro, *gwillmer*, *gwillmyr* pirata. Cuncta a *wallen* vagari, errare. Atque hinc jam patet, (1.) quid ſit *wildfang*, nempe primo captura erronis, & ipſe captus & in ſervitutem redactus. (2.) quid ſit *wildfangiatus*, nempe jus faciendi homines proprios ex erronibus & vagabundis, qui nullum habent dominum, nullisque litteris commeatus ſunt inſtructi. Jurisconſulti hoc jus ad omnes peregrinos & advenas extendunt, & peregrinum ſic dictum volunt a *wild* fera, quod libere capi poſſit inſtar feræ. Qua in re videntur verbis & rebus vim inferre. Nam primo veriſimile non eſt, Germanos unquam humanitatis adeo expertes fuiſſe, ut omnes externos haberent pro hoſtibus aut feris. Ad Naſamones hoc ſpectat, non ad illos. Pone vero exercitium hujus juris ad omnes advenas fuiſſe extenſum; advena vocabitur *wild*, non quod liberæ occupationis ſit inſtar feræ, ſed a *wallen* peregrinari.

WILD, vagus, vagabundus. Rurſus a *wallen* vagari. Hinc concubinatus dicitur *wilde ehe*, non quod ſit conjugium ferinum, ſed quod vagum & inſtabile.

WILD, ſylveſter, ad ſylvam pertinens. Angloſax. *wild*, *wyld*, Francis, Belg. Angl. & Suec. *wild*, Cambris *gwyllt*. Refer ad *wilden* ſylveſcere. Dicitur (1.) de beſtiis ſylvæ. Inde Angloſaxonibus *wild-deor* fera Marc. I. 13. *wild gos* anſer agreſtis, *wild aſſa* onager. (2.) de plantis ſylvæ. BOXHORN. in Botanologio Cambrico: *cawl gwyllt* caulis agreſtis. Gloſſ. Pez. labruſca *uuildiu repa*. (3.) de iis quæ in ſylva fiunt. TATIANUS Cap. XIII. 11. *ſin muos uuas uuildi honug*, cibus ejus erat mel ſylveſtre. (4.) de moribus ferinis allegorice. Gloſſ. Boxh. *uuilder* agreſtis. SOMNER. in Dict. AS. *wild* indomitus, ferus, agreſtis. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwyllt* ferus, indomitus.

WILD, ſylvoſus, ſylvis repletus. Græcis ὑλώδης. Unde nobis *wildnüſs* tesqua, eremus, locus ſylvoſus.

WILD, ferus, ferinus. Vide *wild* ſylveſter.

WILDBAN, jus venandi, a *banno* vel interdicto ſylvæ ſic appellatum, quia nemora, ubi hoc jus exercetur in feras, ſunt interdictis munita, & ideo in Jure prov. Alam. vocantur *banvorſte*, & *banne* ſimpliciter Cap. CCXXXII. 13. 17. Quamvis etiam occiſionem ferarum ſignificare poſſit, a *ban* occiſio.

WILDEN, ſylveſcere, in ſylvam mutari. Angloſaxon. *awildan*, apud SOMNER. & BENSON. Haud dubie a *wald* ſylva. Hodie dicimus *verwilden* & *verwildern*. Sed *wilden* ſimplicius & antiquius eſt, & ab illo manifeſto derivatur *wild* ſylveſter & ſylvoſus.

WILDFANG. Vide *wild* erro.

WILDFEUR, herpeta. Morbus late ſerpens inſtar *ignis*, & *indomitus* dictus, quia immedicabilis.

WILDFLEISCH. Vide *wels* amia.

WILDPRÆT, caro ferina. Gloſſ. Pez. carnem *prodi*. GUNDLINGIANA derivant a βρωτὸς cibus. At vox Germanica non ſolum de carne veſca & mortua, ſed etiam de viva & humana uſurpatur. Chron. Friburg. citante SCHILTERO in Gloſſ. Teut. pag. 136. *Ob die wunde gange durch haus und durch* brotten, *alſo das es heiſſen mues eyn blutiger ſlag oder totliche wunden*. Ubi ſane *brot* eſt caro hominis viventis. Ergo non a βρωτὸς, & multo minus a *braten*, ut non nemo nugatur. Suſpicor (ſi Græca origine opus ſit) veteres carnem ſic appellaſſe in oppoſitione ad oſſa & ſanguinem, ut, quemadmodum oſſa ſunt partes duræ ſtructuræ animalis, & ſanguis fluidæ; ita caro molles & turgidæ, a Græc. πραυδαίνω intumeſcere. Anglis *to proud* etiamnum eſt tumeſcere, & *proud fleſh* caro tumida. Aliud eſt *præt* caro conciſa, lingua Suevorum in Algovia. Nam hoc eſt ab Angloſax. *brytan* frangere, diſſecare. Quamvis etiam a genere ad ſpeciem transferri potuerit.

WILL, voluntas. Gothis *wilja* Matth. VI. 10. Angloſax. *willa*, Francis & Alam. *uuillo*, Belg. & Angl. *will*, Suec. & Isl. *wilie*. Gloſſ. Keron. voluntatem *uuillin*, voluntatis *uuilleno*. TATIANUS Cap. XXXIV. 6. *ſi thin uuillo*, fiat voluntas tua. Verbale a *wollen* velle, & non a Græc. βέλη, ut vulgo ineptiunt. Id enim non voluntatem, ſed conſilium & conſultationem ſignificat, & proprie eſt intellectus. Synecdochice dicitur de voluntate bene & male affecta, nec non de deſiderio.

WILL, voluntas bene affecta, obſequium, benevolentia, favor, *unwill* voluntas male affecta, tergiverſatio, indignatio, odium. Unde porro exiſtunt, *willig* promptus, *unwillig* invitus, indignabundus.

WILL, voluntas male affecta, *mutwill* petulantia, prava animi voluntas, cupido faciendi quicquid in mentem male affectam venerit. Antiquitatem compoſiti vide in loco.

WILL, votum, deſiderium. BENSON. in Voc. AS. *willa* votum, *will-fegen* voti compos, *wilnian* deſiderare, *wilnunge* deſiderium, *wilſum* devotus, deſiderabilis. Hodie utimur in compoſito *willfaren* gratificari, optata facere, quod eſt a *faren* facere.

WILL, a favore & deſiderio transfertur ad *cauſam*, prorſus ut apud Latinos *gratia*. Inde formulæ, *um deſswillen* ejus rei gratia, *um gemeinen beſtens willen* utilitatis publicæ gratia, *um Gottes willen* propter Deum, *um friedens willen* pacis cauſa. Et hinc etiam deſcendunt particulæ cauſales *weil* & *dieweil* quia, quoniam, quandoquidem.

WILLFAREN. Vide *will* votum, deſiderium, & confer *faren* facere.

WILL-

WILLKOMM, in vetuſtiſſima ſalutandi hoſpitem formula, *ſey mir willkomm*, duo ſignificare poteſt, *proſperum advenam*, & *optato venientem*. Cauſa duplicitatis eſt, quia *wil* Celtica lingua eſt proſper, Saxonica optatus, a *wollen* cupere, deſiderare, optare. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *bwylus* proſper, *bwylwynt* ventus proſper. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wilcuma* qui optatus & gratus advenit, *wilcumian* opportune & optato advenire. Cætera vide in *komm* advena.

WILLKUR, non eſt a *will* voluntas, ut imperitis videri poſſet, ſed a *wel*, *wol*, melius, & *küren* eligere. Nam voluntatem electioni præfigere ſupervacaneum eſt, cum nulla detur electio niſi a voluntate. Hinc vi compoſitionis duo ſignificat (1) liberum arbitrium, ſeu facultatem eligendi melius ex duobus vel pluribus bonis, vel minus malum ex duobus malis. (2.) ipſum eligendi meliora actum, quem optionem & electionem vocamus. Ab alterutro eſt *willkürlich* ſponte, ultro. Voces antiquiores vide in *freier wille*.

WILZ, equus mediocris. Lex Bojor. Tit. XIII. Cap. X. 2. *Si mediocris fuerit (equus) quem wilz vocant, cum medio Sol. componat.* BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwill* equa. Utrumque (ut videtur) a *caballus* & *caballa*, mutato B. in W.

WIMMELN, ſcatere, redundare multitudine. Quaſi *würmelen*, inquit STILERUS. Sed non perſuadet. Dicitur enim nonſolum de inſectis, ſed etiam de turba, & veriſimiliter a Gr. ὅμιλος vulgus, cœtus, multitudo, per initiale W. Inde *gewimmel* primo quidem eſt frequentia populi, poſtea etiam vermiculorum ob ſimilitudinem. In Gloſſis Pezianis lego: ſcatere *uuimidon*, ſcateat *uuimido*. Quæ fortaſſe ſunt mendoſa, & legenda *uuimilon* & *uuimilo*.

WIMMERN, ejulare. Idem quod *jammern*, præpoſito W.

WIMPEL, velum antennæ, Dial. Belgica. Diminutiv. a *wip* apex, per epentheſin, vel διαίρως a *wippen* flagellare, quia continuo motu aërem verberat. Poſtea ad omnia vela translatum eſt. Inde Anglis & Gallis *wimple*, *guimple*, & Latino-Barbaris *guimpa* peplum.

WIMPERN, nictare oculis. Frequentativ. a *wippen* flagellare, verberare. Nam nictare eſt palpebrare, h. e. palpebras collidere, quod fit quando per intervalla clauduntur & aperiuntur. Ab hoc motu palpebræ ipſæ vocantur *wimpbrauen*, & in hac ora *wimpern*. Litera M. eſt ab epentheſi.

WIN, amicus, & dilectus. Angloſax. *wine*, Francis *uuino*, Dan. *ven*, Suec. *wæn*, Isl. *vin*, *vinur*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. IX. 61. de Abrahamo: *Druhtin kos imo einan uuini*, Dominus elegit ſibi amicum. Dicitur & adjective ibidem verſ. 96. Inſcriptio Runica apud OLAUM WORMIUM Lib. V. Mon. Dan. pag. 280. *Thoraltin resdi ſtin denſi eftir Auguta og Ingal Fadur vart gudu viner*, Thoraldus lapidem hunc poſuit Auguſto & Ingaldo patris noſtri bonis amicis. VEREL. in Ind. *vinur* amicus, *u-vinr* inimicus. Delectatur inprimis hac voce WILLERAMUS in Cantico Canticorum, ubi *uuin* per omnes caſus occurrit.

Cap. V. 10. *min uuine iſt uuiz unde rot*, amicus meus candidus eſt & rubicundus.

Cap. II. 8. *diu ſtimma miues uuines*, vox dilecti mei.

Cap. VI. 10. *minemo uuine bin ih bolt*, diligo amicum meum.

Cap. III. 1. *minen uuine*, amicum meum.

Cap. VIII. 14. *uuiue min*, amice mi.

JUNIUS hoc vocabulum *mellifi affectus pleniſſimum* vocat, quamvis etymo, quo dulcedinem ejus oſtendat, deſtitutus. Vulgus amicitias utilitate probat, & eos ſolos vocat amicos, quos ſuis inſervire commodis intelligit. Hinc fieri poteſt, ut *win* a primis inventoribus factum ſit a Græc. ὀνὰν juvare, prodeſſe. Malim tamen a *minnen* amare, mutato M. in W. Nam hæc mutatio non caret exemplis. Vide *Proleg.* Sect. III. Præſtat qualemcunque dediſſe etymologiam quam nullam, ut ad meliorem inveniendam alii invitentur. Præcipua compoſita ſunt,

wine-magas cognati, apud SOMNER. in Dict. AS.

uuiniſcaf fœdus, in Gloſſis Boxhornianis.

viufaſtur, in amicitia conſtans, *vinſæll* amicis felix, *viuatta* amicitia, & alia plura apud VEREL. in Ind.

wænskap amicitia, familiaritas, neceſſitudo, Dial. Suecica.

JUNIUS in Obſervatis ad Willeram. pag. 21. ex Indicibus GOLDASTI Alamannicis multa collegit tam Virorum quam Mulierum Nomina, in quibus *win* modo priorem modo poſteriorem locum in compoſitione occupat, quæ more ſuo interpretatur. Multa autem in his eſſe, quæ rectius ad bellum quam amicitiam referantur, oſtendi in *winne* certator. Hoc unum nunc addo, optime LEVINUM a JUNIO explicari per *lief wyn* charus amicus. Præterea amicitiam aperte ſpirant, TRUOTWIN fidelis amicus, WINIPREHT amicis clarus, DIOTWIN populo dilectus, CUOTWINA bona amica, WINFRIDUS defenſor amicorum &c.

WIN, bellum. Vide *winn*.

WIND, ventus, flatus, aura. Vox antiquiſſima & omnibus Celticis populis communis, quæ Gothis effertur *winds* Marc. IV. 39. Angloſax. *wind*, Francis & Alam. *uuint*, Belg. Angl. & Isl. *wind*, Camb. *gwynt*, *wynt*, Procop. *wintch*. Gloſſ. Keron. venti *uuinti*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwynt* ventus, *bwylwynt* ventus proſper, *corwynt* turbo. TATIANUS Cap. XLIII. 12. *bliefun winta*, flaverunt venti. Cap. LII. 7. *nuer odo uuelih iſt ther*, *ther uuinton gibutit inti ſeuue*, quis

aut qualis est hic, qui ventis imperat & mari. JUNIUS deduxit a Goth. *waien* flare, spirare, optimo jure. Ejusdem etymi est Lat *ventus*, quod judice MARTINIO melius e Germ. fonte quam a *veniendo* derivatur. Quam illi confessionem ipsius rei natura extorsit. Hæc una vox eum docere poterat, plures esse in Latina Lingua, quarum ratio reddi non potest nisi a Barbaris, a quibus profectæ sunt. Præcipua ventorum nomina exhibet ÆLFRICUS in Glossario: subsolanus *eastan wind*, auster vel nothus *sutheu wind*, favonius vel zephirus *westen wind*, septentrio *northan wind* &c. Nomina ventorum Carolina omnia definiunt in *roni*, ut *westroni* zephirus, *nordroni* septentrio, in quibus *roni* videtur susurrum denotare, a *rauuen* susurrare.

WIND, odor. Cambris *gwynt* nonsolum *ventum*, sed etiam *odorem* significat, teste BOXHORN. loc. cit. Non quod per aëra feratur, sed quod sit tenuissimum in re odora, quod exhalando emittitur, a *waien* spirare. Inde *windhund* vertagus, canis odorator, qui feram odoratu indagat. Dicitur etiam *wind* absolute, puta per apocopen, in Jure Prov. Alam. Cap. CCXXXII. 9. Si Belgicam Dialectum cum Suecica contendas, patebit, *aërem* & *odorem* eodem vocabulo insigniri. Ille Belgis, hic Suecis vocatur *lucht*.

WIND, curvus, tortus, flexus, allegorice injustus, a contorsione juris. Refer ad *winden* torquere. De allegorico significatu actum pluribus in *recht* justus.

WINDE, machina versatilis, *garnwinde* girgillus, *karrwinde* fucula, *zugwinde* trochlea. Refer ad *winden* vertere. A *winde* rursus fit *winden* machina attollere, unde Gallis *guinder*.

WINDELN, involvere. Gloss. Pez. in volumentis *in uuintdum*. Refer ad *winden* volvere, involvere.

WINDEN, vertere. Originem & verba vetera vide in *wenden*. Verti autem dicuntur, nonsolum quæ situm & statum mutant, aut in gyrum moventur, sed etiam ea quæ per lineam spiralem in se vertuntur. Quod cum tribus modis fieri possit (1.) flectendo & torquendo, (2.) volvendo & involvendo, (3.) vinciendo & colligando, hinc clare intelligimus, cur *winden* hæc omnia significet.

WINDEN, flectere, plectere, torquere, *gewunden* flexus, plexus, tortus, *sich winden* curvari. Gloss. Pez. contorquere *uuintan*, torquens *uuintenter*. VEREL. in Ind. *vinda* torquere, *vind* contortus. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XVII. 60. de sydere Draconis: *ther sih thar uuintit untar in*, qui curvatur in spiras inter astra. Versio Anglosax. Joh. XIX. 2. *and tha thegnas wundon thyrneine cynehelm*, & milites plectebant coronam regiam de spinis. Ubi Gothicus interpres utitur composito *uruundun*, quod est a simplici *windan*.

WINDEN, volvere, involvere. Gloss. Keron. volvant *piuuinte*. TATIANUS Cap. V. 13. *biuuant inan mit tuochon*, involvit eum pannis. Consensum Gothicæ & Anglosaxonicæ Linguæ vide Luc. II. 7.

WINDEN, vincire, colligare, *garn winden* conglomerare fila, *los winden* solvere ligata. Anglosaxonibus quoque *windan* est conglomerare.

WINDEN, quot modis dicatur in compositis *verwinden*, *überwinden*, *unterwinden*, vide in thematе verbi *winnen*.

WINDHUND, vertagus. LOCCENIUS: „*winda* venari. Priscis quoque Germanis „*winden* in usu fuit, licet hodie in usu esse „desierit. Id colligimus ex notatione vocis „Germ. *windhund*, & simpliciter *wind* adhuc „canis venaticus dicitur. Hæc ille in Lexico Jur. Sueo-Goth. An *winden* pro venari olim fuerit usitatum, dubito. Si fuit, ab antiquiori *weiden* factum est per epenthesin. At fuisse, ex præsenti compositio haud firmiter concluditur. Nam canis, de quo agimus, denominationem suam accipere potuit a *wind* odor, & postea appellari *wind* per apocopen.

WINDSBRAUT, turbo. Apud OTFRIDUM Lib. V. Cap. XIX. 54. dies extremi judicii vocatur *dag uuinies bruti leuues*, dies mali turbinis. In quibusdam recentioribus Dialectis idem ventus vocatur *windsbraus*. MATHESIUS Conc. IX. de vita & Script. Luth. pag. 106. *sie kommen alle im windsbraus darvon*. Hinc quidam non imperitus deduxit a *brausen* fremere, ut proprie sit ventus violenti flatus & sonori, *ein brausender wind*. Alius vocabulorum Biblicorum interpres retulit ad *brutten* frangere. SCHILTERUS ad *brutten* turbare, quem significatum ex Notkeriana Psalmorum Versione pluribus demonstrat in Gloss. Teut. pag. 139. NOTKERO jungere poterat OTFRIDUM, qui passim utitur hoc verbo. In Lib. I. Cap. V. 3. *ni bruti thih muates*, noli turbari animo. Ut alia nunc omittam. Credo Francos hoc verbi formasse e Lat. *turbare*, inverso literarum ordine. In reliquo sequor judicium SCHILTERI. Quemadmodum enim Latinis *turbo* a *turbando* dicitur, quod omnia turbet, & summa imis misceat; ita Francis *brut* a *brutten*. Quod adeo verum, ut *brut* & *turbo* se mutuo producant per anastrophen.

WINDSCHAUFEL. Vide *schaufel*.

WINDSCHAUR. Vide *scheur* instrumentum purgandi.

WINDSCHUR. Vide *schaur* tegumentum.

WINDSPIL. Vide *spil* ludio venaticus.

WINCKEL, angulus. OTFRIDUS Lib. I. Cap. V. 107. *noh uuinkil untar himile*, nec angulus sub cœlo. NOTKERUS Psal. CXVII. 22. *der stein den zimberonte ferchuren, der uuard ze houbete des uuincheles*, lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est caput anguli. Et mox: *der houbet stein daz ist der uuinchelstein der beide uuende zesamene*

ſamene fuget, lapis capitalis eſt lapis angularis, qui utrumque parietem jungit. Gloſſ. Pez. trigonum *driuuinchili*. Lex Bojor. Tit. IX. Cap. VI. 2. *Si interioris ædificii columnam ejecerit, quam* winchilſul *vocant*. Id eſt, columnam angularem. AVENTINUS deduxit ab Heb. *anach* amuſſis ſeu norma angularis. HELVIGIUS ab *ἀγκύλος* aduncus. MARTINIUS a *winken* annuere, quod lineæ velut mutuo conſenſu in cuſpidem coëant. STADENIUS componit ex *wenden* & *kiel*, quod angulus ſit cuneus, in quo duo parietes concurrunt, *da zwo wende in einem kiel zuſammen lauffen*. Sed mittamus hæc nugamenta, & videamus, qua voce Celtica lingua utatur? AOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ongl* angulus. Celticæ voci manifeſto conſentit Latina *angulus*. Utraque eſt ab *engen* arctare, conſtringere, quia angulus eſt locus & figura in anguſtum deſinens. Ab alterutra eſt *winkel*, præpoſito W. Saxonicam vocem vide in *born*.

WINKEN, nuere, nivere, nictare. Angloſax. *wincian*, Franc. *uuinchen*, Belg. *winken*, Angl. *to wink*, Suec. *winka*, Gall. *guigner*, Hiſp. *guinnar*. NOTKERUS Pſal. XXXIV. 19. *die mih ane ſculde hazzent, unde mit ougon uuinchent*, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Gloſſ. Pez. nutibus *uuinchezungun*. Vox Hiſpanica manifeſto eſt ab *annuere*, præpoſito *GU*. Gallica ab Hiſpanica inſerto G. Nos verbo Latino præfiximus W. dum gutturalis in medio attrahitur ab N. Priſcas & proprias Germanorum voces vide ſupra in *herpaucke* ſignum militare. Dicitur autem ſenſu latiſſimo, primo quidem de oculis, mox etiam de capite & manu. Inde *wink* nutus, ſignum oculis, capite aut manu datum.

WINN, a *winnen* pugnare.

WINN, *winne*, bellum, pugna, conflictus. SOMNER. in Dict. AS. *win* prælium. Gloſſ. Pez. in conflictu *in ſtrite, in gauuinne*. Hinc Campus ille Variana clade notabilis in tractu Paderbornenſi haud procul Teutoburgenſi ſaltu, etiamnum vocatur *winnefeld*, ſive a victoria, ſive a certamine & conflictu cum Legionibus Romanis. Et his vocibus omnino ſimilis eſt Sarmatica *woina* bellum, unde Polonis *woiwoda* belli dux, interprete HARTKNOCHIO Lib. I. de Rep. Pol. cap. 2.

WINN, *winne*, certator, bellator. Hic ſignificatus probe eſt notandus, quia multis Nominibus propriis lucem præbet eximiam. Talia ſunt,

VANNIUS, bellator. Rex Quadorum apud Tacitum Annal. II. 63. Quamvis etiam pro vario verbi *winnen* ſignificatu *victorem* & ſimilia denotare poſſit.

LUDVIN, bellator elarus. CASSIODORUS Variar. 2. Epiſt. ult. literas ad Chlodovæum ita inſcribit: LUDVIN. REGI. FRANCORUM. THEOD. REX. Quod certe non fuiſſet auſus, niſi *Ludvin* Gothica & Francica Lingua idem denotaret quod *Chlodovæus* vel *Ludovicus*. Hoc Caſſiodori ſynonymum mihi inſtar pignoris eſt, me in explicatione horum nominum minime erraſſe, quam dedi in *wig* miles, & *laut* clarus. Aliud variati nominis exemplum vide in *Theudichuſa*.

BALDVIN, certator audax, bellator fortis. *Bald* utrumque ſignificat. Dicitur *Baldeuuin* in Catalogis GOLDASTI, ubi multa huc ſpectantia occurrunt, quæ priſcis Alamannis in uſu fuerunt, quorum aliqua ſubjiciam.

ADALWIN, nobilis bellator. JUNIO eſt *nobilitatis amicus*, & ita *win* ubique explicat per amicum, in Obſ. ad Will. pag. 21. Mihi in Nominibus propriis, quorum interpretatio duobus aut pluribus modis inſtitui poteſt, ſenſus nobiliſſimus & florentiſſimus, qualis eſt ex ingenio gentis bellicus & militaris, ſemper videtur præferendus ignobiliori.

WINIBALD, eadem notione qua *Baldvin*, non *amicorum audacia*, quia non decet hominem appellare audaciam.

GERWIN, diligens bellator, a *ger* cupidus, diligens, ſtudioſus, non *amicus framcæ vel gladii*, quæ JUNII interpretatio eſt, quia inter hominem & arma nulla eſt amicitia.

HORSWIN, alacer bellator, non *equorum amicus*. Vide dicta in *horſt*.

WINIRAM, robuſtus bellator, non *amicorum jactatio*. Qualis enim iſta appellatio eſt? Vide plura ejusdem ſtructuræ in *ram* validus.

WINN, *winne*, adverſarius, quia belligeranti & oppugnanti ſimilis. OTFRIDUS Lib. III. Cap. X. 23. de filia mulieris Chananææ a Dæmone obſeſſa:

Ther diufal iſt ir uuinne,
Ther fiant iſt ir manne.

Diabolus eſt ejus adverſarius,
Hoſtis eſt ejus maritus.

SCHILTERUS vertit: *Diabolus eſt illius ſocius:* quod merito refellit Cel. SCHERZIUS, quia *win* ſemper ſocium faventem, hoc eſt, amicum denotat, qualis non eſt diabolus, qui paulo poſt appellatur hoſtis. Ipſe aliam lectionem ſequitur, ſed parum elegantem. Mihi omnia ſana, nec medicinæ indiga videntur. In compoſitis dicitur *uuidaruuinne*. OTFRIDUS Lib. II. Cap. III. 11.

Ingegin uuidaruuinnon
So ſculun uuir unſih uuarnon.

Contra adverſarium
Debemus nos munire.

Similiter & Angloſaxonibus *wither-winna* eſt adverſarius, & *wither-winnan* adverſari, apud SOMNER. & BENSON.

WINN, a *winnen* acquirere, potiri.

WINN, acquiſitio. Gloſſ. Lipſ. *geuuin*, *geuunſt* poſſeſſio.

WINN, acquiſitor. Hoc ſenſu videtur oc-

currere in Nominibus propriis veterum Amannorum, ut ſunt,

SIGIWIN, potitor victoriæ.
OTWIN, acquiſitor divitiarum.
RICHWIN, acquiſitor potens.
WINLANT, acquiſitor terrarum, Gallice *conquerant*, corrupte WINILINT & WELANT.

WINN, lucrum. Vide *winnen* lucrari.

WINN, a *winnen* vincere.

WINN, pro victoria, etiamſi ſponte naſcatur a *winnen* vincere, hactenus tamen non occurrit, nec apud veteres, nec apud recentiores.

WINNEN, eſt verbum multiplex, ſenſu & origine diverſum, quod intelligi rite non poteſt, niſi in tres familias dividatur.

WINNEN, primi generis.

WINNEN, certare, pugnare, dimicare. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXV. 55. de columba:

Mit ſnabulu ni uuinnit,
Ouh fuazin ni krimmit.
Roſtro non dimicat,
Nec pedibus inuncat.

TATIANUS Cap. CXCV. 4. *min ribhi niſt ſon theſemo mittilgarte, oba ſon theſemo mittilgarte uuari min ribhi, mine ambahti uuunnin*, regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi de hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei decertarent. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *winnan*, teſte SOMNERO & BENSONIO. Verſio Angloſax. Matth. XXIV. 7. *theod winth ongean theode*, gens pugnabit contra gentem. Proprie autem eſt opus Bellonæ facere. Quemadmodum enim a *wig* Mars fit *wigen* bellare, belligerare, ita ab ἔρνω Bellona fit *winnen* pugnare, dimicare, præpoſito W. Aliud verbo domicilium inveniri vix poteſt. Hodie dicimus *winden*, in compoſito *überwinden* certando ſuperare.

WINNEN, ſecundi generis.

WINNEN, laborare. Omnes antiqui habent *winnan* aut *vinna*, opinor a Gr. πονῶ, mutatis ſaltim labialibus. SOMNER. & BENSON. *winnan* laborare, agrum colere, *win* labor. VEREL. in Ind. *vinna* laborare, *vinnumenn* operarii, laboratores, *vinnulitil* ignavus, labores ſubterfugiens. Hodie dicimus *winden* in comp. *überwinden* labore ſuperare.

WINNEN, pro *laborare*, novas accipit notationes (1.) a ſynecdoche, & tunc ſignificat *niti, contendere, moliri*, quia ſtudium & contentio eſt quidam labor animi. (2.) a metaphora, & tunc ſignificat *pati, tolerare, dolere*, quia malis exercitati ſimiles ſunt eorum, qui laboribus defatigantur. Hinc in omnibus pene Linguis, præcipue Græca & Latina, verba laboris ad ærumnas, quibus conficimur, transferuntur. (3.) a metonymia, & tunc ſignificat *labore acquirere, conſequi, potiri, lucrari*, poſita cauſa pro effectu.

WINNEN, niti, contendere, moliri. Græcis πονῶ, Angloſax. *winnan*, apud SOMNER. & BENSON. Hodie utimur compoſito *unterwinden* pro conari.

WINNEN, pati, tolerare. Græcis πονῶ, Gothis *winnan*. Codex Arg. Marc. VIII. 31. *ſuns mans ſkal filu winnan*, oportet filium hominis multa pati. Hodie utimur compoſito *überwinden* patientia ſuperare. Allegorice dicitur de rebus inanimatis, quatenus corruptioni obnoxiæ ſunt. Gloſſ. Boxh. *luft giuuennit ſubt* aër corruptus. De verbo, *aër corruptionem patitur*.

WINNEN, dolere. Græcis & Gothis ut ſupra. Cod. Arg. Luc. II. 48. *ſai ſa atta theins jah ik winnandona ſokidedum thuk*, ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Hinc in quibusdam Dialectis *winn* eſt dolor, cruciatus, verbale a *winnen*. Hodie utimur compoſito *verwinden* pro dedolere.

WINNEN, acquirere, conſequi, potiri. Gloſſ. Pez. obtinuit *giuuan*, conſecutus ſum *giuuan*. VEREL. in Ind. *vinna* labore acquirere. Hodie *gewinnen* ſenſum admittit activum & paſſivum. Ad priorem ſpectat, quando dicimus, *das burger-recht gewinnen* jus civitatis conſequi: ad poſteriorem, *lieb gewinnen* amore alicujus occupari.

WINNEN, lucrari, quæſtum facere ex quacunque re. Gloſſ. Keron. lucrandas *za aruuinnanne*. Angloſaxones eodem ſenſu dicere *winnan*, teſtantur Lexicographi. Hodie dicimus *gewinnen*, & inde *gewinn* & *gewinſt* lucrum. Sed a ſimplici Galli & Angli habent *gain*, Belgæ & Sueci *winſt*. Illud eſt verbale, hoc derivativum a *winnen*. Obiter hic obſervo, quod lucrari vel lucrifacere Gothis dicatur *geigan* Marc. VIII. 36. Luc. IX. 9. 25. Nam hinc apparet, unde Gallis ſit *gagner*, nempe e Gothico fonte.

WINNEN, tertii generis.

WINNEN, vincere. Proprie eſt *ſuperare*, a Græc. ἄνω ſupra, per proſtheſin literæ W. Angloſaxones hoc ſenſu dicunt *winnan*, Belgæ *winnen*, Angli *to winne*, Sueci *winna*, Germani hodierni *winden* in comp. *überwinden* victoria ſuperare, per manifeſtam epentheſin & depravationem. LEIBNITIUS in *Gloſſario Celtico* conatur ex hoc verbo illuſtrare, cur victoria Gallis apud DIONEM dicatur *andat*, & Caribus βάνδα. Sed non perſuadet. Nam *winden* pro vincere, non eſt vox antiqua, ſed novella, & uſu ac auctoritate omnium Dialectorum, tam veterum quam recentium, deſtituta. Nec illa opus eſſe videtur, ut *banda* ſit victoria. Nam ſubſtantivum a verbo formari poteſt per medium derivandi D.

WINSELN, flebilem vocem edere. Frequentativ. a *weinen* plorare, judice STIERO. Dicitur & *winſeln*, quia labiales permutantur.

WINSPEL. Vide *wiſpel*.

WINSTER, ſiniſter. Angloſax. *winſtre* Matth. VI. 3. Francis *uuiniſter*. TATIANUS Cap. XXXIII. 3. *ni uuizze thin uuiniſtra uuas thin zeſuua tuo*, neſciat ſiniſtra tua quid

quid faciat dextra. STILERUS refert ad defectivum *wan*, ſatis commode. Nam *finiſtrum* Latinis quoque ſæpe eſt aliquid deficiens & deterius, & Italis *manca* eſt finiſtra, alio ſono, eodem ſenſu, ut oſtendi in *mank*. Hodie ſuperat apud Danos, quibus *venſter* finiſter, *venſter-hand* finiſtra manus, *venſter ſide* finiſtrum latus. Similia habent Sueci.

WINTER, hiems. Gothis *wintrus* Joh. X. 22. Angloſax. Franc. Alam. Belg. Suec. Dan. Angl. *winter*, Islandis *vetur*. Gloſſ. Boxh. *uuintar* bruma. Gloſſ. Keron. hiemis *uuintar*, hieme *uuintre*. MARTINIO eſt pars anni ventoſa, a *wint* ventus: JUNIO pars anni pluvioſa, ab ὑέτιος pluvius, cui etymologiæ favet vox Islandica *vetur*. Sed hæc ipſa vox videtur per ſyncopen facta ex magis genuina *vintr* vel *ventr*, quia Islandis *vanta* eſt deficere, deeſſe, a defectivo *van*, quod huic anni tempeſtati, in qua tota rerum natura deficit, apprime conveniens.

WINTER, annus. Gothis, Angloſaxonibus, & Islandis ut ſupra. Hinc verba Evangeliſtæ de pueto Jeſu Luc. II. 42. *& cum factus eſſet annorum duodecim*, Verſio Gothica reddit, *jah bi the warth twalib wintrus*, Verſio Angloſaxonica, *and tha he wæs twelf wintre*. Hinc potro Angloſaxonibus *anwintre* eſt anniculus (noſtris contracte *enter*, quod vide,) *twy-wintre* bimus Matth. II. 16. *thry-wintre* trimus, apud SOMNERUM in Dict. Unde recte colligitur, majores noſtros annos brumis computaſſe, ut dies noctibus.

WINTER-MONAT, November. Angloſaxonibus *winter-fyllith* eſt Octobet, apud BEDAM de Temporum ratione Cap. 13. Suecis *winter-mænad* Novembet. Belgis *winter-maand* Decembet. Francis atque Alamannis *uuintar-manoth* Januarius, apud GOLDASTUM in Tabula menſium Thodiſca Tom. II. Ret. Alam. pag. 65. Cuncta a rigore brumali.

WINZIG, minutus, *klein-winzig* minutulus. Ex eodem fonte, nempe a *vanta* deficere, quia minutus deficit in quantitate. VEREL. in Ind. *hvinskutuſr* furunculus (qui res parvas & non æſtimatas futatur).

WINZER, cultor vel cuſtos vineæ. Francis *uuinzur*, diminutive *uuinzurnelo*. WILLERAMUS Cap. VIII. 12. *ich habe minen uuingarton beuolehan de uuinzurnelon*, commendavi vineam meam cuſtodibus. A Lat. *vinitor*.

WIP, *wippe*, vultus, aſpectus. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *gwep*, Francis *uuippho*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwep* vultus, facies, roſtrum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XVI. 54. 55. *then gifahet ſar zi themo uuippe*, hunc prehendite ſtatim in ipſo aſpectu. Interdum *angeſichts* eodem ſenſu dicitur. Nihil hic faciunt Gloſſæ ad illuſtrandum locum in GLOSSARIO SCHILTERIANO pag. 873. adductæ. Vox Græca eſt ὄψ facies, & reliquæ ab illa per proſtheſin. Vide plura in *waffe*.

WIP, *wippe*, flagrum, flagellum. Angloſax. *hweop*, Belg. *wip*, *wippe*, Angl. *a whip*. Refer ad *wippen* flagellare. Dicitur & *ſchwippe* vel *ſchweppe* ſibilo præfixo.

WIP, *wippe*, ſignum. LINDENBROGIUS in Gloſſario: *wip* ſignum quod rei venali affigitur, ut hedera vino. CANGIUS in Gloſſario: *wiſa*, *guiſa*, *guiffa* ſignum, quod prædio, poſſeſſioni, vel ædi, cujus poſſeſſionem quis adit, vel quam auctoritate judicis ſibi vendicat, apponit. Quem ſignificatum ex Lege Bojorum & Longobardorum probat & confirmat. Videtur proprie ſignum e pertica ſuſpenſum & flagello ſimile denotare. Nam hoc appellatio præ ſe fert. Inde Longobardis *wiſare* ſignum apponere vel ſuſpendere.

WIP, *wipfel*, criſta, apex. Ducam ex eodem fonte, nempe a *wippen* flagellare, quia motu continuo aerem, galeam, & caput geſtantis verbetat. A criſta transferri ſolet ad cacumina arborum, & faſtigia honorum. Sed hoc poſterius incommode, quia *wipfel* eſt cacumen mobile.

WIPPEN, flagellare, verberare, percutere. Angloſax. *hweopan*, Belg. *wippen*, Angl. *to whip*. Forte a Gr. ἰβύω verbero, elemento W. quod Barbaris proprium, Græcis ignotum, fronti præfixo.

WIPPEN, librare in aere, facete ut aerem verberet. Verbum faceſſens ex præcedenti. Inde *wipp-galgen* patibulum quod ſuſpenſum e terra in aerem vibtat, *wippe* libramen, alias *ſchwang*, *ſchwung*, allegorice temotio ab officio.

WIPPER, adulterator monetæ. A *wipe* fraus, dolus, voce Anglica, ſed SKINNERO intacta. Quemadmodum autem Latinis *fraus* eſt a Φράζω dico, ita *wipe* pro fraude poſſit eſſe ab ἔπος ſermo. Nam verba orationis ſolent vituperari, & ad fraudem transferri in omnibus pene Dialectis, ut oſtendi in *tal* ſermo. Hinc *wipper* proprie erit deceptor. In mandatis Principum *kipper* & *wipper* ſolent conjungi, tanquam ejusdem criminis rei, quia ille monetam circumcidit, hic adulterat.

WIR, nos. Cod. Arg. Luc. III. 14. *weis hwa taujaima*, nos quid faciemus? TATIANUS Cap. CXCVII. 6. *uuir habemus euua*, nos habemus legem. S. & R. ſolent permutari. Angloſaxones & Angli dicunt *we*, Belgæ & Sueci *wy*, ſimplicius, an etiam antiquius, neſcio.

WIRBEL, derivatur a *werben* verti, moveri in gyrum, & ſignificat quantum poteſt: in capite *verticem*, quia capilli ibi in gyrum vertuntur: in dorſo *vertebras*: in cœlo & aqua *vorticem*: in aere *turbinem*: in fuſo *verticillum*: in fidibus *ſpondylum* &c. Belgæ dicunt *wervel*, Sueci *hwirfwel*, Islandi *hvirfil*.

WIRD, erit. Refer ad *wæren* eſſe.

WIRD, fit. Refer ad *werden* fieri.

WIRDE, pretium. A *weren* æſtimare, per medium derivandi D. Dicitur etiam *wert*, quod idem, & ex eodem fonte. Sed a *wirde* habemus *wirdieren* & *wardieren* æſtimare, & inde *wirderung* æſtimatio, quo utitur Luth. Lev. XXVII.

WIRKEN. Vide *würken*.

WIRREN, implicare, intricare, *verwirrte hare* capilli implicati. Proprie idem eſt ac *irren* impedire, factumque ex illo præpoſito W. & dicitur de rebus confuſis, perplexis, & implicatis, quia contrariis nexibus ſunt impeditæ. Belgæ eodem ſenſu dicunt *warren*, *verwarren*, *verwart*, & inde *warr* tricæ, contorſio, perplexitas, nos *wirre*, *gewirre*, *verwirrung*.

WIRREN, allegorice eſt turbare ſtatum & ordinem rei, ducta ſimilitudine a rebus implicatis. Quamvis etiam idem eſſe poſſit ac *irren* turbare, præſito W. Dicitur (1.) de ſtatu mentis: inde *verwirrt* attonitus, confuſus, delirus, *verwirrung im haubt* delirium. (2.) de ſtatu reip. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 55. *uuio er iz allaz uuirrit, ioh theſo uuorolt merrit*, quomodo omnia perturbet, & ipſum mundum occupet. Ibid. Cap. XXIV. 13. *er uuar allaz thiz lant*, turbavit totam hanc regionem. (3.) de ſtatu animorum. Inde *wirre*, *werre*, *gewirre* & *verwirrung* diſcordia tam publica quam privata. Græcis ἰυμ. Capit. Caroli Calvi Tit. XXIV. 15. *Rixas & diſſenſiones, ſeu ſeditiones, quas vulgus* WERRAS *nominat.* OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XX. 45. *ioh er thie liuti alle ſpuani zi giuuerre*, & omnes homines pelliceret ad ſeditionem. R. Tyrolis in Paræneſi ad fil. ſtropha 9. *ahte uf die zungelere niht, die zuuiſchen frúnden werre tragen, vnd das in Judas wiſe geſchiht.* Hæc *werra* tota natura differt a *werra* bellum, etiamſi GOLDASTUS & alii multi confundant. Nam ſtatus belligerantium non eſt ſtatus confuſus aut perturbatus, ſed maxime regularis & ordinatus, & dicitur *werra* a *weren* defendere.

WIRREN, vertere, in gyrum volvere. Factum a Gr. γυρὸν vel Lat. *gyrare*, mutato G. in W. Uſum antiquum evincunt derivata, cujusmodi ſunt, *hwyrt* orbis terrarum, apud BENSONIUM, & apud nos *wirtel* verticillum in fuſo, *qwerl* bacillus molaris, & fortaſſe etiam *qwern* mola.

WIRS, pejor & pejus. Gothis *wairs* Marc. V. 26. Angloſax. *wyrs*, ſuperlative *wyrſeſt*, Franc. & Alam. *uuirs*, ſuperl. *uuirſiſt*, Angl. *worſe*, ſup. *worſt*, Suec. *wærre*, ſup. *wærſte*. Gloſſ. Keron. deteriores *uuirſirun*, deterrimum *uuirſiſta*. Verſio Angloſax. Luc. XI. 26. *ſeoſon othre gaſtas wyrſan thonne he*, ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. TATIANUS Cap. CCXV. 3. *jungiſto irrido uuirſero themo erwin*, noviſſimus error pejor priore. Cum voce Suecica *wærre*, quæ cæteris ſimplicior & forte antiquior, conſentit Gall. *pire*, notæ originis a Lat. *pejor*.

WIRSER, ægrius. Utitur Luth. in Colloq. Menſ. ab Auriſabro editis Francof. ad Mœn. 1567. Part. I. pag. 143. *das hat ihm wirſer gethan denn ſein eygener fall.* Significare volens, Adamum acerbius tuliſſe cædem Abelis & exilium Caini, quam ſuum ipſius lapſum.

WIRT, herus, *wirtin* hera, *wirtſchafft* œconomia, res familiaris. OTFRIDUS Lib. I. Cap. VI. 5.

So ſi in ira hus giang,
Thiu uuirtun ſia erlicho intfiang.
Cum in domum ejus intraſſet,
Hera eam excipiebat honorifice.

Vocem Angloſaxonicam *hus-weard* & propriam ejus notationem vide ſupra in *warten* præeſſe.

WIRT, hoſpes, qui hoſpitio excipit. Cum hoſpitis officium ſit peregrinos curare, MARTINIUS recta deduxit a *warten* curare. Quod ſane non caret elegantia. Mihi tamen vox iſta longius petenda videtur. Nam ſponſus diſerte vocatur *uuirt* ab OTFRIDO Lib. II. Cap. VIII. 85. qui certe non erat caupo nec tabernarius, ſed ſympoſiarcha & inſtructor convivii nuptialis. Et hoc ſenſu etiamnum utimur ſæpe. Præterea ſtylo Francorum *uuirten* eſt epulari, *ſtimmo des uuirtontin* vox epulantis, *uuirtſcaft* convivium. Cuncta apud NOTKERUM Pſalm. XLI. 5. 6. Quibus conſentit Gloſſa LIPSII: *wirſcapandis* (lege *wirtſcapandis*) epulantis. In aulis Principum *wirtſchaft* etiamnum hilaritatem convivalem ſignificat. Quæ certe non aliunde rectius derivantur quam a Gr. ἑορτάζω epulor, feſtivitatem ago. Atque hinc jam patet, quid priſcis ab initio fuerit *wirt*. Poſtea, ut fieri ſolet, vox a ſympoſiarchis ad cauponas translata eſt, quod ſimiles eſſent eorum, qui alios convivio excipiunt. Inde hodierna, *wirt* caupo, *wirtin* caupona, *wirtſchaft* res cauponaria &c.

WIRTEL. Vide *wirren* vertere.

WIRTSCHAFT, tres habet ſignificatus, primum ab hero, alterum a præſide convivii, tertium a caupone. Vide antecedentia.

WISCHEN, elabi e manibus. Ital. *guizzare*. Proprie eſt effluere, factumque præpoſito W. ab *iſca* aqua, elemento fluido & labili, & dicitur de rebus humidis & glabris, quæ inſtar aquæ lubricitate ſua tactum effugiunt. Poſtea etiam aliis rebus aptari cœpit. Inde *entwiſchen* elabi e loco vel cuſtodia &c. FERRARIUS vocem Italicam, quæ origine Germanica eſt, deduxit a Lat. *fluitare*, mira partus violentia. De voce Celtica *iſca* vide plura in *aſche* aqua.

WISCHEN, tergere, abſtergere. Belg. *wiſſchen*, Suec. *wiska*, Ital. *aſciugare*, Gall. *eſſuier*. Proprie quidem eſt aqua mundare, ab *iſca* aqua. Poſtea vero ab aqua translatum eſt ad terſoria pannicea, plumaria, ſetacea, ſtraminea, quia vices aquæ præſtant in purgandis ſordibus. Inde compo-

compoſita, *kerwiſch*, *flederwiſch*, *ſtrowiſch*, & ſimilia ſatis nota. Apud priſcos alia verba invenio. Talia ſunt *ſwerban* apud Gothos & Francos, *wipan* apud Angloſaxones, unde Anglis remanſit *to wipe* tergo.

WISE, pratum. VEREL. in Ind. *veiſa* pratum. A *νῆσος*, *νᾶσος*, locus irriguus, verbi *νάω* rigare. In hac etymologia conſentiunt HELVIGIUS & MARTINIUS. Notus Maronis verſiculus: *Claudite jam rivos pueri, ſat prata bibere.*

WISEL, muſtela. Gloſſ. Ælf. in nom. fer. muſtela *weſle*. Gloſſ. Pez. muſtela *uuiſala*. Anglis *weeſel*, Suecis *wesla*. *Agricola*, inquit SKINNERUS, *a ſono quem edit, dictum putat.* Mihi videtur tranſpoſitum e Lat. *felis*. Nam & mures venatur ut felis, & feli ſimilis eſt, & Græcis una vox *γαλῆ* muſtelam & felem ſignificat.

WISPEL, *winſpel*, menſura frumenti maxima. Tritum vocabulum, ſed obſcurum. CANGIUS alicubi habet *wiſcnepele*, quod æque obſcurum.

WISPELN, ſuſurrare. An a ſono *wis*, *wis*, quem per dentes edunt ſuſurrantes? Dubito, quia de litera P. ratio reddenda. Ducam igitur a *ſibilare*. Nam hinc facile fit *iſpeln* per metath. & præpoſito W. *wiſpeln*. Utitur Luth. Eſa. XXIX. 4.

WISS, certus, verus, cognitus. Angloſax. *wis*, Suec. *wiſs*. Hodie dicimus *weiſs* & *gewiſs*. Cuncta a *wiſſen* videre, ſive oculis id fiat, ſive mente.

WISSEN, cernere, oculis uſurpare. Græcis *ἴδειν* & *εἶδειν*, unde Latinis *videre* & *viſere*, Sclavonis *wedeti*, *wideti*, *wodiſi*, Gothis *witan* Matth. IX. 4. *jah witands Jaiſus thos mitonins ize*, & videns Jeſus cogitationes eorum. Ubi Græcus habet *ἰδὼν τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν*, Angloſaxo aliis verbis ſed eodem ſenſu *geſeah hyra gethanc*, LUTHERUS *da Jeſus ihre gedanken ſahe*. Ergo ſicut *ſehen* primo de oculis, & poſtea de mente dicitur, ita *witan* primo eſt videre, & deinde mente videre. Ab hoc principe & antiquiſſimo ſignificatu pendent (1) ſignificatus ſequentes, (2) quædam derivata, cujusmodi ſunt, *weiſen* oſtendere, facere ut videat, *weiſs* certus & albus, (3) vox Angloſaxonica *witega* propheta, i. e. videns, unde fit *witegan* prophetare Matth. VII. 22.

WISSEN, ſcire, noſcere, intelligere. Gothis & Angloſax. *witan*, Francis & Alam. *uuizzen*, Belg. *weten*, Suec. *weta*, Island. *vita*. Gloſſ. Keron. ſcire *uuizzen*, ſciat *uuizzi*, novit *uueiz*, neſcis *ni ueiſt*. Conſentit *εἶδω* & *οἶδα* ſcio, cognoſco. Proprie quidem eſt videre, & dicitur de ſcibili, quia ſcire eſt mente videre, neſcire non videre. Nam etiam mens habet oculum, longe perſpicaciorem oculo corporeo, cujus ope ſpecies intelligibiles, ab acie oculorum longiſſime remotas, videt & diſcernit. LUCRETIUS Lib. IV. verſ. 760. de mente:

- - videt æque
Nec minus atque oculi, niſi quod magè tenuia cernit.

OVIDIUS Lib. XV. Met. verſ. 63. de Pythagora:

Mente Deos adiit, & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Hinc intellectus humanus vocatur *witz*, ſapiens *weis*, ſapientia *weisheit*. Nec aliunde Galli veteres Phyſiologos ſuos videntur appellaſſe *Vates*, quam a ſciendo; prorſus ut poſtea Franci philoſophos vocabant *uuiſlingo*, quaſi ſcios vel ſciolos. Nomen occurrit apud NOTKERUM, quamvis inter hæreticos & falſam ſcientiam profeſſos Pſal. XXXI. 6. Cui ſimile *vitringur* ſophiſta, philoſophaſter, apud VEREL. in Ind. Friſice *vitringa*. Confer *weis* ſapiens.

WISSEN, obſervare, colere, revereri. Codex Arg. Marc. VI. 20. *Herodes ohta jah witaida Johannen*, Herodes metuebat & obſervabat Johannem. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXII. 7. de feſtivitate paſchali:

Uuir forahtlicho iz uueizen,
Joh Oſteron heizen.

Nos illud reverenter obſervamus,
Et Paſcha vocamus.

Quemadmodum prior ſenſus ab oculo corporeo ad mentem, ita hic ab intuitu oculorum ad animum obſervantem traductus eſt, quoniam eos, quos ob ſingularem virtutem veneramur, continuo quaſi contemplantes adſpicimus. Similes translationes vide in themate verbi *warten*. Idque loquendi genus nonſolum Gothis & Francis, ſed omnibus pene populis probatur. Hinc obſervantia Latinis vocatur *reſpectus*, Gallis *egard*, nobis *anſehen*, ubique ſenſu ab intuendo deſumpto. Hunc verbi ſignificatum uſus a conſuetudine abduxit. Operæ tamen pretium erat, illum oſtendere, ut Sapientiam, quæ in veteri Lingua eſt, contemtores perſpicerent: ipſi interim contemtu digni, qui nec vetera ſciunt, nec nova.

WISSEN, certificare, verificare, facere ut cognoſcat. Vide *weiſs* certus.

WISSENSCHAFT, ſcientia. Angloſax. *wis-dom*, *wte-dom*, Francis *uuisduam*, *uuustuom*, Alaman. *kiuuizida*, Belg. *wetenſchap*.

WIST, ſubſtantia. Vide *weſen* eſſe.

WIST, cibus. OTFRIDUS Lib. II. cap. XXII. 39. *ouh gibit thir thaz uuiſt, thu hungiru n' irſtirbiſt*, dat tibi cibum, fame ne pereas. VEREL. in Ind. *viſt* commeatus, *viſta-hus* penuarium, *viſta* domicilium & commeatum præbere. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *allweſt* paſcuum, paſtura. *Wiſt* pro cibo haud dubie eſt ab *ἔσθω* comedo, præpoſito W.

WIST, præſentia. Vide *inveſtieren*.

WIST, *hott*, *ſchwude*, ſunt hortamenta equorum, de quibus aliquid dicendum, quia lingua aurigarum eſt vetuſtiſſima. De primo vi-

debi-

debimus ultimo loco. Quid reliqua ſignificent, prodit verſiculus:

HOTTE *tenet dextram, retinet ſibi* SWUDE *ſiniſtram.*

Hæc celeusmata ex ipſo latere, quo pergendum eſt, deſumpta ſunt. Nam Celtica Lingua *deau* & *dehau* eſt dexter vel dextra, unde fit *od* & *hod* per anaſtrophen. Eadem Lingua *chwith* eſt lævus, ſiniſter, unde fit *ſchwud* præpoſito ſibilo. Denique *wiſt*, cum idem ſignificet aurigis ac *fwud*, nempe ſiniſtrorſum, ex illo factum intelligitur per metatheſin.

WIT, in compoſitis *witwer*, *witman*, *witfraw*, ſono & ſignificatu convenit cum Lat. *viduus*, quod origine Hetruſcum eſſe vidimus in *waiſe*. Hinc *witwer* proprie eſt vir viduus, a *wer* vir: *witman* idem: *witfraw* mulier vidua.

WITTIB, vidua. A *witwe*. Nam hinc primo fit *witbe*, mutato W. in B. & poſtea converſis literis *witteb*, *wittib*.

WITTEMON, in Lege Burgundionum non eſt *dos*, ut hactenus ſummi juriſconſulti, LINDENBROGIUS, SPELMANNUS, CANGIUS, crediderunt; ſed *pretium uxoris*, quod pater aut proximi cognati moribus antiquis pro puella accipiebant, ſive legitime juncta, ſive rapta, ut patet ex Tit. LXVI. l. 2. ſi conferatur cum Additament. I. Tit. XIV. l. Id quod SCHILTERUS ante omnes obſervavit in Gloſſ. Teut. pag. 881. quamvis ibidem circa etymon more ſuo durus, indomitus, & regularum impatiens, dum vocem componit ex *widmen* deſtinare & *mund* tutela, neſcio quo jure aut ſenſu? Mihi videtur componi ex *wette* ſponſalia, matrimonium, & *mon* donum, & proprie ſignificare illud donum, quod alias *pretium nuptiale*, honeſtius vero *donum nuptiale* vocatur, quia nuptiarum cauſa dabatur parenti, & tertia pars ad puellam redibat. Familiam primæ vocis vide in *wetten* conjugare: Secundæ in *mangold*. Cætera, quæ de ritu veterum emendi uxores paſſim notavi, vide in *braut*, *reif*, *morgengabe* &c. Vocem Burgundicam male confundi cum Francica *widum*, jam ſupra notavi in loco.

WITTERN, bona vel mala tempeſtate eſſe, *witterung* bona vel mala tempeſtas. A *wetter* aër vel ſtatus aëris.

WITTERN, odorare & odorari, h. e. odorem ſpargere, & odoratu percipere, *witterung* odor, & inveſtigatio ferę per odoratum. Omnino ab *odorare* & *odorari*, præpoſito W. Originem Latinam primus vidit ECCARDUS in notis ad Leg. Sal. pag. 23. quamvis vocibus venatorum paulo aliter explicatis. Si quis tamen ab aëre, ut antecedens, derivare malit, non vetabo. Nam aër eſt vehiculum odoris, & in Dialectis ſæpe ponitur pro odore. Hinc *lucht*, quod Belgis aërem, Suecis odorem ſignificat.

WITTUM, dotalitium. Vide *widum*.

WITWE, vidua. Gothis *widuwo*, Angloſ. *wudewe*, in Evangelio utriusque gentis Luc. II. 37. Francis *uuituua*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVI. 27. de Anna prophetiſſa: *in jugundi uuard ſi uuitua*, in juventute facta eſt vidua. Cuncta a Lat. *vidua*.

WITWER, viduus. Saxones antiqui carent hac voce. Cambri viduum vocant *gweddw*. Belgæ a *weduwe* vidua formant *weduwenaar* viduus, ſicut Angli *widower* ex *widow*. Nos componimus ex *wer* & *wit*, hoc eſt, ex vir & viduus.

WITZ, protinus, ocyus, celeriter, *witz wie der blitz* ſubito inſtar fulminis. Proprie incitate, a *wetzen* incitare, vel ἀμέσως a Gallico *vite*, quod ex eodem fonte.

WITZ, acumen ingenii, *kunſtwitz* ſolertia artis. SOMNER. in Dict. AS. *witt* ingenium, *wittig* ingenioſus. Originem vide in *wetzen* acuere.

WITZ, quatenus eſt a *wiſſen* ſcire, cognoſcere, intelligere, ſignificat tam facultatem quam habitum cognoſcendi. SOMNER. loc. cit. *witt* intellectus, *wittig* ſapiens, ſciens, prudens. VEREL. in Ind. *vit* ratio, intellectus, *vitiborinn* qui a natura rationis uſu pollet, *vitlaus* amens, demens. Gloſſ. Lipſ. *witti* prudentia. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 109.

The iſt ſuazi ioh ouh nuzzi,
Inti lerit unſih uuizzi.

Vertit SCHILTERUS:

Hoc eſt jucundum atque etiam utile,
Et docet nos ſcientiam.

Hujus oppoſitum eſt *unwiti* ſtultitia, quod extat in Evang. Gothico Marc. VII. 22. Ad priorem claſſem ſpectant ex idiomate hodierno *wanwitz*, *aberwitz*, delirium, defectus rationis, ad poſteriorem *menſchen-witz* ſapientia humana. Cavendum autem, ne ſignificatus τῦ *witz* confundantur. *Witz* pro acumine eſt donum peculiare naturæ, *witz* pro intellectu facultas omnibus communis, *witz* pro ſcientia qualitas quæ ſtudio & doctrina acquiritur.

WITZ, interdum eſt ſapientia ſtultorum, qui non ſapiunt niſi icti. Inde *witzigen* malis cautiorem reddere, quo utitur Luth. Jer. XXXI. 19. *witzigung* emendatio intellectus ex damno.

WITZIG, quatenus eſt adjectivum a ſubſt. *witz* ortum, ſignificat ſecundum antecedentia quantum poteſt, ſolertem & ingenioſum, rationalem, prudentem, & intelligentem. Gloſſ. Pez. ſenſatus *uuiziger*.

WO, ubi. A Gr. ὅ vel ὅι ubi, præpoſito W. ſicut *ubi* a πῦ vel ὅπυ. Hujus particulæ nullum extat veſtigium in monimentis Veterum. Nec tamen ea omnino caruiſſe cenſendi ſunt, etiamſi ſemper utantur particula *war*, quam vide.

WO, interdum eſt particula cauſalis, ut apud Latinos *unde*, quod a loco ad cauſam transfertur. Inde *woher* unde, ex qua cauſa.

WOCHE,

WOCHE, ſeptimana. Angloſax. *uca*, *wuca*, *weoc*, *wic*, Franc. & Alam. *uuecha*, Belg. & Angl. *week*, Suec. *weka*, Dan. *uge*. Gloſſ. Keron. ſeptimana *uuehcha*, ebdomadarius *uuehchari*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XVI. 1. *thiu uuecha ſo Got gibot*, ſeptimana quam Deus præcepit. Vox Angloſaxonica *wic* ducit nos ad vocem Gothicam *wik* ordo, Luc. I. 8. *in wikon kunjis ſeinis*, in ordine familiæ ſuæ. Neſcio, cur JUNIUS hic taceat. Nam *wik* pro ordine manifeſto ſatis eſt a Lat. *vix*, *vicis*, & vi originis ordinem per vices recurrentem ſignificat. Poſtea accipi cœpit pro hebdomade, quia hebdomas eſt ſeptem dierum ordo continuo recurrens. Originem Gothicam primus vidit MARESCHALLUS in Obſervatis ad Verſ. Angloſax. pag. 511. Vocem Celticam vide in *nacht* dies civilis.

WOCKE, penſum in colu. Angloſaxonibus *wæg*, apud BENSON. Refer ad *wægen* ponderare. Vox iis temporibus inventa, cum lanipendia non manipulis ut hodie, ſed lance diſtribuebantur, ut lanificæ tantum rederent, quantum accepiſſent. Poſtea *wocke* pro ipſa colu accipi cœpit, & etiamnum accipitur, dum prior ſignificatus obſoleſcit.

WODAN. Vide *Othinus*.

WOG, fluctus. Vide *wage*.

WOL, vocula ſatis nota, ſed ignotæ originis. SKINNERUS eam ingenioſe deduxit a Lat. *belle*. Malim tamen ab ὠφελῶ juvare, per aphæreſin. Dicitur enim antiquitus de omni eo quod ὠφελῆ, h. e. quod prodeſt, quod ſecundum naturam eſt, eamque juvare & beare poteſt. Hinc *wol* adjective eſt *bonus*, *melior*, *proſper*, ſubſtantive *bonum*, *valetudo*, *proſperitas*, *opes*, *deliciæ*, adverbialiter *bene*, *optime* &c. Alia etymologia, quæ tantam ſignificandi latitudinem decenter exhauriat, inveniri vix poteſt. Poſſem illud derivare a *wollen* velle, quomodo Latinis a μάω eupio fit *manus* bonus: ſed præſtat *wollen* arceſcere a *wol*, quia verba deſiderativa apud nos formantur ab objectis.

WOL, *adjective*.

WOL, bonus. Vetus Scheda de S. Aderaldo Trecenſi citante CANGIO: *Pater ejus nobilium nobiliſſimus* WALO *eſt dictus, qui lingua Auſtraſiorum interpretatur* BONUS.

WOL, melior & melius, *gwel* & *gwell* Dialecto Celtica. BOXHORN, in Lex. Ant. Brit. *gwellwell* melior meliorque, *gwellwell hyd ſarf*, *gwaethwaeth hyd farw* melior meliorque usque ad barbam, pejor pejorque usque ad mortem, *gwell bedd no buchedd ychenawg* melius ſepulchrum quam vita egena, *gwell an ceidwad na dau ymlyniad* melior eſt unus cuſtos quam duo inſecutores. Ejusdem indolis vocula eſt *bas*, quæ, quando poſitivo defungitur, bonum, quando comparativo, meliorem ſignificat. A comparativo habemus *welen* eligere, inter duo vel plura bona id quod melius videtur cooptare; nec non *willkur* optio, electio melioris, & facultas meliora eligendi.

WOL, proſper, *hwyl* eadem Dialecto. BOXHORN. loc. cit. *hwylus* proſper, *hwylwynt* ventus proſper. Hodie dicimus *wel*, *wil*, *wol*, in compoſitis. Inde *weltage* dies proſperi, *wilkomm* proſper advena, *wolfart* proſperitas, proſperum iter, proſperum negotium.

WOL, *ſubſtantive*.

WOL, bonum, & omne proſperum. NOTKERUS Pſ. LXIV. 9. *in uuolon unde in unuuolon*, in proſperis & in adverſis. Pſal. XCI. 3. *dina genada in uuolon unde dina uuarheit in uueuuon*, miſericordia tua in proſperis & veritas tua in adverſis. Gloſſ. Keron. in adverſis *in uuidaruualeem*.

WOL, valetudo. BOXHORN. loc. cit. *hwyl* valetudo, *anhwyl* invaletudo.

WOL, proſperitas, *zeitlich wol* felicitas temporalis, *ewig wol* beatitudo æterna. BENSON. in Voc. Angloſax. *wela* felicitas. Et inde eſt, ut puto, ultimi Vandalorum in Africa Regis nomen GELIMERUS proſperitate elarus. Nam hiſtoriæ Vandalicæ auctor, cum fuerit Græcus, *Welimeri* nomen aliter exprimere non poterat.

WOL, opes. BOXHORN. loc. cit. *aelaw* divitiæ. BENSON. loc. cit. *welan* opes, *welahord* gazophylacium, *weoleg* dives, *weligan* locupletare. TATIANUS Cap. XXXVII. 2. *ni mugut ir Gote thionon inti uuerolt uuolun*, non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. Id eſt, divitiis mundi. Idem cap. LXXV. 3. *gitrog dero uuolone bitemphit thas uuort*, fallacia divitiarum ſuffocat verbum. NOTKERUS Pſal. XXXVI 3. *pue an dero erdo unde ſo uuirdeſt du gefuorot in ſinen otuualon*, inhabita terram & paſceris in divitiis ejus. Anglis *weal* etiamnum opes ſignificat, & *wealthy* dives. Sic autem dicuntur opes, non quod ſint bonum illud præſtantiſſimum, quod bonos facit, & quo nemo male uti poteſt; ſed quod ſint *meliora* & *potiora*, a *gwel* melius, quod Celticum eſſe vidimus.

WOL, deliciæ, voluptas, luxuria. Gloſſ. Keron. delicias *uuelun*. TATIANUS Cap. LXIV. 5. *ſenu thie in diuremo giuuate ſint inti in uuolon, thie ſint in Cuningo huſen*, ecce qui in veſte pretioſa ſunt & in deliciis, in domibus regum ſunt. Inde *welig* voluptuoſus, laſcivus, ex affluentia protervus & petulans. Gloſſ. Keron. procaciter *uuelihho*. Et huc etiam ſpectat *wolluſt* voluptatum cupiditas, *wolleben* vita voluptuoſa, & ſimilia.

WOL, *adverbialiter*.

WOL, bene. Gothis *waila* Joh. XVIII. 23. Angloſax. *wel*, *well*, Franc. & Alam. *uuola*, Belg. *wel*, Angl. *well*, Suec. *wæl*, Isl. *vel*. Gloſſ. Keron. bene *uuola*, benedicunt *uuelaghedant*.

WOL, quidem, equidem. Conjunctio conceſſiva & adverb. affirmandi.

WOLFART, proſperitas. Vi compoſitionis ſignificare poteſt, proſperum curſum, proſperitatis iter, & proſperum negotium.

WOLLUST, voluptas. Proprie cupiditas & oblectatio voluptatum. Compoſitum novum, ſed idoneum. Vocem Alamannicam vide in *wonne*.

WOLTHAT, ſignificat quantum poteſt, (1.) bonum factum. WILLERAMUS Cap. III. 6. *mit maniger slahte uuoletate*, cum varii generis bonis operibus. (2.) beneficium. Gloſſ. Boxh. *uuolatatim* beneficiis. Idem Angloſax. *wel-dæde*.

WOLF, lupus. Gothis *wulfs*, Angloſax. *wulf*, in Evangelio utriusque Gentis Joh. X. 12. Francis *uuolv*. TATIANUS Cap. XLIV. 11. *ih sentu inuih famna sô scaf in mitte uuolva*, mitto vos ſicut oves in medio luporum. NOTKERUS Pſal. LXII. 11. *iro irslagenin auueisin frezent fuhse unde uuolua*, cadavera eorum occiſa devorabunt vulpes & lupi. Idem Septentrionalis *ulf* per aphæreſin. Qui Codicem Argenteum, a FR. JUNIO publicatum perlegit, facile intelliget, nomen rapaciſſimæ beſtiæ a verbo Gothico *wilwan* rapere, quod in eodem Codice Joh. X. 12. de lupo dicitur, derivari. Nam ob eandem cauſam, non tantum lupus, ſed omnis latro antiquitus dicitur *wolf*, ut patet ex compoſito *werwolf* diabolus, hominum latro, de quo ſupra. JUNIUS vocem Latinam derivat a Græca λύκος, ſed partu nimis difficili, cum e contrario *lupus* nullo negotio fiat ex *wulf* per metatheſin. Ejusdem verbi progenies eſt *vulpes*, quæ non aliunde rectius & concinnius quam a rapacitate ſic appellatur. Vivunt enim rapto hæc animalia ſicut prædones, lupus inſidiando ſtabulis, vulpecula gallinariis. An huc ſpectet nomen ULPHILÆ vel WULFILÆ, quod in Indice Grotiano exponitur *a lupo liberatus*, dubito. Nam Gothorum ille Epiſcopus non fuit Gothus, ſed Cappadox, teſte PHILOSTORGIO, quem popularem & cœtaneum ejus fuiſſe, credere fas eſt. Cappadoces autem Græce locutos conſtat, & Græcis ἀλώπυλος eſt integer.

WOLF, catulus, canis minor. Angloſax. *hwelp*, *hwylp*, Francis *uuelf*, Angl. *whelp*, Suec. *hwalp*. Verſio Angloſax. Marc. VII. 28. *tha hwelpas etath under thære myſon of tharu tilda cruman*, catelli comedunt ſub menſa de micia puerorum. OTFRIDUS Lib. III. Cap. X. 73. *gilechont thoh thie uuelfa*, lambunt tamen catelli. Veroſimile eſt, canem, priusquam nobiscum degeret, fuiſſe lupum, aut lupini generis animal, eamque ob cauſam nomen lupi in catulos, & nomen canis in lupos transmiſiſſe. *Canes e lupis Galli volunt concipi*, inquit PLINIUS Lib. VIII. Cap. 40. OVIDIUS Lib. 3. Met. *Deque lupo concepta Nape*. Et lupos antiquitus canes vocatos, patet ex Rhythmo de S. Annone ſtroph. 40. ubi cadavera dicuntur projecta *den grawin walthundin*, glaucis canibus ſylveſtribus, id eſt, lupis, ſicut optime exponit SCHILTERUS.

WOLF, catulus feræ, leonis, urſi &c. Francis ut ſupra, Belgis *welp*, *wolp*, *wulp*. NUTKERUS Pſal. LVI. 5. *die furſten uuaren leuuon, der liut uuelfer*, principes erant leones, populus catuli leonum. Senſum a catulis canum ad reliquoa quadrupedum pullos translatum eſſe, patet.

WOLF, im hindern, intertrigo, *wolf reiten* alteri equitando, ulcerari. Contractum ex *galop*, mutato G. in W. & dicitur de intertrigine per metonymiam cauſæ, quia cauſa hujus mali eſt curſus equi concitatior. PLINIUS Lib. XXVIII. 15. *femina atteri adurique equitatu notum*.

WOLKE, nubes. Verſio Angloſax. Matth. XVII. 5. *tha com ſtefn of tham wolcne*, tunc venit vox de nube. OTFRIDUS Lib. II. Cap. I. 33. ſeq. *er uuolkon regnonti then liutin*, antequam nubes pluerent hominibus. NOTKERUS Pſal. LXXVI. 18. *diu uuolchen lutton*, intonuerunt nubes. Pſal. CXLVI. 8. *der den himel decchet mit uuolchenen*, qui cœlum operit nubibus. Idem Belgis *wolk*, & pene ſolis. Derivari poteſt, vel ex Græco ἑλκὼς tractus, vel ex Germ. *walken* agitare. Hoc ſe probavit STADENIO, illud HELVIGIO & PRISKERO, ſive quia nubes trahi invicem videntur, ſive quia ſunt vapores ſurſum a ſole tracti. In reliquis Dialectis alia occurrunt nomina, & ſemper diverſa. Ita nubes Gothis dicitur *milhma* Luc. IX. 34. Suecis *moln*, Anglis *cloud*, Dania & Island. *sky*. Primum videtur transpoſitum e Græc. ὀμίχλη nebula.

WOLLE, lana. Angloſax. *wulle*, Franc. *uuolla*, Belg. *woll*, Angl. *wool*, Suec. *ull*. SOMNER. in Dict. AS. *wulle* lana, *wullen* laneus, *wulbrowa*, *wul-hnoppa* lanugo, *wulcamb* pecten. Gloſſ. Boxh. *uuolla* lanugo, vellera. NOTKERUS Pſal. CXLVII. 5. *der den ſne tuot alſo uuolla*, qui dat nivem ut lanam. Plerisque fit a Lat. *vellus*, quamvis etiam Græcæ originis eſſe poſſit, ab ἴλλω tenerum, molle, criſpum, vel ἴουλος lanugo, ut notavit MARTINIUS.

WOLLEN, velle. Gothis *wiljan* Marc. XV. 15. Angloſax. *willan*, Franc. Alam. & Belg. *willen*, Angl. *to will*, Suec. *wilia*. Gloſſ. Keron. *vis uuih*, volumus *uuellemes*. Gloſſ. Boxh. *mer uuoltis* maluiſſes. OTFRIDUS Lib. I. Cap. I. 225. *nu uuill ih ſcriban unſer heil*, nunc volo ſcribere ſalutem noſtram. Conſentit Lat. *velle*. Cuncta a *wol* bonum. Natura & indoles humanæ voluntatis, quæ ſecundum omnes Philoſophos naturaliter tendit ad bonum, ſive verum ſive imaginarium, paulo attentius conſiderata, ipſa nos ad hanc etymologiam deducit. Idemque facit analogia multorum verborum, quæ ſimiles habent origines, ceu deſiderativa ab objectis. Ita *welen* eligere, eſt a *wol* melius, & *freyen* amare, a *frey* pulchrum. Vulgo tamen derivant a Græc. βούλεύω conſultare. Sed hujus opinionis aſſeclæ videntur mihi intellectum & voluntatem, deliberationem & appetitionem confundere.

WOLLEN, per ſynecdochen generis ſignificat *cupere*, *deſiderare*, *optare*, & ſimilia. Inde

Inde *wol wollen* bene cupere, propenſum eſſe, *was wollt ihr* quid optas, quid deſideras, *willkomm* optatus advena.

WOLLUST, voluptas. STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 737. *daſs wolluſt zuſamen geſetzet ſey aus wol und luſt, iſt offenbar.* Quis dubitet? At quid ſit *wol* in hoc compoſito, non debuit ſupponi, ſed explicari. Id enim vulgo ignotum eſt. Vide *wol* deliciæ.

WON, opinio. Vide *wan*.

WONEN, manere, morari in loco. Angloſax. *wunian*, Francis *wuonan*. Hinc verba Diſcipulorum, *mane nobiſcum* Luc. XXIV. 29. ab interprete Angloſax. redduntur, *wuna mid unc:* & ab interprete Francico, *wuone mit uns*, in Harm. Evang. Tatian. Cap. CCXXVIII. 2. Quibus conſentiunt Gloſſæ antiquiſſimæ. Gloſſ. Keron. manet *wuonet*. Gloſſ. Pez. commorante *wuonantemo*. Hodie utimur compoſito *beiwonen* una intereſſe alicui rei, convivio, negotio, orationi, conſultationi &c. Hiſce affinia videntur Græc. *μένω* & Lat. *manere*. Nam W. & M. ſunt litteræ ejusdem inſtrumenti, & in ſe mutuo convertibiles.

WONEN, habitare. BENSON. in Voc. Angloſax. *wunian* habitare, *wun-ſtede, wununge* manſio, *wuniend, wunigend* habitans, incola. Senſus a modica manendi mora ad perpetuam manſionem extenſus, & Belgis quoque familiaris, quamvis pene ſolis. Antiquiſſimos Germaniæ populos eodem verbo uſos eſſe, ex nominibus eorum tralucet. De INGEVONIBUS, ISTÆVONIBUS, & HERMINVONIBUS, vidimus in Præfatione ad Germanos §. 38. 39. 40. Nunc illis accedant HILLEVIONES, quorum meminit PLINIUS Lib. IV. Cap. 13. quos a montibus ſic dictos eſſe, velut *monticolas*, vel hinc ſuſpicari licet, quia *hill* priſcis Saxonibus & hodie Anglis montem ſignificat.

WONEN, *gewonen*, ſolere, conſueſcere. SOMNER. in Dict. Angloſax. *gewunian* aſſueſcere, exercere, frequentare, *gewunod* conſuetus, ſolitus, *gewuna* conſuetudo, mos, uſus, *gewunelice* rite. Gloſſ. Keron. ſolent *kiuuonent*, more ſolito *ſitiu kiuuonamenu*. Suecis *wana* eſt conſuetudo, & *owana* mala conſuetudo. Senſus a mora in loco ad habitum & conſuetudinem agendi translatus, quoniam ii, qui eadem vitæ ratione utuntur, ſimiles ſunt eorum, qui in eodem loco manent. Hinc etiam *mores*, quod moram fecerint, nonnullis ſic dicti putantur.

WÖNEN, *gewönen*, aſſuefacere, facere ut aſſuefcat. BENSON. in Voc. AS. *wenian* aſſuefacere. VERAL. in Ind. *ven* aſſuefacio, *vande* aſſuefeci. Fit autem duobus modis, diſciplina & blanditiis. Inde Angloſaxonibus *wenian* domare, & *gewenian* illicere, apud BENSONIUM.

WONNE, *wunne*, jucunditas, delectatio. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wynne* jucunditas, gaudium, lætitia, *wyn-hc* jucundus, *wyn-leas* injucundus. OTFRIDUS Lib. III. Cap. IX. 30. *er giſcuaf theſa erda, Joh himilisga uuunna*, ipſe creavit hanc terram & cœleſtem lætitiam. NOTKERUS Pſal. CIII. 34. *bertontiu uuunna*, mutua jocundatio. Ibidem: *uuunneſam gechoſe*, jucundum eloquium. Gloſſ. Keron. voluptas *uuunniluſt*. Gloſſ. Boxh. *uuunnigarto* paradiſus, *uuunnilihaz* amœna. WILLERAMUS Cap. III. 10. *uuunna des euuegen libes*, gaudium æternæ vitæ. Primus Willerami interpres retulit ad *wonen* habitare, STADENIUS ad *gunnen* favere. Uterque aurium magis quam mentis judicio. HELVIGIUS deduxit a *φωνῆ* vox, quod gaudium in lætas plerumque voces erumpat. JUNIUS, cui hæc minime probantur, cum meliora invenire non poſſet, fatigatus & multo cum tædio a voce diſceſſit. Quod miror. Nam Græcis *γάνος* eſt lætitia, voluptas, obleſtamentum, *γάνυμαι* & *γαίνυμι* gaudeo, lætor, & *γανόω* voluptate perfundo. G. in W. mutari, quid magis obvium?

WOPEN, clamare, Dial. Gothica. Codex Arg. Marc. I. 3. *ſtibna wopjandins in authidai*, vox clamantis in deſerto. Marc. XIV. 68. *hana wopida*, gallus cantavit. Id eſt, clamavit. VEREL. in Ind. *opa* clamare, *op* clamor. Eſt & Græcis *ἰάω* clamo, & apud Homerum *ἴαχα* ſignificat *φωνὴν*, i. e. vocem. Conſenſum Celticæ linguæ vide in *eibe*.

WOPEN, plorare, Dial. Saxonica. Conſenſum Francicæ, Alamannicæ & Arabicæ linguæ vide in *web* dolendi particula.

WOR, ubi. Vide *war*.

WORFEL, ventilabrum. Refer ad *werfen* jactare. Dicitur etiam *wurffchaufel* quod vide.

WORG, obſtructio gutturis, Dial. Belgica. Opinor ab *ἔργειν* claudere, præpoſito W. Nos inde formavimus *erworgen* obſtructione gutturis ſuffocari.

WORGEN, premere. Vide *würgen*.

WORGEN, ructare, eructare. A Græc. *ἐρεύγειν*, præpoſito W.

WORT, factum. A *werden* fieri. Cognoſcitur ex dicto l. aconico majorum, qui cum fidei & brevitatis æqualiter ſtudioſi eſſent, in ſponſionibus ſibi mutuo dicebant: *ein wort ein wort*, hoc eſt, *ein wort ein that*, dictum factum. Et hac formula etiamnum utimur. Neſcio quid inter probos dici poſſit honeſtius aut elegantius?

WORT, verbum & ſermo. Gothis *waurd* Matth. XXVII. 14. Joh. VI. 63. & paſſim, Angloſax. *word*, Franc. & Alam. *uuort*, Belg. & Angl. *word*, Danis, Suec. & Island. *ord*. SOMNER. in Dict. AS. *word* verbum, dictio, oratio, locutio, ſermo, vox, *dædlic word* verbum activum, *word-fæſt* verax, veriloquus, *word-full* verboſus &c. Gloſſ. Keron. verba *uuortono*, verbia *uuertun*, ſermo *uuort*, bonus ſermo *cuataz uuort*. MARTINIUS more ſuo deduxit ab *γρατία*, quaſi lingua noſtra humanitatis expers eſſet, ſi aliam quam Latinam haberet originem. HELVIGIUS Hebræa inculcat, quamvis etiam a *werden* fieri derivari poſſe putet, quod verba factis

& rebus ipſis congruere debeant. Hoc poſterius JUNIO quoque ſe probavit, eam præcipue ob cauſam, *quod plurimarum linguarum idiotismus* VERBI *vocabulum pro* RE *accipit*. Vide eum in Gloſſ. Goth. pag. 395. Sed hoc parum facit ad rem. Nam Germanica Lingua contrario idiotismo *rem* accipit pro *verbo*, & *factum* pro *dicto*, cum quia dicta ſunt facta ſpiritus & oris, tum quia verba ſunt res ipſæ ſono veſtitæ & voce expreſſæ. Id quod ex omnibus nominibus verbo dicatis oſtendi, & JUNIO quoque notum eſſe poterat, niſi vernaculam noſtram nauci feciſſet. Hinc colligo, quod *wort* non aliunde derivari debeat aut poſſit, quam a *werden* fieri. Analogia, quæ eſt inter ejusdem linguæ partes (& magni ponderis debet eſſe in negotio etymologico), hanc concluſionem exigit. Similia vide in *ding*, *rede*, *ſpil*.

WORT, transfertur ad *conſenſum*, *mandatum*, *promiſſum*, quia verba ſunt ſigna voluntatis. Notæ formulæ, *das wort holen* conſenſum petere, *die zehen worte* decem præcepta, *ſein wort halten* promiſſa ſervare. Interdum præfigitur *voll*, tanquam nota totius, ut plenior & ſolidior inde fiat voluntatis ſignificatio. Hinc *vollwort* & *vollworten* ſignificant quantum poſſunt, conſenſum & conſentire, mandatum & mandato inſtruere, promiſſum & promittere. Quæ, etiamſi non careant elegantia, eodem tamen ſæculo nata & extincta ſunt.

WRAK, prædo, latro. Angloſax. *wræcca*. Idem qui literis transpoſitis *warg*, de quo ſupra. Sed *wrak* origini propius. Eſt enim a *recken* (*wrecken*) pellere, & primo pago expulſum, poſtea prædonem ſignificavit. Hoc nomen Cimbris ob piraticam ab antiquo adhæſiſſe, & in Gente Francorum, utpote ex veterum Cimbrorum reliquiis oriunda, perennaſſe, qui primo dicti ſint *Fraci*, poſtea per epentheſin *Franci*, exiſtimat ECCARDUS in notis ad Origines Francorum Leibnitianas. Et ſitum quidem *Maurunganiæ*, unde *Francorum lineam* deduxit RAVENNAS, cum *civitate Cimbrorum* convenire, ſatis perſpicuum. Sed Francos e *Maurunganis* oriundos eſſe, RAVENNATI non magis credo, quam Gothos & Longobardos e Scandinavia profectos JORNANDI & WARNEFRIDO. Nam parvam illam Cimbrorum civitatem, & paucos illos latrones, totam Germaniam ſubjugaſſe, & innumeras Gentes in nomen ſuum tranſire coegiſſe, ignorantibus vel otioſe ſpectantibus Romanis, fabulam ſapit, & nullius auctoris fide nititur. *Francicum* nomen ab initio fuit nomen *fœderale*, ut pridem docuit CLUVERIUS. Anſam fœderi dediſſe crudelem Maximini depopulationem Germaniæ, Herodiano & Capitolino memoratam, MENSONI ALTINGIO adſentior. Nam poſt tempora Maximini ſtatim nominantur *Franci*, & in partem veniunt Hiſtoriæ, non ante. Atque in hoc fœdus non Gentes tantum Rhenanas, ſed omnes ſanguinis Germanici populos, a Rheno ad Sinum usque Codanum, ne Cimbris quidem & Saxonibus exceptis, conſpiraſſe, multa ſunt, quæ nos docent. Nam primo non *una* Francorum gens, ſed *multæ*, imo *innumeræ*, æque *confœderatæ*, a priſcis Scriptoribus commemorantur, ut oſtendi in *Franken*. Deinde *Franci* vocantur, non limiti tantum Romano, ſed etiam Baltico mari proximi. EUMENIUS Panegyr. VI. cap. 6. *Quid loquar rurſus intimas Franciæ nationes, non jam ab his locis, quæ olim Romani invaſerant, ſed a propriis ex origine ſuis ſedibus, atque ab ultimis Barbariæ litoribus avulſas, ut in deſertis Galliæ regionibus collocatæ, & pacem Rom. imperii cultu juvarent, & arma dilectu?* Saxones, aliosque trans-albianos hic indicari per *intimas Franciæ nationes*, quis non videt? Hinc colligo, eos quoque *Francici fœderis* complices fuiſſe, ſive ſanguinis cognatione invitatos (nam *Franci* & *Saxones* paſſim vocantur *cognati*, & *affinitatis nomine* ad ſe mutuo juvandum promptiſſimi, in Oratione prima & ſecunda JULIANI Imperatoris) ſive metu periculi compulſos, ne Germania in provinciam redigatur a Romanis. Idque Maximini propoſitum fuiſſe, diſerte ſcribunt Herodianus & Capitolinus in ejus vita.

WRANG, tortus. A *wringen* torquere.

WRANG, acerbus, Dial. Belgica. Dicitur proprie de ſapore, a *wringen* ſtringere, quia acerba palatum conſtringunt.

WRANG, trux, ferox. Id eſt, aſper, immitis, inſuavis, & pruno ſylveſtri ſimilis, quod linguam ingratis modis afficit. Nam verba ingrati ſaporis ſolent ad mores auſteros transferri in omnibus Linguis. Hanc vocem *Arvaticam* vocat WENDELINUS, & ab illa FRANCOS ſic dictos eſſe quaſi WRANGOS, ob inſitam Genti ferocitatem, contendit in *Gloſſario Salico*. Verba Auctoris: „Non ergo de nihilo eſt, quod „certatim produnt auctores, *Francos a Valentiniano Imperatore lingua Attica* (imo „*Arvatica*, ut recte animadvertit ſubjecitque „mihi CHIFLETIUS acutiſſimus) *appellatos* „*Feroces*. Potuit enim ſciſcitatus fuiſſe ab „*Arvatici* (non Atticæ ſane ſed linguæ noſtræ peritis) quod retulerit, quodque „exierit in literas, ut ſolent omnia Principum facta dictaque ſuſcipi: potuit ipſe „fuiſſe non ignarus linguæ Francicæ, cujus „aula regeretur a Francis, eorumque Principe *Arbogaſte*: quem certe Valentinianus iſte *ferocem* expertus eſt, ſtrangulatus „ab eo Idibus Maji anno CCCXCII. Viennæ „ad Rhodanum in Palatio. Recte ergo id „ipſum etymon agnovit etiam ISIDORUS, „ſuæ certe *Gothicæ Linguæ*, hoc eſt *Germanicæ*, non imperitus, qui Originum Lib. „IX. Cap. 2. ſic ſcribit: FRANCI *a proprio* „*quodam Duce vocari putantur: alii eos a* „FERITATE MORUM *nuncupari exiſtimant:* „*ſunt enim in illis mores inconditi,* NATURALIS-

„LISQUE FEROCITAS ANIMORUM. Quæ „verba non tam mihi videntur Iſidori, quam „alterius cujuscumque Scriptoris longe an„tiquioris, ut ſunt pleraque ejus omnia. „Nam & Panegyricus EUMENII pro Scholis „dictus anno CCXCII. declamat, FERITATE „Francorum velut hauſtam deſediſſe Bata„viam: quomodo & alter dictus Conſtan„tio *Trucem Francum* vocat, manifeſta re„cognitione iſtiusdem etymologiæ. Et „plura poſſunt huc coacervari, quibus *feri„tas* & *ferocia* SIGAMBRIS (Francorum „Majoribus) tribuitur velut propria: *Ba„tavique Truces* appellantur etiam LUCANO, „quos primos Francos fuiſſe conſtat. Et paulo poſt: „Denique ex his cognitis in„cipimus intelligere verba iſta FRÆFATIO„NIS in Leges Salicas: *Gens Francorum „inclyta*, AUDAX, VELOX, & ASPERA. Huc usque Wendelinus. De ferocia Francorum plura dabit GANGIUS in voce FERANCUS.

Hanc WENDELINI interpretationem, concinnam ſane & elegantem, lubentiſſime adoptarem, niſi aliæ & graviores appellationis cauſæ me detinerent. Nam ferocia illa eſt nimis generalis, & omnibus Germaniæ Antiquæ Populis communis. Et FRANCUS ab initio non fuit nomen *gentile*, ſed *ſociale* multorum populorum ferociſſimorum in unum foedus coëuntium. Nec ullo conſtat indicio, eam *Francorum* partem, quæ poſtea Monarchiam Francicam condidit, cæteris Germanis ferociorem fuiſſe. Hinc longe veriſimilius eſt, *Francos* illos primitivos, nomen ſibi a libertatis ſtudio ultro adſciviſſe, quam ab hoſtibus accepiſſe, ob inſitam ferociam.

Quidam laudant quendam FRANCUM, ducem Trojanum, & comitem Æneæ, quem etiam *trucem* vocant, tanquam auctore VIRGILIO:

Et qua trux Francus, magnusque Magancius heros.

Tribuit hunc verſum VIRGILIO in *Notitia Germaniæ Antiquæ* SPENERUS pag. 338. Fateor, me eundem verſum, neſcio unde hauſtum, in Farragine mea annotaſſe. Cum vero in nullis Virgilii Editionibus illum reperiſſem, interrogatus abs me cel. Hiſtoriarum apud Wittebergenſes Profeſſor KRAUSIUS, reſpondit, SERARIUM in Hiſtoria Moguntiana eundem verſum bis recitare. Inſpecto SERARIO ſtatim hallucinatio patebat. En verba Auctoris Lib. I. Rer. Mogunt. Cap. 5. *Altera de Troico Magancio ſententia, quam veterem ab excidio Trojano hiſtoriam, quem vel Poëtam citat? Cum a veteribus deſcribatur navium, quæ cum Ænea, verſus Occidentem, ſolverunt, numerus, earumque præcipui Duces, cur nullus in iis* FRANCUS, *nullus* MAGANCIUS? *In illa tempeſtate, quam Lib. I. Æneidos narrat* VIRGILIUS, *quantum obtinuiſſent tanti Duces locum?*

Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandævus Aletes,
Et qua TRUX FRANCUS, magnusque MAGANCIUS heros,
Vicit hiems.

Et paulo poſt: *Mirum, ut in Homero Salamina, Solon, Platarcho teſte, inſerut: Sic iſtos in eodem & Virgilio, aut alio ſimili aliquo, ſuos & Francos & Magancios non inſeruiſſe.* Huc usque SERARIUS. Qui certe hos Trojanos, non tanquam veros Æneæ comites, ſed tanquam homines in Poëmate Virgiliano deſideratos, ubi maxime locum habere poterant, *originum Trojanorum* fautoribus ingenioſa fictione oſtendit.

Ad fictos Trojanos ſpectat etiam quidam FRANCIO, a quo genus & nomen Francorum deducit *Hiſtoria Francorum*, Sæculo VII. exarata. Si GREGORIUS Turonenſis cum hac *Epitome*, & *Geſtis Francorum*, quamvis ſerius ſcriptis, conferatur, patebit haud obſcure, hunc rumorem de *Origine Francorum Trojana*, jam Sæculo VI. inter Gallos ſpargi cœptum, & Monarchiæ Francicæ coævum eſſe. Gallos circa originem Trojanam ultro glorioſos fuiſſe, & Romanorum *Fratres* ac *conſanguineos* haberi & dici voluiſſe, multi teſtantur Scriptores, STRABO Lib. IV. TACITUS Annal. XI. Cap. 25. LUCANUS Lib. I. Pharſal. verſ. 427. MARCELLINUS Lib. XV. Cap. 9. Hinc ſexiſſimo, FRANCOS, cum rerum in Gallia potirentur, eandem originem *regnandi cauſa* affectaſſe, & fabellis quibusdam de *Priami*, & *Antenoris*, & *Francionis* e Troja in Pannoniam, & e Pannonia ad ripas Rheni migratione, exornaſſe, non temere, ut multis viſum, ſed prudenter & conſulto, ut animos Gallorum ſibi conciliarent. Quod ſe tunc demum feliciter conſecuturos arbitrabantur, ſi opinio invaluiſſet apud omnes, communem eſſe Francorum & Gallorum ex ſanguine Iliaco originem. Idque FRANCI jactare poterant absque ulla figmenti ſuſpicione, cum quod pridem vulgatum eſſet a Scriptoribus Græcis STRABONE & DIONE, *Germanos Gallorum eſſe Fratres ac conſanguineos*, &, *Populis ab utraque Rheni parte habitantibus idem olim & genus & nomen fuiſſe*: tum quod Lingua Francica cum Celto-Gallica permagnam cognationem habere videretur. Eodem artificio etiam VISIGOTHOS in Gallia uſos eſſe, ante omnes obſervavit magnum inter Eruditos nomen Abbas DUBOS in Hiſt. Crit. Monarch. Franc. Lib. VI. Cap. 8.

Equidem OTFRIDUS in Elogio Francorum Lib. I. Cap. 1. nullam ne minimam quidem de ortu Francorum ex Trojanis reliquiis mentionem facit. Sed ex hoc ſilentio non auſim cum SCHILTERO inferre, Fabulam OTFRIDO ignotam fuiſſe, & a

recentioribus confictam. Obſtant enim *Epitome* & *Geſta Francorum*, & alia Monumenta Otfrido indubie antiquiora. Obſtat etiam P. DIACONUS in Prologo ad Homiliarium Caroli M.

Utere felix	CAROLE *Princeps*,
Munere Chriſti	*Atque togate*
Pluribus annis,	*Arbiter Orbis*,
Luxque decusque	DARDANIÆQUE
Magne tuorum	*Gloria* GENTIS.

Denique ut finem digreſſioni, quo me vox Atvatica WENDELINI perduxit, imponam, hoc unum addo, originem Francorum revera Germanicam eſſe, Germanicam autem aliqua ſui parte ad *Phryges* referri poſſe. Vide Præfationem ad Germanos §. XXV. & confer VALESIUM in notis ad Excerpta NICOLAI DAMASCENI pag. 73.

WRECKEN, pellere, ejicere. Vide *recken*.

WRED, ſævus, atrox, Dial. Belgica & Suecica. Adjectivum a ſubſt. Angloſax. *wrath* ira, quod hodie cuſtodiunt Angli: Vel potius utrumque ab ἐρεθω irrito, præpoſito W.

WRINGEN, flectere, torquere, ſtringere, *die hænde wringen* obliquare manus. Idem quod *ringen*, de quo ſupra. Metaphorice dicitur de contorſione juris. Inde *wrang* injuſtus & injuria. Vide plura in *recht* juſtus.

WRINGEN, luctari, certare. Vide *ringen*. Litera W. eſt augmentum initiale, quod ſalvo ſenſu adeſſe & abeſſe poteſt.

WUCHER, fructus terræ. Gloſſ. Keron. fructum *uuachar*, fruges *uuacharum*. NOTKERUS Pſal. LXVI. 3. *iro uuuocher brahta diu erda*, terra dedit fructum ſuum. Pſal. CIV. 35. *fraz heuue unde allen erdenuuocher*, comedit fœnum & omnem terræ fructum. Idem Gothis *akran* Marc IV. 28. *filbo airtha akran bairith*, ultro terra fructum fert. JUNIUS deduxit ab *aucben* augere. Haud incommode, cum quia creſcere eſt augeri, tum quia ſemina terræ commiſſa cum maximo ſui generis & annui proventus augmento reſurgunt.

WUCHER, fructus ligni. Codex Arg. Matth. VII. 17. *ubila bagms akrana ubila gataujith*, mala arbor fructus malos facit.

WUCHER, fructus ventris. Cod. Arg. Luc. I. 42. *thiuthiho akran quithaus themis*, benedictus fructus ventris tui. NOTKERUS Pſal. CXXVI. 3. *lon des uuuocheres dero heiligun uuumbo*, merces fructus ſacri ventris. Similiter Angloſaxonibus *wocre* eſt fœtus, proles, ſoboles, ſenſu a frugibus terræ ad fructum ventris translato.

WUCHER, fructus pecuniæ, alias *fanus*, *uſura*. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Obſervatis ad Will. pag. 142. *uuachar* quæſtum, *firan uuacharun* uſuris, (improbis fructibus). BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *occr*, *occraeth* fœnus, uſura. Idem Angloſaxonibus *wocer*, Belg. *woeker*, Suec. *ocker*. Ab initio majores noſtri nullam uſuram noſcebant præter eam, quam terra ſemine imprægnata e ſinu ſuo reddebat. Poſtquam vero argentum ferroque nocentius aurum illis quoque probari cœpit, priſtinus vocis ſenſus paulatim ad reditus ex ære mutuo prolatus eſt, quod fructibus terræ ſimiles eſſent. Et hoc ſenſu, reliquis extinctis, ſæculum noſtrum unice delectatur, cujus unicum fere ſtudium eſt, ex pecunia fœtus ſuſcipere.

WUCHERN, quatenus eſt verbum a ſubſt. ortum, duo inprimis ſignificat, *foboleſcere* & *fœnerari*. Illud dicitur de herbis & plantis luxuriantibus, hoc de iis, qui rem uſurariam exercent.

WUCHT, pondus, gravitas. Angloſax. *wiht*, Angl. *weight*, Suec. *wicht*. Omnino a *wegen* movere, quia grave naturaliter deſcendit, & vi ſua leviora aut deprimit aut attollit. Ita Græcis ἄχθος ab ἄγω. Similitudo, quæ eſt inter Græcam & Germanicam vocem, CASAUBONUM induxit, ut hanc ab illa derivaret. Hodie dicimus *gewicht*, ſed a ſimplici *wicht* habemus *wichtig* gravis, ponderoſus.

WUD, ſylva. Vide *wut*.

WULEN, *wülen*, verſare, volutare, *ſich wülen* volutari. Idem quod *wellen* volvere, hac una tantum differentia, quæ tamen mere arbitraria eſt, quod ſenſus ad motum in loco reſtringitur. Hinc vulgo tantum dicitur de iis, qui terram vertunt, ſive inſtrumento ut foſſores, ſive manibus ut pueri, ſive roſtro ut ſus & talpa, vel in terra aut cœno volutantur.

WULEN, *wülen*, ſcrutari, rimari, explorare. Cambris *chwilio*, Gallis *fouiller*. Ducta ſimilitudo a foſſoribus, qui dum terram vertunt, eam ſcrutari videntur. Inde formula, *alles durchwülen* omnia perquirere.

WULST, tumor cujuscunque rei, *wulſtig* tumidus, inflatus, *wulſtige ſchreibart* ſtylus ampullatus. Proprie eſt ebullitio, a *wallen* æſtuare; & dicitur de quovis tumore tropice, quia aquam bullientem refert.

WULTAVA, *wulitiva*, damnum in facie vel decore vultus. Lex Sax. Tit. I. 5. *Si os fregerit, vel Vultavam fecerit corpus.* Lex Friſion. in Addit. Tit. III. 16. *Si ex percuſſione deformitas faciei illata fuerit, quæ de XII. pedum longitudine poſſit agnoſci, quod Wultivam dicunt.* Video, ſummos Viros, LINDENBROGIUM, APELMANNUM, & CANGIUM, hanc vocem, tanquam obſcuritate metuendam, absque Gloſſa dimiſiſſe. Nos illam componimus ex *wlite*, quod Angloſaxonibus *vultum* ſignificat, nec vultum tantum, ſed etiam *decorem* & *pulcritudinem*, teſte BENSONIO in Voc. AS. & *wo* vel *wa*, quod in Indice Vereliano exponitur *malum inſperatum*, *damnum* & *detrimentum*. Cum voce Angloſax. *wlite* conſentit Gothica *wlits*, de cujus origine actum in *antlitz*.

WUND, quatenus eſt verbale a *wunden* ſauciare, ſignificat *vulnus* & *vulneratum*.

WUND,

WUND, *wond*, vulnus. Conſentiunt in voce omnes veterum & recentiorum Dialecti, Gothica, Saxonica, Francica, Alamannica, Anglica, Belgica, exceptis Islandis, qui rectius & antiquius dicunt *und*. Verſio AS. Luc. X. 34. *tha genealehte he and wrath hys wunda*, tunc appropinquavit & obligavit vulnera ejus. NOTKERUS Pſal. LXVIII. 27. *ſie meroton daz ſer minero uuundon*, auxerunt dolorem vulnerum meorum. Gloſſ. Boxh. *uuunta* ulcus. VEREL. in Ind. *und* vulnus.

WUND, vulneratus. Inde compoſitum antiquum *hrefawunt*, *hrefwnt*, ventre vel inteſtinis læſus, a *reif* pars corporis inflexa, quod vide.

WUNDEN, fauciare, vulnerare. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XV. 89.

Joh uuuntont ferah thinaz
Unaſſan ſilu uuaſſaz.
Et vulnerabunt animam tuam
Arma valde acuta.

Jus prov. Alam. cap. 333. *der ainen hunt uuundet*, ſi quis canem vulneret. Gothi utuntur compoſito *gawondon* Luc. XX. 12. Angloſaxones *gewundian* ibidem, nos unacum Belgis *verwunden*. Simplex autem antiquius eſt, & multorum eruditorum æſtimatione, HELVIGII, CASAUBONI, & noviſſime REIZII, ortum a Gr. ἀνάω vulnerare præpoſito W. & inſerto N Quamvis etiam ab inſtrumento lædendi tam Græca quam Germanica vox deſumi potuerit, quia mucro & gladius Suecis dicitur *odd*, Islandis *odd*, apud VEREL. in Ind. MARTINIUS alias habet etymologias, unam a πνέω, alteram a *fendo* lædo, tertiam a *winden* faſciis involvere. Ultimam amplectitur JUNIUS, & poſt eum SKINNERUS, quamvis cæteris deterior ſit, & vulnus cum ligamento ſuo confundat.

WUNDER, quatenus eſt verbale a *wundern* mirari, ſignificat *admirationem*, & quicquid admirationem excitat, *mirum*, *mirabile*, *miraculum*. Dico, quatenus verbale eſt. Nam extra hanc conſiderationem denotare poteſt *inſolitum* & *inſuetum*. Gloſſ. Reenhielm. *ovant* inconſuetum. Haud dubie a *wonen* ſolere, & negativo *o*. quod linguæ Septemtrionali eſt pro *un*. Et hujus linguæ ſoboles eſſe poteſt *wunder*, ſi ſtatuamus, *o*. & *u*. primo coaluiſſe in ore vulgi, & poſtea terminationem *er* fuiſſe adjectam. Verum & hoc relinquere cogor in medio, quia neſcimus, verbumne a ſubſtantivo, an ſubſtantivum a verbo ortum ſit?

WUNDER, admiratio, *wunder nemen* admiratione capi. Angloſaxones hoc ſenſu dicunt *wundrung*, Islandi *undran*, Sueci *undring*.

WUNDER, mirum, mirabile, miraculum. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wundor* miraculum, mirum, res mira, *wundor-full*, *wundor-lic* mirus, mirandus, mirabilis. Gloſſ. Keron. in mirabilibus *in untrum*. Gloſſ. Pez. miraculum *vunter*, prodigia *vuntar*. Sueci utuntur compoſitis *underligh*, *underwærk*, *underbarliga* &c.

WUNDERN, mirari, admirari. Angloſax. *wundrian* Marc. I. 27. Francis *uuunteron*, *uuuntoron*, Belg. *wonderen*, *verwonderen*, Angl. *to wonder*, Suec. *undra*, *förundra*. TATIANUS Cap. IV. 12. *uuuntorotun thas tho alle*, & mirati ſunt univerſi. Cap. XII. 5. *inti ſehente uuonteroton*, & videntes admirati ſunt. Hodie dicimus *ſich wundern*, quod a priſco eloquio alienum. Quid Latinis proprie ſit mirari, docet MARTINIUS in voce: „Proprie, inquit, *mirari* puto eſſe intente in„ tueor. Manſit vis vocis in Italico, ubi„ *mirare* eſt conſiderare, penſare. Et Hi„ ſpanis *mirar* reſpicere, obſervare. Gall.„ *mirer* eſt intueri, & *miroir* ſpeculum„ Hæc ille. Et paucis interpoſitis *wundern* derivat a *wenden* vertere, quoniam qui miratur, ille conatu intelligendi mentem huc illuc vertit. Quamvis autem certum ſit, unumquemque conari ut intelligat quod miratur, adeo ut etiam Philoſophia ex admiratione orta putetur: Malim tamen priori cogitationi inſiſtere, qua mirari eſt intente reſpicere. Id enim ſignificare poteſt vox Suecica *undra*, ab *intueri*, fixis & intentis oculis adſpicere, quod fit quoties novitate alicujus rei percellimur, cujus cauſam ignoramus. Addam tamen adhuc aliam etymologiam, in gratiam eorum, qui peregrina faſtidiunt. Gothis admirari dicitur *ſildaleikjan* Luc. XX. 26. Matth. VIII. 10. quod eſt quaſi raro aſſimilari, a *ſilda* rarum, & *leikan* ſimilem eſſe, aſſimilari, & tribuitur admirantibus, quoniam mens intelligendo omnia fit, & occurſu rari in ſimilem affectum transmutatur. Forte ſicut Gothis a raro, ita nobis ab inſolito, h. e. a *wunder* admirari dicitur *wundern*, quia inſolita tantum admiramur.

WUNNE. Vide *wonne*.

WUNSCHEL-RUTE, *wünſchel-rute*, virga divinatoria. An quod ea optatis potiamur, a verbo ſequenti *wünſchen*? Dubito. Nam Belgæ hanc virgam vocant *wichel-roede*, a *wichelen* divinare, futura prædicere. Et hic ſenſus Germanicæ quoque vocis eſſe poteſt, etiamſi literæ quædam in medio ejus reclamare videantur. Nam hæ literæ poſſunt eſſe a vitio & fartura pronunciantium. De voce Belgica vide plura in *wicker* divinator.

WUNSCHEN, *wünſchen*, optare, cupere, deſiderare. Angloſax. *wiſcian*, *gewiſcian*, Francis *uuunſcen*, *uuunsgen*, *uuunszen*, Belg. *wenſchen*, Angl. *to wish*, Suecis *önska*, Island. *eskia* apud VEREL. in Ind. OTFRIDUS Lib. III. Cap. IX. 17. *ſie uuunſztun rinan tradon*, optarunt tangere fimbriam. In tanta dictionum varietate nulla etymologiam tam facilem & commodam admittit quam Islandica *æskia*, quæ certe eſt a Græc. αἰξῶν petere, cupere, velle: & auſim dicere, reliquas ex illa formatas eſſe per proſtheſin & epentheſin. Litera ξ. virtute continet *nſ*. & in

aliis

aliis quoque vocibus mutatur in *σκ*. Hinc adſentiri non poſſum CASAUBONO, qui nulla literarum habita ratione vocem Saxonicam deflectit ab *εὔχομαι* opto.

WUNSCHEN, *wünſchen*, adprecari, vovere, vota nuncupare. Belg. *wenſchen*, Suec. *önska*. Verbum tranſitivum ab immanenti *wünſchen* cupere, optare. Quid enim eſt adprecari, niſi alteri bene vel male cupere, & conceptis verbis optare?

WUNSCHEN, *wünſchen*, per metonymiam antecedentis pro conſequente eſt *adoptare*, quia optatiſſimum eligimus & aſſumimus. Inde *wunſch* adoptio, vel *adoptatio*, qua voce utitur GELLIUS, & *angewünſchter ſohn* filius adoptivus. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wiſcing*, *gewiſcing* optio, adoptio. Gloſſ. Boxh. *zuavunſcante* adoptantes. Gloſſ. Keron. adoptione *zeuuunske*. NOTKERUS Pſal. XXXI. 7. *uuunſcú peitonte*, adoptionem exſpectantes. Hunc locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario, ſicut & eum, quem paulo ante ex Otfrido produxi.

WURDE, *würde*, meritum bene vel male facti. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXV. 23.

Mit ſines ſelbes uuirdin
Irloſta unſih thera burdin.
Suo ipſius merito
Liberavit nos ab onere.

NOTKERUS Pſal. LXX. 19. *ſunda ſint din*, *uuirde ſint Gotú*, tua ſunt peccata, merita Dei. Utrumque locum adduxit SCHILTERUS in Gloſſario, ubi tamen *meritum* cum *dignitate* videtur confundere. Differunt autem ſignificatu. Nam *würde* proprie eſt pretium, valor, a *wæren* æſtimare, & dicitur de merito per metonymiam, qua adjunctum ponitur pro ſubjecto, valor facti, qui facto ineſt, pro ipſo facto, quo bene vel male meremur. Ab hoc ſenſu, quamvis exſtincto, habemus *würdig* dignus, cui jure aliquid tribuitur.

WURDE, *würde*, dignitas, honor meritis tributus. BENSON. in Voc. AS. *wyrth*, *wyrthe* dignitas, *wyrthfull* honeſtus. Refer ad *würden* colere, honorare.

WURDEN, *würden*, a *wert* valor, ſignificat pretio æſtimare. VEREL. in Ind. *virda* æſtimare; *virdaſt* æſtimari. TATIANUS Cap. CXCIII. 6. *intfiengun drizzug ſilabarlingo*, *uuerd uuerdanti*, *thas ſie uuerdoton*, acceperunt XXX. argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt.

WURDEN, *würden*, a *wert* pretioſus, ſignificat colere, venerari, celebrare. Verſio Angloſax. Matth. XV. 4. *wurtha thinne fæder and modor*, honora patrem & matrem tuam. Confer Verſ. 8. & 9. Hymnus Ambroſianus citante SCHILTERO in Gloſſ. Teut. *eokiuuelih erda uuirdit*, omnis terra veneratur.

WURDEN, *würden*, a *wert* dignus, ſignificat dignari. Franci & Alam. utuntur compoſitis *giuuerdon*, *keuuerdon*, nos frequentativo *würdigen*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. V. 37. *giuuerdo unſih heilen*, dignare nos ſanare. Gloſſ. Keron. dignabitur *keuuerdonter*, dignetur *kauuerdonti*, dignatus eſt *keuuerdonter iſt*.

WURDIG, *würdig*, dignus, cui jure aliquid tribuitur. Gloſſ. Keron. dignus *uuirdiger*, indignum *unuuirdigan*. OTFRIDUS in Præf. ad Salom. verſ. 13.

Oba ir hiar findet ia uuicht thes
Thaz uuurdig iſt thes leſanes.
An hic inveniatis aliquid
Quod lectu dignum ſit?

A *würde* meritum. Inde *ſtrafwürdig* pœna dignus, *preiswürdig* laude dignus, *erwürdig* honore dignus, & alia innumera noti ſignificatus. Vocem Goth. & Sax. vide in *wert*.

WURF, quatenus eſt verbale a *werfen* jacere, ſignificat quantum poteſt, (1.) jacientem. Inde *maulwurf* talpa, beſtia quæ pulverem ejicit. (2.) actum jaciendi. Hinc jactus Angloſaxonibus dicitur *wyrp* apud BENSON. Belgis *worp*, *wurp*, Suecis *warp*. (3.) ejectionem, dejectionem, projectionem, conjectionem &c. præcipue in compoſitis veterum, cujusmodi ſunt,

laiſowerpum, conjectio feſtucæ in ſinum alterius, ſymbolice ceſſio, donatio, quia unusquisque præſumitur dimittere & alteri tradere, quod in ſinum ejus conjicit. Extat inter formulas MARCULFI cap. 43. Cônfer *latz* ſinus veſtis.

merwerph, dejectio ex equo, in Lege Longob. Lib. I. Tit. XXXVI. 4. Confer *mar* equus.

rapowerf, cadaveris e ſepulcro ejectio, non *ſepulcri violatio*, ut CANGIUS. Nam *rabe* eſt cadaver, ut pluribus oſtendi in loco. Dicitur extare in quodam Edicto Rotharidis.

walawerf, ejectio diſcriminalium de capite virginis, in Lege Bojor. Tit. VII. 5. Quidam legunt *wultwerf*. Sed nihil in lectione mutandum. Nam diſcriminale eſt acus, & hodieque vocatur acus in compoſito *barnadel*. Dicitur autem *wala* a Gr. *βέλος* ſpiculum, ob ſimilitudinem, vel a *βελόνη* acus. B. & W. ſunt literæ convertibiles. LINDENBROGIUS *walá* interpretatur *caput*, invita Lege, in qua certe non de capite, quod nullo modo ejici poteſt, ſed de ejectione diſcriminis agitur. Plura interpretationum ſomnia vide apud CANGIUM.

WURF, quatenus eſt verbale a *werfen* parere, ſignificat fœturam ſeu omnes catulos eodem partu editos.

WURFEL, *würfel*, alea. A jactu. Celticam & Saxonicam vocem vide in *tafel*. Dicitur etiam de cubo, ob ſimilitudinem. Inde *gewürfelt* cubicus, teſſellatus.

WURFSCHAUFEL, ventilabrum. TATIANUS Cap. XIII. 24. *thes uuorphſcuuala iſt in ſinero henti*, cujus ventilabrum in manu ejus eſt.

WUR-

WURGEN, *würgen*, vox triplex ſub iisdem literarum elementis. Quod ideo monendum, ne ſignificatus confundantur.

WURGEN, *würgen*, trucidare, jugulare. Dicitur de gladio & quovis lethali inſtrumento, Ezech. XXI. 14. 28. Joh. X. 10. Heb. XI. 28. & paſſim. Gloſſ. Iſid. *orge* occide. VEREL. in Ind. *farg* perditio, *farga monnum* perdere, necare homines. Forte a *warg* latro, quamvis etiam Græcæ originis eſſe poſſit ab *ὀρύσσω* deſtruere, unde *πολιορκητὴς* urbium deſtructor.

WURGEN, *würgen*, ſtrangulare, laqueo necare. Gloſſ. Pez. ſtrangulare *vurgan*. Idem Belgis *worgen*, & pene ſolis. Hic ſenſus oriri potuit ab Angloſax. *wearg* patibulum, vel a Gr. *ἴρκω* frangere, quia ſtrangulare eſt frangere guttur laqueo. Islandis *virgil* eſt funis patibularis, haud dubie a *würgen* ſtrangulare. De voce Angloſax. *wearg* vide plura in *bargus*.

WURGEN, *würgen*, premere. VEREL. in Ind. *farg* preſſura. Opinor ab *urgere*, præpoſito W. vel F. Dicitur (1) de glutientibus. Inde *hinunderwürgen* cibum in faucibus inrerceptum glutiendo detrudere. (2) de cogentibus. Gloſſ. Pez. exigitis *vergont* vel *nottent*. Huc ſpectat proverbium: *den bürgen ſol man würgen*. Hinc *ferg* aliquando fuit nomen exactoris. Fides ſit penes SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. pag. 294. (3.) de obſecrantibus, quia precibus premunt. Hoc ſenſu Franci dixerunt *fergen*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. VII. 49.

Nu fergomes thia thiarnun
Selbun Sancta Mariun,
Thaz ſi uns allo uuorolti
Si ziru ſune uuegonti.
Nunc obſecremus Virginem
Ipſam ſanctam Mariam,
Ut nos in omni ævo
Ad filium ſuum vertat.

WURKEN, *würken*, operari, opus facere. Gothis *waurkjan* Joh. IX. 4. Angloſax. *weorcan*, *wyrcan*, Franc. & Alam. *uuirken*, *uuerchon* &c. Belg. *werken*, Angl. *to work*, Suec. *wærka*, Isl. *virkia* & *yrkia*. Gloſſ. Keron. operatur *vurchit*, laborent *uuerchoen*, operantem *uuerchontan* &c. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XX. 300. *ther fulih uuerk uuirkit*, qui tale opus facit. Ut *werk* ab *ἔργον*, ita *würken* ab *ἐργᾶν*, *ἐργῶν*, præpoſito W. omnium eruditorum conſenſu, paucis excepris, qui Scythas Græcis imponunt tanquam dicendi magiſtros, quod in quibusdam jure facere videntur, in aliis conjectura.

WURKEN, *würken*, texere, telam facere. OTFRIDUS Lib. I. Cap. V. 21. de B. Virgine:

Uuachero duaho
Uuerk uuirkendo.
Pretioſi lintei
Opus texens.

MARTINIO idem eſt quod *würken* operari, poſito genere pro ſpecie. Verum cum res ipſa majoribus noſtris diu fuerit ignorata, ut oſtendi in *lein* tela; dubirari poteſt, an vox origine Germanica ſit. Hebræis *arag* eſt texere. Germanos inde habere *würken*, Græcos *ἀράχνη* aranea, quod interpretatione Hebræa eſt textrix, valde veriſimile eſt. Illud obſervavit HELVIGIUS; hoc manus docta in margine opuſculi Helvigiani, quo utor, annotavit. Addam tamen adhuc aliam etymologiam e Græcitate petitam. Græci bonis artibus & utilibus inventis id conſecuti videntur, quod populorum domitores armis, ut linguæ ſuæ limites longiſſime producerent. Græcis autem *ἐριουργεῖν* eſt lanificium tractare, & *ἐριουργὸς* qui lanam tractat, ab *ἔριον* lana, vellus. Vide ergo, annon *würken* & *würker* ex illis ſint contracta præpoſito W?

WURM, vermis. Angloſax. *wyrm* Marc. IX. 44. Franc. & Alam. *uuurm*, Belg. & Angl. *worm*, Septemtrionalibus *orm*. Gloſſ. Keron. vermis *uuurm*. An a *krum* curvus? Hoc nimis violentum, etiamſi magnum habeat auctorem. Malim, ſi Germanicæ originis ſit, a *werben* moveri in gyrum, in ſe redire, quia B. & M. ſæpe convertuntur. Credo tamen eos, qui pro alieno habent, melioribus rationibus niti. MARTINIUS recta deduxit a Lat. *vermis*, & hoc ab *ἴρπω* repo, mutatis labialibus; JUNIUS ab *ἑρμὰ* funiculus, ob manifeſtam ſimilitudinem. Ita quidam vermis longus inſtar ræniæ Græcis vocatur *ταινία*, ducta allegoria a faſcia, ſicut idem obſervat. Vocem Goth. V. in *made*.

WURM, ſerpens. Evang. Goth. Luc. X. 19. *atgaf izwis waldufni trudan ufaro waurme*, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes. Hodie occurrit in comp. *lindwurm*, quod vide.

WURST, farcimen. Belg. *worſt*. A *Φράσσω* conſtipo, condenſo, transpoſito R.

WURST, agger contra inundationem maris. Proprie obturamentum, a *Φράσσειν*, *ἐμφράσσειν* obſtruere, obpilare, irer. obice ſtipare. Inde fortaſſe eſt, quod ii, qui in littore Cauchico habitant, vulgo WURSTER & WURST-FRIESEN vocantur, a tumulis, quos mari objiciunt. Eosdem conſuetudo appellare ſolet WURTSATEN, hoc eſt, colonos littorales, ab Angloſax. *warth*, *warothe* littus.

WURST, milliare. Vide *raſt*.

WURZE, *würze*, omnis generis herbæ, plantæ, fructus & germina. Gloſſ. Ælf. in nom. herb. herba *gærs* vel *wyrt*, botanicum vel viridarium *wyrt-tun*, cucummerarium *wyrt-tun*, apiago *beo-wyrt*, ficus *fic-wyrt* &c. Gloſſ. Lipſ. *wirte* holera, *wurti* herba. Gloſſ. R. Mauri apud DIECM. olus *vurs*. TATIANUS Cap. LXXIII. 2. de grano ſinapis: *thaz minniſta allero uuurzo*, minimum omnibus oleribus. Helvetiis *wirz* eſt braſſica, apud PICTORIUM in Diction. Lirera W. ab initio dictionis non videtur neceſſaria. Carent enim hoc augmento non-

nonſolum Septemtrionales, qui herbam & plantam vocant *örţ*, ut Sueci, vel *urt*, ut Dani; ſed etiam antiquiores, ut patet ex compoſito Gothico *aurtigards* hortus, munitio plantarum, Joh. XVIII. 1. Quo ſenſu etiam Angloſaxones dicunt *ort-geard*, apud BENSON. in Voc. Manifeſto ſatis indicio, *aurt* vel *ort* priſcis idem denotaſſe quod *wyrt*, & eam, quam dixi, literam initialem ſalvo & integro ſenſu adeſſe & abeſſe poſſe. Videamus ergo quid ſit *yrt*, *ort*, *urt*? STIERNHIELMIUS nos remittit ad radicem *öra* ſurgere, oriri. Hanc priſcis Suecis tribuit in Gloſſ. Ulph. Goth. pag. 20. eandemque avide, uti ſolet, arripuit STADENIUS. Quamvis autem facile intelligam, ſimile verbum formari potuiſſe ab *ar*, *or*, *ur*, principium; illud tamen dimittere cogor, quia veſtigia ejus nusquam invenio. Græcis ὄρω eſt excito, attollo, ὄρσω excitabo, ὄρτο ſurge. Creſcere autem eſt ſurgere, excitari, & vi ſua in altum moveri. Et hinc omne vegetabile recte vocatur *urs* vel *urt*. Ita ſurculum vocamus *reis* a ſurgendo, germen *ſcheſs* a protrudendo, alia a ſimilibus. Cuncta a motu inſito & nativo. Hoc, ni fallor, tam diu placere poteſt, donec verbum illud Septemtrionale melius in lucem collocetur.

WURZE, *würze*, condimentum, aroma, *würzen*, condire. SOMNER. in Dict. Angloſax. *wyrt* herba, olus, aroma, *wyrt-drenc* antidotum. WILLERAMUS Cap. V. 13. *ſine huffelon ſint ſamo uuurzbette*, genæ ejus ſunt ſicut areolæ aromatum. Germaniam antiquam ſuis herbis medicinam feciſſe & cibos condiviſſe, nec alia noviſſe aromata præter terræ ſuæ dotes, apud omnes in confeſſo. Ergo ſenſus ab herbis communibus ad odoriferas & medicatas, priusquam exoticæ innoteſcerent, & his demum cognitis ad aromata translatus eſt. Hujusque rei evidens argumentum eſt, PALTHENIO obſervatum, quod aromatarii, qui nobis *gewürzhændler*, Germanis inferioribus *kruideniers* vocantur, & condire *kruiden*, a *kruid* herba.

WURZ, radix, *alandwurz* helenium, *meiſterwurz* imperatoria &c. Evang. Goth. Marc. IV. 6. de ſemine quod in petram cecidit: *ni habaida waurtins*, non habebat radicem. ISIDORUS Cap. II. 2. *dhiu uuurza dhera ſpaida*, radix ſapientiæ. Veteres tam abſurdos fuiſſe, ut plantam & radicem, res a natura diſtinctiſſimas, nominibus confunderent, haud opinabile. Alterutrum igitur neceſſarium, vel ut *wurz* ſit a ῥίζα, vel ut ſit vox apocopata. Apocopari autem potuit duobus modis. Nam radix in Verſione Angloſaxonica ubique vocatur *wyrtruma*, & extra Verſionem *wyrt-wala* apud BENSONIUM. Illud ſignificat *firmamentum herbæ*, hoc *ſcaturiginem herbæ*, ſecundum interpretationem JUNII in Gloſſ. Goth. pag. 397. Antiquiſſimos Germanorum non habuiſſe unam & ſimplicem vocem, quæ radicem ſignificaret, ſed compoſitas tantum, & poſtea fine truncatas, ex dictis veroſimile fit.

WURZEL, radix. Diminutiv. a *wurz* ejusd. ſignif. e fabrica Francorum. TATIANUS Cap. XIII. 15. *giu'ſt acus giſezzit zi uuorzulum thero buomo*, jam ſecuris poſita eſt ad radicem arborum. NOTKERUS Pſal. LXXIX. 10. *unde ſtanzotoſt ſine uuurzella*, & plantaſti radices ejus. Nos inde formavimus verbum *einwurzeln* radices agere, quod de malo inveterato dicitur.

WUST, *wüſt*, duplicem habet ſignificatum, unum a *privatione*, alterum a *deſtructione*; illum a πάσχω vacare, ſacere ut vacet, mutato P. in W. hunc ab αἰρῶν deſtruere, delere, præpoſito W. A priori origine habet ut ſignificet *vacuum*, & quicquid vacuo ſimile, *ſolitarium*, *deſertum*, *incultum*; a poſteriori *vaſtatum*, *deſtructum*, *deſolatum*. Latinum *vaſto* ex eodem fonte eſt.

WUST, *wüſt*, vacuus, inanis. Græc. ναυτὸς, Angl. *waſte*. Utitur Luth. Gen. I. 2. *und die erde war wüſt und leer*, terra autem erat inanis & vacua. Vocem Sax. & Franc. vide in *eitel*.

WUST, *wüſt*, deſertus, ſolitarius. Angloſax. *weſte*, Francis *uuoſt*, *uuuoſt*, Belg. *woeſt*, Angl. *waſte*. Gloſſ. Pez. ſola *vuoſti*, ſolitaria *vuoſtiu*. NOTKERUS Pſal. LXVIII. 26. *uuuoſte uuerde iro anaſidele*, fiat habitatio eorum deſerta. Utitur Luth. Luc. XIII. 35. *ewer hauſs ſol euch wüſte gelaſſen werden*, domus veſtra relinquetur vobis deſerta.

WUST, *wüſt*, incultus, *die felder ligen wüſt* agri jacent inculti, intermiſſi, vacantes. Allegorice dicitur de moribus incultis. Inde Suevis *wüſt* fœdus, indecorus, agreſtis, & Belgis *woeſtheit* ruſticitas.

WUST, *wüſt*, vaſtatus, *wüſt werden* vaſtari Ezech. XXXV. 15. NOTKERUS Pſ. LXXVII. 7. *unde legetun uuuoſte ſina ſtat*, & locum ejus deſolaverunt. BOXHORN. in Lex. Antiq. Brit. *paith* deſertus, vaſtatus.

WUSTE, *wüſten*, *wüſtenei*, deſertum, ſolitudo, locus ſylveſtris. Angloſax. *weſten* Matth. IV. 1. Francis *uuaſti*, *uuoſti*, *uuuoſti*, *uuuaſtin*, *uuoſtin* &c. Belg. *woeſtyn*, *woeſteny*, Bohem. *puſty*, Lat. Barb. *vaſtina*. NOTKERUS Pſal. XXVIII. 8. *er eruueget dia uuuoſti Cades*, commovebit deſertum Cades. TATIANUS Cap. XIII. 21. *ih bin ſtemma ruofontes in uuoſtinnu*, ego ſum vox clamantis in deſerto. Vocem Gothicam vide in *öde*.

WUSTEN, *wüſten*, evertere, deſtruere, excidere. Græc. αἰρῶν, Lat. *vaſtare*, Francis *oſtan* & *uuoſtan*, Angl. *to waſt*, Ital. *guaſtare*, Gall. *gaſter*, per ſyncop. *gâter*. Gloſſ. Pez. vaſtaret *uuoſta*, devaſtabat, diripuit *oſta*, vaſtitas *oſt*. Hodie libentius utimur comp. *verwüſten*, & Belgæ nobiſcum *verwoeſten*.

WUT, ſubſtantive *lignum*, *arborem*, & *ſylvam*, adjective *ſylveſtrem* ſignificat in vetuſtiſſimis Dialectis, partim etiam in quibusdam hodiernis. Uterque ſignificatus nobis excidit. Uterque tamen nobis ſcitu neceſſarius,

ceſſarius, quoniam his niſi præcognitis & perſpectis concipi non poteſt, quid ſit *wut* ſenſu hodierno. Nam a *ſylveſtri* vox translata eſt ad *ferum*. Poſtea a *wut* ferus prognatum eſt verbum *wüten* ferocire, & ab illo rurſus verbale *wut* furor. Hoc unum cum ſuo parente tempus nobis reliquit, cæteris, a quibus dependent, penitus deletis. Operæ pretium eſt, ut hæc obſoleta tanquam umbras palantes ex orco revocemus.

WUT, lignum. Varie effertur in Dialectis, ob perennem vocalium inter ſe permutationem. Franci dicunt *uuitu*, Angli *wood*, Dani & Sueci *ved*, Islandi *vid*. OTFRIDUS Lib. II. cap. IX. 85. de Iſaaco: *thaz kind thaz druag thaz uuitu mit*, puer una portabat lignum. VEREL. in Ind. *vid* lignum, *vidſmior* oleum ligni, *vidgyrdlar* vaſcula lignea. LOCCEN. in Lex. Jur. Sueo-Goth. *vidh* lignum, *widakaſt* ſtrues ligni. Proprie eſt materia cremabilis, ab *eisen* uri, incendi, ardere, præpoſito W. & dicitur de ligno, quia facile ignem concipit. Ita a *brennen* ardere Cambris fit *pren* lignum & arbor.

WUT, arbor. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwydd* arbuſta, arbores, caules, *gwydden* arbor, arbuſtum.

WUT, ſylva, nemus, lucus. Angloſax. *wod*, *woda*, *wode*, *wude*, *wudu*, Angl. *wood*, Belg. *woud*, Island. *vid*. BENSONIUS in Voc. AS. *wod*, *woda*, *wode* ſylva, *wude*, *wudu* ſylva, *wudelic* ſylveſter, *wudubær* ſylviger. VEREL. in Ind. *vid* ſylva, *ſol er undi vidi* ſub ſylvam ſe condidit ſol. Senſum a ligno & arboribus ad ſylvam translatum eſſe, dubio caret. Ita *wald* ante denotavit lignum quam ſylvam. Similiter & *holz*.

WUT, ſylveſter. Verſio Angloſax. Matth. III. 4. de Johanne Baptiſta: *hys mete wæs gærſtapan and wudu hunig*, eſca ejus erat locuſtæ & mel ſylveſtre. Et rurſus Marc. I. 6. *wudu hunig he æt*, mel ſylveſtre edebat. Extat eodem ſenſu in pluribus compoſitis, cujusmodi ſunt, *wud-culfer* palumbus, *wudethiſtel* carduus ſylvaticus, *wudu-bucca* caprea, *wudu-coc* gallinago, *wod-henne* coturnix, *wudu-mær* echo, virgo ſylveſtris &c. Anglis *woodcock* etiamnum gallum ſylveſtrem denotat. Subſtantiva adjectivari, & adjectiva iisdem nominibus efferri, quid magis obvium apud veteres & hodiernos?

WUT, ferus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *gwydd* ferus, ſylveſter. Senſus a ſylveſtri ad ferum prolatus, quia beſtiæ & homines ſylvicolæ feritatem a loco habitationis contrahunt. Ita *wild* primo ſylveſtrem, & poſtea ferum denotavit.

WUT, fero ſimilis. Inde Gothis *wods* dæmoniacus Marc. V. 18. Angloſaxonibus *wod* inſanus, demens, mente captus, furioſus, ſævus, Islandis *odur* idem, Francis *uuoto* tyrannus, compoſite *goteuuoto*, quod dicitur de Herode apud OTFRIDUM Lib. I. Cap. XIX. 36.

WUT, quatenus eſt verbale a *wüten*, quod docendi cauſa ſuppono, ſignificat quantum poteſt, furorem, inſaniam, ſævitiam &c. & Belgis effertur *woede*, Islandis *æde*, *oede*, apud VEREL. in Ind. Inde Angloſaxonibus *wod-ſeoc* inſanus, inſania laborans, *wodethiſtle* helleborum, remedium contra inſaniam, Francis *uuotag* furioſus, *uuotagi* rabies, furor, tyrannis, & alia apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 408. Quibus addi poteſt ex Gloſſis Pezianis *uuotcrimmer* tyrannus, id eſt, inſania ſævus. Cambris *gwyth* eſt ira, indignatio, forte quia ira eſt furor brevis.

WUTEN, *wüten*, furere, inſanire. Angloſax. *wedan*, Francis *uuoten*, Belg. *woeden*, Angl. *to wood*, Island. *æda*, Græc. *φοτᾶν*. ÆLFRICUS in Gram. pag. 34. *ic wede* inſanio, bullio. Verſio Angloſax. Joh. X. 20. *deofol is on him and he wet*, dæmonium habet & inſanit. Gloſſ. Pez. graſſatur *uuotit*, graſſantur *uuottent*. Sicut a *ferox* eſt *ferocire*, ita a *wut* ferus vel fero ſimilis eſt *wüten* ferum, immanem & furioſum agere.

WUTERICH, *wüterich*, tyrannus. Gloſſ. vet. apud JUNIUM loc. cit. *wuëdrich* truculentus, atrox, funeſtus. Vi compoſitionis eſt furore & inſania potens, a *wut* furor.

Z.

ZABEL, cacodæmon, *runzabel* pythoniſſa, runa Diaboli. Voces obſoletæ apud GOLDASTUM in Parænet. pag. 454. Scriptores Eccleſiaſtici *zabulum* vocant. LACTANTIUS de mortibus perſecutorum cap. XVI. *Novem præliis* ZABULUM *cum ſatellitibus ſuis debellaſti*. Plura teſtimonia qui deſiderat, adeat CANGIUM in voce. Sic autem vocant *Diabolum*, non a Germanico verbo *zaplen* trepidare (ut non nemini videtur) quod minime convenit cacodæmoni; ſed quod Dorica Dialecto δια mutatur in ζα, ut ζάκορος ſatur pro διάκονος, ζαβάλλειν pro διαβάλλειν calumniari. Sic ζάβολος ex διάβολος, & deineeps *zabel* ex *zabulus* formari cœpit.

ZABERN, ſtatio, tectum caſtrenſe. A Lat. *tabernæ*, ut pridem viris doctis obſervatum. Tales erant *tres tabernæ* in Italia ad viam Appiam, ubi Chriſtiani quidam ex Urbe D. Paulo obviam facti, Act. XXVIII. 15. & tres aliæ a Latialibus illis longe diſtitæ, cohercendis Germanorum excurſionibus exſtructæ, quæ etiamnum vulgo vocantur *zabern*, ut ſunt

RHEIN-ZABERN, tabernæ Rhenanæ,
ELSAS-ZABERN, tabernæ Alſaticæ in Tribocis,
BERG-ZABERN, tabernæ montanæ,

omnes a Romanis oriundæ. AMMIANUS ejusmodi tabernas diſerte *munimenta* vocat,

Lib. XVI. Cap. 21. quia ab initio erant ſtationes vel loca munita, ubi pars exercitus abſcondebatur. Hinc aliæ in ripa Rheni, aliæ in interioribus conditæ, ut hoſtes invadentes ab extimis & intimis arcerent.

ZACK, cuſpis, *zæcklein* parva cuſpis, *zackicht* denticulatus, acuminatus. Haud dubie quia pungit, a *ſticka*, *ſtican*, quorum illud Suecis, hoc Angloſaxonibus pungere ſignificat. ST. ſæpe tranſponitur in TS. hoc eſt in Z. Exempla vide in *Anaſtrophe*, inter *Proleg.* Sect. IV. In quibusdam Dialectis ſibilus eliditur. Inde Islandis *taggar* cuſpides, apud VEREL. in Ind. Synecdochice eſt ſagitta, quia in cuſpidem deſinit. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *tacel* ſagitta.

ZÆH, & alia Dial. *zach*, lentus, ductilis, quod trahi aut flecti poteſt, a *zieben* trahere, judice MARTINIO.

ZÆHE, digitus pedis. Angloſax. *ta*, Angl. *toe*, Belg. *teen* & *toon*. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *ta* digitus pedis, *micele ta* pollex pedis, *æftere ta* ſecundus a pollice, *midleſte ta* medius, *feortha ta* quartus, *lytle ta* minimus. JUNIUS in Obſerv. ad Will. pag. 255. „Origo vocis, inquit, manifeſte „petita eſt ex inuſitato τάω, unde pleraque „tempora mutuatur τάνω *extendo*; quo„niam digiti pedis ipſum pedem quaſi pro„ducunt; vel potius quod brevi atque hu„mili corpore homines in extremos pedum „digitos aſſurgere ſoleant, quo ſpeciem cor„poris augeant & ſtaturam extendant. Hæc ille. Quodſi ab extenſione derivare placet, non opus eſt verbo Græco, cum Angloſaxonibus *teon*, Anglis *tow*, Germanis *ziehen*, idem ſignificet. Aliis digiti pedum ſic dicuntur, quia decem ſunt, a *zehen*, h. e. a numero decenario.

ZÆHR, gutta aquæ vel akerius humoris, ſive expreſſi, ſive ſponte cadentis. Vox Celtica. Hibernis, quorum lingua veteri Britannicæ & Cambricæ hodiernæ valde ſimilis, *deor* eſt gutta, teſte TOLANDO. Danis *taar* ſtilla aquæ, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 328. Suecis *tærar* pluvia quæ guttatim cadit. Suſpicor, vocem primigeniam fuiſſe *tagr*, vel ſimilem, a verbo Celtico *truccio* cadere, quod hodie perennat apud Cambros, per metathefin factam, & proprie denotaſſe ſtillam, ſeu guttam cadentem. Senſus a gutta ad lacrymas translatus hanc conjecturam confirmat.

ZÆHR, lacryma, humor aqueus quacunque de cauſa oculis expreſſus, ſive præſente quodam animi affectu, ſive non. Hibernis *deor* ut ſupra. Angloſaxonibus & Anglis *tear*, Islandis *tar*. VERELIUS in Ind. *med taar oc træga ærfva* hæreditatem cum lacrymis & ægritudine adire, *taraſt* lacrymari. Cuncta videntur ſyncopata ex antiquiori *tagr*, de quo ſupra. Sane lacryma Cambris & Armoricis dicitur *daigr*. Similiter & Gothis *tagr* eſt lacryma, *mit tagram* cum lacrymis, Marc. IX. 24. *tagrida* lacrymatus eſt, Joh. XI. 35. Quibus convenit Græc. δάκρυ, δάκρυον & δάκρυμα. Franci & Alamanni G. mutant in H. & T. in Z. Gloſſ. Keron. lacrymis *zaharim*. OTFRIDUS Lib. III. Cap. XXIV. 95.

Mit zaharin ſi thie fuaze bigoz,
Thar ſi then bruader liobon roz.
Lacrymis pedes humectabat,
Dum fratrem charum deplorabat.

Confer dicta in *thran* lacryma.

ZÆMEN, domare, aſſuefacere, ſubigere, vi vel diſciplina. Goth. *tamjan*, *gatamjan*, Marc. V. 4. Angloſax. *tamian* apud SOMNERUM, *temian* apud BENSONIUM. Francis *zamon*. Gloſſ. Pez. domat *zamot*. VERELIO in Indice *temia*. Belgis *temmen*, Anglis *tame*. Quibus conſentit Gr. δαμάω, Lat. *domo*. Revera autem idem eſt quod *zaumen*, *zeumen*, nec differt ab illo niſi metaphora. *Zaümen* eſt freno cohercere, & dicitur proprie de equis, aliisque animalibus ſive domeſticis ſive feris, quæ freno injecto utilitatibus noſtris inſervire coguntur: *zæmen* vero imperio aut diſciplina cohercere, & dicitur de hominibus & humanis affectibus, quia diſciplina freno ſimilis eſt, & cum freno pingitur. Sic populi ſubiguntur, ut legibus victoris pareant. Sic pueri reprimuntur, ut morem gerere diſcant. Sic affectus continentur, ne quid indecenter fiat. Præcipuum derivatum eſt *zam* aſſuefactus, domitus, cicur, de quo infra.

ZÆSER, fibræ, capillamenta radicum & herbarum, quibus alimenta attrahunt, *zæſerlein* fibrillæ. Ab obſoleto *tæſan* trahere. SOMNER. in Dict. AS. *tæſan* carpere, vellere, trahere. Idem tribuit Belgis *teeſen*. Hodie dicimus *zauſen*, quamvis de violenta attractione tantum. Cuncta, ni fallor, a Gr. τάζω extendere, vel τάσις tenſio. Nihil enim attrahi poteſt, niſi prius ad latus moventis tendatur, & antecedens poni pro conſequente admodum frequens eſt. Gothi dicunt *thinsjan*, inſerto N. quod imitantur Franci & Alamanni in *thinſen*. Cod. Arg. Joh. VI. 44. *nibai atta at-thinſith ina*, niſi Pater traxerit eum. TATIANUS Cap. CCXXXVI. 7. *thinſente thaz nezzi*, trahentes rete. ISIDORUS Cap. IX. 5. *chidhinſit zi imu allan mittingart*, contrahit ad ſe omnem mundum. Similia habent Gloſſæ Lipſii & Pezianæ. Et huc commode referri poteſt Lat. *tenſa*, quia tenſæ ſunt vehicula, quæ in nummis Imperatorum a mulis trahuntur.

ZAGEL, pilus, tam hominis quam animalis. Vox Gothica. Cod. Arg. Matth. V. 36. *ni magt ain tagl hweit aithathau fwart gataujan*, non potes unum capillum album aut nigrum facere. Marc. I. 6. *Johannes was gawaſiths taglum ulbandaus*, Johannes erat veſtitus pilis camelorum. VEREL. in Ind. *tagl* ſetæ, capilli. Hodie ſuperat apud Suecos, quibus *tagel* ſeta. An a θηγαλέος acutus? Dubito, etiamſi ſetæ ſint pili duriores & acuti. Veroſimilius eſt, Gothos, cum

cum adhuc in ſolo Scythico juxta paludem Mœotidem habitarent, eam vocem a populis Ponticis accepiſſe, & poſtea in Occidente diſſeminaſſe. Nam Turcis in hunc usque diem crines & capilli vocantur *ſac*, teſte CLODIO in Lex. Turc. Et vox Gothica ita concepta eſt, ut pateat, eam eſſe diminutivum a *ſac*, mutato S. in T.

ZAGEL, cauda. Angloſax. *tegl.* JUNIUS in Obſ. ad Will. pag. 255. vocem Saxonicam deduxit a θηγαλέος acutus, *quod iſta extremitas animalium in acutum deſinat.* Sed in Gloſſario Gothico pag. 328. aliter ſtatuit de hoc ſignificatu: *Islandis*, inquit, *tagl eſt cauda equina, dubio procul ob denſitatem pilorum.* Quod, ſi recte intelligatur, non eſt contemnendum. Nam *tagl* primo fuit pilus & pili, capillus & capilli, poſtea, ut reor, faſciculus capillaris, ſeu totus capillorum complexus, nodo in vertice religatus, quem deſcribit TACITUS Cap. XXXVIII. de M. G. tandem cauda equina, quod faſciculo capillari ſimilis eſſet, denique omnis cauda piloſa. Aut, ſi nova etymologia opus ſit, ducerem a *ziehen* trahere, quia cauda eſt pars extrema, quam animal poſt ſe trahit. Hodie *zagel* in multis locis etiamnum eſt cauda, *roſſzagel* cauda equina. Vide plura in *zahl.*

ZAGEN, non audere, *zages mutes* puſillanimis, *verzagen* animum abjicere, *zaghaft, verzagt* timidus, abjectus. Non occurrit niſi apud Francos. Gloſſ. Pez. ignavi *zagun.* OTFRIDUS Lib. IV. Cap. VII. 151.

Ther thrittho uuæ niheinheit,
Thuruh ſina zagaheit.

Tertius erat nullus
Propter ſuam ignaviam.

Quemadmodum *træg* piger, ignavus, eſt a *tragen* cunctari, tardare: ita *zag* ejusdem ſignificatus eſt a *zieben* cunctari, moram trahere. Talis enim eſt ignavus, tardus inquam, & moroſus. Poſtea ſenſus ab ignavo ad timidum translatus eſt, quia, ſicut ignavus non audet laborem aggredi, ſive torpore naturali, ſive metu moleſtiæ impeditus: ita timidus non audet pericula aggredi, ob eandem cauſam. Hinc ignavi plerumque ſunt meticuloſi, eoque meticuloſiores, quo magis otio marcent & inertia. Latinis quoque *ignavus* nonſolum eſt ſegnis & torpidus, ſed etiam mollis & effœminatus, & *ignavia* nonſolum deſidia, ſed etiam vitium deficiens in audendo.

ZAHL, cauda. Anglis *taile*, Thuringis *zaul*, Misnicis *zahl.* Hinc quædam herba illis vocatur *katzen-zahl*, quia caudam felis refert. Apud HESYCHIUM θαυλέα exponitur ἔρια, κέρκος, h. e. cauda, obſervante JUNIO in not. ad Will. pag. 255. Quod proxime convenit cum Thuringico *zaul.* Dicitur alias *zagel*, & fortaſſe prius & rectius. Aut, ſi *zahl* non ſit affine, poterit referri ad τελῶ finire, terminare, quia cauda eſt pars poſtrema animalis. Etymon Martinianum vide in *ſchwanz.*

ZAHL, numerus. Vide & ſcribe *zal*, ob reverentiam Antiquitatis.

ZAL, numerus. NOTKERUS Pſal. CIII. 25. *chriechentiu dero nebein zala ne iſt*, reptilia quorum non eſt numerus. Dani & Sueci dicunt *tall, taal*, rectius & origini conformius. Nam proprie idem eſt quod *teil* pars, ſenſu a quantitate continua ad diſcretam translato. Quid enim eſt numerus, niſi pars quanti ſeu quantitas diſcreta? Angloſaxones utuntur compoſito *getæl* & *getale*, quos imitantur Belgæ in *getal.* Sed & ſimplici uſos eſſe, patet ex compoſito *tyn-man-tale* decuria, decemviralis numerus, cujus hæc antiquitus erat conſtitutio, ut ſi quis ex decuria peccaſſet, & judicio non ſtetiſſet, reliqui ad ſatisfactionem tenerentur. Vide Gloſſographos in *Tenmantall.*

ZAL, quota diviſionis vel æſtimationis. OTFRIDUS in Præf. ad Ludov. R. Germ. verſ. 113.

Selbar ribi ſina zal
Ribtit ſcono ſo ſo er ſcal.

Ipſe regni ſui portionem
Regit pulcre ut debet.

VERELIUS in Ind. *tala* in Legibus eſt æſtimatio ſecundum partes fundi & poſſeſſionis in debitis vel mulcta exigendis, *ſaktal* æſtimatio delictorum concurrentium. Hodie ſuperat in compoſitis circa Rhenum, cujusmodi ſunt, *marzal* rata portio, *erbzal* portio hæreditaria, interprete SCHILTERO in notis ad Epinic. verſ. 16. qui hunc ſignificatum ex monumentis Veterum primus eruit.

ZAL, computus. Gloſſ. Pez. ſupputatio *zala.*

ZAL, ſermo, oratio. Islandis *thula*, Belgis *tale*, Suec. *taal.* Senſus a ſerie numerorum ad ſeriem verborum translatus, unde Islandis *tala* loqui, *tulkr* interpres apud VERELIUM in Ind. Belgis *talman* linguæ peritus. Anglis & Scotis *telle* dico. Germanis *zelen* narrare, & reliqua, quæ vide in loco.

ZALEN, *bezalen*, ſolvere debitum, pendere pecuniam, præſtare ſolutionem. Belg. *betaalen*, Sueс. *betala*, Græc. τελῶ. Proprie quidem eſt *numerare*, a *zal* numerus: Dicitur autem de ſolventibus per metonymiam antecedentis pro conſequente, quia numerata pecunia ſtatim ſolvitur obligatio. Ita etiam Latinis *numerare* ſæpe uſurpatur pro *ſolvere.* Et tametſi *zalen* vel *talen* eo ſenſu apud priſcos Saxones & Francos non reperiatur, Celticum tamen eſt, & vetuſtiſſimi temporis uſu probatum. Nam ex hoc fonte *ſolutio, compenſatio, penſio* Cambris dicitur *tal, taliad, taledigaeth*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit.

ZAM, aſſuefactus, domitus, cicur. Angloſaxonibus, Anglis & Belgis *tam*, Francis *zam.* Gloſſ. Ælf. aper *wilde bar*, verres

tam bar. NOTKERUS Pſal. XXIV. 9. *er leret die zamen ſine uuega*, docet manſuetos vias ſuas. VERELIUS in Ind. *tomt* adſuetum, facile. Refer ad *zæmen* aſſuefacere.

ZAN, vox antiquiſſima, ſed in Dialectis varias mutationes perpeſſa. Perſis effertur *dendan*, Græcis ὀδὼς, pl. ὀδόντες, Latinis *dens*, Armoricis *dant*, cujus diminutiv. *deintws*, Gothis *tunth*, Angloſaxonibus *toth* & *teth*, Francis & Alamannis *zan*, pl. *zeni* & *zeinde*, Islandis prioribus *tan*, hodiernis *tonn*, Belgis & Suecis *tand*, Anglis *tooth* & *teeth*. In vetuſtiſſimis Evangeliorum Verſionibus verba Domini, *dentem pro dente*, Matth. V. 38. ab interprete Gothico redduntur: *tunthu und tunthau*. Angloſaxonico: *toth for toth*. Francico: *zan furi zan*, in Harm. Evang. Tat. cap. XXXI. 1. Quæ ſicut inter ſe, ita etiam cum reliquis cognata eſſe, nemo facile inficiabitur. Radicem nominis creduntur cuſtodire Græci in verbo τώδω edo, vel τώθω rodo. Ita ſentiunt MARTINIUS, & poſt illum JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 335. Literæ, quæ vel in medio vel in fine deſiderantur, non debent quenquam ab hac etymologia alienum reddere. Nam hic defectus poteſt eſſe a ſyncope & apocope, ut ſæpe alias.

ZANEN, pungere, mordere, mordicare. Vetus Francicum, a ſubſt. *zan* ortum. Gloſſ. Pez. rodunt *zanont* vel *pizzent*.

ZANGE, forceps. Angloſax. *tang* & *tong* apud BENSONIUM, Francis *zanga*. Gloſſ. Pez. forceps *zanga*. Cum innumeræ voces in omnibus Dialectis per epenthefin ſint corruptæ, dubitari poteſt, an litera N. ad fontem & conſtitutionem vocis ſpectet. Latinis *forcipes dicuntur, quod his forma, id eſt, calida capimus*, auctore FESTO. Quid obſtat, ut idem inſtrumentum dicatur *tang* a *taga* capere, prenſare, prehendere, quo hodie utuntur Sueci? Verbum Suecicum cum aliis ſui generis, vide in *attachiare*. MARTINIUS in voce *paſtomis* derivat a *teneo*, SKINNERUS ab Italico *tengo*.

ZANK, jurgium, altercatio, rixa. Cambris *ſenn*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Proprie eſt mordicatio, a *zanen* mordicare, & dicitur de jurgio, quia altercantes videntur ſe mutuo dentibus lacerare. Hinc *zanken* & *beiſſen* in ore vulgi etiamnum ſunt ſynonyma. Huic etymologiæ non obſtat, quod Celtica Lingua *ſenn* ſit jurgium. Nam *zank* & *ſenn* non differunt niſi modo naſcendi. Illud eſt derivativum, hoc verbale a *zanen* mordere.

ZANKEN, rixari, injuriis certare. Verbum a ſubſt. factum, & non a *ſingen* cantare, quod præter rationem ſuggerit STADENIUS. HELVIGIUS, ut nos Græce loquentes faciat, ex particula intendendi ζὰ & νεικῶν contendere, objurgare, ingenioſe compoſuit ζανείκη jurgium & ζανεικεῖν jurgari. Quod acceptarem, ſi anguſtia domeſtica, quæ hic nulla eſt, nos ad mendicitatem compelleret. Si quis tamen his delectetur, ſimilia compoſita inveniet in *zappeln*, *zechen*, *zittern*. Anglis *to taunt* eſt convitiari, ſive quia Z. amant mutare in T. ſive a Græc. τωθάζειν ejusdem ſignificatus, ut cenſet CASAUBONUS. Alia verba a mandibula & dentibus ἀμέσως formata, vide in *keifen* jurgari.

ZAPF, fiſtula, canalis, tubus, *zapfen* per ſiphunculum elicere. Græcis σίφων & σιφωνίζειν. BENSON. in Voc. Angloſax. *tæppan* promere, *tæppere* promus, *tæppeſtre*, *tæppyſtre* promus fœmininus. Belgæ inde habent *tap* & *tappen*, Angli *tappe* & *tapſter*. Ab inſtrumento ſunt reliquæ appellationes. Nomen vero inſtrumenti non eſt a ſono fictum, ut quidam volunt, ſed potius ab effuſione factum. Vide *ſaufen* fundere. Præcipua compoſita ſunt, *anzapfen* perforare dolium ſiphunculo aptando, *zapfen-ſtreich* ſignum ictu tympani datum receptui a potationibus, terminus militaris, in quo *zapf* metonymice ponitur pro cella cereviſiaria, ubi milites potare ſolent, quæ poſt ictum tympani ſolet viſitari.

ZAPF, epiſtomium, obturaculum, *zapfholz* ſuber. Gloſſ. Pez. ſuber *ſapb*. BENSON. loc. cit. *teppe* epiſtolium. Lego epiſtomium. Dicitur etiam *conus* a figura conica, quia ex lato in acutum deſinit. Sed & criſta Latine *conus* dicitur, Germanis *zopf*. Quod STADENIO videtur anſam dediſſe, ut appellationem epiſtomii a prominentia & ſimilitudine criſtæ arceſſeret, in Voc. Bibl. pag. 746. Sed magis conveniens eſt, ut obturaculum ab officio, quo fungitur, quam ab ulla ſimilitudine denominationem accipiat. Hanc vero accipere poteſt a verbo *ſtoppen*, *ſtopfen* obſtruere, obturare, mutato ST. in TS. hoc eſt, in Z. Metaphorice dicitur de epiglottide, quia epiſtomio ſimilis.

ZAPPELN, pedes manusque jactare. Dicitur proprie de iis, qui in ſummo diſcrimine conantur membrorum agitatione evadere, nec tamen exitum, quem quærunt, inveniunt, ut moribundi in lecto & patibulo. Utitur Luth. 2. Sam. XXII. 46. ubi agitur de captivis, qui in catenis trepidant. Et trepidare quidem, ſive metu ſive frigore, Sorabis dicitur *czepecu*. Germanos inde formaſſe *zappeln*, videtur affirmare FRENZELIUS in Orig. Sorab. pag. 21. Alii alias origines commendant. STADENIO judice eſt frequentativum a *tappen* palpare. Ita Latinis *palpito* a *palpo*. MARTINIUS vero compoſitum exiſtimat ex ζὰ valde, & πάλλειν palpitare, movere, quatere.

ZARGEN, vexare. Vide *zergen*.

ZART, tener, mollis, delicatus. Gloſſ. Pez. teneritudinem *zart*, delicatus *zardiher*. Reliquæ Dialecti variant in voce. Sic tener Belgis dicitur *teer* & *teder*, Anglis *tender*, Gallis *tendre*, Scandis antiquis *far*. VEREL. in Ind *far* tener, *ferliga* teneriter. Idem Græcis τέρυ & τέρην, & ab illo per varias imitationes *teer*, *far*, *zart*, imo etiam *tener*,

tener, & reliqua, ut conſideranti manifeſtum. In derivatis dicitur etiam de animo, tam bono quam malo ſenſu. Inde *zærtlich* blandus, *zærtlichkeit* teneritas, mollities animi, *zærtling* mollis, effœminatus, *zærteln* blanditiis uti cum aliquo, quod dicitur de blanditiis parentum erga liberos, Sir. XXX. 9. *verzærteln* nimia indulgentia corrumpere.

ZART, tenuis, infirmus, imbecillus. Refer ad *zeren* attenuare.

ZAUBERN, artes infernales exercere, quales ſunt, dæmonum evocationes, colloquia cum ſpiritibus aut defunctis, commercia cum Nymphis, incantationes, faſcinationes, præſtigiæ, veneficia, aliaque maleficia & portenta, *zauberer* talis artifex, *zauberei* talis ars ſive magia diabolica. Gloſſ. Pez. faſcinavit *pizouprota*, ariolatus eſt *zouprota*, divinis *zouprarun*, ariolus *zouprari*. Gloſſ. Lipſ. *touferes* venefici. VEREL. in Ind. *tofur* magia, *tofra nornir* numina magorum. Ill. LEIBNITIUS in not. ad Archæologum Mylii pag. 196. nomen deducit a *toben* furere, quod incantatores furioſorum in modum agant, ut nunc quoque faciunt *Jonglatores* quos vocant in America Septentrionali. PEISKERUS a ζόφερὸς ater, niger, tenebroſus, quod malefici lucem fugiant, & plerumque in locis obſcuris ſemperque in intempeſtæ noctis tenebris conventus ſuos agant. Vide annon turba illa vocabulorum ab infernali numine *zabel*, quod a nefariæ artis magiſtris creditur adorari, potuerit eſſe deſumpta, etiamſi litera L. in fine vocis videatur repugnare? Nam hæc litera ſæpe mutatur in R. & vice verſa. Sic ex *kilch* eccleſia, factum eſt *kirch*, ex *brocksberg* melibocus *blocksberg*. Gallis certe totum inſtitutum dicitur *diablerie* ab auctore Diabolo.

Vetus fama eſt (vera an mendax neſcio) LAPPONES arte Magica excellere. OLAUS MAGNUS Archiepiſcop. Upſal. Lib. III. Hiſt. de Gent. Septentr. Cap. XVI. *Hæc extremi Aquilonis regio Finlandia ac* LAPPONIA, *ita erat docta maleficiis olim in paganismo, ac ſi Zoroaſtrem Perſam in hac damnata diſciplina præceptorem habuiſſet.* Vide quæ ibidem pluribus de nodis magicis & vento venali narrantur, & conſer Cap. XVII. ubi de extaſi Lapponum agitur. Idem Lib. IV. Cap. V. de Lapponibus: *Bella nunquam, niſi gravi injuria provocati, in proprios vicinos vel longe diſtantes inferunt. Tuncque nedum armis, quæ furor accommodat, ſed & dirâ* INCANTATIONIBUS *(ut ſuperiore libro, imo in principio hujus dictum eſt) inimicos quaſi impacabiles adoriuntur, membra hoſtium in ſtuporem vertendo, ut nec manum levare, nec enſe ferire, & vix effugere, eis ſit conceſſum.* Sane nomen, ſive jure ſive injuria illis tributum, idem prodere videtur. Nam LAPPONES vi vocis poſſunt eſſe *incantatores*, ſi derivatio inſtituatur a *luppen* incantare. Imo etiam ipſorum Lingua *leppoted* idem ſignificat quod Germanis *zaubern*, quantum ex *Catechismo* LUTHERI Lapponice verſo & Holmiæ impreſſo 1726. colligere potui. Quod, cum ſupra monere neglexerim in voce *luppe*, hic inſerendum putavi. Alia ad Magiam ſpectantia vocabula vide in *bannen* citare, *galder* incantator, *hexe* incantatrix, *rune* myſterium, *ſchweren* invocare &c.

ZAUDEN, tardare, moram trahere. Videtur tranſpoſitum e Græco δοκάζω morari, exſpectare.

ZAUM, frenum, domandi inſtrumentum. Gr. χαμὸς, Lat. *camus*. Gloſſ. Keron. funibus *zaummum*. Gloſſ. Lipſ. *antomi* frenum. VEREL. in Ind. *taum* habenæ. Idem Belgis *toom*.

ZAUMEN, *zeümen*, frenare, frenum injicere, jugum vel clitellam imponere, Belg. *toomen*, & dicitur proprie de jumentis. Senſum verbi allegoricum vide in *zæmen* domare.

ZAUN, locus ſepimento cinctus, domus, villa, prædium, hortus, latiſſimo ſignificatu. Angloſaxonibus *tun*, Belgis *tuin*, Scandis prioribus *tun*. VEREL. in Ind. *tun* locus ſeptus, clauſus, munitus. Latino-Barbaris *tuninum*, in Lege Bojorum Tit. I. Cap. XIV. 5. interprete VOSSIO. Cuncta a *zeunen* claudere, ſepire. Ab eadem radice eſt *dun* oppidum, vox Celtica vetuſtiſſima, & reliquis affinitate juncta, ut dixi ſupra in loco. Præcipua Angloſaxonum compoſita ſunt, *tungereſa* villicus, præfectus villæ, Luc. XVI. 8. (quod imitantur Latino-Barbari in *Tungravio*, apud CANGIUM) *tunſcire* villicatio, ibid. verſ. 4. *apple-tun* pomarium, & ſimilia, quæ cum cæteris ejusdem idiomatis vocabulis ſiſtit SOMNERUS in Dictionario. Quicquid horum eſt, Germanis obſolevit. Superat tamen priſtini ſignificatus indicium in compoſitis,

zaun-gericht, jurisdictio civilis & criminalis intra terminos privatæ domus concluſi, a *zaun* domus.

zaun-könig, trochilus. Latini *regulum* vocant, Galli *roitelet* eodem ſenſu. Nos regulum cum additamento *zaun* hortus, quia rarius in ſylvis, frequentius in hortis conſpicitur. Cur autem regulus? Forte ab aurea in vertice macula, quæ coronæ ſimilis.

ZAUN, ſepes. Angloſaxonibus & reliquis ut ſupra. Francis *zun*, teſte compoſito *ſteinzun* maceria, quo utitur NOTKERUS Pſal. CXLIII. 14. obſervante SCHILTERO in Gloſſario. Senſus vocis hodiernus, quem STADENIUS conatur deducere a *dehnen* extendere, in Voc. Bibl. pag. 747. Nos priori originationi inhæremus, quæ non ſolum loco ſepto, ſed etiam ſepimento convenit.

ZAUSEN, trahere, carpere, vellere. Angloſax. *tæſan*, Belg. *teezen*. De verbo Angloſaxonico actum ſupra in *zæſer* fibræ.

ZAUWEN, feſtinare, *zauwe dich* feſtina. Utitur

Utitur Luth. 2. Sam. V. 24. Inde *gezauwe* festinatio. STADENIUS & SCHILTERUS videntur sibi similia deprehendisse in OTFRIDO, ille in Vocibus Bibl. pag. 747. hic in Glossario pag. 891. Sed examen Cel. SCHERZII hanc illis acquisitionem eripuit. Vera & genuina verbi forma fuit *zochen*, *zuchen*, a Græc. ταχύνω celero, accelero, T. more Francorum mutato in Z. Idque colligo ex Glossa Reinesiana apud SCHILTERUM in Glossario: *zuhant* statim.

ZECHE, metallisodina. A *ziehen* trahere, quia metalla extrahuntur e sodinis. Ita STILERUS in Thes. L. Germ. Confer *kux*.

ZECHE, compotatio, *zechen* compotare HELVIGIUS componit ex ζὰ & χέω vulde infundere. Alii ad præcedentem radicem referunt, quia potiones attrahuntur a bibentibus. Et his favet, quod etiam *trinken* bibere ab attractione humidi formatur.

ZEHEN, & *zehne*, bis quinque. Græc. δέκα, Lat. *decem*, Camb. *deg*, Armor. *dec*, Gothis *taihun*, Anglosax. *tyn*, Franc. & Alam. *zehan*, Procop. *thyne*, Hibern. *deag*, *deich*, Belg. *tien*, Angl. *ten*, Dan. *ti*, Suec. *tijo*, Gall. *dix*. Quædam ex his derivari commode possunt a *ziehen* trahere, ducere, quia denarius est tractus decem unitatum, nec hoc tantum, sed & ductor decadum apud omnes populos, qui per decades antiquitus numerabant, quales fuisse Gothos, Saxones, Francos, & Alamannos, ex linguis eorum manifestum est. Sic centum Gothis dicitur *taihun - taihund*, h. e. decies decem Luc. XVI. 6. nonaginta *niun - tehund*, h. e. novies decem Luc. XV. 4. octoginta *ahtau - tehund*, h. e. octies decem Luc. II. 37. Iidem in fine compositorum sæpe pro *taihund* vel *tehund* adhibent *tig*, quod Celtica Lingua (ut ex Dial. Cambrica, Armorica & Hibernica patet) est decem, & Gothica denus, quamvis in compositis tantum, rursus. *a ziehen* trahere, ducere, ob rationes paulo ante memoratas. Qua in re consentientes habent Saxones, Francos & Alamannos. Sic

septuaginta Gothis dicitur *sibuntig* Luc. X. 17. Anglosax. *seofantig*, Franc. & Alam. *sibunzug*, hodie *sibenzig*, h. e. septies dena, sive septem tractus, quorum singuli valent denarium.

sexaginta Gothis ex analogia *saihstig*, Anglosax. *sixtig*, Franc. & Alam. *sehszug*, hodie *sechszig*, h. e. sexies dena.

quinquaginta Gothis *simftig* Luc. XVI. 6. Anglosax. *fiftig*, Franc. & Alam. *finfzug*, hod. *fünfzig*, h. e. quinquies dena.

quadraginta Gothis *fidwortig* Luc. IV. 2. Anglosax. *feowertig*, Franc. & Alam. *fiorzug*, hod. *vierzig*, h. e. quater dena.

triginta Gothis *thrinstig* Matth. XXVII. 3. Anglosax. *thrittig*, Franc. & Alam. *drizzug*, hod. *dreissig*, h. e. ter dena.

viginti Gothis *twaimtig* Luc. XIV. 31. Anglosax. *twentig*, Franc. & Alam. *zweinzig*, hod. *zwanzig*, h. e. bis dena.

Reliqua, & præcipue Anglosaxonicum *tyn*, Procop. *thyne*, & Angl. *ten*, commodius derivantur ab obsoleto *tina* colligere, quod sistit VERELIUS in Ind. ut decem proprie sit omnium digitorum collectio. Nam veteres digitis numerasse, dubio caret, & satis perspicue cognoscitur ex consideratione numerorum *fünf* quinque, *elf* undecim, *zwelf* duodecim, *hund* centum.

ZEICHEN, signum. Gothis *taikns* Luc. II. 12. Anglosax. *tacen* ibid. & *tacn* alibi, Francis *zeichan*, Alam. *zeihhan*. Gloss. Keron. signum *zeihhan*, signo *zeichane*. Idem in Glossis interlin. ad Reg. S. Bened. cap. XLVIII. *fin caruue denne andras zeichan clohhot*, sint parati dum secundum signum pulsaverit. TATIANUS VI. 2. *thaz si ju zi zeichane*, hoc sit vobis signum. Quidam ad consensum referunt Græc. τέκμαρ. Oritur autem a *zeigen* ostendere, de quo infra. Hæc enim est natura omnium signorum, tam naturalium quam artificialium; tam mysticorum quam militarium, ut sensibus vel menti aliquid ostendant, quo alterius rei admoneamur. Et hoc indicium est illud ipsum quod vulgo signum vocamus.

ZEICHEN, signum miraculosum, ostentum, prodigium, miraculum, monitum Dei præter naturam. Hinc signum de cœlo Marc. VIII. 11. Gothis dicitur *taikn us himina*, Anglosax. *tacen of heofone*. Et miracula Christi in locis innumeris ab OTFRIDO vocantur *zeichon*, hoc est, signa, præcipue Lib. III. cap. XIV. ubi brevis admonitio de signis. Et recte omnino. Nam miracula sunt signa, quibus aliquid, quod in sensus non cadit, & sola mente percipitur, monstratur, cujusmodi est, summa Dei in res naturales potestas, auctoritas ejus qui nomine Dei loquitur, veritas doctrinæ, & similia. Præcipuum apud veteres compositum est *vorzeichen*. Gloss. Lipsi. *furitekin* prodigium. Gloss. Boxh. *forazeichan* monstrum. Hodie libentius utimur composito *wunder - zeichen*, quod mirum in signo exprimit.

ZEICHNEN, *zeichenen*, signare, notis distinguere, item delineare, & lineis describere, *bezeichnen* significare, *aufzeichnen* literis consignare. Gothis *taiknjan*, *gataiknjan* est ostendere, sive vere sive simulate, cum quo significatu convenit Gr. δεικνύω ostendo. Anglosaxonibus *tacniam* est signare, denotare, *tacnunge* significatio. Similia habent Franci & Alamanni. Gloss. Keron. significatione *zaichanungu*, consignet *kezeihhane*, adsignata *kazaichantiu*, reconsignata *auurkezeihhantiu*. Cuncta a *zeichen* signum. Ubi tamen observandum, quod gutturalis in medio vocis a veteribus sæpe eliditur. Ita OTFRIDO *zeinon* est significare, designare, *zeinot*, *bizeinot* significat, designat, *zeinta*, *gizeinta* significabat, in locis innumeris, puta per syncopen, quam ille habuit in deliciis. Gothi, qui similibus elisionibus delectantur, videntur inde habere

faura-

fauratanja portenta, prodigia, Marc. XIII. 22. & Belgæ *toonen* oſtendere.

ZEIDEL, mel. Vide *Zeidler*.

ZEIDLER, mellicidæ. Latino-Barbaris prioribus *Cidelarii*, poſterioribus *Zeidelarii*. Horum vetuſtiſſima mentio occurrit in Diplomate Ottonis I. an. 940. quo Monaſterio Emmeranenſi prædium Helphindorfenſe donatur, & in alio an. 950. pro Eccleſia Paderbonenſi apud CANGIUM in *Cidelarius*. Interpretationem nominis exhibet Imperator Carolus IV. in Privilegio Zeidelariis Norimbergenſibus an. 1355. conceſſo: *Omnes officiales, foreſtarii, & MELLICIDÆ, qui* ZEIDELARII *vulgo vocantur*. Hi ex beneficio Imperatorum poſſidebant quædam prædia in ſilva Norimbergenſi, & cenſum annuum mellificii vel Imperatori vel Imperio pendebant. In Diplomate Ruperti Imp. an. 1403. quo privilegium Caroli confirmatur, prædia illa vocantur *zeydel-gut* bona cidelaria, & ſilva *Richs Pin-garten* apiarium Imperii, item *Pin-kreiſs* circulus apiarius. De quibus vide docte & prolixe diſſerentem Cel. SCHWARZIUM in Diſſert. Acad. *de Buticulariis*. Extat & *zidelweida* in Charta Ottonis an. 995. apud CANGIUM, quod videtur paſcuum mellificio vel rei apiariæ deſtinatum ſignificare. Ad cognitionem vocis & totius familiæ ſpectat, quod ruſticis in Sileſia *zeidlen* eſt apibus favos ſurripere, & *zeidel-bær* urſus minor & mellilambius, qui liguriendi cauſa favos petit, & quod apud Norimbergenſes *zeidel-gerichi* & *honig-gericht* ſunt ſynonyma. Nam ex tot compoſitis & derivatis, in uno eodemque ſenſu convenientibus, videtur elucere, quod *zeidl* ævo Ottoniano & deinceps Germanis *mel* aut *favos mellis* denotaverit. Et tametſi eo ſenſu non reperiatur ſeorſim (Quam multa autem tempus delevit, quæ hodie non niſi ex compoſitis & derivatis cognoſcimus?), ſupponi tamen poteſt tantiſper, donec indicium falſi aliunde fiat. Litera L. plerumque eſt nota diminutivi. Hinc *zeidl* pro melle poteſt eſſe diminutivum, vel Græcæ vocis *acæton*, qua mel maxime laudabile & puriſſimum deſignatur apud PLINIUM Lib. XI. Cap. 15. vel Arabicæ *ſched, ſchüd*, mel, favus, quæ extat apud MENINSKIUM in Theſauro Linguarum Orientalium. Hanc etymologiam confirmat, quod *Cidelarii* alio vocabulo appellantur *Butigler*, Latine *Butigularii*, a Cambro-Britannico *byda* alvearium, per diminutivum *buticula* alveolus. Sed hi *Butigularii* non ſunt confundendi cum *Buticulariis* Regum Francorum. Differunt enim nomine & vitæ ſortisque conditione. *Buticularii* erant viri in Aulâ præcipui, qui Imperatorem in itinere comitabantur, & familiæ regali de potu & victu proſpiciebant. *Butigularii* vero Norimbergenſes erant homines plebeji, in ſilvis circa Norica caſtra hærentes, & alvearius atque mellificio unice occupati, unde etiam nomen traxerunt. De voce Celtica *byda* vide plura in *beute* alvearium.

ZEIGEN, oſtendere, monſtrare. Francis *zeigon* & *zoigan*. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XVII. 27. de Magis locum nativitatis Chriſti quærentibus:

Joh batun io zinoti
Man in iz zeigoti.
Et rogabant ſummopere
Ut ſibi oſtenderetur.

Rhythmus de S. ANNONE Stroph. 45.

Her zoigit uns hinidine
Uuilich lebin ſi in himile.
Ipſe monſtrat nobis hic in terris
Qualis ſit vita in cœlis.

WILLERAMUS cap. II. 14.

Zoyga mir thin anluzza.
Oſtende mihi faciem tuam.

Vulgus in Suevia Trans-Danubiana etiamnum dicit *zoigen* pro *zeigen*. Idem Flandris *toogen*, Islandis *tia*. VEREL. in Ind. *tia* demonſtrare. Græcis δείκνω aliquando fuit oſtendo, quia δεικνύω, ſicut JUNIUS obſervat, tempora ſua inde ſumit. MARTINIUS inde derivat *digitus*, quia digitis viſenda monſtramus. Originem verbi quærenti, occurrebat *augen*, quod in omnibus Veterum Dialectis ſignificat monſtrare, h. e. indicium oculis facere, facere ut adpareat. Hinc *zeigen* videbatur mihi contractum ex vetuſtiori *za-augen* vel *ataugen*, quo utitur Codex Arg. Matth. VIII. 4. *ataugei thuk gudjin*, oſtende te ſacerdoti. Et hoc etiamnum malo, quam cum JUNIO Græcas ſectari origines, aut cum STIERNHIELMIO Suecicum *tee* tanquam primitivum Lectoribus obtrudere, quod nimia brevitate laborat. Etymologiam confirmat, quod in Editionibus WILLERAMI *zoigen* & *oigen* promiſcue uſurpantur, & ubi Merula habet *zoige*, ibi Codex Vratislavienſis legit *oige*, eodem plane ſenſu, quia utrumque ab eodem parente, nempe ab *oig*, *aug*, oculus, producitur.

ZEIGEN, docere, inſtruere. Id eſt, oculo mentis oſtendere. Angloſaxonibus *tæcan*, Anglis *to teach*. Utrumque apud SOMNERUM. Hinc doctrina & inſtitutio prioribus dicitur *tæcinge*, poſterioribus *teaching*. Cum hoc ſignificatu convenit Lat. *doceo*.

ZEIGEN, demonſtrare, exhibere, *ere erzeigen* honorare, honorem exhibere. Idem quod *zeigen* monſtrare. Confer ſynonymum *weiſen*.

ZEIGEN, remittere, delegare, quod ſæpe fit digito indice. Utitur hoc ſenſu OTFRIDUS in ſalutatione Angelica Lib. I. Cap. V. 40.

Foraſagon ſungun
Fon thir ſaligun,
Uuarun ſe allo uuorolti
Zi thir zeigonti.

Prophetæ pſallebant
De te beata,
Totum mundum
Ad te remittentes.

ZEIGER, index. Gloſſa Juniana in Obſerv. ad Will. pag. 81. *zougere* digitus index.

ZEIHEN, imputare, bonum vel malum factum. Eſt enim verbum medium, quod in bonam & malam partem accipitur, ſaltim apud priſcos. Indicium boni ſignificatus præbent verba OTFRIDI Lib. III. Cap. XX. 145.

Er iſt, quad, Gotes holdo,
Thes zihuh inan baldo.
Ipſe eſt, inquit, Dei amicus,
Hoc illi audacter defero.

Ubi *zihuh* idem quod *zihu ih*, more contrahendi Otfrido perquam familiari. Credo Francos e verbo Græcorum δοκέω ducere, putare, opinari, quod natura ſua imminens, feciſſe tranſitivum. Quid enim eſt imputare, niſi tranſitive putare, h. e. putando attribuere? D. mutare in Z. & K. in CH. quid magis obvium apud Francos? Verba ſimiliter facta vide in *zelen*. Quod monitu neceſſarium duxi, ne quis exiſtimet, hanc derivandi rationem deſtitui exemplis.

ZEIHEN, incuſare, criminia arguere, veri vel ficti. Gloſſ. Pez. criminantur *zihent*, infimulatus *piziganer*. OTFRIDUS Lib. IV. cap. XXI. 7.

Gidua mih, quad, nu ſar io uuiz,
Ob thu iro kuning ſis,
Biſtu zi thiu giuuihit,
So thih ther liut zihit.

Redde me, inquit, ocyus certiorem,
An tu iplorum Rex his?
Sisne ad hoc conſecratus,
Sicut te populus incuſat?

Saxones inferiores dicunt *tygen* eodem ſenſu. Verbum Angloſaxonibus quoque uſitatum fuiſſe, patet ex derivatis, *tyhth* infimulat, *tiht* flagitium, *tyhtlan* accuſare, apud BENSONIUM. Ad familiam verbi ſpectant *zicht*, *bezüchtigen*, *verzeihen*, quæ vide ſuis locis.

ZEILE, linea. Gloſſ. Pez. linea *reiza* vel *zila*. MARTINIO judice vel idem eſt quod *ſeil* funis, vel derivatur a *ziehen* trahere, quia linea fit tractu punctorum.

ZEINE, corbis. Gothis *tainjo*, pl. *tainjons*, Luc. IX. 17. Angloſax. *tænel*, Franc. & Alam. *zeinn*, vel *ceinn*. Gloſſ. Pez. calamos *zeina*, calathi *zeinniun*. Gloſſ. Boxh. *ceina* caniſtra. Vi nominis eſt caniſtrum ex arborum virgultis contextum. De his virgultis vide plura in *Tunen* vimina. T. & Z. ſunt literæ convertibiles in ore Francorum.

ZEIT, tempus indefinitum. Angloſax. *tid*, Franc. & Alam. *zit*, *cit*. Gloſſ. Keron. tempus *cyt*, tempora *citi*, temporibus *citum*. Gloſſ. Pez. ex antiquis *vonna alten zitin*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. I. 14. *tho ſih thiu zit bibrahta*, cum tempus adpropinquaret. HELVIGIO eſt ab Heb. *geth* tempus: PEISKERO a nomine Solis *Titan* per apocopen, quia Sol motu ſuo efficit diem, annum, ſæcula: MARTINIO a *ziehen* trahere, quia tempus eſt tractus durationis, & horæ ſe mutuo videntur trahere, ſecundum illud OVIDII,

\- - *Ut unda impellitur unda,*
Urgeturque eadem veniens urgetque priorem,
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterque ſequuntur.

Cum vocabulo Germanico convenit Sorabicum *czas*, eodem ſenſu. Vocem Celtis haud ignotam nec inuſitatam fuiſſe, colligitur ex compoſito Cambrico *boreddydd* matuta, quod eſt a *bore* mane.

ZEIT, tempus definitum. Variant autem Dialecti in definiendo tempore, etiamſi vocibus conſonis utantur. Cambris *dydd* eſt dies, idemque Armoricis *deiz*. Angloſaxonibus *tid* hora, idemque Francis & Alam. *zit*. Gloſſ. Keron. hora *ciit*, ante unam horam *fora einera ziti*, canonicas horas *rehlihhiu citi*, de ſequentibus horis *fona folgentem citim*. Verſio Angloſax. Joh. XI. 9. *hu ne ſynt twelf tida thæs dæges*, nonne duodecim ſunt horæ diei? OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XXXIII. 29.

Riaf er tho filu fram
So nona zit tho biquam.
Tunc exclamavit valde
Cum nona hora adveniſſet.

Hodie *zeit* quinque modis uſurpatur, (1.) pro hora. Inde formula, *welche zeit* qua hora. (2.) pro die. Inde *hochzeit* dies nuptialis. (3.) pro menſe. Hinc fluxus menſtruus verecundiæ cauſa vocatur *zeit*, dum menſis ponitur pro eo quod in menſe accidit. (4.) pro anni tempore, verno, æſtivo &c. Inde *vier zeiten* quatuor anni tempora. ROSTIUS Poëm. pag. 116. *de all veer tydt bier frowen ſchlept* &c. (5.) pro tempore quotannis recurrente. Inde *weihenachtzeit* feſtivitas anniverſaria nativitatis Chriſti. Confer *hochzeit* feſtum.

ZEIT, tempus opportunum, *unzeit* tempus importunum, *zur unzeit* intempeſtive. Gloſſ. Pez. intempeſtive *unzitigo*.

ZEITIG, maturus, *unzeitig* immaturus. Dicitur de fructibus, qui juſtum creſcendi tempus vel jam vel nondum expleverunt. Ergo a *zeit*, quatenus eſt tempus a natura maturitati præſtitutum.

ZELEN, numerare. Angloſax. *tellan*, *getellan*, Alam. *zellan*, Belg. *tellen*, Island. & Suec. *telia*. Gloſſ. Keron. conputare *kezellan*. A *zal* numerus.

ZELEN, narrare. Angloſax. *talian*, Franc. & Alam. *zellan*. A *zal* ſermo, oratio. Gloſſ. Pez. retulerunt *zaliun*. NOTKERUS Pſal. CXLIV. 5. *diniu uuunder zellent ſie*, mirabilia tua narrabunt. Apud OTFRIDUM in locis innumeris occurrit *zellu* narro, *zalta* narra-

narrabat, *zaltun* narraverunt, *zeltin* narrarent. Similiter & Islandis *telia* eſt numerare & recitare, apud VEREL. in Ind. Quanta ſit inter hæc duo ſimilitudo, ipſius rei teſtimonio patet. Nam qui numerat, numeros in ſerie & ordine colligit, ut ſummam efficiat: Et qui narrat, colligit circumſtantias, ut rem eo, quo geſta eſt ordine, recitet. Et ſic narratio eſt quædam ſumma orationis. Hinc omnes pene populi narrationi a numerando nomen impoſuere. Teſtes ſunt (præter alios multos) Latini, quibus a numerando fit *enumerare*. Hodie utimur compoſito *erzelen*.

ZELEN, pronunciare, prædicare, declarare. Ex eodem fonte. WILLERAMUS Cap. VI. 8. *die diernon ſahon ſie, unte zalton ſie aller uuruo ſaligoſta*, filiæ videbant eam, & prædicabant eam omnium mulierum beatiſſimam. Hodie ſuperat in comp. *los-zelen*, cujus ſynonymum eſt *los-ſprechen*, emancipare, pronunciare & declarare liberum, quod, cum olim certa verborum formula fieri conſueverit, qualis eſt illa apud MARCULFUM Lib. II. form. 32. 33. 34. EGO. TE. A. PRÆSENTI DIE. AB. OMNI. VINCULO. SERVITUTIS. ABSOLVO. omnino ab oratione ſic dicitur.

ZELEN, putare, reputare, *gezelet werden* reputari. Idem Angloſaxonibus *talan* & *talian* apud Lexicographos. Vi affinitatis vel idem eſt quod *annumerare* a *zal* numerus, vel *æſtimare* a *zal* quota æſtimationis. Græcis τελῶ eſt cenſeri, annumerari, ſenſu cognato, quamvis paſſivo.

ZELEN, imputare. Gloſſ. Keron. inputavit *kezelita*. Similiter & Angloſaxonibus *geteald* eſt numeratus & imputatus. Proprie eſt verbum tranſitivum a *zelen* putare. Quid enim eſt imputare, niſi putando annumerare? Ita a *rechnen* putare fit *zurechnen* imputare. Ejusdem ingenii verbum eſt *zeihen*, quod vide.

ZELLE, locus interior, & ſolitariis proprius. Gloſſ. Keron. cellas *cello*. Vox in Monaſteriis nata a Lat. *cella*, quatenus locum ſacrum ſignificat, quo ſenſu occurrit apud LIVIUM in rebus geſtis Marcelli: *Negabant (Pontifices) unam Cellam amplius quam uni Deo recte dedicari.* Sic autem dicitur a *celando*, quia celat. Male & invito uſu *zelle* a quibusdam confunditur cum *keller*, cum differant ut *cella* delubrum, & *cella* promptuarium.

ZELT, *gezelt*, tentorium. Angloſax. *teld, tyld, geteld*, Francis *zelt*, Franco-Saxon. *getelt*, Island. *tiald*, Suec. *tiäll*. BENSON. in Voc. Angloſax. *teld* tentorium, *teld-wyrhta* papilionum operator. Gloſſ. Ælf. pag. 79. papilio *gang-geteld*, tenda *tyld-ſyle*. Gloſſ. Pez. clavum *zeltcbegil*. Gloſſ. Lipſ. *getelt* tentoria. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 14. *kizeltes* papilionis, *gezelt* tentorium. VEREL. in Ind. *tiald*, *tialdbud* tentorium. Eadem res Belgis appellatur *tent*, Gallis *tente*, Lat. Barb. *tenda*, inſigni varietate quoad ſonum, ſed exigua aut nulla, ſi originem ſpectes. Nam a *denen* tendere, extendere, verbo antiquiſſimo, recte & decenter fit *tent* expanſum. Quid autem eſt tentorium niſi expanſum? Et nonne Latinis ipſis a tendendo ſic dicitur? Ad eandem originem revocari poteſt vox Saxonica *teld*, etiamſi litera L. reclamare videatur. Nam hæc litera in ore Saxonico commutari ſolet cum N. Sic puerum vocant *tild* pro *cind*, etiamſi ſit a *rennan* parere. Hinc ſubſcribere non poſſum cuidam conjecturæ, quæ Germanicam vocem e Francica *felida* effingit. Quamvis enim *felida* & *zelt* ſe mutuo referant, ita ut unum ex altero contractum videri poſſit, differunt tamen uſu & origine. *Felida* tabernaculum notat, *zelt* tentorium. Illud a manſione, hoc ab expanſione nomen habet. De voce *felida* vide plura in *falen* manere. Præcipuum compoſitum eſt *zeltſchar* turma caſtrenſis, agmen ſub tentoriis militantium, quo utitur WILLERAMUS cap. VI. 3. 9. *egilich ſamo diu uuologedrangetiu zeltſcara*, terribilis ut bene ſtipatæ catervæ.

ZELTER, equus Hiſpanicus. BESOLDO ſic dicitur quaſi *toluter*, a Latino *tolutarius*, quod ſublatis in aerem pedibus ſuperbe incedat, unde LUCILLIO *gradarius*, & Hiſpanis hodie *ravallo ambulador* vocatur. *Tolutarium* author habet SENECA. Alii nomen animalis Germanis vindicant. Nam *zelt* interprete STILERO eſt glomeratio greſſus, & inceſſus celerior, *den zelt gehen* tolutim ingredi, glomeratim incedere, *zeltern* greſſus glomerare ſuperbos, & hinc *zelter* equus gradarius, quod quaſi volando feratur & incedat. Sed ubi terrarum hæc vocabula jus civitatis adepta ſint, me quidem fugit. Alius originem quærit in verbo *zelen* numerare, quod ita volutim incedat, ut paſſus videatur numerare. Tribuit hanc etymologiam VREDIUS in Hiſt. Com. Fland. LUDOVICO CARAIONI. Sed conjectura BESOLDI cæteris probabilior eſt. Hodie tamen *zelter* non niſi de equo Hiſpanico dicitur. Nec aliter antiquitus. Quod vel hinc patet, quia idem equus Latine loquentibus vocatur *Aſturo*, & *Aſtur equus*, ab Aſturia. Vide ergo, annon appellatio ducta ſit a veteri voce Aſturica *tielda*, quam conſervavit PLINIUS Lib. VIII. cap. 42. *In eadem Hiſpania Gallaica gens & Aſturica equini generis (quos* THIELDONES *vocamus, minori forma appellatos Aſturcones) gignunt, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.* Præterea *zelter* denotare poteſt equum *Celticum*, a Celtiberis Hiſpaniæ forte ſic dictum, vel *nobilem equum*, ſi appellatio ſit recentior. Nam in Gloſſa quadam apud CANGIUM *Celticus* exponitur *nobilis*. Græcis κέλης, ητος, eſt celes, equus deſultorius, & κελητίζω celere equo vehi. Aliqua an nulla cum reliquis convenientia, examinent alii? Mihi videntur omnia incerta, ſi ab Aſturica voce recedamus.

ZENDEL. Vide *zindel.*

ZENT, conventus. Idem quod *send*, de quo ſupra. Per ſynecdochen generis ponitur pro conventu judicum de cauſis capitalibus cognoſcentium. CAROLUS V. in Conſt. Criminal. Art. 254. *Wann die* ZENT *oder das* ZENT-GERICHT *die zent-koſten von den zent-unterthanen enthebet.* Olim Franci Pagum Comitis in *Vicarias*, Vicariam in *Centenas*, Centenam in *Decanias* dividebant, in quibus Judices erant *Vicarii, Centenarii, Decani*, quos poſtea imitati ſunt Saxones in Britannia. Quæ res multis viris doctiſſimis impoſuit, ut exiſtimarent, in Palatinatu, ubi hodie vocabuli ſedes, adhuc apparere *Centenæ* veſtigium in aliquot pagis, & manere vocabulum. Sed hunc vocis ſenſum, a Francico inſtituto petitum, non congruere moribus Palatinis, prolixe oſtendunt BRUMMERUS in Tract. de Scabinis cap. 4. & ECCARDUS in notis ad Leg. Sal. pag. 88. Præcipua compoſita ſunt interprete ECCARDO, *zent-herr*, qui alias quoque *frais-herr*, dominus cui jurisdictio ſuperior competit, *zentbarer fall* caſus ad jus gladii pertinens, *zent-leute* ad ſuperiorem jurisdictionem ſpectantes ſubditi, *zent-ſchœpfen* aſſeſſores in judicio criminali, *zent-freye* qui ad onera criminalis judicii non tenentur, ſed ab iis immunes ſunt, *zentbar* qui non exemti ſunt a ſumptibus & expenſis ob exercitium juris criminalis faciendis. Quibus addo ex BRUMMERO, *zent-gerechtigkeit* jurisdictio ſuperior, alias *hohe und hals-gerechtigkeit*, *zent-knecht* ſervus judicii criminalis.

ZENT-GRAF, præſes judicii capitalis. SCHILTERUS a *Decade* Francica vocabulum deducit. Sed *Decurionum* apud Francos minorem adhuc poteſtatem fuiſſe, quam *Centurionum*, horum vero tam reſtrictam, ut neque de vita, neque de libertate hominis judicare potuerint, contra etymon Schilterianum obſervant ECCARDUS in Leg. Sal. pag. 88. & DITHMARUS in Tacito illuſtrato pag. 80.

ZENTNER, centumpondium. A Lat. *centenarius.*

ZEPTER, *ſcepter*, ſceptrum, σκῆπτρον. MARTINIUS in Cadmo Græco-Phoenice: *σκῆπτρον, ſcipio, baculus, ſuper quo quis σκήπτεται, fulcitur inter eundum.* Ab initio fuit geſtamen ſcipioni vel baculo ſimile, cum aquila in ſummitate. Vide imagines triumphantium in nummis, & confer *ſper* ſceptrum.

ZEPTER-LEHN, feudum Sceptri. Extat in Jure prov. Alam. Cap. CXVI. cujus inſcriptio *von zepter lehen.* Explicationem dabit ipſa Lex §. 2. *Der Kaiſer ſôl liben allen gaiſtlichen furſten ir Reht mit dem Zepter, und allen weltlichen furſten mit dem Vanen*, Imperator debet omnibus Principibus Eccleſiaſticis jura ſua conferre cum ſceptro, & omnibus Principibus ſæcularibus cum vexillo. Hic modus inveſtiendi Epiſcopos, ſucceſſit antiquiori per *annulum* & *baculum paſtoralem*, quem primus ſuſtulit GREGORIUS VII. Pontif. incredibili Reip. Chriſt. calamitate, & imperatoriæ dignitatis contemtu. De his & ſimilibus veterum inſtitutis exponere debet JURISPRUDENTIA SYMBOLICA, Diſciplina hactenus neglecta, ſed Juris publici cultoribus ſummopere neceſſaria.

ZER, præfix. Vide PROLEG. Sect. V.

ZERBST, Serveſta. Quamvis hæc urbs a prioribus colonis, Sorabis inquam vel Serbis, videatur nomen ſortita: nihil tamen obſtat, ut a rotunda figura ſic appelletur, ſicut Galilæa. Nam *zirben* Francica Dialecto eſt gyrare vel in gyrum volvere. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 25.

Galilea, thaz ih quad,
Theiſt in Frenkisgon rad,
Thaz ſih io umbi zirbit,
Joh emmizigen uuerbit.

Vertit SCHILTERUS:

Galilæa, quam dixi,
Eſt in Francico (ſermone) rota,
Quod (quæ) ſe circumvolvit,
Et perpetuo circumit.

Primus hoc verbum ab oblivione reſtituit SCHILTERUS in Gloſſ. pag. 890. 897. Vide plura in *zirbel* trochus.

ZEREN, conſumere, *zerung* nutrimentum, *zergelt* viaticum. Dicitur præcipue de comedentibus & bibentibus, & per translationem de ſtomacho, qui cibos ingeſtos conſumit, imo etiam de vino, quatenus concoctionem juvat. Cum eo ſenſu in nullis Gothorum, Saxonum, & Francorum monumentis reperiatur, inter nova & aliunde accepta referri debet. Sorabis autem proprium eſt, ita loqui. FRENZELIUS in Orig. Sorab. pag. 830. ſeq. *zeru* voro, devoro, *zracz* lurco, *zraczi* edulium, *zrani* actus vorandi, *dozeru* devoro, *nazeru* ad ſatietatem voro, *nezeru* non voro, *pozeru* deglutio &c. Quæ laudatus auctor derivat a Syr. *ſchora* epulatus, pranſus eſt. A ſimplici eſt *verzeren* victitando conſumere, *ich hab niergend mer verzert* nusquam tam male fui majori diſpendio.

ZEREN, nocere, lædere, damno afficere. Angloſax. *dæran*, *derian*, Francis *teren*, *terren*, *taron*, *daren*, *daron*, *derien*, imo etiam *zoron.* BENSON. in Voc. Angloſax. *dæran*, *derian* nocere, *deriend* nocens, *dære*, *dare* nocumentum, *dere*, *daru* damnum, *derunge* læſio, injuria. TATIANUS Cap. LXVII. 5. *ih gab ju giuualt zi tretanne ubar natrun, inti niouuiht terit ju*, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & nihil nocebit vobis. Reliquas ſcripturæ Francicæ varietates idoneis veterum teſtimoniis comprobavit SCHILTERUS in Gloſſ. prolixe. Cuncta ſimilitudine accedunt ad Gr. δηλέω noceo, lædo, inprimis Saxonica. L. & R. ſunt literæ convertibiles in omnibus Dialectis: Francis

Francis vero proprium eſt, D. mutare in Z. Synecdochice dicitur de omnibus nocendi modis, ut ex ſcala ſignificationum patet.

ZEREN, comminuere, nocere attenuando. Hodie utimur compoſitis *verzeren, abzeren, auszeren* eodem ſenſu. Sic vulgo dicimus, *ſchlaffloſe næchte verzeren den leib* attenuant vigilatæ corpora noctes, *abgezert, ausgezert* exſanguis, confectus, exhauſtus. Omnibus conſentit Lat. *tero* comminuo, & *detrimentum* damnum ex attenuatione. Imo etiam Græcis τύρω interdum eſt exhaurio & conficio. Præcipuum derivatum eſt *zart* tenuis, infirmus, debilis.

ZEREN, privare, nocere ſpoliando. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XII. 121.

Er quam ſo riſi hera in lant,
Joh kreftiger gigant,
In einuuigi er 'nan ſtreuuita,
Thes richi ſinaz darota,
Then Furiſton therera uuorolti,
Notagan giholoti,
In bant inan gilegiti,
Er furdir uns ni deriti.

Vertit SCHILTERUS:

Venit ut Gigas huc in terram,
Imo potentior Gigas,
In una pugna iſtum proſtravit,
Regno ſuo privavit,
Principem hujus mundi
Captivum duxit,
In vincula eum conjecit,
Ne deinceps nobis noceret.

Ubi idem verbum duplici ſenſu ponitur, ſpoliandi & nocendi. Ad priorem, qui hujus loci eſt, ſpectat, quod Barrabas ab interprete TATIANI vocatur *lantderi* Cap. CXCIX. 8. *was ther Barrabas lantderi*, erat autem Barrabas latro. Id eſt, ut mihi quidem videtur, prædator publicus.

ZEREN, peſſundare, nocere deſtruendo. Gloſſ. Lipſ. *ferterron ſal* perdes, *fertheri thu* perdas. Hodie eodem ſenſu dicimus *verzeren* de flamma & incendio, quod omnia in cineres redigit & peſſundat.

ZERFAREN, diſſolvi, *zerfarnes* ova diſſoluta. Vide *faren* diſſolvi.

ZERGEN, trahere, *gezerge* tractio. Idem quod *zerren*, inſerto G.

ZERGEN, *zargen*, irritare, vexare, *den hund zergen* laceſſere canem, *zerge*, *zarge* mulier rixoſa. A ſimpliciori *zerren* ejusdem ſignificatus. Litera G. eſt ab epentheſi.

ZERMALMEN, in pulverem redigere. Vide ſimplex.

ZERREN, trahere, *das maul zerren* os torquere, *zerre* meretricula, quia juvenes in rete trahit, & ab illis viciſſim attrahitur. Galli dicunt *tirer*, Itali *tirare*. Omnes a Lat. *trahere*, vel a Gr. σύρω traho. Utitur Luth. Luc. IX. 42.

ZERREN, lacerare, rumpere, frangere. Goth. *tairan*, Angloſax. *teran*, Franc. *zaren*, Angl. *to tear*. NOTKERUS Pſal. LXXIX. 13. *ziu zare du do dana ſina feſti*, ut quid deſtruxiſti maceriam ejus? Locum obſervavit SCHILTERUS in Gloſſario. Aliam verbi formam, ſed huic affinem, vide in *trennen*. Utraque videtur oriri a Gr. θραῦω frangere.

ZERREN, vexare, laceſſere, irritare. Idem Angloſaxonibus *tyrian*, Græcis τύρω. Conſenſum Linguæ Chaldaicæ vide apud MARTINIUM in Cadmo.

ZERRUTTEN, *zerrütten*, concutere, contrario motu labefactare. Vide *rütten* quatere.

ZERSTOREN, *zerſtören*, deſtruere, evertere, demoliri. Gloſſ. Lipſ. *toſtore* deſtrues. Gloſſ. Pez. opprimere *ziſtorran*, deſtrues *ziſtorres*, exciderunt *ziſtorten*, demolitus eſt *ziſtorta*, everſione *ziſtorida*. Vide ſimplex.

ZETER-GESCHREI, planctus, ejulatus. Ita vocem obſcuram & ancipirem plerique exponunt, quamvis ignari cauſarum, a quibus producitur. Nos miſſis eorum nugis, *zeter* recta deducimus a verbo Islandico *ſyta* plangere. VEREL. in Ind. *ſyta* lugere, plangere, *han ſyter* mœret, luget, *ſut*, *ſyting* mœror, luctus. Et hinc etiam eſt *dadſiſa* ululatus in funere defuncti, vox Synodi Liptinenſis, quam ſupra expoſui in *todt* mortuus. Ex his manifeſtum eſſe reor, quod *zeter-geſchrei* vi compoſitionis ſit clamor luctuoſus vel clamor plangentis. Quærirur apud GELLIUM Lib. XX. Cap. 2. quid ſint *ſiticines* in Oratione M. Catonis? Et reſpondetur, *qui apud ſitos canere ſoliti eſſent, hoc eſt, vita functos & ſepultos.* At ſi interpres Barbarus adſit, *ſiticines* ſunt *lucticines*, & *ſiticinium* eſt carmen illud lugubre, quod cantari ſolet in exequiis mortuorum.

ZETTEL, ſegmentum chartæ, chartula. A Lat. *ſchedula*, & hoc a Gr. σχίδη. Plura ad cognationem ſpectantia vide in *ſcheiden* dividere. *Schin* ſæpe converti in Z. diximus in *Proleg.*

ZETTEL, *weber-zettel*, ſtamen textorum, cui ſubtegmen intexitur, *anzetteln* ordiri ſtamen, *einzetteln* ſtamen facere. Forte a *ſetten* ponere, ut *ſtamen* a *ſto*, & στήμων a ϛάω. Dicitur etiam *werft* a *werfen* trajicere, ordiri.

ZETTEN, *verzetten*, ſpargere, diſpergere. Verbum Suevis familiare, & a Francis relictum. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. V. 7.

Joh thie eſti thie ſe zetitun,
Inti in then uueg legitun.
Ramos quos ſpargebant,
Et in viam jaciebant.

STADENIUS mallet legere *zeritun*, & referre ad *zerren* frangere; ſed nihil in lectione contra fidem Codicum mutandum eſſe, ex uſu verbi hodierno & conveniente ſignificatu optime judicat cel. SCHERZIUS in notis. Addi poteſt conſenſus Græcorum, quibus σκεδάω diſpergo. A ſimplici

eſt frequentativ. *zetteln* & *verzetteln* eodem ſenſu.

ZEUG, apparatus, ad utendum factus, cuicunque uſui inſerviat, ſive belli, ut arma, ſive rei domeſticæ, ut vaſa, lintea, & reliqua utenſilia, ſive artibus, ut inſtrumenta. Græcis τεύχος & τεύχεα, Francis *ziuch* & compoſite *giziuch*, Belg. *tuig*, Suec. *tyg*. Cuncta a τεύχω facio, paro, ſtruo. Gloſſ. Boxh. *ghizuich* ſupellex. Gloſſ. Pez. vaſa *giziuch*, inſtrumenta *giziuch*, armamenta *giziuch*, jumentorum cingula *fatalgiziugi*. Inde compoſita, *feld-zeug* apparatus bellicus, arma, tormenta, currus, & reliqua, *werk-zeug* inſtrumentum operi parando inſerviens, *rüſt-zeug* inſtrumentum doctrinæ, a *rüſten* inſtruere, *linnen-zeug* ſupellex lintea, *zeug-haus* armamentarium, *zeug-wart* cuſtos armamentarii, *far-zeug* res vehicularis, currus, ephippia, cingula, juga, Græcis ζεῦγος eodem & latiſſimo ſenſu, & ζυγὸν jugum.

ZEUGE, teſtis. VEREL. in Ind. *tyg* teſtis, *fultyga* teſtibus convincere. Vox a vetuſtate parum trita. ECCARDUS videtur ſibi veſtigia priſtini uſus deprehendiſſe in voce Malebergica, ſed a librariis afflicta, *anitheotha*, quæ occurrit in Pacto Legis Salicæ Tit. II. 18. Ipſe mavult legere *mit theoga*, quia *cum teſtibus* in ipſo textu legitur. In Decreto Taſſilonis de popularibus Legibus §. 13. occurrit *zougenzuht*, quod æque obſcurum. Nec enim ſatis conſtat, an teſtium productionem ſignificet, ut SCHILTERUS interpretatur. Belgæ utuntur compoſito *getuig*, Alamanni poſteriores *geziug* in Jure provinc. Cap. XV. 1. *uuir ſculen juch beuuiſen, uuer nibt geziug mag geſin*, tradere vobis debemus, quis non poſſit teſtis eſſe. Etymon præbet MARTINIUS in voce *teſtis*: Germanis, inquit, teſtis eſt *zeuge*, quaſi index, a *zeigen* indicare, δείκνυ. Sic ille: quo nihil melius vidi hactenus. In reliquis Dialectis nomen accipit a *wiſſen* verificare, *kunden* indicare, notum facere, & *jahen* affirmare, confiteri. Hinc teſtis Gothis dicitur *weitwods* Marc. X. 19. Angloſaxonibus *gewita* Luc. XXIV. 48. Francis & Alam. *urcundo* in Harm. Evang. Tat. Cap. CLXXXIX. 2. 3. & *jehar* apud NOTKERUM Pſal. XXVI. 12. A *zeuge* eſt *zeugen*, *bezeugen* teſtari, *zeugnus* teſtimonium, & alia ſatis manifeſta.

ZEUGEN, gignere, parere, procreare. Saxonice *tygen*. Græcis τεκεῖν eſt parere, τέκη pariat, τέκετο peperit, τόκας mulier fœta, τοκεὺς parens, τόκος partus, fœtura. Verbum Francorum vide in *ziehen*.

ZEUMEN, frenare. Vide *zaumen*.

ZEUNEN, claudere, ſepire, *umzeunen* ſepimento cingere. Gloſſ. Pez. ſepiam *pizunno*. Idem Angloſaxonibus *tynan* & *betynan* Marc. XII. 1. *ſum man hym plantode win-geard, and betynde hyne*, quidam homo plantavit ſibi vineam, & ſepimento clauſit. Belgæ dicunt *tuinen*. Græcis ζωνύω eſt latus cingo. Nos a verbo noſtro formamus *zaun* ſepimentum, Græci a ſuo ζώνη cingulum.

ZIBEBEN, paſſulæ maximæ. } Exotica.
ZIBET, odoramenti genus. }

ZICHT, criminatio, objectio criminis, veri vel falſi, olim etiam crimen, ſive quia vulgus crimen & criminationem confundit, ſive quia exiſtimat, crimen eſſe, nonſolum vitia pati, ſed etiam ſuſpicionibus contaminari. BENSON. in Voc. Angloſax. *tibt* flagitium. Gloſſ. Pez. criminibus *inzihtin*, zelotypia *inzihti*. Sed ſi accurata oratione utamur, *zicht* non eſt crimen, ſed inſimulatio criminis, a *zeihen* imputare, incuſare, & tribuitur zelotypiæ, quia ad ſuſpiciones & criminationes maxime propenſa eſt. A *zicht* rurſus fit *zichten* criminari, & frequentative *bezichtigen*, quod vide.

ZIECHEN, induviæ lecti. Refer ad *ziehen* attrahere.

ZIEGE, capra, olim etiam hircus & hœdus. Francis alias *geiz*, unde per anaſtrophen fit *zieg* iisdem auctoribus. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 30. *ziega* capella, *ziegelin* edus, edulus. OTFRIDUS Lib. V. Cap. XX. 115. ex emendatione Cl. SCHERZII:

Thia uuiniſtrun ni biuuenkent,
Thie ſelb ſo zigun ſtinkent.
Siniſtram non effugient,
Quj ut hirci fœtent.

Angloſaxones, qui litera Z. non utuntur, hœdum vocant *ticcen* Luc. XV. 29. Anaſtrophe HELVIGIO quoque probatur in voce *zieg*, & lumen accipit a ſupra dictis in *geis* capra. Si quis tamen rationem nominis aliunde, quam ab anaſtrophe petendam putet, non vetabo. Nam capra potuit dici *ziege*, quaſi pellex, a *ziehen* trahere, allicere, quia maritum poſt ſe trahit & allicit, quomodo etiam canicula, quæ in venerem ſtimulatur, ob eandem cauſam vocari ſolet *zucke*. Firmat etymologiam, ſi verum eſt, quod PLINIUS ſcribit, capram non uno impleri coitu, ſed iterato, Lib. VIII. Cap. 50. *Primus in die coitus non implet: ſequens efficacior, ac deinde.*

ZIEGEL, later. A Lat. *tegula*, auctoribus Francis. Gloſſ. Pez. later *ziegel*, laterum *zieglo*, lateres *ziegala*. Lapides coquere, & domos ædificare lateritias, ſero factum in Germania. Conſule CLUVERIUM Lib. I. Germ. Ant. cap. 13. Vocem Saxonicam vide in *tigel*.

ZIEHEN, *primi generis*.

ZIEHEN, ducere. Evang. Goth. Luc. VI. 39. *ibai mag blinds blindana tiuhan*, numquid cœcus cœcum ducere poteſt? Idem Angloſaxonibus *teon*, teſte SOMNERO & BENSONIO, & fortaſſe etiam Græcis τῶν. Nam hinc commode derivari poteſt ταγὸς dux. JUNIUS tamen verbum Gothicum deflexit ab ὁδηγῶν ducere, viam monſtrare. Quod non auſim contemnere, ob ſynonymum *leiten*, quod itidem a via deſumptum eſt.

Hodie

Hodie obſoleſcit, olim vero in pluribus Dialectis obvium fuit, ut paret ex vetuſto compoſito *herzog* ductor exercitus.

ZIEHEN, in tropico dicendi genere ſignificat *educare*, *nutrire*, *inſtruere*, & dicitur de parentibus, & qui loco parentum ſunt, nutritoribus & pædagogis, quia teneram ætatem videntur manu ducere. Latini eadem allegoria dicunt *educare*, quod certe idem ac *educere*, Græci ἐξάγειν, ab ἄγειν ducere.

ZIEHEN, educare. NOTKERUS Pſal. XXIII. 2. *er habet mih kezogen bi demo uuazere dero labo*, educavit me aqua refectionis. Inde Francis *magazogo* rector pueritiæ, in EPINIC. R. Lud. verſ. 8. a *mag* puer. Dicitur autem nonſolum de pueris, ſed etiam de brutis. Nam & in his quædam educationis veſtigia adparent. Sic cervus educat cervum, & partum exercet curſu, & in præruptis ſaltum demonſtrar, ut pulcre PLINIUS. Sic aquila pullos in ſublime ferri, & prædam capere docet. Sic columba educat columbam. WILLERAMUS Cap. II. 14. Edit. Merul. *thiu duva thie thar niſtelot in then ſteynlocheron, ande in then heggeholeron, thiu mag geneſan vore themo haveko, ande hiro junga thar inne zihen :* columba quæ in cavernis petræ & hiatibus ſepium nidificat, poteſt ſervari ab accipitre, & pullos ſuos ibi educare.

ZIEHEN, nutrire. Gloſſ. Keron. nutrire *zeohan*, nutriunt *zeohant*. Goſſ. Pez. nutritios *mogazobun*. Gloſſ. Lipſ. *tian* enutrire. Inde nomen nutrimento *zucht* apud Antiquos, ut poſtea oſtendam in loco.

ZIEHEN, inſtruere, erudire, excolere. Inde *zucht* inſtructio, doctrina, culrura, quod vide.

ZIEHEN, ſecundi generis.

ZIEHEN, tendere, inrendere, extendere. VEREL. in Ind. *toka* proferre, dilatare, extendere. Quemadmodum Græcis a τάω, τείω extendo fit τείνω per epenrheſin, & Latinis a τείνω *tendo* per novam epenrheſin : ita a τάω, τείω primo fieri poterat *toa* & *zien*, & poſtea *toka* & *zuehen*, inſertis gutturalibus. Differt autem a *zieben* rrahere. Nam qui *extendit*, movet in loco, & rem mobilem longius expandit, qui vero *trahit*, nonſolum expandit, ſed eriam movet de loco, ita ut totum mobile moventem ſequatur.

ZIEHEN, quatenus ſignificat *extendere*, dicitur metaphorice (1.) *de prolongatione temporis*. Inde *verziehen* exſpectare, morari, cunctari, *verzug* mora, cunctatio, dilatio. (2.) *de prolongatione ſermonis*. Inde Gothis *gatiuhan* nunciare & narrare, quia nunciantes narranresve ſolenr ſermonem extendere per omnes ſacti circumſtantias. Franci & Alamanni inde habent *farzihan* renunciare. Gloſſ. Keron. deneget *farzihe*, denegari *farcikan uuiſan*. Particula verbo juncta negationem intimat, ut in *verſagen* recuſare. Ab illo etiamnum habemus *verzicht* renunciatio, quæ certe non eſt ſimplex negatio, ſed negatio ſolemnis & verborum ambagibus concepta.

ZIEHEN, trahere, attrahere. Gothis *tiuhan*, Angloſax. *teon*, Francis & Alam. *zian*, *ziahan*, *zeohan*, Angl. *to tow*. TATIANUS Cap. CCXXXVI. 4. *ju ni mohtun thaz nezi ziohan fora thera menigi fisgo*, & non poterant rete trahere præ multitudine piſcium. Er capite ſequenti verſ. 3. *zog thaz nezzi in erda*, traxit rete in terram. Cod. Arg. Joh. VII. 45. *dubwe ni attauhuth ina*, quare non pertraxiſtis eum ad nos? OTFRIDUS Lib. I. Cap. XV. 93.

Thu ſihis ſun liahan
Zi martolanne ziahan.
Videbis filium dilectum
Ad martyrium trahi.

Dictio metonymica, qua antecedens pohirur pro conſequente, *extendere* pro *trahere*, quia nihil attrahi poteſt niſi prius ad larus movenris extendatur. Ita a τάζειν exrendere fit *zauſen* trahere. Dicitur autem latiſſime, nonſolum de motu violento, quomodo equus currum, bos aratrum, lictor tergiverſantem, manus gladium, machina molem pondere reſiſtentem trahir: Sed etiam de motu naturali. Ira ferrum a magnete, palea a ſuccino, alia ab aliis arrahi dicuntur.

ZIEHEN, quatenus ſignificat *trahere*, novos & ampliſſimos fines accipir a ſynecdoche & metaphora, & tunc ſignificat (1.) *proficiſci*, quia iter facientes farcinas & ſimilia impedimenta ſecum trahunt. (2.) *allicere*, quia illecebræ ſimiles ſunt fidiculis, quibus aliquid arrahirur. (3.) *ex nolente volentem reddere*, quod fit iis modis, qui animo humano conveniunt, ſuavibus quidem & gratioſis, fortibus ramen & rractioni ſimilibus. (4.) *diſciplina domare*, quia diſciplina eſt quædam vis, qua pravi vel inviti ad recta trahuntur, & ideo cum freno depingitur. (5.) *decipere*, quia deceptor ſimilis eſt aucupi, qui aves allectas & nihil mali metuenres, in retes expoſitos ſubito attrahir. Primus ſenſus eſt a *ſynecdoche*, reliqui a *metaphora*.

ZIEHEN, profieiſci. Inde Gothis *bitiuhan* circumire loca proficiſcendo Matth. IX. 35. *bitauh Jaiſus baurgs alles jah haimos*, circuibat Jeſus omnes civitates & vicos. Belgæ eadem metaphora utuntur in verbo *vertrecken* proficiſci, quod eſt a *trecken* trahere.

ZIEHEN, allicere, *zucke* canicula & pellex.

ZIEHEN, ex nolente volenrem reddere. Evang. AS. Joh. VI. 44. *ne mæg nan man cuman to me, buton ſe fæder, the me ſende, hyne teo*, nemo poteſt ad me venire, niſi pater, qui me miſit, traxerit eum. Cui Verſioni conſentit LUTHERUS in ſua. Huc etiam ſpectar vox Eccleſiæ gentilis apud WILLERAMUM Cap. I. 4. *zuich mih nah dir, ſo loſon uuir*, trahe me poſt te, & curremus. Quaſi dicat, fac velle, & comitabor

tabor lubens. Hic ſenſus maxime conſpicuus eſt in motibus divinis, quos Theologi *gratiam* vocant.

ZIEHEN, diſciplina domare, *zucht* diſciplina & caſtigatio. Gloſſ. Pez. indomitus *ungizoganer*.

ZIEHEN, *beziehen*, decipere. VEREL. in Ind. *tæigiaſt* trahi, decipi, *taiging* tractio, deceptio, fraus. Simile eſt, quoad ſenſum Belgicum *betrecken* doloſe circumvenire, quod haud dubie ab aucupio deſumptum. Confer *berucken*.

ZIEHEN, *tertii generis*.

ZIEHEN, gignere, procreare. Gloſſæ antiquæ apud JUNIUM in Obſ. ad Will. pag. 79. *kizogan* natus, *ziunga* indolis. Hodie dicimus *zeugen*, quod vide. Ab utroque derivari poteſt *zucht* partus, fœtus, tam hominum quam animalium. Gutturales ſunt literæ natura convertibiles in omnibus Dialectis.

ZIEL, meta. Vide *zil*.

ZIELEN, procreare. Angloſaxonibus *tilian* eſt procreare, *tilgend* procreans, apud SOMNERUM. Belgis *teelen* generare, *teeling* generatio, *teellidt* partes genitales, *teelzucht* appetitus generandi. Cambris *tyluwr* paterfamilias. Alamannis *katilinga* parentes, apud KERONEM in Gloſſis. Græcis quoque τέλεω verbum generandi eſſe, quamvis Lexicographis omiſſum, ex Anacreonte obſervat vir Græce doctiſſimus JUL. OTHO REIZIUS in *Belga Græciſſante*. Hinc fortaſſe Græcis θῆλυ fœmina, quia generationi apta, & Latinis *Tellus*, quod hominum & animalium communis parens ſit. Saxones inferiores cum Belgis dicunt *telen*. Chronicon picturatum apud LEIBNITIUM Tom. II. Script. Brunſ. pag. 424. de filia Comitis Landsbergenſis: *unde de beyt ock* ANGENESA, *unde telde keyn kinder*. Hodie utimur ſimplici de columbis & avibus tantum, at compoſito *erzielen* de hominibus.

ZIEMEN, decere, convenire. Gothis *timan*, Francis & Alam. *ziman*, & inde *zuomi* decorum, Islandis *ſæma*. VEREL. in Ind. *ſæma* decere, *ſæmd* honor, decus, *ſæmiligt* decens, decorum. OTFRIDUS Lib. I. Cap. XXII. 121.

Thaz kind theh io filu fram
So ſelben Gottes ſune zam.
Puer plurimum creſcebat
Ut filium Dei decebat.

Idem Lib. IV. Cap. XI. 97.

Uuio harto mer zimit iu,
Ir ginozon birut untar iu.
Quanto magis decet vos,
Qui pares eſtis invicem.

ISIDORUS Cap. III. 3. *dhazs iſt uuidhar zuomi endi heidhanlih zi chilaubanne*, hoc eſt abſurdum & profanum creditu. Cum Gothico *timan*, quod vidimus ſupra in compoſito *geziemen*, convenit Saxoniæ inferioris *témen*, quod HELVIGIUS arceſſit a Græc. δέμειν, δῶν, decere, oportere, unde δέμενα & δόντα quæ fieri convenit.

ZIEMER. Vide *zimer*.

ZIER, quatenus eſt a *zieren* ornare, condecorare, ſubſtantive *decus*, adjective *decorum* ſignificat.

ZIER, *zierde*, decus, cultus, ornatus. Gloſſ. Pez. cultu *zieri*, cultus *zierida*, muliebria ſc. ornamenta *uuipzierida*. In Renunciationibus Veterum *zierdi* & *gizierdi* dicitur de pompa Diaboli. Apud WILLERAMUM extant compoſita, *ſmidezierida* monilia Cap. I. 10. & *halszierida* monilia Cap. VII. 1. Illud proprie ornamenta fabrilia, hoc colli ornamenta ſignificat. Belgæ pompam & cultum in veſtibus pretioſis vocant *zwier*, forte a ſimpliciori *zier* per epentheſin.

ZIER, decorus. OTFRIDUS Lib. I. Cap. V. 29. *heil magad zieri*, ave virgo decora. WILLERAMUS Cap. VII. 6. *uuie ſcone unte uuie zieri biſt du*, quam pulcra & decora es. Et mox: *Scone biſt du in ſide, ziere in operatione*. Hodie dicimus *zierlich*, i. e. decoro ſimilis.

ZIERAT, ornamentum. Francis *zierida*. Utrumque a *zieren*, per media derivandi *at* & *da*. Quidam ſcribunt *zierrat*, tanquam eſſet apparatus ornamentorum, quod neſcio an ſit probandum.

ZIEREN, ornare. Gloſſ. Boxh. *kiziartaz* compta. WILLERAMUS Cap. IV. 11. *alſo diu uuat den lichamen zieret*, ſicut veſtis corpus ornat. Forte a σαρεῖν mundare, purgare, ornare, auctoribus Francis, quos conſtat multa admiratione tam Græcæ quam Latinæ Linguæ in proprietatem ſermonis ſui traduxiſſe. Nam in reliquis Veterum Dialectis non reperitur. Alii ſenſum petunt a mitra, quæ Perſis *thiara*, Græcis ζίφη dicitur, alii ab Heb. *zachar* lucidus & ſplendidus fuit. Qui ſimilibus delectantur, adeant HELVIGIUM in Originibus, JUNIUM in Obſervatis ad Will. pag. 39. SKINNERUM in voce *tire*. Aliud vocabulum vidè in *berden* ornare. Angloſaxones dicunt *glencgan* Matth. XXIII. 29. Matth. XXV. 7. ubi lacunæ, quæ ſunt in Codice Arg. nobis vocem Mœſo-Gothicam ſubduxerunt.

ZIEREN, trans Albim dicitur metaphorice de iis, qui compoſito vultu geſtibusque aliquid agunt. Inde formula, *ſich zieren* affectare pulchrum, *ziere dich nicht* noli te fingere.

ZIESELBÆR, urſus mellilambius. A *zeidel* mel, D. in S. ut ſæpe alias mutato. Appetunt autem favos nonſolum urſi minores, quibus hodie vocem aptamus, ſed etiam majores, teſte PLINIO Lib. VIII. cap. 36. *Oculi eorum hebetantur crebro: qua maxime cauſa favos expetunt, ut convulneratum ab apibus os levet ſanguine gravedinem illam.*

ZIFFER, numerus, vel nota numeralis. Omnium ſententia eſt ab Heb. *ſaphar* numeravit, excepto tamen D. WALLISIO, qui alium voci ſenſum, ſed minus commodum tribuit. Is in Tract. *de Algebra* fuſe exponit, *Cipbras, quibus hodie utimur, Europæos Sæculo X. accepiſſe ab Hiſpanis, hos a Mauris, illos*

illos ab Arabibus, hos a Perſis, illos ab Indis, & artem computandi per ciphras a Græcis ipſis appellari λογιστικὴν ἰνδικὴν. Græci & Romani ad deſignandos numeros literis ſuis utebantur: nec illi tantum, ſed etiam noſtri, a prima literarum ætate, Franci quidem Latinis, Gothi vero propriis, aliis tamen Pontici, aliis qui trans mare Balthicum incoluerunt. Hujus inſtituti teſtimonium præbent nonſolum FASTI RUNICI, in quibus numerus Dierum literis Runicis indicatur, quarum explicationem dedit WORMIUS in notis ad Faſt. Dan. Lib. III. cap. 3. Sed etiam CODEX ARGENTEUS paſſim, ut pridem obſervavit MARESCHALLUS. Ibi enim E. valet quinque, B. duo Joh. VI. 9. IB. duodecim Matth. IX. 20. L. triginta, J. ſexaginta, R. centum Marc. IV. 8. 20. *Rfalth* centies Marc. X. 30. T. trecenta Joh. XII. 5. Quæ ſi quis cum Runicis contendat, immanem diſcrepantiam in computo inveniet.

ZIG, terminatio numeralium. Vide PROLEGOMENA in fine.

ZIGEUNER, Cingari, genus vagabundum, ortum a *Zogaris*, qui circa Caucaſum, ut quidam volunt. Ita MARTINIUS in voce *Zigeuni*. Alii alias tam nominis quam originis rationes attulerunt, quas ſummo ſtudio recenſuit JACOBUS THOMASIUS in Diſſertatione *de Cingaris*.

ZIL, finis, limes, terminus temporis & loci. Angloſax. *tell* apud BENSON. Græcis τέλος a τελεῖν finire, terminare.

ZIL, meta jaculantis, ſcopus agentis, terminus oculi & mentis. Cum ſcopus ſit terminus agentia, quem Latini *finem*, & ſcholæ *terminum ad quem* vocant; hinc manifeſtum, ſenſum vocis a termino terminante ad terminum intentionalem translatum eſſe.

ZILEN, intendere ad metam, quod ſagittariorum proprium. An ſit ab Heb. *til* protelavit, eminus jecit, vel Græco τῆλε longe, procul, quas origines commendat HELVIGIUS, dubito. Dicitur enim de ſagittariis, non quod longe feriant, ſed quod telum & arcum ad metam dirigant, adeoque non propter aliquam longinquitatem, ſed propter terminum, ad quem collimant. Ergo a *zil* ſcopus, meta. Ita a *ram* terminus ſit *ramen* intendere ictum. Alii ſenſum verbi deſumunt a *zeile* linea, ut *zielen* proprie ſit *collineare*, ſive ad rectam lineam dirigere. Sed præſtat ſenſum ab ipſa meta, quam ab ulla linea petere, propter analogiam verbi *ramen*. Hic interim primus & princeps verbi ſignificatus, qui poſtea a ſagittariis ad omnia intentionum & ſtudiorum genera translatus eſt per metaphoram.

ZILEN, intendere ſenſum. Dicitur per metaphoram de oratione. Oratio enim eſt inſtar ſagittæ, nonſolum quia ferit (quod aculeatæ proprium), ſed etiam quia ad certum ſenſum tanquam ad dicendi ſcopum dirigitur. Hinc vulgo ajunt, *die rede zilet dahin* eo tendit oratio.

ZILEN, contendere aliquo. Dicitur de omni ſtudio & labore, quo ad finem aliquem nitimur, ſenſu quidem figurato, ſed apud Saxones, Francos, & Alamannos, paſſim obvio. SOMNER. in Dict. Angloſax. *tilian*, *tylean* niti, conari, contendere, *tilung* ſtudium, negotium. Anglice *to toil* & *a toilling*. Gloſſ. Keron. ſtudere *cilen*, ſtudeat *zilee*. Gloſſ. Pez. nititur *zilet*. Occaſionem allegoriæ dediſſe videtur, egregia illa, quæ eſt inter arcum intenſum & ſtudium animi ſerium, ſimilitudo.

ZILEN, contendere feſtinanter. Senſus Franco-Saxonibus proprius. Gloſſ. Lipſ. *tilo* accelera, *tilont* feſtinant.

ZIMBEL, cymbalum, κύμβαλον, inſtrumentum muſicum ex ære, & hinc *clavizimbel* cujus chordæ æneæ clavis pulſantur.

ZIMER, *hirſchzimer*, pars poſtica dorſi cervini. An quia τίμιος, hoc eſt, præ cæteris cervi partibus magni æſtimata? Inquirant alii, mihi non liquet. STILERUS ſcribit *zæmer*, & multi pronunciant *zimmer*.

ZIMER, *ziemer*, ſcutica, inſtrumentum caſtigandi, *ochſen-zimer* ſcutica e pene bubulo. Proprie eſt ultor, Gr. τιμωρὸς, a τιμωρεῖν caſtigare, punire.

ZIMER, *ziemer*, turdus, inprimis is, qui uvis delectatur, & hinc illi nomen a *racemis*, per metatheſin: ſicut congener ejus *krams-vogel*, per aliam metatheſin.

ZIMMER, lignum, materia ædificandi. SOMNER. in Dict. Angloſax. *timbre* materia, lignum, tignum. VEREL. in Ind. *timber* materia ædificii, trabes. Anglis *timber* etiamnum eſt lignum. Priſci naturæ rimatores videntur lignum ſic appellaſſe, quod ſit materia ſectilis vel ſectiva, a τίμνω ſcindo, ſeco. Alia nomina ab aliis ligni qualitatibus petita, vide in *tram*, *holz*, *wald*, *wut*.

ZIMMER, tignum. Angloſaxonibus & reliquis ut ſupra. Rurſus a notione ſecandi, quia per tignum omnes intelligunt lignum dolatum. Græcis θράμβη eſt trabs, miro conſenſu cum Saxonico *timbre*.

ZIMMER, materia ex qua aliquid fit. Angloſax. *timbre*, Francis & Alam. *zimbri*. Gloſſ. Keron. materia *kezimbri*. Gloſſ. Ruodperti S. Galli Magiſtri: informis materia *skaffeloſa zimber*. Sumptum a lignis, quatenus ſunt materies ædificandi, translatumque ad materiam univerſe per metaphoram, quia ſicut ex lignis fit ædificium, ita ex materia materiatum. Similiter & Græcia ὕλη ligna & materiam ſignificat. Quamvis autem *zimmer* hoc ſenſu non amplius audiatur, dignum tamen eſt, quod Vernaculæ a philoſophantibus reſtituatur.

ZIMMER, interdum eſt verbale a *zimmeren* ædificare, & tunc ſignificat quantum poteſt, *ædificium* & *conclave*.

ZIMMER, fabrica, contignatio, ædificium. Gloſſ. Pez. pergama (alta ædificia) *hoho gizimpri*. Gloſſ. Boxh. *ubarzimbri* contignatio. Viguit adhuc ante quingentos annos. Jus prov. Alam. Cap. 362. *von gezimmer* de

ædificiis. Et mox: *fwer uf ain froemdez erꝛich zimmer ſetzet*, quicunque in ſolo alieno ædificia colloçat. Hodie ſuperat in compoſitis, *zimmerholz* ligna fabricæ idonea, *zimmerman* faber lignarius.

ZIMMER, conclave, pars ædificii. Senſus vocis hodiernus, cujus gratia reliqui ab oblivione erant excitandi. Belgæ dicunt *timmer*.

ZIMMERMAN, faber lignarius. Goth. *timrja* Marc. VI. 3. Francis & Alam. *zimbermann* teſte JUNIO in Gloſſ. Goth. pag. 333. Hunc Verſio Angloſaxonica vocat *ſmith* loc. cit.

ZIMMEREN, aſciare, dolare, lignum rude & informe ferro elaborare, & ad ſtructuram idoneum reddere. Suecis *timbra*. Proprie tignum facere, a *zimmer* tignum.

ZIMMEREN, ædificare, ex materia præparata conſtruere. Gothis *timrjan* Luc. XIV. 28. Angloſax. *timbrian* ibidem, Francis & Alam. *zimbron*, Franco-Saxon. *timbren*, Belg. *timmeren*. Gloſſ. Keron. ædificavit *kezimbrota*. Gloſſ. Lipſ. *getimbrit* ædificatus. NOTKERUS Pſal. CXXI. 3. *daz iſt diu himiliſca Jeruſalem, diu in burge uuis kezimberot uuirt uzer chechen unde geiſtlichen ſteinen*, hæc eſt cœleſtis Solyma, quæ ut civitas ædificatur ex lapidibus vivis & ſpiritualibus. Proprie eſt contignare, ſeu contignationem facere, a *zimmer*, tignum. Quædam Dialecti habent *trimman* quod videtur eſſe a *tram* trabs, niſi rejectio literæ R. in anteriorem locum, ortum dederit.

ZIMMEREN, inſtruere, dictis aut factis, doctrina vel exemplo meliorem reddere. KERO in Regula S. Benedicti Cap. 38. qui ædificent audientes *dea zimberren*. Idem Cap. 47. ut ædificentur audientes *daz ſin kizimbrit*. Metaphora, quæ verbo Alamannico ſubeſt, non eſt petita ab ædificando (etiamſi Scriptores Eccleſiaſtici dicant *ædificare*, Galli *edifier*, duriſſima & inexplicabili figura) ſed a dolando, quoniam is, qui alterius animum dictis aut factis meliorem reddit, non eſt ſimilis ædificanti, ſed dolanti, qui lignum rude & informe in meliorem formam redigit. Germani hodierni dicunt *erbauen*, non ab ædificando, ſed ab excolendo, ducta ab agricultura ſimilitudine. Latini dicunt *inſtruere*, a *ſtruere* ordine parare, quod tolerari poteſt.

ZIMMET, cinamum. Utriusque origo ab Hebræis vel Arabibus. V. MARTINIUM in voce. Fruticem deſcribit WILLERAMUS in Cant. Cant. Cap. IV. 14. Sed non nominat niſi Latine, quod imitatur Luth. in *cynamen*.

ZIN, ſtannum, *zinnen*, *zinnern* ſtanneus. SOMNER. in Dict. AS. *tin* ſtannum, plumbum candidum, *tinnen* ſtanneus. Gloſſ. Pez. ſtannum *zin*, ſtanneum *zininaz*. Cum Inſulæ quædam Britannicæ a ſtanno, quod inde veniebat, antiquitus dictæ ſint *Caſſiterides* (nam κασσίτερος Græcis ſtannum ſonat), etiamſi HERODOTUS ſcribat, ſe illas Inſulas non noſſe, Lib. III. cap. 115. hinc veroſimile eſt, nomen rei ibidem natum, & cum ipſa re ad exteros transportatum eſſe. Cambris, qui Linguæ antiquo-Britannicæ hodienum tenaces ſunt, ſtannum vocatur *yſtaen*, forte ab *yſtaenio* maculare, quod, cum ſit plumbum album, nigras tamen maculas in manibus attrectantium relinquat. Ab hoc primævo videntur cætera prodiiſſe per variam aphæreſin, inprimis Latinorum *ſtannum*, & Saxonicum *tin*, quod hodie ſuperat apud Anglos, Belgas, & Suecos. Nos fidelius cuſtodimus S T. quamvis levi mutatione transpoſitum in Z. hoc eſt, in TS. quod fieri ſolet ſæpiſſime. Cæterum, quanto ſtudio Phœnices lucri cauſa aditum ad has Inſulas maritimis Græciæ civitatibus occultaverint, memorat STRABO Lib. III. Geogr. pag. 175. *Primùs temporibus ſoli Phœnices a Gadibus eo negotiatum iverunt, celantes alios iſtam navigationem*. Unde mirum non eſt, Herodotum Caſſiterides ignoraſſe. Confer CELLARIUM Geog. Ant. Lib. II. cap. 4.

ZINDEL, linteum vel ſericum, argento intextum. Angl. *tinſel*. Utrumque a *ſcintillando*, judice SKINNERO.

ZINGEL, cingulum, ambitus, pomœrium, *zingeln*, *umbzingeln* cingere, circumdare. Utrumque e Latino fonte.

ZINK, quinque. A Gallico vel Italico *cinque*, *cinq*.

ZINK, ramus, *corallen-zinken* rami coralliorum. Per epenthefin a Belgico *tack* ramus: Vel, ſi mavis, a *zack* cuſpis.

ZINKE, lituus, cornu ſonorum. An a *concha* marina, quæ a Tritone inflatur? An potius ab Alamannico *ſinken* cantare, quod habet KERO in Gloſſis? Illud JUNIO, hoc STADENIO ſe probavit. LEIBNITIUS ab utroque diſſentit in Epiſtola quadam ad Ludolfum, ubi verba: „Ego malim *zinken*, „*zanken*, *zacken* eſſe curvas res & uncinatas, „uti Græcum ξάγκλη falx; quin ipſum Ita„licum *cinghiale*, unde Gallicum *ſanglier* „aper (quia hujus dens figura eſt *eine zin„cke*), ab uno eſſe fonte.

ZINNE, cacumen montis vel ædificii, Suec. & Island. *tinna*. STADENIUS, qui Sueo-Gothicas origines ſæpe cum diſpendio veritatis venatur, a ſurculo appellationem petit, quia ſurculus in Indice VEGELIANO exponitur *tein*, & cacumina montium *tindar*. Certe, ſi quæ ſimilitudo in voce latet, illa non a ſurculo, ſed potius a figura, quæ e lato in acutum definit, deſumpta eſt, qualis Græcis dicitur κῶνος, Latinis *conus*, *cuneus*, Cambro-Britannis *cyn*, apud BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Hebræis *pinna* & *zinnah* (utrumque enim habent, niſi me fallant quidam authores) angulum notat, ſed & faſtigium montis, quod in angulum definit.

ZINNOBER, cinnabaris, κινάβαρι.

ZINS, cenſus. Gloſſ. Pez. vectigalia *zinſa*. Vox cum imperio Romano longe diſſeminata, & Græcis quoque impoſita, qui inde habent κῆνσος Marc. XII. 14. In jure Provinciali

vinciali Alamannico extant compoſita, *zinsgut* fundus cenſualis, Cap. 66. *zinsman* emphyteuta, cap. 181. & ſimilia.

ZIPFEL, *zippel*, extremitas, prominentia. Diminutiv. a *zopf*, quod vide.

ZIPPELN, *ſippeln*, ſtillare, guttatim fluere. Utuntur quædam Dialecti apud STADEN. in Voc. Bibl. pag. 520. Diminutivum a *ſaufen* fluere.

ZIPPERLEIN, morbus articularis, ab affluentia vitioſi humoris ſic dictus quaſi *gutta*, a *zippeln* ſtillare. Hæc etymologia, cujus auctor STADENIUS, robur accipit ab alio ejusdem morbi nomine, quod vide in *tropf*.

ZIRBEL, trochus, ludi puerilis inſtrumentum. A Lat. *turbo*, vel potius utrumque ab obſoleto *zirben* volvere, gyrare, quo paſſim utuntur Franci. OTFRIDUS Lib. III. Cap. VII. 27. de rota: *thaz ſih io umbizirbet*, quæ ſe circumvolvit. Et mox verſ 33. 34. de mundo: *uuio thiſu uuorolt ſih zerbit*, quomodo ſe volvat hic mundus. Inde *zirbel-nuſs* nux pinea, quia trocho ſimilis, & *zirbelbaum* pinaſter, arbor trochifera. Græci & Latini eandem nucem *ſtrobilum* vocant, a ſimili cauſa, nempe a στρέφω verto, torqueo, quaſi tortilem figura, ſicut optime obſervatum MARTINIO in voce. Qui vero, unde ſit *turbo*, quem pueri exercent, & cur ita dicatur, indictum reliquit. Videtur autem eſſe a στρέφω expulſo S. Et hinc etiam eſt *zirben* volvere, quia volvere eſt vertere. Nam ST. in multis vocibus transponitur, & tunc fit TS. hoc eſt, Z. Vide *Proleg.* Sect. IV. in *anaſtrophe*.

ZIRCH, *zirk*, ambitus, circumferentia. A Lat. *circus*. Gloſſ. Keron. circulum *um bincirh*. Hodie libentius utimur compoſito *bezirch*.

ZIRKEL, circulus & circinus, orbis & inſtrumentum deſcribendi orbem. Duci poteſt a *zirken* circumſcribere, quod eſt a *zirk* circumferentia. Sed præſtat Latinis acceptum referre.

ZIRNBAUM, arbor glandifera. A Lat. *cerrus*, & hoc a Celtico *derw* quercus. Cerrum inter arbores glandiferas memorat PLINIUS Lib. XVI. Cap. 6.

ZISCHEN, dicitur de ſibilo oris, & ſtridore ferri candentis in aqua. Cui ſimile Græcum σίζω, quamvis alio literarum ordine. Utrumque a ſono.

ZISEL, penis. Vox HENISCHIO & STILERO memorata, quæ videtur oriri a Cambro-Britannica *coſi* fricare.

ZISER, *ziſerverbis*, ejusdem ſignificatus ut *cicer*, a quo deſcendit.

ZITRON, pomum citrium, μῆλον κίτριον. Res & nomen exoticum.

ZITTERN, tremere. VEREL. in Ind. *titra* tremere. Creditur componi ex intenſivo ζὰ & τρέω trepidare. Ita docent HELVIGIUS & MARTINIUS. Simile compoſitum vide in *zanken*. Hactenus apud Veteres non occurrit. Saxones tamen videntur a τρέω habere *dræd* timor, & *ondrædan* timere, pavere, quod extat in Verſione Angloſax. Marc. V. 33. Aliud verbum vide in *beben*.

ZITWER, zedoaria. MARTINIO eſt vox & radix Sinenſis.

ZITZ, mamma. Senſus vocis Slavonicus. FRENZEL. in Orig. Sorab. pag. 446. *cic*, *ziz* mamma, mammilla, uber, *cick*, *zizk* mammula, *cicam*, *zizam* fugo, *cicak* lactens, qui adhuc e mamilla pendet, *taddeus* Hebræis, *cicany* mammoſus. Origines Arabicas vide ibidem, domeſticas ſupra in *dütte*. Deam CIZAM, a Sorabis cultam, nomen inde accepiſſe, illudque Civitati Miſnenſi ZEITZ communicaſſe, idem in tranſitu obſervat. Quod uti libens concedo, ita ex hoc ipſo nomine Deam illam Dianæ inſtar Epheſiæ *multimammiam* fuiſſe auguror.

ZITZ, papilla mammæ. Senſus vocis Germanicus, quo utitur Luth. Ezech. XXIII 21.

ZOBEL, muſtela Scythica. Bohem. *ſobol*, Gall. & Angl. *ſable*, Ital. *zibelini*. Pellis e *Siberia* Germaniæ importata, & inde nomen *Sibelinæ* pro *Siberinæ*, a patria, mutato R. in L. qua mutatione in vocibus exteris nihil frequentius. Sic ex *marmore*, *turture*, *peregrino* fecimus *marmel*, *turtel*, *pilgrim* Plura exempla vide in *pflaum*. Quærit MARTINIUS in Lex. Philolog. in voce *zobola*: An a dente, qui Polonis *zub*, an a *zappeln*, quod Germanis palpitare, an a ζὰ & πολέω valde movere, verſare? Quis non videt, quam longe hæ conjecturæ abſint a vera nominis ratione? Confer *Hermelin*, & patebit, pelles pretioſas plerumque appellari a patria.

ZOCHEN, *zuchen*, feſtinare, accelerare. Vide *zauwen*.

ZOCHEN, *zogen*, *zucken*, trahere, capere, rapere. Priſcam verbi deſinentis imaginem, compoſita, & derivata, vide in *zucken* & *notzuchi*.

ZOFE, famula, ancilla. Factum ex antiquiori *thiwi*, *thiwa* ejusdem ſignificatus. W. in ore vulgi facile mutatur in F. ſicut T. in Z. Originem & conſenſum totius Antiquitatis vide in *dieb* ſervus & ſerva. Si quis tamen hanc famulam malit appellari pediſequam, habebit verbum *zauwen* feſtinare, unde fieri poterat *zofe*, *zauwe* curſitatrix, puella a pedibus matronæ, alias *ein laufmædchen*.

ZOGEN, *zochen*, *zucken*. Vide reliqua in poſtremo.

ZÖGERN, *zögern*, tardare, moram trahere. A *zug* mora vel tractus.

ZOLL, latitudo pollicaris. Angloſaxonibus pollex dicitur *thymel*. Hoc vulgus mutare potuit in *thyl* & *toll*, expulſo M. Nam voces ſyncopari ex pigritia loquentium, quid magis obvium? Poſtea ex *toll* durior pronunciatio fecit *zoll*. Ratio cur ita ſentiam, hæc eſt, quia *zoll* eſt pars decima pedis, & vulgo exponitur *pollex*. Alias pollex dicitur etiam *hallus* apud FESTUM. Quod ideo monendum duxi, ut, ſi quis

ſyncopen in voce Saxonica faſtidiat, Latinam reſpiciat. Nam hinc quoque fieri poterat primo *ſoll*, poſtea *toll* & *zoll*. Exempla harum mutationum dedi in *Proleg.* Sect. III.

ZOLL, vectigal. A Græc. τέλος, auctoribus Francis, primis vectigaliorum in Germania repertoribus, ut oſtendi in voce *bede*. Propius tamen ad Græci vocabuli ſonum accedit Angloſaxonicum, Belgicum & Anglicum *toll*, Suecicum *tull*, Latino-Barbarum *tallia*, Gallicum *taille*. In vetuſtiſſima Septemtrionis Lingua, quam VERELIUS in *Indice Scytho-Scandico* expoſuit, *tala* ſignificat *æſtimationem*, quod eſt ab Angloſaxonico *talian* æſtimare. Hinc vox Græca videtur proprie eam denotare præſtationem, quæ ex taxa vel æſtimatione rei imponitur, ut ſunt omnino vectigalia, portoria, tributa, cenſus &c. quæ Angloſaxonibus univerſe vocantur *toll*. Aliis tamen *tallia* eſt pecunia *acciſa*, a *talliare* ſcindere. Et hanc interpretationem ſequitur SPELMANNUS in voce.

ZOLL, telonium, τελώνιον. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *toll* telonium, *tolli* telonium exigere. Gloſſ. Pez. teloneo *zollantuome*. Angloſaxones utuntur compoſito *tollſceamul*, Germani *zoll-bank*, *zoll-haus*, *zoll-bude* &c.

ZOLLNER, *zöllner*, telonarius, τελώνης, Angloſax. *tollere*, Belg. *tollenaer*.

ZOPF, in hodierna lingua ſignificat *faſciculum capillarem*. Sed hic ſignificatus eſt ordine penultimus, & totus dependens ab aliis, qui eum præcedunt, quibus niſi probe cognitis & perſpectis, ipſe intelligi nequit. Et hujus gratia reliquos, quamvis obſoletos, inſtaurare, & in ſcenam producere cogimur.

ZOPF, ſummitas cujuscunque rei, montis, arboris, ædificii &c. Vox Celtica & latiſſime patens. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *topp* ſummitas. SOMNER. in Dict. AS. *top*, faſtigium, culmen, cacumen, jugum, vertex, apex, ſummum. Eodem ſenſu viget in Belgio, Suecia, Anglia. Belgis *top van eenen berg* eſt cacumen montis, *top van t'huis* faſtigium ædificii, *top-zeil* velum in ſummo mali faſtigio. Suecis *topp pæ træ* vertex arboris. Anglis *top of a hill* jugum montis, *top of a houſe* tectum, *top of a pillar* capitellum columnæ, *from top to toe* a capite ad calcem, *topped* cacuminatus, faſtigiatus. In iisdem Dialectis, Cambrica inquam & Saxonica, ſummitas cujuscunque rei dicitur *cop*, *coppe*, *coppa*, ob rationes ſatis bonas, quas vidimus ſupra in *kopf*. Quod probe obſervandum. Nam hinc cognoſcimus, quod *topp* pro ſummitate, nullam habeat etymologiam, niſi eam, quæ ex literarum K. & T. permutatione deſumitur. Vide eam in *Proleg.* Sect. III.

ZOPF, apex, criſta. Proprie ſummum ejus rei, cujus apex & criſta eſt. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *top*, Angli *tuft*, Islandi *topper*, apud VEREL. in Ind. Byzantini etiam Scriptores τὴν Φὰν appellant apicem, qui galeæ imminet, haud dubie e Saxonico fonte. Suecis gallus dicitur *toppe*, quaſi *topped* criſtatus.

ZOPF, quicquid criſtæ ſimile eſt. Inde Latino-Barbaris *tufa* genus vexilli ex confertis plumarum globis, apud CANGIUM. Gallis *touſe de cheveux* faſciculus capillorum, *touſe de plumes* faſciculus plumarum, *touſe de rubans* faſciculus lemniſcorum. Germanis *zopf* faſciculus capillaris, *harzopf* crines nodati & in faſciculum colligati. Quo nomine etiam inſigniri poterat nodus ille capillaris, a ſummo vertice pendens, inſigne veterum Suevorum apud TACITUM cap. 38. de M. G. quem hodie quodammodo imitatur miles Boruſſicus, quamvis nodum infra verticem religans, quo fit, ut caudæ quam apici ſimilior ſit.

ZOPF, extremitas, prominentia. Quia ſummitati ſimilis. Hodie utimur diminutivo *zipfel* eodem ſenſu. Sed a *zopf* derivamus *zopfen*, *zupfen* vellere, quod fit per extremitates.

ZOPFEN, *zupfen*, vellere, trahere per extremitates. A *zopf* extremitas, ut paulo ante dictum. Inde porro exiſtit metaphoricum *anzupfen*, corrupte *anzapfen*, dictis aliquem laceſſere, quia laceſſentes ſimiles ſunt eorum, qui barbam aliis vellicant. Et *vellicare* Latinis quoque de dente maledico dicitur.

ZORN, ira, *zornig* iratus, *zürnen* iraſci. SOMNER. in Dict. Angloſax. *torn* ira, iracundia, indignatio, *tornig* iratus, infenſus. Gloſſ. Pez. incendium *zorn*, fervorem *zurnida*, furibundus *zornager*, turbulentus *zornager*, graviter ſe ferre *harto ſih zurnan*, indignaretur *zurnti*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *ſorr* ira, indignatio. STADENIUS deduxit a *zerren* irritare, quia ira eſt affectus hominis laceſſiti. Ita ab *irren* irritare & ægre ferre (utrumque enim ſignificat) fit Angloſax. *yrre* ira, animus irritatus, & inde *Godes yrre* ira Dei Joh. III. 36. Vox Latina vel ex eodem fonte eſt, vel igneum & ardentem affectum ſignificat, ab *uri*.

ZOTE, *zotte*, cirrus, villus, *zottig* villoſus. Gloſſ. Pez. comas *zatun*. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *cudyn* floccus, tometum, villus, cincinnus. Forte utrumque a *kutten* tegere, ut *vellus* & *villus* a velando.

ZOTEN-REISSEN, villum vellicare. Figurate de pudendis perfricta fronte & impudenter differere. Ita proverbium explicat KEYSLERUS, vir doctiſſ. in Antiq. Septemtr. pag. 484. Alia conjectura ab impuriſſimo Poeta *Sotade* (a quo omnes libri obſcœni etiamnum *Sotadici* vocantur) appellationem turpiloquii deducit.

ZU, ad. Goth. *at* & *du*, Angloſax. *to*, Franc. & Alam. *za*, *ze*, *zi*, *zua*, & *az*, Belg. *toe* & *tot*, Angl. *to* & *at*. Gloſſ. Boxh. *za* ad. Gloſſ. Keron. ad *ze*, *za*, ad ipſum *ze inan*, ad neceſſaria *za notdurfi*, ad ultimum *az jungiſt*, adſum

adſum *azpim*. Omnia affinia Latino *ad*. Nam *ad* & *to* ſe mutuo producunt per anaſtrophen. Reliqua circa hanc particulam obſervanda vide in PROLEGOM. Sect. V.

ZUBER, *zober*, vas aquarium. Vox a Francis relicta. TATIANUS Cap. CLVII. 2. *man uuazzares zuibar tragenti*, homo amphoram aquæ portans. Belgis *tobbe* eſt labrum, trulla, *ein waſchfaſs*, Anglis *tub* cadus, alveus, dolium. Dicitur proprie de vaſis ligneis, quæ a vietoribus compinguntur; & hinc originem ſuam refert, non ad Lat. *cupa*, ſed ad verbum obſol. *dauben* latera vaſis compingere, quod eſt a *daube* tabula doliaris. Ipſum vero *daube* videtur abſciſſum a Lat. *tabula*. Aliam tamen conjecturam vide in loco.

ZUCHT, in exiſtendo & ſignificando dependet a *ziehen*, & niſi cognito eo cognoſci non poteſt. Varia autem ſignificat pro varia virtute primitivi.

ZUCHT, a *ziehen*, *zeugen*, generare.

ZUCHT, generatio, fœtura, tam hominum quam animalium. OTFRIDUS Lib. I. Cap. III. 51. de proavis B. Virginis:

Thiu thritta zuahta thanana
Thaz uuarun edil thegana.
Tertia deinde generatio
Erant domini nobiles.

Hodie utimur de animalibus tantum. Inde *vieh-zucht* fœtura pecorum. Germani inferiores dicunt *tocht* & *vee-tocht*, a *tygen* procreare.

ZUCHT, partus, fœtus, humanus & beſtialis, ſaltim uſu veterum. Græcis conſono vocabulo τόκος. BENSON. in Voc. Poët. *teohhe*, *tohde*, *tohta* fœtus. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 79. *mith zuinelero zuhte* gemellis fœtibus. OTFRIDUS Lib. I. Cap. IX. 79. de puero Johanne:

Thiu zuht uuas unabſenti
In Druhtines henti.
Puer erat creſcens
In manibus Domini.

Hodie non utimur niſi de animalibus. Inde *ſchlangen-zucht* progenies ſerpentum, *ottergezücht* fœtus viperinus.

ZUCHT, a *ziehen* nutrire.

ZUCHT, alimentum, nutrimentum. OTFRIDUS Lib. II. Cap. XXI. 65.

Thia dagalichun zuhti
Gib hiut uns mit ginuhti.
Victum quotidianum
Da nobis hodie cum ſufficientia.

Hodie ſuperat in termino forenſi *leibzucht* vitalitium viduæ, ſuſtentatio ad dies vitæ, a *leib* vita. A *zucht* rurſus fit *zuchten* nutrire, Dial. Francica. Gloſſ. Pez. nutriebantur *gizuhtot*.

ZUCHT, a *ziehen* inſtruere.

ZUCHT, inſtructio, doctrina, cultura ingenii & morum. Dicitur de diſciplina liberali tantum, quæ rudem docendo meliorem reddit. Gloſſ. Pez. eruditionem *zuht*, ineruditionis *unzuhti*.

ZUCHT, ſanctitas & puritas morum, *zuchtlere* doctrina moralis, *zuchtlerer* præceptor doctrinæ moralis. Dictio metonymica, qua cauſa ponitur pro effectu, inſtructio pro puritate morum, quæ plerumque eſt fructus bonæ culturæ.

ZUCHT, per ſynecdochen generis ſignificat *pudorem*, *modeſtiam*, *verecundiam*, & *honorem* qui caſtis auribus & oculis debetur, & quicquid ad puritatem morum ſpectat. Ad hanc claſſem pertinent, *jungfrauwliche zucht* pudor virginalis, *züchtig* pudicus, *züchten* verecunde ſe gerere, aſpectu, verbis, geſtibus, *zücht-jungfern* paranymphæ, quæ ſponſam compoſitis ad modeſtiam vultibus comitantur, *mit züchten* ſalva reverentia, & ſimilia, quæ hodie recte & decenter dicuntur. An etiam antiquitus dicta ſint, ignoro. Horum oppoſitum eſt *unzucht* impuritas morum, quod etiamſi per ſe latiſſimi ſit ſignificatus, hodie ad impudicitiam & rem veneream reſtringitur, non quod ſic oporteat, ſed quod ſynecdoche generis delectemur.

ZUCHT, a *ziehen* domare.

ZUCHT, diſciplina, non omnis, ſed ſeverâ, & cum animadverſione conjuncta, *kriegszucht* diſciplina militaris, olim *manzuht* apud SCHILTERUM in Gloſſ. Teut. Et huc etiam ſpectat diſciplina civilis, qua mores publici urbicolarum in ordinem rediguntur, ſtylo Romano *cenſura*. Rhythmus de S. Annone Stroph. 18.

Romere ſcrivin ciſamine
In einer guldinin tavele
Druhtunterit altheirrin
Di dar plegin zuht unt erin.
Romani conſcripſerunt
In aurea tabula
Trecentos Senatores
Qui curarent cenſuram & honeſtatem morum.

ZUCHT, caſtigatio, *zuchtrute* virga caſtigatoria. Dictio metonymica, qua ſubjectum ponitur pro adjuncto, diſciplina pro caſtigatione, quæ diſciplinam comitatur. Duplex autem eſt, privata & publica. Privata eſt puerorum indocilium & petulantium. Publica ſceleratorum & diſſolute viventium. Inde *zuchthaus* ſophroniſterium, ergaſterium, locus ubi ii, qui vel ad nos vel reimp. ſpectant, ſi præceptis & monitis corrigi non poſſint, vel duro labore exercentur, vel plagis afficiuntur, non ut puniantur (nam punire puniendi cauſa inhumanum eſt), ſed ut emendentur, *zuchtmeiſter* ergaſtularius, præfectus caſtigationis publicæ, vel ipſe caſtigator. A *zucht* porro fit *zuchten* & frequentative *züchtigen* caſtigare, & inde *züchtigung* caſtigatio.

ZUCHTMEISTER, ſecundum antecedentia ſignificat quantum poteſt, *pædagogum*, *cenſorem* vel judicem morum, *ergaſtularium*,

larium, *caſtigatorem* &c. pro vario ſenſu, quem prior compoſiti pars admittit.

ZUCKE, *zuche*, canis fœmina. Gloſſa Juniana in Obſ. ad Will. pag. 79. *zoh* canicula. VEGEL. in Ind. *bundiük* canicula. Non quod in domo nata vel nutrita ſit, ſed quod canem poſt ſe trahat, a *ziehen* allicere, attrahere.

ZUCKE, *zuche*, pellex, fœmina impudica, quæ illecebris ſuis deſipientium animos in retia ſua trahit, interprete STILERO. Ex eodem fonte. Inde *zohenſun* filius pellicis, quam vocem ex Jure Auguſtano adducit, ſed non explicat, SCHILTERUS in Gloſſ. Teut. pag. 188.

ZUCKEN, trahere, attrahere, *den degen zucken* gladium ſtringere. Idem quod *ziehen*, mutatis ſaltim gutturalibus.

ZUCKEN, retrahere, vellicare, *das zucken der glieder* motus artuum convulſivi. Similiter & Anglis *tug* eſt vello, *tuck* vellico, traho.

ZUCKEN, capere, ſumere, prehendere. SOMNERUS in Dict. Angloſax. *tæcan* capere, recipere, *oftæh* præripuit, *to-teah* arripuit. Islandi eodem ſenſu dicunt *taka*, Angli *take*, Sueci *taga*, Græci δέχεσθαι.

ZUCKEN, rapere, vi capere. OTFRIDUS Lib. III. cap. X. 65.

Niſt, quad er tho, fruma thaz,
Thaz man zukke thaz muaz
Then kindon ir then hanton
Inti uuerf ez uz then hunton.
Non eſt, inquit, bonum hoc,
Ut rapiatur cibus
Ex liberorum manibus,
Et projiciatur canibus foras.

NOTKERUS Pſal. XXI. 14. *ſie gineton gagen mir alſo der leuuo ſo er zucchet*, aperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens. Pſal. LXVIII. 5. *ih kalt, daz ih ne zuhta*, ſolvi quod non rapui. Apud eundem occurrunt,

erzucche, rapiat, Pſal. VII. 3. X. 8.
zezocchot habent, diripuerunt, Pſal. LXXXVIII. 42.
zocho, rapina, Pſal. LXI. 11.

Et huc etiam ſpectare videtur e Lege Salica *texaca* ablatio furtiva, quod dicitur de furto apium Tit. IX. 3. pecorum Tit. X. 3. ſarvorum Tit. XI. 2. 6. Vidit hoc ante omnes ECCARDUS in not. ad L. Sal. pag. 30. Verba capiendi ad rapinas transferre, moris Germanici eſt. Confer themata verborum *fangen, greiffen, henden, nemen*, & patebit. Allegorice dicitur de iis, qui vel ecſtaſin, vel ſimilem motum, quo anima a corpore (ſalvo tamen vinculo) abripitur, patiuntur. Inde *entzuckt, verzuckt*, rapto ſimilis, extra ſe poſitus, obſtupefactus.

ZUCKER, ſaccharum. Oritur, non ab Heb. *zachar* clarus & ſplendidus fuit, & multo minus a Germ. *ſüſs* dulcis, ut quidam opinatur; ſed ab Indico vocabulo *ſacar*, quo dulcis ille ſuccus, quem arundo *Mambu* foras protrudit, quique vi Solis inſtar pumicis albi dureſcit, denominatur. Et hoc nomen poſtea ad ſuccum illum calaminum, qui arte humana e cannis ſacchariferis exprimitur, coquitur, & coagulatur, ob ſimilitudinem naturæ translatum eſt. SALMASIUS Exerc. Plin. pag. 1313. *Indi Saccharum in genere appellant* SACAR. Carolus CLUSIUS Hiſt. Arom. Lib. I. Cap. 12. *Vocantur autem ab indigenis* SACAR MAMBU, *quaſi dicas ſaccharum Mambu, quoniam Indi arundines ſive ramos arboris illud proferentes Mambu vocant.* Gulielm. PISO in Mantiſſa Aromatica cap. 10. *Diſſolvendus nodus circa nomen, quod ipſi Indi* SACAR *lingua vernacula indigitant, idque non reſpectu alicujus dulcedinis, ſed quod a multis ſeculis apud indigenas humor hic in nodis antiquarum cannarum* (ipſius Mambu) *concretus nomen* SACAR *obtinuit: poſtea autem, cum liquor vel mel cannæ ſacchariferæ hodiernæ vi expreſſus, & igne coctus, in ſubſtantiam duram, ſiccam & albam migraverit, videtur ad imitationem externæ figuræ & nominis* SACAR *nunc nomen* SACCHARI *impoſitum eſſe.* Ab hoc igitur vocabulo Indico & perantiquo exiſtit Arabum *zuchar*, Græcorum σάκχαρ, Latinorum *ſaccharum*, Belgarum *ſuyker*, Anglorum *ſugar*, Suecorum *ſoker*, Gallorum *ſucre*, Germanorum *zucker*. Et quamvis non idem ſit ſaccharum vetus & novum, aut ſaccharum Mambu & noſtrum, in multis tamen conveniunt, ſi originem, dulcedinem, candorem, & duritiem ſpectes, quod ad communem appellationem ſufficit. Quid enim ſaccharum noſtrum aliud eſt, quam ſuccus arundinis, dulcis & candidus, & in ſubſtantiam duram concretus? Vide quæ de Sacchari hodierni origine & conficiendi modo literis prodiderunt præter alios Nardus Anton. RECCHUS in Theſauro Rerum medicarum novæ Hiſpaniæ Lib. IV. cap. 14. & PISO ſupra laudatus in Hiſtoria naturali & medica utriusque Indiæ Lib. IV. Cap. 1.

ZUG, quatenus eſt verbale a *ziehen*, ſignificat quantum poteſt, (1.) actum movendi, ducendi, attrahendi, protrahendi, proficiſcendi &c. Gloſſ. Pez. motu *zuge*, tractu *zuge*. Angloſaxonibus *tyge* eſt productio in longitudinem, Suecis *tog* profectio, expeditio, nobis *zug* hæc omnia ſignificat, ſive per ſe, ſive in compoſitis. (2.) rem quæ ducitur. Inde *zug* linea, ductus punctorum vel linearum, Arabice *dûgh*. HYDIUS in Hiſtoria Nerdiludii pag. 205. „Armeni a „me interrogati, reſponderunt nomen ejus „eſſe *dugh*, quo ſignificatur *linea* vel *lineatio*. (3.) rem quæ trahitur vel attrahitur. Inde *zug*, *bezug* chordæ. (4.) inſtrumentum trahendi. Inde Latinis *fucula* machina tractoria, Islandis & Italis *foga* funis, nobis *zug* jugum, Græcis ζεύγλη pars jugi. (5.) tempus productum. Inde *verzug* mora. (6.) ductorem. Inde Græcis ταγὸς, Latinis *dux*, Cambris & Armor. *dug*, noſtris *herzog*. Cuncta

eod.

eod ſenſu. (7.) paſſionem qua ducimur & trahimur &c.

ZUGEL, *zügel*, frenum. Gloſſ. Pez. habenas *zugila*. Gloſſ. R. Mauri apud Diecm. habenæ *pant* vel *zubil*. Omnino a *zieben* trahere, ut Græcis ἧνιοχος a ἕνω traho. Simile derivatum vide in *briedel*. Angloſaxonibus *tigel* eſt tractorium, ex eodem fonte.

ZUGEMUS, *zugemüs*, quicquid auctuarii loco in menſa apponitur, ſive olus ſit, ſive pulmentum ex quacunque re. Gloſſ. Pez. pulmento *zuomuſe*. Refer ad *mus* cibus.

ZUKUNFT, adventus. Francica monumenta ubique habent *chumſt*, in ſimplicibus & compoſitis, quod certe eſt melioris notæ, utpote a *kommen* venire deflexum. ISIDORUS Cap. V. 5. *Chriſtes chumſt*, Chriſti adventus. Symb. Athanaſian. NOTKERI: *ze des chumfte ſuln alle menniſcen irſtan*, ad cujus adventum omnes homines reſurgere debent. Gloſſ. Pez. aggreſſionem *zuochumſt*.

ZUMAL, *zumalen*, adverb. augendi, quo utimur in ampliationibus. Percurre omnes ſignificatus τῦ *mal*, & comperies, nullum hic quadrare. Ducam igitur a Gr. μᾶλλον magis, vel a μαλῶ augere.

ZUMAL, adverb. temporis, quo utimur in compoſito *dazumal* tunc temporis, quod eſt a *mal* tempus. Conſer *Proleg.* Sect. VI.

ZUNAME, agnomen, cognomen. MABILLONIUS Lib. II. de re Diplom. Cap. VII. 3. negat, ſe ante confinia Sæculi X. & XI. ullum cognomen reperiſſe. Et communis ſententia fert, nobiles circa initium Sæculi XI. a prædiis cognomina primum accepiſſe, & hos deinceps imitatos eſſe plebejos, nomina aliunde ſibi aſſumentes. Sed ex his recentioris inventi cognominibus male concluditur, nulla unquam agnomina gentibus & familiis propria apud antiquiſſimos Germanos fuiſſe. Contrarium probant *Amali* & *Balthæ* Gothorum, *Asdingi* Vandalorum, *Gunginci* & *Lithingi* Longobardorum, quæ ſive a conditoribus, ſive aliunde aſſumpta ſint agnomina, illuſtrium certe proſapiarum fuerunt. Vide, quæ contra SPELMANNUM in eadem hæreſi verſantem, diſputat WORMIUS Lib. III. Mon. Dan. pag. 146. JORNANDES de reb. Get. Cap. 22. *Contra Viſumar Wandalorum regem*, ASDINGORUM *e ſtirpe, quæ inter eos eminet, genusque indicat bellicoſiſſimum.* IDEM Cap. 29. de Gothis: *Ordinant ſuper ſe regem Alaricum, cui erat poſt* AMALOS *ſecunda nobilitas*, BALTHARUM *que ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis* BALTHA, *id eſt audax, nomen inter ſuos acceperat.* P. WARNEFRIDUS Lib. I. de Geſtis Longob. Cap. 14. *Regnavit ſuper eos primus Agelmundus, filius Ayonis, ex proſapia ducens originem* GUNGINCORUM, *quæ apud eos generoſior habebatur.* Et mox cap. 21. *Hi omnes* LITHINGI *fuerunt; ſic enim apud eos quædam nobilis proſapia vocabatur.* Plura familiarum nomina vide in particula ING.

ZUNDEN, *zünden*, excitare ignem, facere ut ardeat. Vox Celtica, quæ Cambris effertur *cynne, cynneu*, Angloſaxonibus *tynan, tendan*, Gothis *tandjan*, & dicitur de lucerna quæ accenditur Luc. VIII. 16. Francis *zunten*, Islandis *tenda, tenda upp* apud VEREL. in Ind. Suecis *uptænda*. NOTKERUS Pſal. LXXVII. 38. *noh er ne zunta al ſin zorn*, & non accendit omnem iram ſuam. Pſalm. ſeq. verſ. 5. *uuieo lango uuirt inzundet din ando*, quam diu accendetur zelus tuus? Omnibus conſentit Lat. *cendere*. Cuncta a communi origine, nempe a *tan* ignis. Litera D. in medio verbi, non eſt radicalis, nec cum ipſa voce nata, ſed paulatim attracta a præcedenti N. Utraque eſt lingualis, & literæ ejusdem inſtrumenti ſe facile attrahunt. Conſer *Proleg.* Sect. III. in Lit. N.

ZUNDER, fomes. Angloſax. *tynder* Franc. & Alam. *zunter*, Lex. Run. *tundur*, Angl. *tinder*, Belg. *tintel*. Gloſſ. Boxh. *zuntrun* fomes. Gloſſ. Keron. fomitem *zuntrun*. A *zünden* accendere, per medium derivandi *er*. Nam fomes eſt pharetra ignis, quæ facile concipit ignem, conceptumque aliis rebus communicat.

ZUNDER, carbo. NOTKERUS Pſal. CXXXIX. 10. *cluonte zanderen ana fallont ſie*, cadent ſuper eos carbones ignis. Et ſic paſſim. Carbo autem eſt fomes ex ligno uſto. Hodie obſoleſcit.

ZUNDKRAUT, *zündkraut*, pulvis pyrius. Judice STILERO ſic dicitur velut eſca ignis, a *kraut* olus; Sed dura nimis allegoria. Potius eſt materia ignis in minutas partes contrita, vitiatumque militari pronunciatione a *grat* ſcobs, pulvis, unde etiam vox Salica *chrenechruda* pulvis ſtabuli.

ZUNFT, conventus, congregatio. Vox a Francis & Alamannis relicta. Gloſſ. Keron. conventu *zumfti*. Dicitur in Reg. S. Benedicti cap. 20. de conventu Monachorum in Oratorio. Hodie eodem nomine inſigniuntur *tribus mercatorum, artificum, opificum*, quia ſtatis temporibus convenire ſolent. Inde Latino-Barbaris *zunftiarum magiſter* apud CANGIUM. Vox Alamannica manifeſto ſatis formata eſt a *quemen*, *chumen*, *kommen* venire. Nam hinc recte fit *quumft*, *chumft*, & compoſite *zuaquumft*, vel *ziſamanachumft* conventus, a *zua* ad, con. Quod deinceps fato omnibus vocabulis, quæ ſæpius nominanda ſunt, communi, contrahi cœpit in *zumft*. In Evangelio Gothico extat vox eadem forma percuſſa, & ejusdem pene valoris. Nam Synagoga vel potius conventus publicus in Synagoga, vocatur *gaqumtha*, a *gaquiman* convenire. Similitudinem, quæ eſt inter vocem Gothicam & Alamannicam, primus animadvertit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 128. addens: *zumfti* correptum puto ex *zuauumfti*. Lege *zuaquumfti*. Aliis tamen aliter videtur. ECCARDUS deflectit a voce Salica *foneſli* grex, in not. ad Leg. Sal. pag. 16. DIECMANNUS a particula *ſam* ſimul, in Spec. Gloſſ. pag. 20. MARTINIUS a *zeunen* ſepire, quia

tribus

tribus est velut interſepta pars populi. STILERUS a *ziemen* decere, quia talia collegia ad colendam honeſtatem inſtituta ſunt.

ZUNFT, conventio, conſenſio. Ex eodem fonte, nempe a *zuaquemen* convenire. Conveniunt enim nonſolum corpora, ſed etiam animi ad ſimilitudinem corporum, & hic conventus *conſenſu animorum, dictorum, factorum* & *faciendorum* definitur. Franci utuntur compoſito *gezumſt*. Gloſſ. Pez. pactum *gizumpht*. NOTKERUS Pſ. LXXXII. 6. *iegelih kezumſt ioh einunga heizzet peneimeda*, omne pactum & placitum vocatur teſtamentum. Inde Francis *gezumſten* convenire, conſentire, *gezumſtig* conveniens, conſentiens, *ungizumſti* diſſenſio. Gloſſ. R. Mauri apud Diecm. *cazunſtent* concordant. TATIANUS Cap. CLXXXIX. 2. de falſis teſtibus: *gizumſtigu iro giuuizſceſi ni uuarun*, & convenientia illorum teſtimonia non erant.

ZUNG, loquela. NOTKERUS Pſal. LIV. 10. *skeid iro zunga*, divide linguas eorum. TATIANUS Cap. CCXLIII. 2. *nieuwen zungen ſprehhent*, novis linguis loquentur. Græcis φθόγγος eſt vox, φθογγή ſonus. Hoc pro etymo adduxit HELVIGIUS. Verum, cum dictio Germ. non quemvis ſonum, ſed articulatum ſignificet, qui ſermone definitur, manifeſtum eſt, *zung* idem eſſe quod *ding* ſermo, & alia etymologia, præter eam quam in loco dedi, minime opus eſſe.

ZUNG, lingua, loquendi inſtrumentum. Gothis *tugg*, Luc. I, 64. quod pronunciandum ut *tung*, Angloſax. *tunge*, Franc. & Alam. *zunga*, Belg. & Angl. *tonge*, Danis & Suec. *tunga*. Gloſſ. Keron. linguam *zungun*. NOTKERUS Pſal. XXI. 6. *min zunga haftet ze minemo ſlunde*, lingua mea adhæſit faucibus meis. Vox Francica & Alamannica eſt a duriore pronunciatione, reliquæ a *dingen* loqui. Si verum eſt, ut quidam tradunt, veteres Latinos linguam appellaſſe *dinguam*, *lingua* erit a *dingua*, & *dingua* cum reliquis in eadem radice conveniet.

ZUNGENDRESCHER, rabula. Vox ita concepta eſt, acſi cauſidicum denotaret, qui clamoſa maledicentia ſua partem adverſam inter litigandum flagellat. Verum, cum ratio compoſitionis ex lingua & trituratore, nimis monſtroſa ſit, præſtat alium ſenſum quærere. Quid ſi proprie ſit turbator juris & fori? Hoc certe ſignificare poteſt, ſi prior compoſiti pars ſit a *ding* jus, forum, altera a θράσσω, ταράσσω perturbo. Olim omnes cauſarum patroni noſtris erant exoſi, & in clade Variana aliis oculos, aliis manus, aliis linguam amputabant, teſte FLORO Lib. IV. cap. 12. Hinc ſuſpicor, vocem, quamvis nullis literis traditam, valde antiquam eſſe.

ZUNGLER, *züngler*, dicax, loquax. Rurſus a *dingen* loqui. Vetus Alamannicum. Gloſſ. Keron. linguoſus *zunkaler*. WINSBECK ad filium §. 9.

Abte uf die zungelere nibt,
Die zwiſchen frunden werre tragen,
Und das in Judas wiſe geſchicht.

ZUPFEN. Vide *zopfen*.

ZURNEN, *zürnen*. Vide *zorn* ira.

ZUTRAGEN, contingere. Vide *tragen* currere.

ZUVERSICHT. Vide *verſehen*.

ZWACKEN. Vide *zwicken*.

ZWAGEN, lavare. Gothis *thwahan*, Angloſax. *thwean*, *thwehan*. Hodie dicitur de capite tantum, olim etiam de pedibus, & manibus. Hinc Gothis *fotuns thwahan* eſt lavare pedes Joh. XIII. 14. & Angloſaxonibus *unthwogen hand* illota manus Matth. XV. 20. Similia reperiuntur apud Francos. TATIANUS Cap. CLV. 2. *gonda thuuahan fuozzi*, cœpit lavare pedes. Iidem tamen Franci dicunt etiam *uuaſgan*, & Alamanni paulo durius *uuazgan*. Gloſſ. Keron. lavare *uuazgan*. OTFRIDUS Lib. IV. Cap. XI. 74.

Quad tho zi imo Druhtin Chriſt,
Ther man ther githuagan iſt,
Thie fuazi reino in uuara
Ni tharf er uuaſgan mera.

Tunc dixit ad eum Dominus Chriſtus,
Homo qui lotus eſt,
Pedes mundos profecto
Non opus habet lavare amplius.

Quæ certe ſunt ſaniora. Nam primigenia verbi forma fuit *waskan*, ab *iſca* aqua, præpoſito W. Reliquæ formæ ſunt a metatheſi per literas convertibiles. Ita *zwagen* eſt a *wazgan* transpoſitis literis, & *thwahan* a *waſgan* transpoſitis & mutatis literis. In Gloſſario Stiernhielmiano *thvah* male exponitur *facies*. Significat enim lava, Matth. VI. 17.

ZWANG. Vide *zwingen*.

ZWANZIG, viginti. Goth. *twaimtig* Luc. XIV. 31. Angloſax. *twentig* ibidem. Id eſt, bis dena, a *zwen* duo vel bini, & *zig* decas. Plures numeros eadem nota ſignatos vide in *zeben* decem.

ZWANTZIGSTE, vigeſimus. Gloſſ. Keron. viceſimo *zueinzicoſtin*, trigeſimus *drizugoſto*, quinquageſimus *finfzugoſto*, ſexageſimus *ſehzugoſto*, ſeptuageſimus *ſibunzogoſto*, octogeſimus *achtozogoſto*, nonageſimus *niunzegoſto*. In quibus *zugoſto* eſt ſuperlativus a *zug*, *zig*, quod vide in *zeben* decem.

ZWAR, quidem, equidem. Particula conceſſiva, ſed priſcis ignota, de qua ſuſpicatur HELVIGIUS, quod ex duabus dictionibus *iſt war* (verum eſt) conciſa ſit. In curia ſæpe ſcribitur *zwart* & *zwarten*, ſed judice STILERO inepte, cum nec apud Scriptores probatos reperiatur, nec communi uſu loquendi obtineat.

ZWECK, *zwick*, clavulus, *ſchuhzwecken* clavuli calceorum, *anzwicken* clavulis affigere. A *zack* cuſpis, per epentheſin literæ W. & dicitur

dicitur ſynecdochice de clavulo, quia in cuſpidem definit.

ZWECK, ſcopus, *zwecken* collimare, collineare, tendere ad ſcopum. Vox a ſagittariis, ut videtur, inventa, qui metam, quo collimant, clavulo ſignare ſolent, unde poſtea ipſi metæ vel termino nomen clavuli adhæſit. In aliis quoque vocibus metonymia ſigni pro ſignato uti, noſtris familiare eſt. MARTINIUS tamen *zweck* ducit a *ſpecio*, alius a *ſcopus*, alius a σκέπτομαι conſidero. Quos ſi quis ſequi malit, non vetabo. Nam S. & P. ſæpe mutantur in Z. & W.

ZWEI, *zwey*, duo, maſculine *zwen*, fœminine *zwo*. Gothis *twa*, *twai*, *two*, pro diverſitate generum, Angloſaxonibus *tu*, *twa*, *twegen*, & in compoſitis *twi*, *twy*, Francis & Alam. *zuuei*, *zuuen*, *zuuo*. Gloſſ. Keron. duo *zuuo*, alii duo *andre zuene*, duorum *zuueio*, duobus diebus *zuin tagum*. TATIANUS Cap. CLXVI. 4. *ſenu hier zwei ſuuert*, ecce duo gladii hic. Idem Græcis δύο, Lat. *duo*, Camb. *dau*, *dwy*, Armor. *dou*, Procop. *tua*, Dan. *tu*, Island. *tvar*. Vulgo refertur ad ſimplicia. Sed STADENIUS in Voc. Bibl. pag. 65. conatur oſtendere, vocem compoſitam eſſe ex *du* ad, quod Gothis proprium, & *a*. unum, quod hodie cuſtodiunt Angli: ſic ut duo proprie ſit unum unitati adjectum.

ZWEI, duobus modis concipi poteſt a rimatoribus rerum, vel ut *numerus e duabus unitatibus compoſitus*, vel ut *prima unitatis diviſio*. Hæc binarii conſideratio probe eſt tenenda. Nam ex illa fluunt multi & elegantes ſignificatus, qui auctores eorum haud hebeti ingenio fuiſſe teſtantur.

ZWEI, quatenus eſt numerus e duabus unitatibus compoſitus, eleganter transfertur ad *dubium*, *ambiguum*, *anceps*, quia per dubium omnes intelligunt id quod duobus modis concipi poteſt. SOMNER. in Dict. Angloſax. *tweo* dubium, *butan tweon* ſine dubio, *tweogan* dubitare. Ita Latinis a *duo* fit *dubium*, ſicut *ambiguum* ab *ambo*. Nos ab obſoleto *zwei* dubium derivamus *zweiel* & per epentheſin *zweifel* dubitatio.

ZWEI, quatenus eſt prima unitatis diviſio, eleganter transfertur ad *differentiam rerum* & *diviſionem voluntatum*. Utraque enim ſimilis eſt binario, quatenus unum in duo ſecat. Ab hac conſideratione pendent ſequentes ſignificatus. Quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

ZWEI, diſcrepans, diverſus, diſtinctus, *zweien* diſcrepare, *zweierley* diverſi generis. Jus Prov. Alam. Cap. XIX. 2. *Suuæbiſch recht zuuait ſich nit von den Sahzſen, uuan an erb zu nemen und urtail ze geben*, Jus Suevicum non diſcrepat a Saxonibus, quando hæreditas capienda aut ſententia ferenda eſt.

ZWEI, diſſidium, diſcordia, diviſio voluntatum, *zweien* diſſentire, diſſidere, *zweiung* diſſenſio, *ſich entzweien* diſcordare inter ſe, ire in partes rupta amicitia, *zwitracht* discordis, ſtudium partium & diſſenſionum, *zweilauf* bellum, ſeditio, quod habet SCHILTERUS in Gloſſario.

ZWEIEN, diſcrepare. Vide *zwei* diſcrepans.

ZWEIEN, diſſidere. Vide *zwei* diſſidium.

ZWEIER, *zwier*, a *zwei* duo, ſubſtantive eſt *binio*, adjective *binus*, adverbialiter *bis*. Confer *zwier*.

ZWEIFACH, duplex & dupliciter. Proprie bicolor, ut *einfach* unicolor, quod vide.

ZWEIFALTER, *zwifalter*, papilio, vermiculus alatus. Forte a *falten* plicare, quia ab utroque latere duplicatis & ſtriatis alis inſtructus eſt. Nam ſtriæ illæ plicas imitantur. In aliis Dialectis dicitur *vyvalter*, *weyfalger*, *pfeifholder*, *pipholter*, & *pawelun*, quæ videntur e Lat. *papilio* magis vel minus vitiata.

ZWEIFALTIG, duplex. Vi compoſitionis eſt duplicitate præditus. Allegoriam, quæ in dictione eſt & verba veterum vide in *falt* plica & plicatus.

ZWEIFEL, dubitatio. Vox inter Francos & Alam. nata. Gloſſ. Keron. dubitatione *zuiualunga*, ſine dubio *ano zuuifal*, pro certo *ano zuuiual*. Gloſſ. Boxh. *zuuiual* anceps. Omnino a *zwei* dubium, anceps, ambiguum, per medium derivandi *el*. Anceps autem a duobus concipiendi modis, quibus obnoxium eſt, ſic appellari, jam ſupra monitum. Ab illo oritur naturaliter ſtatus ille mentis aſſenſum cohibentis, & quo ſe vertat neſciæ, qui dubitatio & hæſitatio dicitur. Litera F. in medio vocis neminem debet morari. Nam hoc elementum ſæpe eſt ſupervacaneum, inſertumque a pronunciantibus præter rationem, ut oſtendi in *Proleg.* Sect. IV. in *Epentheſi*. STADENIUS duas facit compoſiti partes, *zwei* & *fal*, in Voc. Bibl. pag. 766. Sed quid ſit *fal*, ſimulat Lectorem ſcire, non explicat. Rectius dicitur, literam F. non ſpectare ad natales vocis, ſed ab ore vulgi ingeſtam eſſe.

ZWEIFELN, dubitare, fluctuare, pendere animi. Gloſſ. Pez. ambigis *zuuiulos*. Absque litera F. in medio vocis, de qua paulo ante monui, quod ſit ſuperflua. Verbum a ſubſtantivo ortum, intellectui & voluntati commune.

ZWEIG, ſurculus. Angloſax. Belg. & Angl. *twig*. SOMNER. in Dict. Angloſax. *twig*, *twiga* virgultum, propago, ramus, virga, vimen, ſurculus, *twiges-den* virgultorum ſeu ſurculorum vallis, *twigo-ſettend* propago. Primos vocis repertores ſurculum a facili flexu ſic appellaſſe, exiſtimat STADENIUS, quia *ſweigia* Islandis eſt inflectere apud VEREL. in Ind. Alias ſurculus Angloſax. & Belgis dicitur *telg*, Suecis *telning*, a verbo vetuſto *tiłan* procreare, quod hodie effertur *zielen*, ſive quia ſurculus eſt proles ſtir-

pis ſuæ, ſive quia propagationi viciſſim inſervit. Ex pari ratione factum videtur, ut ſurculus primo diceretur *tig*, a verbo inferioris Saxoniæ *tygen* procreare, & poſtea *zwig*, inſerto W. Belgæ ſane hanc literam in medio vocis non agnoſcunt, ſed ſurculum vocant *tak*, Franci vero *zoug*. Unde niſi a *tygen*, *zeugen*, generare? NOTKERUS Pſal. LXXIX. 12. *des uuinegarten zougen rahtoſt du unz an michel mere*, palmites ejus extendiſti usque ad mare magnum. Galli ex eodem fonte habent *tige* ſtirps, quia ramorum ſuorum procreatrix eſt, Angloſaxones *teohhe* fœtus, apud BENSON. in Voc. Poët. Atque ex his manifeſtum eſſe reor, quod *zweig* ſit vox per epentheſin facta ab antiquiori *tig*, *tak*, *zoug*. Poſtea *zweig* a pronunciantibus apocopari cœpit in *zwi*. Gloſſa Juniana in Obſ. ad Will. pag. 50. *repazui* palmes. WINSBECKIA ad filiam Stroph. 3. *hohvart velwet der eren zwi*, ſuperbia facit flacceſcere ſurculos honoris. Quod certe non eſt a *zwei* duo, etiamſi ſurculus ſit ramus bifurcus: ſed a pigritia pronunciandi, qua fit, ut litera G. quamvis radicalis, a gutture abſorbeatur.

ZWEIKAMPF, duellum, bellum inter duos, certamen ſingulare duorum. Nomen recens & nuper effictum. Nam veteres deſignationem ejus rei non a duobus, ſed ab uno deſumebant, quia ſolus cum ſolo decertat. BENSON. *an-wig* duellum. VEREL. in Ind. *einvigi* duellum. Gloſſ. Pez. certamen ſingulare *einuuigi*. A *wig* bellum, pugna, conflictus, & *ein* unus, ſolus, ſingularis. Eadem vis Græci vocabuli *μονομαχία*. De duellis vide plura inter *Ordalia*, nec non in voce *acht* vindicta privata.

ZWELE, terſorium ex linteo, *hand-zwele* manutergium. Utrumque cuſtodiunt Suevi, dum Belgæ dicunt *dwael* & *dweil*, Saxones *quele* & *hand-quele*. Francicum vocabulum eſt *duuele*, Alamannicum *duuahila*. Gloſſæ Junian. in Obſ. ad Will. pag. 146. *duele* linteum, linteolum, mappa, mappula, *hant-tuele* manutergium. Gloſſ. Keron. mappula *duuahila*. Mappula autem, quatenus ad ſuppellectilem monaſticam ſpectat, omnino eſt terſorium, ſi conferatur Regula S. Benedicti cap. 55. ubi ſedes vocabuli. Utrumque ab uſu, quem præſtat in lavando, tergendo, purgando, deſumptum. Nam lavare Gothis dicitur *thwahan* Joh. XIII. 14. Angloſax. *thwean* ibidem, Island. *thua*. A *thwahan* fit Alamannis *duuahila*: & a *thwean* Francis *duuele*, per medium derivandi L. Cætera e Francico ſunt corrupta. Nam D. verti poteſt in omnes gutturales. Inde Saxonibus *quele* pro *dwele*. Idemque ſæpe mutatur in Z. Inde Suevis *zwele* pro *dwele*. Eadem res imitatione Francorum & Alamannorum Gallis dicitur *touaille*, Italis *tovaglia*, Hiſpanis *toalla*, Anglis *towel*. SKINNERUS Anglicam vocem deflectit a Gallica, MENAGIUS Gallicam ab Italica, FERRARIUS Italicam a Lat. *toralia*, ſed duro partu & ſenſu alieno. Nam mantilia non ſunt lintea cubitoria.

ZWELF, *zweilf*, *zwölf*, duodecim. Goth. *twalib* & *twalif*, Angloſax. *twelf*, Franc. & Alam. *zuuelif*, Angl. *twelve*, Belg. *twaalf*, Suec. & Island. *tolf*. Gloſſ. Keron. duodecim *zuelifin*. TATIANUS Cap. XII. 2. de puero Jeſu: *mitthiu her uuard giuuortan zuelif jaro*, cum factus eſſet annorum duodecim. Proprie ſignificat duo reſidua, componiturque a *zwei* duo, & *laib* reſiduum, eſtque dictio elliptica, iis temporibus inventa, cum homines adhuc per decades digitorum numerarent. „Cuivis liquere puto, inquit JUNIUS, *twalif* proprie accipiendum de numero in quo unitates duæ „relinquuntur ſupra denarium, unde tota „numerandi ratio de novo ſubinde reſumitur & redintegratur. In Gloſſ. Goth. pag. 336. Simile compoſitum, & ad eandem Mundi ætatem ſpectans, eſt *elf* undecim, quod vide.

ZWELFTE, *zwölfte*, duodecimus. Gloſſ. Keron. duodecimus *zuuelifto*. Idem Angloſaxonib. *twelfte*, *twelftig*, Scandis *tolfte*. Inde Islandis *tolfiungur* pars duodecima, apud VEREL. in Ind. Et hujus labii homines videntur fuiſſe inter Latino-Barbaros ii, qui *Thalaptas* effinxerunt. Nam *Thalapta* eſt dodecas jurantium in Lege Sal. Tit. LXXVIII. ſi cum Tit. LXXVI. 1. conferatur. Jurabant autem ſe credere, accuſatum vera juraſſe. Vocem Gloſſographis intactam primus aggreſſus eſt ECCARDUS, ſed ignarus Dialecti, unde vox formata, quæ certe eſt a *tolft* duodecimus, quod Septemtrionalibus proprium.

ZWEN, duo, maſculini generis, nominativi & accuſativi caſus. Gloſſ. Keron. alii duo *andre zuene*. TATIANUS Cap. LXI. 1. *folgetun imo zuene blinte*, ſecuti ſunt eum duo cœci. Cap. XIX. 1. *giſah zuuene bruoder*, vidit duos fratres. In priori loco LUTHERUS habet *zween blinden* Matth. IX. 27. in poſteriore *zween brüder* Matth. IV. 21. Et ſic ubique. Hodie neutrum & virile confundimus, dicendo *zwei*.

ZWEN, bini, olim etiam gemelli. Hinc gemellus Angloſaxonibus vocatur *tuin* & *getwynne*, apud BENSON. Anglis *twin*, Francis *zuenel*, diminutive. WILLERAMUS Cap. IV. 1. *ufgent uone uuaske mit zuenelero zuhte*, aſcendunt de lavacro gemellis fœtibus. Cap. VII. 1. *dine doctores ſint glich den zuinelon rehzikkinon*, doctores tui ſunt ſicut hinnuli gemelli capreæ.

ZWERCH, oblique, transverſe. Olim etiam obliquus & transverſus. Gloſſ. Pez. obliquis *duerahen*, in transverſum *in duerh*. Augmentum finale H eſt a Francis, & a reliquis Dialectis non agnoſcitur. Verſio Anglo-

Angloſax. Luc. III. 5. *and thwuru beoth in geribte*, & obliqua erunt in directa. VEREL. in Ind. *tuer* transverſus, *thverskytningr* ventus obliquus. Cambris *gwyr* eſt recurvus, limus. Hinc ſuſpicor, vocem Saxonicam origine Celticam eſſe, & proprie denotare id, quod a recta linea declinat. Et huic origini propior eſt pronunciatio eorum, qui dicunt *quer* pro *zwerch*. MARTINIUS tamen *zwerch* derivat a *divergo*. Quod non caret elegantia.

ZWERCH, præpoſtere. Olim etiam præpoſterus & pravus, ſenſu ab obliquo vel transverſo ad perverſum translato. SOMNER. in Dict. Angloſax. *thweor, thwur, thwyre* perverſus, præpoſterus, *thweorlice* perverſe, *thweorſcipe, thwyrnyſſe* perverſitas. Exempla ex BEDA & aliunde collecta dabit JUNIUS in Gloſſ. Goth. pag. 357.

ZWERCH, auſtere. Olim etiam auſterus, iratus, contrarius, ſenſu a perverſo ad averſum extenſo. Hinc *thwairs* in Codice Arg. eſt iratus Luc. XIV. 21. Er in Lex. Run. *thver* exponitur contrarius, rebellis, & in Indice VERELII auſterus, pervicax. Extat & *thwyrian* adverſari, apud SOMNER. & BENSONIUM. JUNIUS, qui omnes Græcæ linguæ receſſus perveſtigavit, obſervat, *δυερὲν* apud SUIDAM exponi noxium, damnoſum, quod cæteris affine judicat.

ZWERG, *zwerch*, nanus, pygmæus, homo cubitalis. Angloſax. *dwerg, dweorh*, Franc. *tuuerch*, Suec. & Belg. *dwerg*, Angl. *dwarf* & *durgen*. Gloſſ. Pez. pygmæi *gituuerch*. MARTINIUS vocem Germanicam ducit a Lat. *divergium*, quod in pumilo ſit communis naturæ divergium. Ingenioſe, quamvis non neceſſario, cum idem ſenſus oriri potuerit a *zwerch* pravus, perverſus. Nam hæc ſignificatio etiam ad generationem extenditur. Inde *mægthe thwurh* generatio prava, apud JUNIUM in Gloſſ. Goth. pag. 357. Hinc ſuſpicor, veteres Germanos, qui omnes erant longuriones, & *immenſis corporibus* præditi, ut verba ſonant TACITI Hiſt. V. 18. pumilionem per contemptum appellaſſe *zwerch-man*, & per apocopen *zwerch*, quaſi hominem perverſum, & naturæ errore genitum. Voces Anglorum, quæ a reliquis abludere videntur, revera eædem ſunt. Nam *durgen* eſt a *dwerg*, mutato W. in U. & *dwarf* a *dwerch*, mutato CH. in F. quod fieri ſolet ſæpiſſime. SKINNERUS etymon MARTINII violentum vocat, ſed moroſo nimis faſtidio, cum nec meliora doceat ipſe, nec ullum Anglicis vocibus, quæ pygmæum ſignificant, auxilium præbeat.

ZWERG, dæmon ſilveſtris, montes & ſaxa inhabitans, vocem compellantibus reddens, & neſcio quæ arma fabricans, ſecundum Mythologiam Islandorum, cui nomen EDDA. VERELIUS in Ind. *duergur* & in pl. *duergar* ſemi-dæmones, rupicolæ, arte fabrili mirabiles, *duergmal* echo, vox Dvergorum, quos montes inhabitare, & acceptas reddere voces credebant. GUDMUNDO ANDREÆ in Explicatione Voluſpæ Stroph. VII. *dwergi* ſic dicuntur, a *θεὸς* & *ἔργον*, quaſi operarii Dei. Sed veroſimilius eſt, hanc quoque appellationem ex *twerch-alp*, vel ſimili compoſito apocopatam eſſe, & proprie denotare dæmonem aſperum & immitem, a *zwerch* iratus, auſterus. Nam antiquiſſimos Gothorum Dæmonibus a malignitate nomen impoſuiſſe, patet ex Evangelio Gentis Marc. VII. 29. ubi dæmonium vocatur *unhultho*, ob defectum benevolentiæ. Quamvis etiam oblique reſpondentem ſignificare poſſit, pro varia acceptione adjectivi *zwerch*. In hac interim ſuperſtitione, vim quandam divinam ſive locis ſive geniis locorum a natura inſitam eſſe, quæ reſpondere quærentibus poſſit, videor mihi initia *Oraculorum* deprehendere. Nam a voce repercuſſa Dvergorum facilis erat tranſitus ad majores ludificationes, ſi ſacrificulus adſit ad fraudem callidus, ut conſideranti patet.

ZWETSCHEN, & diminutive *zwetſchken*, pruna damaſcena. Forte a grato ſapore. Nam ſapor, guſtus Celtica Lingua dicitur *chwaith*, teſte BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. Similis appellatio eſt, quando ficus vocantur *ſmakkans* in Evang. Goth. Matth. VII. 16. a *ſchmecken* ſapere, guſtare, prout judicat JUNIUS.

ZWEY, duo. Vide *zwei*.

ZWI, idem quod *zwei* duo.

ZWI, idem quod *zwei* diſcordia. Extat in compoſito *zwitracht*, quod vide.

ZWI, idem quod Latinis *bi, bis*, & *duplex*. Inde Angloſaxonibus *twi-bill* bipennis, *twifete* bipes, *twi-biw* biformis &c. Nos inde componimus & derivamus *zwidorn* & *zwiter* androgynus.

ZWIBEL, cepe. Factum videtur per epentheſin literæ W. vel a Lat. *cepula*, vel a Gr. *κεφαλὴ*, quia capitis ſimilitudine creſcit, & præter caput nihil eſt. STILERUS tamen huic voci indigenatum vendicat, derivatque a *zwibeln* diffindere, ut proprie ſit cepe biſulcum. Sed qua lingua aut Dialecto *zwibeln* id ſignificet, quod optat, h. e. in duo partiri, quamvis id ſignificare poſſit, ſi per aliquam epentheſin derivetur a *zwi* duo, non conſtat.

ZWICK, claviculus, *zwicken* claviculos infigere. Vide *zweck*.

ZWICKEN, vellere, *zwick-zange* vulſella. Verbum ab Angloſaxonibus relictum, quibus *twiccan* & *twiccian* idem ſignificat, nempe vellere, vellicare, carpere, arripere, interprete SOMNERO & BENSONIO. Angli utuntur *to twitch* eodem ſenſu. Omnia a ſimpliciori *zucken* per epentheſin. Dicitur etiam *zwacken*. Sed hoc de manu, illud de ſorcipe uſurpatur.

ZWIDORN, androgynus, a duplicitate partium genitalium ſic dictus. Nam *zwi* eſt bis vel duo, & *dorn* partitus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *darn* pars, portio, *darnio* in partes & fruſta ſecare. Cum verbo Celtico *darnio* convenit Gr. διαιρῶ dividere. Hinc *zwidorn*, ſive Græce loquamur, ſive Celtice, proprie eſt *bipartitus*, vel in duo diviſus.

ZWIER, bis, iterum, altera vice, Luc. XVIII. 12. olim etiam binus. Gloſſ. Pez. ſecundo *zuiro*. TATIANUS Cap. LXVII. 1. *ſante ſie zuero furi ſin annuzi*, miſit illos binos ante faciem ſuam. Vide *zweier*.

ZWIL, *twil*, geminus, natura vel arte duplus. A *zwi*, *twi* duo, per medium derivandi L. Hodie ſuperat in *zwilling* gemellus.

ZWIL, *twil*, ſæpe ſubſtantivatur, & tunc ſignificat quantum valet, (1.) gemellum. Gloſſ. Boxh. *chizuellun* gemelli. (2) montem bicipitem inſtar Parnaſſi. Hinc quidam Sueviæ Mons vocatur HOHENTWIEL, a duplici ſummitate, ſicut Arx monti impoſita DUELLIUM, ob eandem cauſam, quod pulcre obſervavit LEIBNITIUS in Gloſſ. Celt. pag. 145. (3.) lignum biſidum. Hinc Saxonibus inf. *twyll* eſt genus ſurcæ bidentis, apud LEIBNITIUM loc. cit. (4) fallaciam, ob duplicitatem, qua nobis imponit. Hic ſenſus, quamvis ſit mere allegoricus, elegans tamen eſt, & Cambro-Britannis cuſtoditus. BOXHORN. in Lex. Ant. Brit. *twyll* dolus, fraus, fallacia.

ZWILCH, *zwilich*, bilix. Vox hybrida, a *zwi* & *lich*, hoc eſt, a *duobus liciis*, ſicut *trilch*, *trilich* a *tribus liciis*, interprete MARTINIO.

ZWILLING, gemellus, unus ex duobus eodem partu editis. Suec. *twilling*, Belgis *tweeling*. A *zwil* geminus. Terminatio *ling* non indicat, eos qui gemelli vocantur, ſimul cubare in utero matris, tanquam eſſet a *ligen* jacere, ſicut PEISKERUS ludit: Sed annectitur etiam aliis rebus, quæ non ſimul jacent, ut in *Proleg.* Sect. VI. oſtendi. Vocem Saxonicam vide in *zwen*.

ZWINGEN, cogere & neceſſitare quocunque modo, urgendo, exigendo, arctando, cohercendo &c. Verbum a Francis & Alamannis proſeminatum. Gloſſ. Keron. coerceat *keduuinge*, coerceantur *ſyn keduuungan*, corripiat *keduuinge*, corripiatur *ſi kiduuungan*, reſtrictius *keduuunganor*, diſtrictiori *keduuunganun*. Gloſſ. Boxh. *duanc* arctavit, *arduuingu* exigo. Gloſſ. Pez. coerceatur *ſi gadungan*, infrenabo *piduuinga*. Gloſſæ Junianæ in Obſ. ad Will. pag. 116. *thuingan* coercere, *ther ni thuingit ſinaz muat*, qui non coercet animum ſuum, *arduuanc* extorſit, *arduuingit* extorſerit, *piduuungan ſint* coartati ſunt. TATIANUS Cap. CC. 5. *then thuuungun ſie thaz her truogi cruci*, hunc angariaverunt ut portaret crucem. Sueci dicunt *twinga*, Belgæ *dwingen*, & inde *gedwongen* coactus, *dwingland* tyrannus, *dwinglandy* tyrannis. In omnium ſententia evitari non poteſt grave incommodum, quod de literis initialibus *twi*, *dwi*, *zwi* ratio reddi non poteſt, ſive derivetur ab *engen* arctare, conſtringere, ſive a Cambrico *angen* neceſſitas. Cum ex adverſo facillime formari poſſit a Gr. ἀναγκάζω cogere, compellere, adigere, tranſpoſitis literis, inſerto W. Præcipuum derivatum eſt *zwang*, Gr. ἀνάγκη, Belg. *dwang*, vis, coactio, & omnis neceſſitas libertati inimica, olim etiam medium & inſtrumentum cogendi. Gloſſ. Pez. jugum ferreum *hartan geduinch*, frenum *giduinch*. SOMNER. in Dict. AS. *thwang* corrigia, lorum.

ZWINGER, antemurale, pars propugnaculi, quæ muros ambitu ſuo cingit. Belg. *dwinger*. An quod pars illa hoſtes longius arceat, aut ab hoſtibus occupata cives ad deditionem compellat, a *zwingen* cogere? Potius idem eſt quod *zingel*, inſertoque W. factum a Lat. *cingulum* aut cingere.

ZWINTZERN, micare. SCHILTERUS exhibet *zwinczern* pagina ultima Gloſſarii. Angli dicunt *twinkle*. Omnium origo vitioſa a Lat. *ſcintillare*.

ZWIRN, filum tortum. Proprie duplicatum, a *zwier* bis vel binus. Inde *zwirnen* duplicare filum, torquere fila girgillo. Gloſſ. Pez. retorta *gizuirnetemo*.

ZWISCHEN, inter, *zwiſchen uns* inter nos. TATIANUS Cap. VI. 4. *tho ſprachun thie hirta untar in zuúgene*, tunc loquebantur paſtores inter ſe. Proprie eſt inter duo, a *zwi*, *zwei* duo, per medium derivandi *ſche*. Angloſaxones eodem ſenſu dicunt *betwynan* Luc. II. 15. & *betwux* Luc. VII. 32. Dicitur autem nonſolum de perſonis, ſed etiam de rebus, imo etiam de intervallis temporis & loci inter duo puncta vel momenta. Inde *inzwiſchen* interea &c.

ZWISK, diſſidium. Opinor a *zwiſt*, mutato T. in K. quod fieri ſolet ſæpiſſime, ut in *Proleg.* Sect. III. oſtendi.

ZWISKE, binus. Vetus Alamannicum. Gloſſ. Keron. bini *zuuiske*, terni *triske*, quaterni *feoriske*. Cuncta obſoleta, & eadem lege facta ut *zwiſchen*.

ZWISPALT, ſchisma. Ducta metaphora a rebus, quæ in duo finduntur. Nam *ſpalten* eſt findere. Et vi hujus radicis ſignificat quantum poteſt, diſſenſionem opinionum, & disjunctionem voluntatum.

ZWIST, diſſidium. VEREL. in Ind. *tuiſt* diſcordanter. Omnino a *zweien* diſſidere, per medium derivandi ST.

ZWITER, hermaphroditus, homo utriusque ſexus. A *zwi* duo vel duplex, per medium derivandi TER. Quamvis etiam ex *zwidorn* depravari potuerit, abjecto N.

ZWITRACHT, diſcordia. Proprie ſtudium diſcordiæ. Nam partes compoſiti ſunt *zwi*, *zwei* diſcordia, & *tracht* ſtudium.

ZWIT-

ZWITZERN. Vide *zwintzern*, quod magis genuinum.

ZWO, duæ, *zwo frauwen* duæ mulieres, *zwo ſprachen* duæ linguæ, *zwo meilen* duæ paraſangæ. Evang. Angloſax. *twa handa* duas manus Matth. XVIII. 9. *twa grindende* duæ molentes Matth. XXIV. 41 In priori loco Verſio LUTHERI habet *zwo hænde*, in poſteriori *zwo werden mahlen*. Et ſic ubique, ſervata generis, ut par eſt, diſtinctione.

ZWOLF, *zwölf*, duodecim. Vide *zwelf*.

EPILOGUS.

JAMQUE OPUS EXEGI, & fidem datam intra SEXENNIUM liberavi. Utinam eo ſucceſſu, qui publicæ expectationi, aut ſpei de me conceptæ reſpondeat. Sed vereor, ut, quemadmodum res omnes originem ſuam ſapiunt, maturæ tempus a natura præſtitutum, immaturæ defectum temporis, ita etiam hoc Opus non nihil cruditatis a brevitate termini contraxerit. Quicquid ſit, hoc me ab omnibus, etiam iniquioribus, impetraturum confido, quod lubductis omnibus rationibus præſtet de Lingua Germanica Commentarium habere ſchedicum & tumultuaria opera factum, quam nullum: quod ſufficiat in re ardua & nullius ingenio exculta aliquid tentaſſe, & viam venturis monſtraſſe: & quod inventis aliquid addere aut demere facillimum ſit.

Quicquid usquam in rerum natura a majoribus noſtris fuit nuncupatum, hic ordine literarum conjectum eſt: non nullis tamen exceptis, quibus adeſſe non potui. Multa enim ſunt in Linguis Provincialibus, multa in hortis & officinis, in re nautica & fabrili, metallica & venatoria &c. quæ ego ignoro, quæque alium artificem deſiderant. In reliquis omnibus, quæ majorem Linguæ partem conſtituunt, & numero ſunt infinita, feci quod potui. Puto autem me aliquid feciſſe, quod operæ pretium ſit. Nonſolum enim ſonos eorum, veteres & novos, inter ſe contendo, ſed etiam abditos eorum ſenſus recludo, & nullum eſſe ſine mente ſonum demonſtro. Quo quid parari poteſt utilius? Nam hac via nonſolum ad cognitionem Linguæ, qua homines & Germani ſumus, ſed etiam a Lingua ad res ipſas melius cognoſcendas perducimur. *Qui gnarus eſt vocabulorum*, inquit PLATO in Cratylo, *gnarus erit & rerum.* Habent hic omnes diſciplinæ, & omnium ſcientiarum cultores, quod ſcitu utile & jucundum ſit, THEOLOGI Verſiones antiquas, & ſuperſtitiones paganicas, JURISCONSULTI ænigmata Legum, Fotum antiquum, & Jurisptudentiam Symbolicam, MEDICI Phyſiologiam antiquam, PHILOSOPHI totum Mundum tanquam in tabula depictum, MATHEMATICI primævam numerandi rationem, POETÆ & ORATORES novos dicendi fontes, HISTORICI Antiquitates Germanicas, PHILOLOGI plurium Linguarum concentus, ALII alia verborum & rerum momenta. Et ne PHILOTEUTONES (uti vocant) omittam, habent hic Faciem Linguæ NOVAM & ANTIQUAM, duplicem quidem inſtar Jani bifrontis, ſed non adeo diverſam, ut ſimilitudo agnoſci non poſſit. Quemadmodum enim unusquisque noſtrum non eſt alius in juventa, alius in ſenecta, ſed idem homo per omnes ætatis gradus: Ita Lingua NOVA revera eſt ANTIQUA, quamvis in vultu ſit aliqua diſcrepantia. Conferant, ſi placet, utriusque lineamenta, & facile invenient gravitatem Antiquitatis in NOVA, gratiam Novitatis in ANTIQUA, conformitatem in utraque, ſic ut illa hunc ſeneſcere, hæc rurſum juveneſcere videatur.

Qui veteris Linguæ peritia deſtituuntur, neceſſitate quadam præſentia & præterita ignorant. Nam ſine illa nec Leges veterum Germanorum, nec prima Chriſtianæ Religionis monumenta, nec nomina & edicta Regum clariſſimorum, nec populorum ab illis devictorum colluvies ſermonis, nec Latialis linguæ cum ipſo Imperio prolapſæ barbaries, imo nec Lingua Germaniæ hodierna, intelligi poſſunt. Et tametſi vetus illa & primitiva Lingua, a Saturno vel devorata vel depravata ſit: Hæc ipſa tamen viciſſitudo nos admonet, eam, quæ olim fuit HEROUM, nunc vere eſſe ERUDITORUM LINGUAM, & ob inſignem, quem in Hiſtoria præbet uſum, digniſſimam, quæ a multis Literatis, non Germanis ſolum, ſed etiam exteris, addiſcatur, & publica libe-

Lib. 1. de fin. Bon. & Mal. cap. 2.

ralitate foveatur. Verisſime in ſimili argumento dixit CICERO: *Mihi quidem nulli ſatis Eruditi videntur, quibus noſtra ignota ſunt.* Non equidem ignoro, plerosque de hoc ſtudio, & univerſe de priſco Eloquio, male ſentire. Quo fit, ut verba vetera, etiamſi ſint legitime facta, & optimi ſenſus pleniſſima, ſæpe ipſo pronunciaru ita offendant audientes, ut delicatioribus tædium aut indignationem, humanioribus riſum moveant. Et his affectibus maxime obnoxii ſunt ii, qui virilem aut floridam Linguæ ætatem ad ſe perveniſſe putant. Sed hi videntur mihi ex nimia præſentium admiratione in manifeſto errore verſari, quia fieri non poteſt, ut in hac Mundi ætate ullæ exiſtant Linguæ, quæ non ſint alicujus prioris & in ſenium prolapſæ productiones. Quo longius autem Linguæ a prima origine recedunt, quo major eſt ſæculorum decurſus, eo magis eas præ nimia ſenecta balbutire & ſordes contrahere neceſſe eſt. Quod, ſi propitiis auribus dicere non poſſum, dicam etiam iratis.

Quicquid huc usque de Materna noſtra carptim & deſultorie ſcriptum eſt, in cenſum juſti GLOSSARII venire nequit. Omnium diligentia in partibus quibusdam a toto corpore hinc inde avulſis ſubſtitit, & anguſtos *Speciminum*, *Obſervationum* &c. terminos non exceſſit, in quibus pauca ſunt explicata, plurima vero intacta, intentata, & in obſcuritate relicta, tantum abeſt, ut lucem univerſis accenderint. Qui *Majora* promiſerunt, non ſteterunt promiſſis, noti quidem ab incœptis, minime vero a conſummatis, quia ſcilicet facilius eſt promittere quam præſtare, affectare quam perficere. Omitto, quod in iſto fruſtorum apparatu non omnia ſint bonæ frugis. *Ingenue libenterque fateberis*, inquit JUNIUS, *ingenia alioquin minime abſurda, ſed quadam ſæculi ſui infelicitate Angloſaxonicarum aliarumque Antiquitatum adhuc expertia, magno ſæpe conatu magnas nugas egiſſe.* Pone vero omnia ſe recte habere, manca tamen ſunt, mutila, & arvis lacunoſis ſimilia, quia faciem totius Linguæ, etiamſi in unam compagem redigantur, minime ante oculos ponunt, & multo minus admirabilem illam totius ſtructuræ analogiam, præcipuum Germanicæ Linguæ decus. Ut de Genio ejus ſublimi, exuperante, fecundo, qui unum ſenſum in plures diffundit, ſpecies generibus ſubjicit, paria paribus æquat, humilia ad nobiliores ſenſus extollit, ſuperba deprimit, & flores ſuos per omnes dictiones ſpargit, nunc nihil dicam. Nam hæc deprehendi non poſſunt ab iis, qui partem tantum Linguæ inſpexerunt.

In Obſerv. ad Willeram. p. 171.

Cur nemo de univerſis ſollicitus fuerit, facile eſt divinare. Alios a ſtudio retraxit metus difficultatis, quæ maxima eſſe debet apud eos, qui nullo veterum literarum præſidio, aut non ſatis amplo, ſunt inſtructi: Alios fuga moleſtiæ, quod talis labor, omnium laborum, qui ab homine libero ſuſcipi poſſunt, terribiliſſimus, &, tametſi omnes ſcopulos evitaveris, inglorius videbatur. Nihil horum mihi trepidationem injecit. Cur Veteres extimeſcerem, meos ab aliquot annis familiares? Cur laborem ſubterfugerem, cum Dii adſint laborantibus, & bona ſua ſudoribus vendant? Primo quidem aſpectu terruit me vaſtus ille & immenſus vocabulorum tam vigentium quam deſitorum Oceanus, & pene effeciſſet, ut pedem referrem, niſi longa exercitatio, & ſpes evadendi, animum contra numerum obfirmaſſet. Cum vero neminem inveniſſem, qui huic Pelago ſe commiſerit, rem meo remigio gerere auſus ſum: quanquam, ut jam ſemel dixi, feſtinanter, cum ob cauſas ſupra memoratas, tum ne morte præventus Opus imperfectum relinquerem. Qua in re imitatus ſum nautas, qui proxime abſunt a portu, & celeriter colligunt vaſa, in alium orbem mox tranſituri.

Quæcunque ab aliis præclare inventa ſunt, auctoribus ſuis fideliter & libenter tribuo, turpe exiſtimans, alienæ gloriæ aliquid ſurripere, aut in ſcriptis eorum, a quibus profeceris, latrocinari. Nec vanitas mea, ſi ulla fuiſſet, his ſpoliis indigebat, quia ampliſſimum campum mihi reliquerunt, & novis ſubinde floribus vernantem,

Lucret. *Unde prius nulli velarunt tempora Muſæ.*

Alia, in quibus labi videntur, aut lectorum judicio permitto, aut ſi operæ pretium ſit, libere & modeſte reſello, non ut alicujus reprehenſione creſcerem, ſed ut melioribus ſtabiliendis locum facerem. Aliud eſt diſſentire, aliud obtrectare. Hoc ſemper vitioſum. Illud fieri poteſt, imo debet, cum favore & aliqua laudis præfatione. Nam qui aliquid, quod longa ætas obliteravit, non aſſequitur, culpa vacat: & qui conjecturis ſuis, quamvis infirmis, viam aliis ſternit melioribus inveniendis, gratiam utique, non

non indignationem meretur. Quod tamen non de illis quisquiliarum ſcriptoribus, quibus vix ſemel verum dicere contingit, intellectum velim. Hi enim a doctioribus reprimendi, & a ſcribendo deterrendi ſunt, ne linguam noſtram exteris ridendam exponant.

Inter vocabula nobilia & ignobilia nullum diſcrimen ſtatuo, ſed omnia a Majoribus relicta diligenter curo, evolvo, ediſſero, & critica lance expendo. Qua in re ita me geſſi, ut ex ipſa tractatione pateat, me non ſolum ad *Ariſtophanis* ſeu Grammaticorum, ſed etiam *Cleanthis* ſeu Philoſophorum (ut VARRO ait) lucernam lucubraſſe. An vero hac ratione errores omnes evitaverim, dubito. Quemadmodum enim ii, qui longa faciunt itinera, præſertim nocturna & parum trita, facile incidunt in avia & tesqua, etiamſi facibus ſint inſtructi: ita etiam mihi, quamvis ad duplicem lucernam lucubranti, accidere potuit, & haud dubie accidit, ut in aliquibus errarem. Jam enim aliqua offendo, ad quæ invitus oculos retorqueo, quæque, ſi ſecundis curis locus eſſet (quod Deus avertat) ſponte emendarem. Tantum abeſt ut inventorum meorum voluptate capiar. Sed his facile (ut ſpero) ignoſcent æqui Lectores, cum quia pergendum fuit in tenebris, tum quia in tanta celeritate non errare, non hominis, ſed Solis privilegium eſt. Qui neſciunt quid ſit ſcribere, vel nihil lectu dignum ſcripſerunt ipſi, & nihilominus ob quemvis leviculum errorem, quem parum cavit humana infirmitas, auctorem & opus condemnant, famæ ſuæ melius conſulerent, ſi in aliorum ſcriptis ita verſarentur, quomodo alios in ſuis verſari vellent. Ubi eſt ille liber, cui non ſit ſuus error aut nævus vel ab auctore vel a typographo?

GRÆCA, quoties offeruntur ab iis, qui Linguas inter ſe contendunt, modo recuſo, ſi meliores domi origines habeamus, modo accepto, ſi non habeamus. Horum vero numerum duplo majorem eſſe eo, quem viri Græce doctiſſimi huc usque obſervarunt, ex priſco palato cognovi. Nam quo vetuſtior eſt aliqua Dialectus, eo plura & certiora Græcitatis veſtigia conſiderantibus offert. Quorum aliqua tam ſunt antiqua, ut Deucalionis ætatem attingere videantur, Græcis quidem obſoleta, noſtris vero Dialectis, ſive in compoſitis, ſive in derivatis, in hunc usque diem familiaria. Hæc cimelia, quoties occurrebant, non potui nec debui contemnere, quia nonſolum Linguæ noſtræ Antiquitatem, ſed etiam Originem in pluribus & obſcuriſſimis vocibus colluſtrant. Enim vero, ſive Germanica Lingua ſit origine SCYTHICA, ut magnus SALMASIUS exiſtimavit, ſive CELTICA, ut CLUVERIUS, ſive ex utraque coaluerit, ut mihi videtur, in omnium ſententia caveri non poteſt, ne Græcæ ſimilis ſit. Videamus primo de Lingua Celtica, ejusque conſtitutione.

Qui Linguam CELTICAM, tanquam Matrem Germanicæ ſuſpiciunt, ſequuntur opinionem valde veriſimilem, & longi temporis traditione comprobatam, ut de rei ipſius teſtimonio nunc nihil dicam. Verum dum iidem Græca omnia, quamvis manifeſto ſimilia, faſtidiunt, & ad fortuitas alluſiones rejiciunt, cauſam bonam male tuentur, & veram Linguæ Celticæ faciem aut ignorare aut diſſimulare videntur. Nam Lingua Celtica Græcæ adeo ſimilis eſt, ſemperque fuit ab omni retro memoria, ſi non in omnibus, certe in plerisque vocabulis, ut ovum ovo ſimilius eſſe non poſſit. Hujusque ſimilitudinis documenta præbent innumeræ voces Celticæ, quæ partim ab Hiſtoricis ſunt conſignatæ, partim apud Cambro-Britannos hodieque perdurant. *Quando ſerio conſideramus linguam Celtarum*, inquit celebris ſcriptor Gallicus, *& illam veterum Græcorum, nullam inter utramque differentiam deprehendimus niſi eam, quæ oritur ex natura Dialectorum. Exempli cauſa, omnium Deorum Gallicorum nomina, de quibus in hoc Opere loquor, Eſus, Taranis, Teutates &c. ſunt vocabula Græca æque ac Celtica, & eandem habent in utraque Lingua ſignificationem.* Et alibi: *Lingua Celtarum a prima origine eadem fuit quæ veterum Græcorum. Utraque videtur Græciæ importata a Cadmo. Melior pars Linguæ Celticæ interiit. Illa veterum Græcorum cuſtoditur adhuc, ſaltim confuſe, in remotiſſimis ſcriptoribus. Hos igitur conſultare æquum eſt in omnibus vocibus, e Celtica Lingua relictis, quoties verus earum ſenſus aliunde inveſtigari nequit.*

Martine Liv. I. de la Religion des Gaulois pag. 44.

Liv. IV. pag. 141. ſq.

Cauſa, cur tanta ſit inter Linguam Celticam & Græcam convenientia, ut major eſſe non poſſit, quatuor modis concipi poteſt. I. Si Lingua Celtica & Græca ſint Sorores, & Filiæ alicujus antiquioris, ſive Scythicæ, ſive primigeniæ, quorum illud SAL-

MASIO,

MASIO, hoc CLUVERIO ſe probavit. Tunc enim manifeſtum eſt, cur facies ſit non una duabus,

Nec diverſa tamen, qualem decet eſſe Sororum.

II. Si omnes Celtæ ſint a Græcis orti, quod non dubitavit aſſeverare BODINUS in Methodo Hiſtoriarum. III. Si Græci voces ſuas, in quibus eſt conformitas, acceperint a Celtis, quod multo eruditionis apparatu oſtendere conatur PEZRONIUS in Antiquitatibus Celticis. IV. Si omnia Græca ſint contagia Celticæ Linguæ affricta a commercio Græcorum, qui Maſſiliam condiderunt. Quod contra Bodinum demonſtrandum ſuſcepit CLUVERIUS. *Græca vocabula*, inquit, *qua ratione, item per quos mortales, & quando primum Galliæ fuerint invecta, facile a Græcis juxta ac Latinis rerum Scriptoribus diſcere poterat Bodinus. Nempe prædicti Phocenſes, colonia in Galliam deducta, opidoque ad mare internum Maſſilia condito, linguam ſimul intulerunt: Romæ Tarquinio Priſco regnante: id eſt circa annum Mundi* III CIↃ CCCLIII. Et rurſus: *De reliquis* (quæ Germanica non ſunt) *ita judicandum: quum olim Lingua Græca, ut ſupra oſtenſum, toti Galliæ (niſi qua Germani Cisrhenani incoluerint) proximæque Britanniæ fuerit familiaris, innumera ejus vocabula etiam nunc in Wallica, ac multo quidem plura quam in Franco-Gallica, inhærere. Cujus rei Linguæ Wallicæ periti ignari eſſe nequeunt.* Quænam ex tot ſuppoſitionibus potiſſimum aſſumenda ſit, ego ignoro, & noſtra parum referre puto. Nam ex dictis abunde manifeſtum eſt, ſi Lingua Germanica ſit Dialectus Celtica, qua via, aut quibus hominibus, tot vocabula Græcis ſimilia, ad nos pervenerint, quacunque ſuppoſitione utamur.

In Germ. Ant. Lib. I. pag. 22.

Ibid. p. 58.

Pone vero omnia, quæ nobis Celtica videntur, a SCYTHIS profecta eſſe, ratio igitur reddenda erit, cur tam magnus & incredibilis numerus vocabulorum, quæ non ſolum ſono ſed etiam ſignificatu cum Græcis conveniunt, in Lingua noſtra reperiatur, ſi Scythicæ originis ſit? Nam omnes iſtas conſenſiones meras aſſonantias eſſe, felices quidem, ſed neſcio quo caſu factas, non placet. Quicquid a ſummis viris excogitatum eſt, ad duas rationes principales, *parentelam* & *mixturam*, reduci poteſt. De *parentela* ita differit SALMASIUS in Helleniſtica, ut Linguam Scythicam Græcæ & Germanicæ matrem fuiſſe oſtendat. Quo ſemel admiſſo, mirum videri non poteſt, ſi tot Germanica vultu & habitu Græcis ſimilia ſint, quia Attici Linguam ſuam a Pelasgis, Pelasgi a Scythis, h. e. ab iisdem Barbaris, unde Germanis dicendi initium, didicerunt. Id quod ex HERODOTO demonſtrare conatur. JUNIUS, qui nos Gothica primus legere & intelligere docuit, hanc cognationem paulo aliter concipit in præfatione ad Alphabetum Gothicum: *Licet vero*, inquit, *plurimas originationes videar ad fontes Græcos retuliſſe, non tamen hoc velim ita accipi, quaſi potiſſimam linguæ ſuæ partem Patres noſtri hauſerim a Græcis; cum veritati magis videatur conſentaneum, veterem Græcam Scythicamque, nec non ipſam quoque Gothicam ex vetere Scythica provenientem, a communi aliqua origine promanaſſe.* Atqui ſi veritati conſentaneum eſt, Scythicam Linguam eſſe Gothicæ parentem, & Græcæ ſororem, quî fieri poteſt, ut neptis materteræ omnino diſſimilis ſit? Merito igitur JUNIUS in quæſtione de ortu vocabulorum, Græcam dictionem, quoties noſtram refert, nobis pro etymo oſtendit. Nam hanc oſtendiſſe, ſatis magnificum eſt, quoniam in illa tanquam ſpeculo Scythicæ vocis imaginem, nullis literis proditam, quodammodo contemplari poſſumus.

Altera ſimilitudinis cauſa peti poteſt a *mixtura*. Nota eſt Scytharum & Græcorum ab ultimis inde temporibus vicinitas, nota etiam commercia. Atqui commercia Nationum, præcipue vicinarum, & promiſcue habitantium, quæ primo in permutatione rerum ſubſiſtunt, mox etiam efficiunt, ut linguarum quoque commercia exerceantur. Hac via multa Græcos a Scythis, multa Scythas a Græcis accepiſſe & propagaſſe, judicat SALMASIUS. *Crediderim tamen*, inquit, *ab ipſis principiis diverſas fuiſſe Linguas, Geticam, a qua Germanica, & Græcam, ſed propter vicinitatem Getarum, Thracum, & antiquorum Hellenum ſive Græcorum qui Macedones erant, quaſi in agris collimitantibus, radices ab uno in alterum tranſiiſſe, & protuliſſe ejusdem formæ germina.* Quod ſi pro vero accipiatur (& nihil acceptare vetat), conſequens eſt, fines utriusque Linguæ tam eſſe permixtos, ut hodie amplius diſcerni non poſſint.

Quid igitur facerem in tam frequenti Græcorum vocabulorum occurſu? Scriptum Scythicum, quod omnibus Græcorum monumentis ætate par aut ſuperius eſſet, nemo

nemo vidit unquam. Et alienis univerſe abſtinere, tanquam Gens & Lingua noſtra in paludibus Germaniæ a ſe nata, omnisque aliarum Gentium & Linguarum cognationis prorſus expers, & ſibi tantum ſimilis ſit, quæ TACITI fabula (*) & multorum hodie hæreſis eſt, inconſultum, & literato indignum videbatur. Feci igitur docendi cauſa, quod facere ſolent Aſtronomi, & jure facere poteram. Quemadmodum enim illi, rametſi ignorent, utrum Sol circa terram, aut Terra circa ſolem moveatur, alterutrum tamen aſſumunt, ut poſſint ea, quæ in cœlo fiunt, enarrare: Ita etiam ego hypotheſi Salmaſiana fretus pro indigentia ipſius rei modo Græca a Barbaris, modo Barbara a Græcis deduco, quia fieri poſſe intelligebam, ut ea, quæ nobis Græca videntur, e ſemine Scythico ſint prognata, & Græco habitu ornata a proximis Macedonibus. Qui graviter ferunt, ſe e Germania toties in Græciam deportari, male merentur de Lingua patria. Nam hoc inepto & moroſo faſtidio, nonſolum argumenta, quibus antiquitas ſermonis noſtri comprobetur, nobis eripiunt, ſed etiam Studium etymologicum, quantum in ipſis eſt, plane interficiunt, aut ad ſtultiſſima nugamenta redigunt. Qui, ſi æqui rerum æſtimatores eſſent, facile perſpicerent, ſe Græcæ Linguæ famulitio ad cognitionem veteris Scythicæ tanquam ultimum terminum perduci.

LATINA, quibus Franci eloquium Germanicum locupletarunt, quoties ſunt manifeſta, ingenue agnoſco. Nam hæc, ut ſunt pauca, & plerumque ſupervacanea, quibus minime indigemus, ita facile inter belligerantes ab uno exercitu in alium transeunt. Ut alias cauſas, de quibus pene in ſingulis expoſui, nunc omittam. Latinos vero multo plura a Barbaris accepiſſe, quam illis dediſſe, in ipſo Opere paſſim oſtendo. Horum alia CÆSARIS ætatem attingunt, aut excedunt, alia vero, quamvis ſerius & cum cadente imperio nata, Latinam Linguam tanta multitudine inundarunt, ut illis colligendis & explicandis ſat amplam vaſtiſſimo Operi CANGIANO materiem præbuerint. Quod ſi illuſtris Gloſſator non omnia aſſecutus eſt, hoc illi imputari non debet, qui ſi meliora apud Varrones noſtros inveniſſet, illa utique dediſſet.

NOMINA PROPRIA Gothorum, Vandalorum, Burgundionum, Saxonum, Francorum, Alamannorum, Longobardorum &c. ſunt bellaria hujus Operis, & proprium Gentis & Linguæ Germanicæ decus. Olim ab omnibus intelligebantur, & nullo opus habebant interprete, nunc autem ſunt obſcura, poſtquam oblivio & longus ſæculorum ordo ingentem verborum optimorum copiam nobis ſubduxit, ut cæteras Linguæ calamitates nunc non commemorem. Operæ pretium erat hæc pretioſa, aut ignorata, aut pravis interpretationibus fœdata, priſtino nitori reſtituere, cum quia ſunt veteris Linguæ inſignia monumenta, tum ut obtrectatores nominis Germanici perſpiciant, quanto ingenio, quantaque ſapientia prædíti fuerint, quamvis adhuc literarum rudes, illi in Gente noſtra viri, qui tam pulchra & præclara nomina, qualia non extant in ulla totius Orbis lingua, pueris ſuis boni augurii gratia impoſuerunt, ut illos ad virtutem & gloriam incitarent. Latina præ illis ſordent, & ſæpe ſunt tam abſurda, & illis ipſis, qui ea portant, tam ignominioſa, ut primi eorum inventores videantur omnem ſanam rationem ejeraſſe. Cum ex adverſo Germanica ſint elegantia, ſublimia, homine & heroë digna, & portanti ſemper glorioſa, ſive illum alicujus virtutis, naturalis, moralis, civilis, bellicæ, admoneant, ſive ſtimulum ad magna facinora addant.

De conditore Gentis Germanicæ, cujus nomen varie ſcriptum reperitur in Libris editis, mentem meam expoſui pag. 1677. Verum, ſi ex Codicibus manuſcriptis, antiquis & fide dignis, oſtendi poſſit, quod verum ejus nomen fuerit TUISCO, nihil in ſcriptione mutabo. Nam TUISCO poteſt eſſe nomen bonum & legitime factum a *Tue* Mars. Quo pacto virum martialem & bellicoſum denotabit.

(*) Tac. Cap. 2. de M. G. *Ipſos Germanos Indigenas crediderim, minimeque aliarum Gentium adventibus & hoſpitiis mixtos.* PEZRONIUS ad hæc verba in Antiq. Celt. pag. 294. *Tacite, qui eſt d' ailleurs ſi exact & ſi judicieux, fait pitié, quand il parle de la ſorte; car c'eſt proprement vouloir que les Germains ſoient nez dans leurs terres comme les champignons, ou ſi vous voulez, comme les ſauterelles & les limaçons. Il dit donc beaucoup de choſes dans ce peu de mots, mais l' on peut aſſurer, & l' on doit croire, que de tout ce qu' il avance là deſſus, il n' y a rien de veritable, non pas même de vray-ſemblable.*

NOMINA DEORUM origine Barbara eſſe, & ex Ægypto in Græciam perveniſſe, ſcribit HERODOTUS. Deos ex hominibus ortos eſſe, tam evidens eſt, ut inter peritiores non amplius in dubium veniat. Eosdem Linguam habuiſſe peculiarem, & a Græca diverſam, ſæpe innuit HOMERUS. RELANDUS eam *ἱερὸν λόγον* vocat, & ſimile quid de vetuſtis Peruvianorum Regibus, quos INCAS vocant, ex Hiſtoria Incarum GARCILASSONIS de la VEGA obſervat, ſcil. illos Lingua inter ſe uſos peculiari & a vulgari diſcreta, quam nefas eſſet ulli e vulgo addiſcere, quod eam divinam crederent. TITANES primos fuiſſe in Orbe Deos, eosque Celtice locutos, docte & copioſe oſtendit PEZRONIUS in Antiquitatibus Celticis. Veroſimile eſt, pleraque Deorum nomina ex *Lingua Deorum*, qualiscunque fuerit, petita eſſe. Horum aliqua attingere auſus ſum, quod in Linguis Occidentalibus & Septemtrionalibus meliorem ſenſum, quam in aliis Linguis, præbere viderentur. Qua in re ſicut potui hallucinari, & nubem pro Junone amplecti, ita conjecturas meas examini eorum, qui LINGUAM DEORUM inveſtigare volunt, libens ſubmitto.

Lib. II. cap. 50.

Lib. VII. cap. 1.

STYLO uſus ſum perſpicuo & conciſo, ſæpe etiam incompto, quia culte ſcribere non eſt hominis Linguas inter ſe contendentis, & multo minus immenſo labore gravati. Latini ſæpe carent neceſſariis, & quidam ſenſus felicius & ſignificantius a Barbaris, quam a Latinis enunciantur.

In citando parcus ſum & fidelis, in aſſerendo audax & timidus. Quod ſi arbitrum agere interdum videor, tunc volo iis, qui perpetuas hæſitationes in auctoribus damnant, & ducem opinionis habere volunt, gratificari. Mihi enim univerſe propoſitum fuit, inquirere potius, quam decernere.

Si quæ ſunt OMISSA, quæ jure adeſſe deberent, meminerint quæſo Legentes, ad ſingula toto Orbe ediſſerenda properandum fuiſſe, & in iſta feſtinatione inter innumera facile aliquid tranſiliri.

Plura & meliora faciat qui poteſt. Ego, qui nec ab ætate nec a fortuna vires ſumere poſſum, in poſterum libens abſtinebo, moniti memor antiqui: *ſolve ſeneſcentem equum.*

Hor. Lib. I. Ep. 1.

ERRATA, quæ ſequuntur, benevolus LECTOR corrigere dignetur, & ſi quæ ſunt alia, quæ ſenſum meum pluribus intentum effugerunt.

INDICES

INDICES VERBORUM.

NOMINA PROPRIA
GENTIUM, PERSONARUM, LOCORUM ETC.

Achen 11
Acheron 9
Acmon 1035
Adalbert 19. 206
Adalbold 19
Adalgiſus 19. 336. 579
Adalhart 19
Adalhelm 20. 703
Adallant 919
Adalman 336
Adalmunt 20. 1100
Adalwald 19
Adalwin 1910
Adeldegen 336
Adelgard 336
Adelgis 336
Adelgund 336. 624
Adelhaide 336
Adelhilt 246
Adelſchalk 1374
Adgandeſtrius 22
Adolph 762
Ædico 1161
Ægeum mare 401
Ælfricus 762
Ælmund 1101
Æſtii 1174
Æthelmund 1101
Africa 27
Ahistulfus 675
Aistulfus 675
Alamanni 29. 360. 1211
Alambanni 31. 51
Alani 30
Alaricus 34
Alba Græca 525
Albertus 207
Albertus Urſus 1830
Albgow 32
Albis 361
Albofleda 1159
Albrecht 34
Alcides 362
Alcis 362
Alf 40
Alfonſus 452
Alfram 40. 1231
Aliſo 361
Aliorumnæ 43
Allobroges 361. 518
Alpes 42
Alpes apenninæ 1197
Alpini 1290
Alrunæ 43. 1323
Amalafrida 47. 485. 490
Amalaricus 47
Amalasventa 47
Amali 47
Amalia 47. 1029
Amalingi 47
Amaloberga 47
Amazones 47
Ambra 46
Ambrones 47
Amiſia 46
Amma 46
Amſterdam 253
Anger 58
Angermanland 59
Anglen 59
Angli 59
Angloſaxones 60
Angrivarii 1866
Anhalt. *Proleg. Sect. V. in* AN.
Anſa 661
Ansbaldus 661
Ansbertus 660
Ansbrandus 661
Anſegiſus 661
Anſeramus 660
Anſericus 661
Ansfridus 661
Anshelmus 961. 703
Anſibarii 1866
Anſivarii 1866
Ansprandus 198
Answaldus 661
Antæ 64
Antes 64
Anthaib 630
Apollo 1542
Apollo grannus 1197. 1541
Apollo ſiannus 1197
Aquisgranum 11
Aquitania 1598
Arabiſtan 1597
Arabo, fl. 70
Arbogaſtes 70. 529
Arborichi 70. 187
Arcynia ſylva 672. 734
Ardaburius 670
Ardaricus 670
Arduenna ſylva 1484
Arelate. *Proleg. Sect. V. in* ER.
Areopagus 92
Aribertus 207. 1868
Arigiſus 578
Arimanes 1063
Arimaſpi 1547
Ariogæſus 578
Arioviſtus 1782. 1867
Arminius 795. 1035. 1867
Armorici 1070
Proleg. Sect. V. in ER.
Arnheim 68
Arnſtat 68
Artaxerxes 670
Artemis 672
Asburg 526
Aſcaloa 79
Aſcanium genus 78
Aſcanius mons 78
Aſciburgium 79
Aſcoburg 79
Aſcodilf 79
Asgard 77. 526
Aſia 80
Asmunder 1102
Aſpurgiani 526
Ataulphus 762. 1161
Atech 1161
Athala 336
Athalaricus 19
Athena 1135
Attalici reges 20
Attalus 336
Atlas 45
Attila 336
Attuarii 1866
Audaſleda 1159
Augia 89. 401
Auguſtodunum 319
Aurinia 44
Auſtraſia 1174
Auſtravia 1380
Auſtria 1174
Auxerre 324
Avon 2

B.

Bacchus 185
Bajuvarii 1866
Bal, Baal 1212. 1542
Baldfrid 490
Baldomerus 102
Balduinus 103. 1910
Ballomarius 103
Balthæ 102
Baltia 148
Baltieum mare 148
Bamberg. *Proleg. Sect. IV. in Syncope.*
Bardi 119
Barnefrid 155
Barr, barrum 1558
Batavi 119. 124
Batavia 1380
Batavodurum 324
Bathaib 134. 145. 630
Bauto 102. 186
Bavari 1866
Beinheim 143
Bel, Belus 1542
Belgæ 105. 1812
Belgrad 525
Belinus 1212. 1542
Bellovefus 1855
Belt 148
Belus 1212
Berengarius 1869
Bergheim, Bergidium, Bergium, Bergos, Bergomum, Bergomates, Bergula, Bergusia 151
Berg-zabern 1942
Berna 95. 117
Bernardus, Bernhardus 155. 670
Bernburg 1830

Berta 206
Bertland 919
Bertram 1231
Berunium 116
Beuren 131. 161
Biſcophesheim 691
Blocksberg 182
Bodenſee 187
Bodincomagus 1024
Bodincus 186
Boding 290
Bodohagin 636. 1345
Bohemia 691
Boji 188
Bojoarii 1866
Bojodurum 314
Bojohemum 187. 691
Boldus 103
Bonſidel 1518
Boructuarii 1866
Bothnicus Sinus 187
Bramanæ 118
Braunſweich 1845
Brautamundus 1102
Brenci 209. 214
Brenner 209
Brenni 209
Brennus 209
Breones, Briones 209
Breuni 209. 214
Briga Iſaræ 218
Brigitta 207
Brimio 210
Brinio, Brinno 210
Briſach 214
Britannia 1141. 1598
Britiones, Britanni 1598
Bructeri 217. 1866
Brunechild 246
Bruno 210
Brunſvicum 1902
Buchholz 224
Bucinobantes 1758
Buda 215
Burgundaib 630
Burgundi 132
Burgwart 1831
Burii 132

C

Cadmagon 1024
Cadomum 242
Cadvalla 1815
Cædmon 242
Cæſaromagus 1024
Caledonia 1598
Camœnæ. *Proleg. Sect. III. Lit. M - N.*
Cantuaria 811
Capetus 523. 813
Cararicus 561
Cariovalda 1815. 1867
Carioviſtus 1868
Carolus 830
Carolomannus 830
Carpaluk 829
Carthago 525
Caſſiterides 1971
Catobriga 218. 243
Catii 241
Catumerus 242
Catvalda 242. 1815
Catwik 243
Caucaſus 521. 610
Cauci 244
Czarigard 525
Celtæ 244. 1111
Cernunnus 753
Cevennes 1313
Chamavi 693
Charibertus 561
Chariomerus 1867
Chaſuarii 1866
Chatti 241
Chattuarii 242. 1866
Cheruſci 673. 734. *Proleg. Sect. VI. in* ISCH.
Childebertus 206. 247
Childebrandus 198
Childericus 45. 247
Chilpericus 762
Chindaſvinthus 1496
Chlodericus 1163
Chlodeſvinda 938
Chlodio 938
Chlodomirus 938. 1043
Chlodoveus 938. 1899
Chlotarius 940
Chlotaſvinda 939
Chonodomarius *Proleg. Sect. IV. in Epenth.*
Chramnus 1231
Chunigard 526
Cimbri 867
Cingari 1969
Ciza 1974
Claudius 938
Clivia 849
Clodio 938
Clodoveus 938
Clogio 938
Clojo 938
Clotaris 940
Clothildis 939
Clytus 938
Codanonia 252
Cundfrid 490
Cunibertus 206. 893. 895
Cunichildis 624
Cunigunda 624
Cunimundus 893. 1100
Cunradus 893
Cuotwin 1906
Cuthbertus 625
Cuthredus 1240
Cwenland 1758. ſeq.
Cyrus 1409

D.

Dagoaldus 267. 1816
Dagobertus 206. 267
Dani, Dania 251
Danubius 298. 1741
Daunus 298
Dendermonde 1099
Deotfrid 277. 490
Detmold 277
Devona 361
Diana 52
Diedenhofen 1675
Dietmarſen 59. 276
Dietmarus 1071
Dietmelle 277
Dietrich 287
Dina 298
Dinkelsbühel 226. 292
Dinkelvingen 292. 1822
Diotwin 877. 1906
Dis 1674
Diſa 283. 289
Diſpargum 231. 1675
Divona 362
Dona, Donau 298
Donawerd 1873
Donner 299
Dremroſt 1307
Drudingen 314
Drudmunt 1099. 1100
Druides 311. 344
Druſomagus 1024
Duellium 1991
Duina 298
Duncerca 321
Dünkelvingen 1822
Düren 324
Duria 314
Durius 324
Durſtede 324
Duſii 328
Dwergi 1990
Dyns 320
Dyr 1684
Dyſinni 302

E.

Eaſterlingi. *Proleg. Sect. VI. in* LING.
Ecgirih 372
Edelwig 336
Edenburg 1161
Edgar 1161
Edilicho 20
Edmund 1101. 1161
Edred 1161
Eduard, Edward 1161. 1832
Edwig 1161
Egeolf 372
Eggibald 372
Egidona 402
Egidora 402
Eginhart 372
Eginolf 372
Eider 324. 401. 1162
Einhart 372
Einrih 372
Einwalt 372
Eitel 336
Eiſenbüttel 225

Ekkepreht 372
Ekkihart 372
Elſas-Zabern 1942
Emme 46
Emmer 46
Ems 46
Engern 58
Engilbert 371
Engilhart 371
Engilmunt 1099
Enginbert 371
Enginhart 371
Eoſtra 1174
Epidora 402
Eres 388
Eresburgum 388
Erfurt 508
Erhart 670
Erich, Ericus 389. 1868
Erinfrid 490
Ernſt, Erneſtus 391
Eſus 76. 77. 725
Ethelredus 1240
Ethelwardus 1832
Europa 399
Euricus 340
Euvaricus 340

F.

Faramundus 1100. 1101
Faſtida 1782
Faunus 110
Feldkirche 432
Fenland 435
Filibertus 1787
Filimerus 1019. 1787
Finni 1467
Finnonia 435
Fletio 459
Flevum, Flevus 459
Folcrat 1240
Franci 371. 472. 1927. 1928
Frapcio 1930
Franciſcus 472
Franeker 497
Frankfurt 508
Franzoſen 191. 475
Frea 483. 485
Fredegiſil 546
Fredegunda 624
Frequimunt 1099
Freya 483. 484
Fria 483. 485
Fricco 485. 486
Fridehelm 703
Fridemund 1101
Friderich 490. 706
Friduger 561
Friga 483. 485
Friſii, Friſiones 491
Fritigernus 488
Froamarius 476
Froaliba 476
Frumarius 476
Fueſſen 510
Fuſſach 510

G.

Galatæ 245. 517
Galba 514
Galli 245. 517. 1812. 1813.
Galli, ſacerdotes 516
Gallus, fluv. 516
Gambrivii 218
Gangolfus 762
Garifuſius 523
Garumna 1318
Gaſto 528
Gebenna 1313
Gebennici montes 1313
Gelimerus 1922
Geneva 1313
Genobaldus 102
Genobaudes 102. 186
Genſericus 579. 706
Gepidæ 145
Gerbert 523. 561
Gerhart 523. 561. 670
German 560. 566
Germani 560. 565. 1679
Germunt 1100
Gero 561
Gerrich 561
Gertrudis 303. 523
Gerwin 1910
Giſa 579
Giſala 591
Gisbertus 207
Giſelicus 579
Giſericus 579
Giſo 579
Giſulphus 579
Godegiſil 546
Godemarus. *Proleg. Sect. IV. in Syncope.*
Godigiſclus 1374
Gomatrudis 212
Gondomarus 1019
Gontharis 625
Gothart 671
Gothi 599. 600. 1219
Gothiscanzia 1379
Gotſchalk 1374
Gotwald 1816
Gotwicum 1845
Græci 610
Graji 610
Grantzbein 143
Gravenhage 635
Griechiſch-Weiſſenburg 525
Gunda 624
Gundaberga 624
Gundemadus 1100
Gundemarus 1019
Gundemundus 625
Gundericus 625
Gundibaldus 102
Gundibertus 206
Gundobaldus 625
Gunmunder 1102
Guntchramnus 1231
Guntharis, Guntherus, Günter 625
Guntramnus 625. 1231
Guntruda 624
Gurgiſtan 1597
Guthredus 1240
Gviscardus 75

H.

Haga Comitum 635
Hala 642
Halidegaſtes 529
Halland 742
Ham 649
Hamburgum 648
Hamelen 648
Hamme, fl. 648
Hans. *Proleg. Sect. IV. in Aphæreſi.*
Hariobaudes 1868
Harprecht 671
Hartbrecht 671
Hartomundus 670. 1100
Hartpold 671
Hartwic 671
Harudes 948. 1867
Harzroda 1303
Harzwald 672. 1484
Haſſi 242
Hatfield 685
Hayrich 1313
Hegidora 402
Heilfrid 490
Heinrich 706. 895
Heiſtolf 675
Hela 744
Helidmunt 1100
Helium 742
Hellines 696
Helmichis 702
Helvetii 246. 731. 1290. 1488
Heneti 704
Hengiſtus 485. 529. 705
Hennegau 706
Henricus 706. 895
Hercules 714. 834
Hercules Ogmius 1163
Hercynius ſaltus 672. 734
Heriobaudes 102
Herirat 1240
Heriſtallum 720. 1580
Herman 1035
Hermes 716
Herminvones 1925
Hermunduri 1099
Herthe, Herthus 721
Heruli 797
Heſus 725
Hildebrand 198. 246. 247
Hildegard 246. 528
Hildegaſt 529
Hildegis 45. 579
Hildemund 45. 1100
Hilderich 45
Hilleviones 731. 1925
Hiltebolt 247
Hiltegunt 247
Hiltiwin 247
Hiltrut 246

Hin-

Hindoſtan 1597
Hiſpania 1549
Hiſter 324
Hlotarius 940
Hludovicus 938
Hludowaldus 938. 1816
Hohenſtauffen 1637
Hohentwiel 1991
Höheruck 1313
Holland 742
Holſatia 745
Holſtein 742. 1598
Honilend 919
Horſtus 754
Horſus 485. 706. 754
Horswin 1910
Hugo 760
Hugobertus 207
Hundsrück 1313
Hunimundus 893
Hunnilas 994
Hunnivar 1869
Hunoricus 706. 893
Hunulfus 893

I.

Igillus 785
Ilargus 628
Ildibald 45
Ildiges 45. 579
Illyrici 1290
Ingemunder 1102
Ingevones 1925
Ingibret 789
Ingiram 789
Ingoramus 789
Inguiomerus, Inguiomirus 789. 1043
Jovis 802
Irland 795
Irmandegan 795
Irmengard 528. 795
Irmin 795. 1035
Irminhart 795
Irminſula 796
Iſala 1346
Iſardori 357. 1685
Iſargus 628
Iſca 78
Iſenacum 799
Ismenius 1035
Iſtævones 1925
Iſtet 800
Italicus 20
Italus 336
Itargus 628
Jugantes 1901
Juhones 1901
Jupiter penninus & apenninus 1197
Jutæ 599. 600
Juthungi 599

K.

Kaiſerswerd 1873
Kaufbeuren 131
Kent 811
Kermunt 1100
Kero 561
Kers 831
Krutzman 890

L.

Lacobriga 213
Lallus 915
Lambertus 919
Lancaſtria 916
Landbert 919
Landenulphus 919
Landericus 919
Landfridus 919
Landpoldus 919
Landprechtus 919
Landulphus 919
Landwein 919
Lane 916
Langobardi 923
Languedoc 924
Laniogaiſus 578
Lantirat 1240
Lappones 1949
Laubach 933
Lauresheim 690
Lech 944
Leck 944
Leine 916
Leonhardus 670
Leopoldus 103
Letavia 909. 1141
Levinus 1906
Licus 944
Lindaw 909
Linguadocia 924
Litavicus 1899. 1900
Liutpertus 207
Liutprandus 198
Lodbrog 992
Loding 290
Logana 916
Lombardi, Lombardia 924
Londinium 319. 661. 917
Longobardi 923. 1480
Lotharius 940. 999
Lotherus 940
Lothringen. *Proleg. Sect. VI. in* ING.
Luderus 940
Ludovicus 938. 999. 1900
Ludwin 1675. 1909
Lugdunum 319. 320. 1004
Luidgard 528
Luitwardus 1832
Luna, fl. 916
Lüneburg 917
Luſitania 1598
Lutherus 940
Luto 938
Lutwardus 1832
Lützelburg 989
Lützelſtein 989
Luxemburgum 989
Lynius, fl. 917

M.

Mairæ 1017. 1130
Mandure 324
Mangold 1040
Manheim 692. 1036
Manichæi 1063
Mannia 1036
Mannus 1035
Marcomanni 1045. 1046. 1050
Marcomer, Marcomir 1043. 1070
Marcrat 1240
Marculfus 762
Mardi 1091
Maroboduus 186. 1019
Marquard 1851
Marſaci, Marſatii 1052
Marſi 1052
Marſingi, Marſigni 1052
Martiana ſylva 1484
Mathalgard 528
Mauri 1089
Mauringia 1058
Mauritania 1598
Mechelen 1013
Mecklenburg 526. 1077
Meginpreht 207
Melibocus 182
Mellobaudes. *Proleg. Sect. III. Lit. L-R.*
Memmingen 1068
Mentonomon 1741
Mercurius 1046
Merobaudes 186. 1019
Meroveus 1019. 1899
Merovicus 1019
Merovigus 1899
Mineſva 1135
Misnia 1066
Mithras 1077. 1542
Morimaruſa. *Præf. ad Germ. §. XIV.*
Morini 1070. 1089
Mulciber 1443
Mycklegard 526

N.

Nebogaſtes 529
Necker 1130
Neckur 1118
Neha 1130
Nehalennia 1131
Neidhart 1134
Neith 1135
Nemauſus 1147
Nemetes 1138
Neptunus 1139
Nerigon 1149
Neuſtria 1141
Nevogaſtes 529
Nidhart, Nithardus 671. 1134
Nocca 1143
Norbagia 1149
Nordalingi. *Prol. Sect. VI. in* LING.
Noricum 1149
Normandi 1100
Normanni 1100. 1149
Nortmanni 1149

Norvegia 1149
Notkerus 561
Noviodunum 319
Noviomagus 1024
Novogardia 525
Novogrod 525
Nuithones 59. 1155

O.

Obrecht 1161
Oder 324. 401. 1162
Odinus 1175. 1848
Odoacer 1161
Offa 1341
Ogygia 401
Oldenburg 526
Ollovico 1899
Oreſund 1647
Oſiris 1409
Osmunt 1160. 1173
Oſterlandi, Oſterlingi, Oſterliudi 1174
Oſterreich 1174
Oſtfali 1174
Oſtrogard 526
Oſtro-Gothi 1174
Oswald 1173. 1816
Otbertus 1161
Otfridus 490. 1161
Otgarus 1161
Othinus 1175. 1848
Otho 1159
Otlinga 1159
Otmarus 1070. 1161
Ottobeuren 131. 1159
Ottweiler 1159. 1851
Otwin 1911
Oxford 78

P.

Padus 187
Paldmunt 1106
Pan 116
Papæus 1181
Parthi 1211
Paſſau 1183
Pen 116
Penninus Jupiter 1197. 1198
Pergamum 151. 691
Pfin 110. 1198
Pharamundus 1160. 1161
Pharao 1358
Philebertus 1787
Phryges 472. 478
Phrygia mater 484
Pin 110. 1198
Polani 1211
Pomerani 1070. 1212
Pura 161
Pyrenæi 209

Q.

Quadi 1219. 1848

R.

Raab, Rabe, fl. 70
Radagaiſus 578
Radwart 1831
Rætzen 1291
Rambert 1231
Rammundus 1100. 1231
Rappersweil 1851
Reccaredus 1496
Receſuindus 1496
Regenhilt 546
Regenſpurg 1166
Reinhard 1276
Remismundus 1100. 1231
Reutlingen 1303
Rhæti, Rhætia 1290
Rhea 1261
Rhein-zabern 1942
Rhenus 1284. 1297. 1318
Rhodanus 1229. 1632
Richardus 1257. 1496
Richimerus 1070. 1496
Richmunt 1168
Richwin 1911
Rieſengebürg 1190. 1291. 1311
Ripuarii 1259
Ritomagus 1024
Robertus 207
Rodæ in Germ. 1303
Roland 979. 1303
Roma, Romulus 1231
Roncalia 1323
Ronzeval 1305
Roterdam 853
Rotomagus 1024
Rotweil 1851
Ruckenbein 143. 1313
Rudolphus 762
Rugilant 918
Rungalle 1323. 1813
Ruodmunt 1100
Rupertus 207

S.

Saba, Sabis 1359
Sabaudi 1360
Sabus 1359
Sack 1731
Sacaſtena 1597
Sadepreht 207
Salagheve 1145
Sale 1343
Salii 1346
Sal-land 1342. 1346
Salohagin 636. 1345
Salt 1344
Salz 1344
Samara 46
Samarobriga 218
Sambre 46
Saturnus 1357. 1732
Satyri 1359
Sau, fl. 1359
Saubertus 207
Sauſeja 1361
Savo, Savus 1359
Saxones 1338. 1480
Scaldi, Scaldri 515
Scandi 1380
Scandia 1379
Scandinavia 1380
Scania 1379
Scanzia 1379
Scaptenſula 1366
Schiermonikoog 401. 1408
Schwaben 1478
Schwarzwald 1484
Schweden 1485
Schweizer 1488
Schwinge, fl. 1490
Scoti 1410
Scrikfinner 1467
Scritofinni 1467
Scythæ 1410. 1478
Segedunum 320
Segeſtes 529
Segimerus 1521
Segimundus 1100. 1521
Seia 1337
Semnones 1513
Senæ, Senani 1513
Senones 60. 1513. ſeq.
Serveſta 1960
Sigebertus 1522
Sigericus 1522
Sigibrandus 198
Sigimerus 1521
Sigismeres 1070. 1521
Sigismundus 1522
Sigivaldus 1815
Sigiwin 1911
Sigmund 1100. 1522
Sigoveſus 1855
Sigwardus 1832
Smaland 1437
Solothurn 324
Speſſart 526
Stutgard 526
Starcfrid 490
Strut 1634
Strutgard 526. 1641
Sund 1647
Sundgow 1645
Sunno 1650
Svardones 1335
Sveci 1485
Sveones, Sviones 59. 60. 1645
Svevi 1478
Sviceri, Svitenſes 1488
Swinebold 1496
Svintila 1496
Swighofen 1487
Swerige 1646

T.

Tadelbertus 1662
Tado 1662
Tamerlanes 916
Tanais 298. 1741
Tanarus 299
Tanfana 1541. 1657
Tangermunde 1099
Taranis 299. 1660
Taſſo, Taſſilo 1662
Tatto 1662
Taunus 320
Tauri 1684

Mmm mmm Taurion

Taurica Cherſoneſus 1684
Taurini 1290. 1684.
Tauriſci 1685
Taxandri, Toxandri 1131
Telamon 45. 1035
Tellus 1967
Temeswar 1869
Teneremunda 989
Teſſender-lo 989
Tetzel 1662
Teurdanck 2672
Teut 2673
Teutates 1675
Teutberga 1675
Teutobochus 277
Teutoburgium 276. 1675
Teutomeres 1674
Teutones 294. 1676
Teutoni 278. 1676
Teutſchen 1678
Theganmar 267
Theganus 267
Thegenhart 267
Theginbold 267
Themiſcyra 819
Theodahatus 675
Theodemir 1674
Theodo 286. 1674
Theodomerus 1070. 1674
Theodoricus 287. 1674
Theotiſci 276. 1678. *Proleg. Sect. VI. in* ISCH.
Theotleof 277
Theotmellum 277
Theotolf 277
Theudas 1674
Theudebertus 1674
Theudegotha 1675
Theudelinda 1675
Theudibaldus 1675
Theudichuſa 1675
Theudimundus 277
Theudix 1674
Theudorix 1674
Theuto 286. 1674
Thoriſin 1683
Thorismodus 1683
Thorismundus 1100. 1101. 1683
Thorus 299. 1683. 1732
Thurgot 1683
Thuringi 1685
Thurovaro 1683. 1865
Thusnelda 22. 1675
Tigranocerta 525
Tiodmunder 1102
Titæa 721. 1690
Titan 1540. 1658. 1690
Titanes 1690
Toringi 1685
Toringi. *Proleg. Sect. IV. in Metath.*
Totila 1662
Totilas 994
Toxandri 1131
Travemunde 1099
Trutenhauſen 314
Truttwin 1906
Tue 283
Tuiſco 1677. *Epilog.* 1998
Tuiſto 1677
Tulingi 1680
Turinum 1685
Turkiſtan 1597
Turnacum 1358
Turnus 1358. 1684. 1731
Tuſci 1730
Tyrrheni 1688

U.

Ubbo 1341
Udalbertus 20
Udalrichus 20
Uffingi 1341
Uffo 1341
Ulfilas 994. 1923
Ulfus 762
Ulma 745
Ulricus 20
Unſtrut 1634
Upſal 1340
Uranus 1751
Uſipetes 1756
Uxellodunum 320

V.

Vadomarus 1857
Vandali 1758
Vannius 2909
Vaſtmar 420
Vejovis 1818
Veleda 1762
Vellocatus 242. 1815
Venedi 1862
Vernometum 1147
Veſta 1783. ſeq.
Veſtralpus 40
Viadus, Viadrus 1162
Vibertus 1901
Videmirus 1857. 1019
Vigantes 1901
Vihones 1901
Viſigarda 1855
Viſigothi 1883
Viſurgis 628. 1788
Viterbium 1788
Vitigis 579
Vogdland 1792
Volcmarus 1071
Volmarus 1071
Vologeſocerta 525
Vulcanus. *Proleg. Sect. III. Lit. V-M.*

W.

Walachi 1811
Walafridus 1812
Waldemarus 1019. 1815
Wali, Walli, Walones 518. 1812. ſeq.
Waliſci 1859
Walpurgis 1812
Walter 1816
Waltrudis 1812
Wangen 1821
Warnefridus 455. 1828. ſeq.
Warnemünde 1099
Warwick 1869
Welſchland 1859
Wenden 1862
Werham 1869
Weſer 324
Weſtfali 1885
Wetgiſus 579
Wiborada 1844
Widimerus 1019. 1857
Widohagin 636
Wig 1899
Wigbertus 1901
Wilhelmus 703. 1850
Wilibaldus 203. 1787
Wiliboldus 103
Wiligiſus 1787
Willeramus 1231
Winfridus 1906
Winibaldus 103. 1910
Winipreht 1906
Winiramus 1910
Winlant 1911
Winnefeld 1909
Winterturn 324
Wiſigothi 1883
Wiſimarus 1019.
Wiſohagin 1345
Witikindus 1857
Wittigiſus 579
Wodanus, Wodenus 1176. 1848
Wolfenbüttel 225
Wolfgangus 762
Wolframus 762. 1232
Wolmarus 1071
Wurſtfrieſen 1938
Wurtſaten 1938

Z.

Zabern 1942
Zan 1657
Zeitz 1974
Zerbſt 1960
Zigeuner 1969
Zurzach 324
Zutphen 435

NOMICA

EX LEGIBUS ANTIQUIS GERMANORUM.

Aeſalla 408
adelſcalch 21
ahteid 12
alae falthio 430
alode 1346
amunt 1101
anagriph 354. 611
anethapich 373. 632
angargnaco 57. 1118
anitheotha 1963
anowado 354
aranſcarti 1385
araſcild 719
arwernon 1829
Barco 192
bibarhunt 766
bodogaſt 530
bortmagad 191
Camfwic 809
cauha 819
chalt 552
cham 653. 808
chana 652
changichald 552
charſrido 489. 1380
charouueno 1244
chengiſto 705
chereno 1234
cheriſtoduna 1327
chrenechruda 247. 1982
chreoburgio 154
chreodiba 263. 1226
chreo mordo 1091
chuc-cham 650
cladolg 844
cranohari 879
Dolg 844
druchte lidio 304
druthe 302
Falthio 430
farlegani 466
feisfecho 439. 1785
fetiſcheſo 439. 1368
firſtfalli 508
firſtful 508
forlegani 466
frilazin 480. 927
fruofald 431
fulboran 1797
fulfreal 480. 1796
furswirotos 1492
Ganshapich 632
garathinx 291. 523
Ham-ſocna 1643
hantelod 657
hapichhunt 632. 766
heimzuht 1275. 1643
heiſterahandi 655
herireita 1275
herisliz 719. 720
herthamon 690
horgrift 611
hovawarth 738. 1831
hrefawunt 1265
Inſanc 413
Laitihunt 766
lamp 916
lando-efa 340. 918. 1349
launechild 588. 993
lem 916
leosdeba 263. 994
leudardi 999
lidiſcarti 976. 1385
lidolaip 962. 978
liduwagi 976. 1805
Malberg 1030. 1348
malia 1439
marach 1045
marchfalli 407. 1045
merworph 1044. 1936
mine chleno 846
Nal 1124
nare 1117
naſtaid 1127
nomumfti 1150
Oberos 738
orſcardi 1385
ortfocla 41. 771. 1793
Parch 1195
pedero malia 1439
ploum 1201
pluslaib 183
pulebruſt 160. 221
puleslach 161
pulslahi 161
Rapoworf 1936
reip, reiph 1265
rhanne 1281
thannechalt 552
thedo 562
Saldeban 263
ſaliſuchen 1339. 1643
ſalogaſt 530. 1344
ſcapha 1368
ſcaſtlegi 1371. ſeq.
ſcofph 1457
ſcopar 1455
ſcultais 1472
ſichte, ſochte 1337
ſmelido 1440
ſon 1510
ſoneſti 1510
ſoniſchalt 552. 1510
ſonopair 95. 1510
ſpurihunt 766. 1575
ſtapfiaken 1577
ſtolizae 1615
ſumis 1362
ſvarzwild 1484
Tauthe 1749
texaca 1979
theophano 1265
thinx 291
triphunt 766
turnichalt 552. 1688
turpha falchio 430
Vipida 1689
Wala leodi 1812
walapauz 238
walaraupa 1243. 1810
walaworf 1936
wancluga 1822
wedrigeld 589
wehadinc 289. 1167
weiano 1849
widerbotan 1893
widredo 1892
widrigilt 589
wilz 1905
winchilful 1999
wiſogaſt 539
wittemon 1040. 1896. 1919
Zougenzuht 1963

LATINO-BARBARA

MEDII ÆVI

FORENSIA ET NON FORENSIA.

Abarnare 120
aberemurdrum 118
acra 18
adalingus 337
adelinga 337
adfatimire 21. 1478
adobare 22
adrhamire 22. 23. 1233
æcentia 333
affatomia 22. 26
agla 344
albanagium 31
albani 31
alberga, albergaria 32
albergium 153
aldermanni 366
aldi, aldiones 32. 387
allodium 35. 62. 1346

almucia 645. 1332
alſacia 645. 1332
ama 1165
ambaſcia 49. 50
ambra 350
anca 61
ancha 61
anculus, ancularis 371
andilagus 658
andilangus 658
angariare 56
anſes 661
anſearicus 662
anteortare 771
antruſtio 1718
aprifiones 1217
arenda, arendator, arendare 69
areſtare 74
arga 70
aribannus 710
aribo 381
arimandia 71
arimanni, arimannia 71
arimannus 749
ariſtato 72. 1327
armiluſa 391
aſcella, aſcellare 11
aſcomanni 79
aſcus 79
atha 345
attachiare 81
augia 89. 401
auſtregarum jus 1701
Baccalaureus 89
baccarium 134
baccharium 133
bachinon 134
bainberga 153
ballomerus 1043
bancus 109
banderium 108
bandophorus 108
bandum 108
banleuca 114
bannileuga 114
bannire 112. ſeq.
bannus 110. ſeq.
bannus nuptiarum 114
barca 404
barcus 404
barducium 124. 1183
barga 404
bargus 121. 152
barica 404
barmbraccus 197
baro 116. 123
barones 123
barra 1558
barus 116. 118
baſſus 126
baſta, baſtum 127
baſtardus 127
battalia 128
battere, battiderit, battutus 128
battire 129
batus 195
bauca, baucalis 1210
baucarium 133
baudia 194
bauga 187
bauſia, bauſiare 194
bedellus 237. 1185
begina 137
bellagines 147
berillus 213
berſarius 171
birretum 121
birſare 171
biſſa 99
biſus 144
bivangium 413
bladum 173
blutare 183. 1210
boda 225
boga 188
bolla 228
bombarda 190
bordarii 191
boſcus 233
boſiare 194. 1203
bothena 187
bracco, braccus 197
branda, brandones 198
brantia, branzia 475
braxare 199
breve 212
brica 212
brigantes 479
brocia 217
brolium, broilum, briulum, brogilum 213
bruna 221
brunia, brynia 220
bruſcia 217
bubius, bubo 222
boccula, buccularius 225
buccus 185
buffa 1218
buffones 1217. 1218
bulla 228
burdo 1362
burdones 230
burgenſis 231
burggravius 232
borgua 231
burgwardium 1833
buringus 132
burſa 193
burſarius 232
burus 132
butare 129
butica, buticula, buticularius 236
butigularii 161. 1953
butta 236

Cacea, caciare 726
caii 864
calandæ, calandia 806
calciatrappa 1706
camba, cambarius 165
cambium, cambiare, cambire 808. 1307
camiſia 692. 703
camiſia glizzina 597
camma, camum, camus 165
campio 810
campire 809
capa 812
capella 239. 812
capellanus 241
capellus 812
capirale 240
capitulum 241
capulare 813
carcaſium 815
cardo, cardus 817
carga, cargare 816
carrare, cariare 816
carrica, carricare 816
carrocium 816
carropera 816
carruca 816. 1380
caſtaldus 511
caſula 817
catallum 240
catta 818
catus 819
caucus, cauculus, caulatores 819
caupulus 822
caupus 872
cauſare 874
cavera 864
cavus 1387
cellarius, cellerarius, cellaritus 825
ceorlus, ceorlmannus 830
cereoſtatum 1592
charaxare 881
cheruioburgius 711
chora 898
choremanni 898
chrora 1308
cidelarii 1953
cirliſca, cirliſcus 830
clenodium 847
clocca 850
cluſa 844
cnapones 853
cociones 534
cocleарii 535
coſa, coſia 676
cofferum 891
cogo 863
colpus 851
conucula 895
conſtabulus, conſtabularius 249. 1053
contrada 542
coqua 363
cora 774. 874
coragium 774
corſetus 250
cotta, cottus 901
cotrarius 874
crauagium 879

cratare 881
cravare 608
crida 882
crocca, croceus, crocium 888
crochum 887
crota 618
crotta 1308
crucca 888
cultra 866
cunnagium 1279
cuphia 676. 1387
cuppa 872
curmedia 898. 1078
curtia 525. 770
Dadſifa 1693. 1962
daggerius 268
dagus 264
dardua 243. 259
deciorum ludus 273
deveſtire 792
dixta 276
dictare, dictamen, dictator 279. 280
diffidare 423
diptire 323
directum 1253
discargare 816
diſcarrare 816
disvadiare 1887
draconarius 302
droſſatus 309
drorſetus 309
drudes, drudi 303
drumus 306
drungus 302
drutus 303
dupia 1729
dura ſuna 262. 1650
duropellum 1687
Edelingus 337
eia 400
eorla 378
erilia 377
eſſonia 1647
erimanni 71. 749
etillidi 339
etlidi 339
exonia 1647
Fabula 401. 1028. 1031
faderfium 1786
fadus 1762
faida 423. 1753
falda 430. 431. 432
faldiſtolium 1637
faldoſus 430. 431
falius 431
fano, fanones 411. 412
fara 416
faramanni 414
farfalius 431. 469
farifea 1196
farius 406. 1196
feida 423
feimeri 427. 428
felo, fello 431
felonia 431. 434
feltrum 446
feodum 440
ferita, feritare 125. 161
feudum 440
fillones 446
filtrare 446
filtreus 446. 447
filtrum 446
fladones 453
flantones 453
flaſca, flaſcula, flaſcones 453
flatare 461
flatones 453
flauta 461
florenus 461
foderare 511
fodrarius 507. 510
fodratura 512
fodrum 510
folgare, folgarii 464
folletus 861. 1757
follis, follus, follentia, follitia, foloniticia 1758
forbannire 114
forbatturus 129
forconſiliare 1773
fordrones 465
foreſtum 467
forfacere, forfactum 466. 1779
foriſconfiliare 1773
foriſfacere 1779
framea 472. 1202
francus 472
frea 483
fredum 489
fridum 489
frilingi 337. 481
Proleg. Sect. VI. in LING.
friolaſia 478. 480. 917
friſcinga 492
fulfrealia 480
fulgare 464
Gabalus 511. 516
gabella 511
gabia, gabiola 863
gablum 511
galo 555
galetta, galetus 555
gamales 1030
ganerbii, ganerbiatus 519
ganſa, ganta, ganza 521
garba 524
gardianus 1831
gardinarius 513
gardingus 527. 1831
gaſa 521
gaſtaldus 531
gelda 587
geldare 553
geldonia 587
geldum 587. 588
geniculus 859
genu 859
geranium 878
gerra 560. 1867
geſtum 514
gilda, gildonia 587
gildum 587. 588
giſiles 546
giſtum 531
glæva 593
glavea 593
glis 848
glizzum, glizinus 597
gobia 533
gogravius 533
gontfanarius 626
gontfano 413
gota 586
grafio 605. ſeq.
grani, granones 609
granicies 612
graphia 604. 608
graphio 605. ſeq.
gravaringus 608
gravator 608
griſeua 612
gritmannus 616
groſſus 617
gualda, gualdum 1811
guardingus 527
guerra 560. 1867
gueta 818. 1801
guiſa, guiſſa 1914
guimpa 1905
guntfanonarius 626
gutta 586
gyrofalcus 564
Haga 635. 636
haja 635. 636
haiſtaldus 635. 638. 1615
hakedus 683
halla, hallus 642
halsberga 153
hamarium 649
hamedii 347
hamellum 649
hamma 649
hamſoca 1332
hamſocna 1333
hanca 61
hanſa 662
hanſa teutonica 661
hanſatus 661
hansgravius 661
harahum 750. 1168
haringus 714
hariraida 1275
harmiſcara 666. 1401
harniſcara 666
haro 668
harpa, harpare, harpator 664
hawyare 636
hayare 636
helmus 702
hendinus 367
heraldua 387. 717
herburgius & herburgium 711
hereberga 710

heretochium 723
heribannus 113. 710
heribergare 711
heribergum 710
herilis 377
herimanni 71
heriotum 714. 722. 1159
herireita 1275
heſtaldus 635. 1615
hicca 1617
hindeni 662
hoba 758
hobanna 758
hobarius 758
hobunns 739
homo 1036. 1038
hova, hovia 739
hoſa 756
hoſtenditia 757. 1174
hoſtis 756
hringus 1295
hroccus 1301
huba 758
humlo 747
humuletum 747
hundredarius 765
hundredus 292. 765
hurdare 769
hurditium 769
hurſta 755
hurſtlega 755
hurtardus 771
huſo 680
huſtingus 289. 1792
hyſca 1617
Jamundilingus 1103
iarla 378
ibiſcus 396
idiota 276
imparcare 1195
inporus 787
intricare 1701
invadiare 1887
inveſtire, inveſtitura 792
jocalia 804
jocularius 804
jupa 804
Kaji 864
knapones 853
Lachinones 912
lschus 903
lacinam facere viam 912
lacinonea 912
lada, ladare 907. 1873
læſtum 977
læti 908
lærica terra 909. 946
laiſowerpire 932. 1478. 1875
laiſowerpum 1916
lsiſus 932
lancetæ, lanceti 920. 1357
landa 945
lsndgravius 920
landimera 1048
lsngæ 917
laſſi 930
laudare 935
laudimium 935
laudis 939
laudum 935
laxa, laxare 926. 928
lazzi 930
lecator, lecacitas 991
leda 977
leodi, leodes 909. 972
leubo, leibunculus 913
leude, leudis, leudum 969. 999
leudeſamium 970
leudi, leudes 909. 972
leuterare 974
liberare 983
lidemonium 988
lidi 909. 988. 989
liedus 981
ligius 946
liſta 960
liti 31. 909. 988. 989
litimonium 988
litones v. liti.
lobia, louba 933
lobium 933
lotus, lotum 999
lutherium 1003
Machalum 1013
major 1060
majoriſſa 1061
maira 1017
malia 1439
mallare 1027
mallebergium 1029
mallus 1027
mancare 1041
mandualis 1039
maneries 1041
mannire 1040
mantuelis 1042
mantum 1042
marca 1048
marcgravius 920
marcha, marchia 1048
marcheta 1072. 1279
marchio 1049
marcomanni 1050
mariſcalcus 1044. 1052
mariſcus 1051
maritagium 1279
martur, martures, marturinus 1046
maſca 1054
matare 1076
materatium 1056
mattula 1056
meda, medo, medus 1075
meiſa 1065
mera 1089
methium 1078
minare 1081
minera, mineralia 1081
miniſteriales 284
miſſa 1073. 1074
mita 1085. 1059
monſtra, monſtrum 1106
monſtrare 1106
mora, morus 1089
mordridus 1091
morganicum, morganaticum 1091
morgengiba 202. 1092
morinus 1089
moroſus 1089. 1090
mortuus 1091
muffula 1095
mundialis 1099
mundiburdis 1098
mundiburdus 1098
mundium 1101
mundoſildus 1101
mundvaldus 1816
murdrator, murdritor 1091
murdrire 1091
murdritus 1090
murdrum 1090. 1091
murrare 1104
muta 1059. 1109
mutarius 1059
mutulus 1059
Nacaria, nacarium 1113
naccus 1117
namare 1138
namium 1124
nampta 1138
naufus 1113
naſtila 1140
necare 1143
negare 1143
nonna 1153
nonnus 1153
northus 1148
nucha 1118
Oba 758
oblata 453
obſtagium 355
obſtagius 355
Ordalium 1166. 1755
oſa 756
osbergum 154
ortare 771
Palafredus 1179
pallium 1194
pancerea, pancerium 1181
psrafredus 1179
parchanus 119
parcus 1195
pares curiæ 117. 1531
paſſagium 1183
paſſare 1184
pauſa, pauſare 1184
pecia 439
perſona 377
perſonatus 379
phaderſium 1786
phara 416
pilarium 1194
pilaſca 453
pipa 1192
pipare

Digitized by Google

pipare 1193
pifale, pifile 1219
placea 1209
plagare 1207
plateſia 1208
plegiare 1200
plegius 1200
pochia 1178
poledrus 502
pulledrus 464. 502
punga, puncha 1178
Quaquila 1801
Racana 1298
rachimburgii, racimburgii 1227 1243. 1458
raimburgii 1227
raiſogeldum 1272
rangifer 1235. 1282
raſta 1238
rathimburgii 1227. 1242. 1458
ratus, raturus 1243
rauba 1243
raubare 1244
raubaria 1244
rauſea 1289
recci, reckii 1256
reffare 1244. 1305
regenburgii 1227
reiphus, reipus 1265
reiſa 1272
reveſtire 792
ricus 1263
riga, rigare, rigatus 1267
rinca, ringa 1293
ringus 1295
riſii 1291
roccus, rochus 1301
rocta 1308
rollus 1304
roncinus, rocinus, roſſinus 1270
rondellus 1318
rota 1308
rotta, routa 1309
rotulare, rotulus 1304
ruga 1267
rumbula 1317
runæ 1319
runcinus 1269
rupta 1309
ruptare, ruptarius, ruptuarius 1310
ruptura, rupturarius 197. 1309
ruta 1309
rutare 1310
rutarius 1309
Saca, ſacha 1332. 1334
ſachibarones 1332. 1334
ſala 1339. ſeq.
ſalamannicus 1347
ſaliburgio 1345
ſalica lex 1347
ſalica terra 32. 441. 1346
ſalicus 1345
ſalicus pagus 1345
ſamis, ſamitum 1354
ſcabinus 1457
ſcachus, ſcachum, ſcachator 1364. 1365. 1367
ſcaldi, ſcaldri 515
ſcanciæ 1398
ſcantio 1398
ſcapellare 813
ſcara, ſcaramanni, ſcararii 1381
ſcarlata 1383
ſcella 1396
ſcemare, ſcematio 651
ſchala 1372
ſchalchum 1375
ſcira, ſcirra 345
ſclavus 1425
ſclaſa 1430
ſcorbutis 1382
ſcotare, ſcotatio 1477
ſcrama 1418. 1463
ſcramaſaxus 1463
ſcreona 1465. 1466
ſculdaſius 1472
ſcultedum 1471
ſcultetus 1473
ſcuria 1404
ſcuragium 719. 1174
ſecta 1539
ſemiſriſcinga 492
ſeniſcalcus 1052. 1509. 1512
ſibelinæ pelles 1974
ſidra 1519
ſiere 1517
ſigla, ſiglare 1499
ſmerilliones 1442
ſoca 1332
ſocagium 1531
ſoccus, ſoccomannus 1530
ſolarium, ſolerium 1537
ſoldatus, ſolidatus 1533
ſoldenarius 1533
ſolidare 1533
ſolidarius, ſoldarius 1533
ſolidum, ſoldum 1533
ſolium 1362. 1537
ſona 1647. 1650
ſonare 1649
ſoumarius 1362
ſpadare 1546
ſpanga 1549
ſpanna, ſpannus 1550
ſparra 1557
ſparro 1556
ſparvarius 1556
ſpatha 1545
ſpathus caballus 1546
ſpelta, ſpelda 1554
ſpicarium 1554
ſquirius 345
ſtallagium 1581
ſtallarius 1582
ſtalliati 1580
ſtallus, ſtallum 1580. 1581
ſtandale 1600
ſtandardum 1584
ſtantareum, ſtantarum 1600
ſtapes, ſtapia 1586
ſtaplum 1587
ſtapula 1587
ſtarlingus 1601
ſtaupus 1593
ſteura 1602
ſtica 1606
ſtirio 1617
ſtolizarus 1615
ſtraneus 1626
ſtrata, ſtrada 1622
ſtricare 1631
ſtroppus 1634
ſtrudis 1033
ſtruntus 1634
ſtruppus 1634
ſtuba 1635
ſtuffare 1579
ſturio, ſturcio 1617
ſudes 1645
ſumis 1362
ſwaiga 1487
Tabula 1651
talamaſca 1095
talare 1669. 1689
taliola 1668
tallia 1975
tanganare 292. 1658
tanganus 291. 1658
targa 1661
taſcha 1661
taxo 251
tenda 1957
tenus 1728
teſteia 1662
teutona 1676
teutonicus 1676
thainus 266
thalapta 1988
thalerus 1680
thanus 266
theada 1673
theganus 266
theotiſcus 1678
thia, thius 1680
thingare 291
thiufadus 1666. 1681
tonna, tonella 1696
torneamentum 1729
toro, torus, toronus 1684
torta 1697
tortum 1253
trabattire 119. 1185
tractare 1699
traga, tragula 1700
traginare 1700
trappa 1706
traſſare 1718
treuga 1711
trica, tricia 1701
tricare, trigare 1706
tripare 1305
troga, trogulus 1713
troppus 1717
troſſa 1717
trotare

trotare 1719
trotarius 1720
trotingi 303
truca 1723
trudes 303
trumpa 1716
truſſare 1717
truſtinus 1718
truſtis 1718
truſtis dominicus 1918
tucus 613
tuſa 1976
tuiſſare 262
tunchinium 1729
tunginus 292. 1728
tungravio 1956
tunimum 1956
turba, turſa 1697
turpha 366
Urbara 1753
urſus 1819
Vadiare 1887. 1888
vadium 1802. 1887
vala 406
valvaſinus 1761
valvaſſor 1761
vaſallus 285. 1759
vaſſaticum 1761
vaſſus 285. 1759. 1896
vaſtina 1940
vasvaſſor 1761
vavaſſor 1761
vegius, vegiatura 1891
vemicum judicium 427
verrus 95
veſtire 791
vicingi 1902
villa 1851
vreccum 1255
Wacta 818. 1801
wadium 1887
wadius 1888
walamerus 1044
walicus, wallicus 1812
waliſcus 1859
wambuſium 1818
wantus 1180
wapentachium 1823
warandare, warantizare 1827
warannio. vide *warrannio*.
warda 1832
wardæ pupillorum, Eccleſiarum &c. 1833
warengangi 522. 1827
warenna 1816
warens, warantus, warenda, warandia, warendator 1827
wargus 1856. 1827
waringi 1869
warnio 1829
warnitus 1829
warrannio 1881. 1850
watspenda 1863
werelada 1878
werigildum 1876. ſeq.
werpire 1875
werra 1867
werra 1915
widrigildum 589
wifa, wifare 1914
wildfangiatus 1903
wirdira 1885
wita 1887
witiſcalci 1874. 1887
wreccum 1255
wulitava 1932
wultava 1932
Zabulus 1942
zana 1509
zeidelarii 1953
zunftarum magiſter 1982

LATINO-BARBARA ANTIQUIORA.

Alauda 974
ambacti 48
angariare 96
arinca 1302
augur 1750
Bagauda 99
barditus 125
baro 117
barritus 125
baſcauda 126
benna 149
betula 171
biſon 234
boia 188
bracca 217
bulga 104
Capo 813
carrago 815
carrus 815
cateia 243
caterva 241. 1717
cereviſia 513
combennones 249. 249
cucullus 864
Dunum 319. 321
durum 324
Embractum 215
Falco 406
framea 243. 471
Græſum 560. 577
gaſa, ganſa 521
geſati, geſatæ 577
geſum 560. 577
geſus 578
glaſtum 591
gleſſum 591
Hercynia ſylva 672. 734
Labarum 907. 925
læti 908
lætica terra 909. 946
lancea 924
laniſta 578
latro 909
Magus 1023
majalis 193. 1025
marga 1020. 1442
margarita 613. 1187
marcellus 125
martio-barbulus 124
martus 114. 115
Paricida 116
penninus 110. 1197
petorritum 500. 1229. 1788
pinnæ 110. 1197
Reta, retare 1289
rheda 1229
rheno 1285
Sapo 1501
ſoldurii 1534
ſpadonia poma 1546
ſparus, ſparum 1556
ſpatha, ſpada 1546
Talea 1668. 1689
thieldones 1958
turſio 1617
tyrannus 1732
Urus 87
Vates 1762. 1918
veha 1840
vergobretus 1288. 1766

FRANCO-GALLICA.

Abandonner 108
abreger 203
addouber, adouver 260
affreux 481
agraffe 880
aigle 344
aigu 333
ainé 53
aiſé 1256
alarme 963
alesne 29
aler 36
aller

aller 1814
allouer 934. 983
ambaſſadeur 50
ambre 50
amuſer 368. 1105
anche 61
arreſt 75
arreſter 74
arriere ban 114
aſſembler 1353
aſſaſſin, aſſaſſiner 1335
attaquer 81. 1662
attraper 1706
aubaine 32
auberge 710
aumuſſe 1112
autruche 1623
aviſer 1854
Babillard 75
bachelier 91
bacon 92
badin 1552
bagage 1179
bague 226
baillie, bailif 103
bal 106
balcon 106
baldachin 103
bale, balon 107
ban 114
banc, bancquier, bancquet 109
bander 1551
banlieu 114
banniere 115
bannir 112. 114
baron 123
barque 121. 404
barrer 1557
barreau, barriere 1558
bas 126
baſſin 134
baſtonade 128
bataille 128
batard 75
bateau 195
baron 128
battre, batterie 128
bayette 1818
beaufrere 1456
bec, becquer, becqueter 1204
becaſſe 1451
bedeau 1185
beguin 137
belitre 160
bernage 155
biche, bichon 99
bierre 115
bigot 142
biguer 499
bique 185
bis, biſe, vent de biſe 244
blanc, blanche 174
blaſon 176
blé 173
blond 174
bloquer 182
bluteau 162
bluter 162
bois 233
boite 240
bonnet 229
bordell 191
boſcage 233
bouffer 1217
bouffon 1217
boule 188
boulevart 189. 1833
bouleverſer 188
bourg 231
bourgeois 231
bourſe 193
bouter 128. 194
braiſe 199
braque 197
braſſer 199
brav 200
brayes 217
bride 207
briller 213
briſer 215
brochet 683
brout 2573
bru 202
bruire, bruit 201
brun 201
buc 185
bucquer, buquer 425. 1211
buer 160
butin 162
Cabane 863
caille 1801
caillou 642. 857
caleçon 597
cambier 165
campagne 432. 809
canaille 192
canapſa 854
canif 858
canton 765. 811
car 1227
carabine 814
carcaſſe 815
carquois 862
caſaque 817
caſemate 817
caſerne 818
cauchemar 1117
cauſer 874
cavallier 1053
cave 864
ceriſe 841
cerneau 831
chalumeau 1375
chamois 557. 1337
champion 810
changer 808
chanvre 658
chape, chapeau 812
chapon 813
char 815
chardon 817
charge, charger 817
charier, charret 816
charrüe 2380
chaſſe, chaſſer 726
chaſuble 817
chat 818
chauſſe, chauſſer 756
chef 871
chemiſe 703
cheval 535
chicaneur 1494
choiſir 838
chocquer 1455. 1470
chopine 1469
chouette 1470
cingler 1499
cloche 850
coche 900
cochemar 1117
cochenille 819
cochon 1359
cofre 891
coife 676
coin 811
compagnie, compagnon 249
coq 891
coque 803
cornard 75
cote d'armes 901
cotillon 901
couillon 544
coultre 866
coup 851
coupe 872
couper 813
court 525. 899
couſſin 900
couteau 902
crampe 878
crampon 878
crapaud 889
craquer 876
crepu 881
creſſon 883
creux 618
cri, criet 876. 1465
croc 887
croute 890
cruche 890
culbuter 862
cuve 891
cuir, cuiraſſe 896
Dague 268
dais 264
dandiner 273
dard, darder 259
defi, defier 423
demanteler 1043
derober 1244
deſchirer 1405
devil 317
dez, jeu de dez 273
dieu 294
digue 1667

dishuit 842
dogue 294
donjon 310
douve 260
drille 1714
droit 1253
drue, druerie 303
dunes 320
Eau 9
echars 815
échevin 1457
ecluſe 1430
ecraſer 622
ecrevice 882
ecroüe 1463
ecurie 1404
ecuyer 1053
egard 1836. 1918
egout 600
egratigner 881
eguille 333
eguiſer 333
elan, elant 363
email 1442
embraſement 199
emeute 1077
emmevé 692
entier 522
epanouir 1163
epee 1545
epeler 1554
eplucher 1201
ermine 716
eſcaille, eſcailler 1373
eſcarlate 1382
eſchever 1402
eſcorte 770
eſcrenes 1466
eſcrimer 1419. 1463
eſcurieu 345
eſpan 1550
eſpargner 1552
eſperon 1568
eſpier, eſpiou 1548
eſpingle 1197
eſprevier 1557
eſquierre 1381
eſquif 1411
eſquiſſe 1385
eſſuier 1916
eſt (levant) 1173
eſtacade 1579
eſtaler 1581
eſtampe 1583
eſtappe, eſtaple 1586
eſtaye 1642
eſtendart 1584
eſtoc 1612
eſtofer 1579
eſtoffe 1614
eſtouper 1616
eſtreindre 1629
eſtrever 1623
eſtron 1634
eſtufe 1635
eſtuſer 1619
eſturgeon 1617
etonné 159
etage 1613
etourdi 159
Faillir 430
faire 415
fardeau 230
farouche 477
fauçon 406
fauteuil 1637
faux, fauſſe 410
fée 1762
felon 431
ferrand 1830
feu 442
feu 1851
feutre 446
fifre 1192
filou 403
fin, fineſſe 429
finances 447
flan 453
flanc, flanquer 453
flaon 453
flater 456
fleau 456
fleſche 460
fleute, flute 461
florin 461
flote 462
floter 459
forêt 467
forfait 466. 1779
fouiller 1932
fourrier, fourrage, fourragier 507
fourreau 512
frais, fraiche 492
frais de procéz 470
frange 475
fregate 404
fret 468. 482
friſſon 492
Gager 1887
gagner t912
gaillard 544
gain 1912
gallerie 1814
garce, garcon, garçailleur 627. 1865
garde 1832
garder 1835
garnir 1829
garniſon 1829
garou 1865
gaſpiller 1775
gater 1940
gazelle 545. 902
gazon 1837
geol, geolier 863
gerbe 524
gerfaut 545. 564
glaire d'oeuf 843
glaive 593
gliſſer 596
gobelin 861
gonfanon 412. 625
gorge 627
goſier 600
goufre 514
goutiere 600
goutte 1717
grain, grains 872
grater, gratelle 881
graver 604
gré 257. 561
greffier 604
grifes du lion 880
grifon 610
gris 612
groigner 621
groin 621
gros 617
grue 879
guerdon 1879
guerre 560. 1867
guesde 1846
gueſpe 1883
guet, gueter 818. 1801
gueux, gueſerie 579. ſeq.
gui 1084
guide 1854
guigner t909
guimple t905
guinder 1907
guiſcard 75
guiſe 1853
Hache 632
haire 664
hale 643
halte 646
hameau 691
hanap 1125
hanche 61. 118
hanſer 661
hanſer les armes 657
hanter, hantiſe 662
haper 663
haquenée t117
haranguer 1194
hardi 670
harnaſcher 668
harnois 667
haro 664. 668
harpe 665
hate 675
haubere, haubers 154
hauſſer 675
haut, hauteſſe, hauteur 675
havre 2. 633
havre-ſac 632
haye 635
heaulme 702
herault 717
herce 665
heurter 771
honni, honnir 747
hoſt 756
hoſtage 355
houblon

houblon 747
houe, houer 678
hui 729
huitre 89
hupe, hupé 676
hute 774
hybou 399
Jaloux 1368
jaque 775
jardin 528
jardinier 513
javeline 1367
jet, jetter 1477
jeune 801
if 342
infanterie 510. 788
inſtaller 1581
intrigue 1701
joli 795
jongler 535
jour 777
joy 800
joyau 804
juppe 804
Lac. 905
laid 957
laidoyer 956
laiſſe 926
laiſſer 927
lambeau 1005
lance 924
lande, landes 917. 945
lansquenet 857
laquay 915
las, laſche 925
laſcher 926
laſſer 960
leeher 944
lée 947
legs 928
leidanger 956
leudes 973
levain 155. 683
lipe 987
livrée 975. 983
livrer 983
lodier 1003
longe 917
loup-garou 627. 1865. 1880
louſchard 75
Maçon 1076
maigre 1023
maint 1041
maire 1060
male 1032
maman 1067
maniere 1041
manquer 1041
manteau 1042
mantelet 1043
marcedant 1051
marche 1048
marcher 1053
marais 1090
mareſchal 1052
marne 1020
marque 1046
marquer 1072
marquis 1050
marſouin 1487
marteau 125
martre 1046
masque 1055
maſſacrer 1076. 1463
maſſepain 1054
matelas 1056
mener 1081
menu 1033
mepriſer 1215
meſange 1065
mesgard 1834
mesler 1082
mets 1104
meurtre 1090
mignon, mignard, mignardiſe 1082
mine 1080. 1081
miroir 1934
mocquer 1359
moins, moindre 1080
moite 1083
mommerie 1096
montre 1106
morilles 1090
morne 1104
mortier 1093
mouton 112
mue 1109
muſle 1095
mui 1107
muſſer 1059
mutin, mutiner 1077
Nacaire 1113
naquet 856
nugue 1118
Oiſeau 52
orme 1738
oſt 756
oſtage 355
Page 1179
pair 117
palefroy 1179
pance 1181
pantouffle 1180
paquet 1179
parade 150
parc 1195
paſſeport 1184
pate 1202
peine 1186
pele 1189
peler 446
percer 171
perle 1186
perruque 1187
perruiſanne 1183
peu 435. 1864
peur 416
pieçe 439
piedeſtal 1614
pipe 1192
piper 1193
piquer 1204
pire 1915
pis 1206
piſſer 1205
place 1209
planche 1207
plat 1208
platre 1199
plege, pleger 1200
poche 1178
pois 106
poisle 1219
poltron 1212
pompe 1212
pot 1213
poulain 502
poultre 464
pouſſer 128. 194
prevoſt 1216
priſer 1215
promener 1081
puis 1220
putain 1188
Quenouille 895
querelle d'Allemand 106
quille 824
quitance 1226
Racler 1250
radouber 260
raie 1267
raiſin 13.6
ramper 887
rançon 1235.
rang, ranger 1294
raper 1237
rapiere 1236
rat 1243
rave 1311
ravir 1244
razer 880
regarder 1833
relevant 388
renard 1270
repoſer 1184
reſter 1239
retourner 305
riche 1263
rime 1268
rimer 1269
robe 1243
robber 1244
roc, roche, rocher 1310
roder 1230
roman 1304
rond, rondache 1318
roſeau 1289
roſſe 1307
rotir 1308
roturier 1309. 1310
rouler, rouleau 1304
rue 1267
ruiſſeau 1272

Sable	1974	ſuccer	1361	trefle	845
ſabre	1337	ſud	1645	treſor	307
ſac, ſaccager	1336	ſuie	1326	treſſe	1710
ſaillir	1351	Taille	1669. 1975	treve	1711
ſain, ſain-doux	1503	tailler	1669	tricoter	1631
ſale, ſalon	1341	tambour	1602	trinquer	1715
ſanglier	1972	targe	1661	tromper	1706
ſarpe	1381	tater	1662	trompette	1716
ſauſſe	1351	tente	1957	trot	1710
ſauterelle	729	teter, teton	329	troter	1719
ſavon	1501	tige	1987	troubler	1721
ſcorbut	1381	tirer	1961	troupe, troupeau	1717
ſergent	1402	tomber d' accord	410	trouſſe, trouſſer	1717
ſie	1337	tonne, tonneau	1696	trouver	1705
ſire	1528	tort	1253	tuer	283. 1695
ſoc de charruë	1202. 1530	touaille	1987	Valiſe	434
ſoldat	1533	toucher	279. 1626	vavaſſeur	1761
ſolde	1533	toufe	1976	vernis	1788
ſoliveau	1362	toupie	1696	verquier	1768
ſombre	1417	toupir	1691	veſſe, veſſir	429
ſomme, ſommier	1362	tourner	304	ville, village	1851
ſouhaiter	694	tournoy	1729	vit	463
ſouiller	1646	trace, traſſe	1717	vite	1495. 1848. 1890
ſoulier	1537	trahir	1242	vogue	1806
ſouper	1650	trainer, traigner	1700	voguer	463
ſtilet	1608	trape, trappe	1706	vuide, vuider	1162
ſtrapaſſer	1621	travail	69		

ERRATA EXTANTIORA.

Col. 34. lin. 25. pro *ſibilo* lege *ſpiritu* vel *halitu*.
Col. 44. lin. 57 pro *qui* lege *quia*.
Col. 53. lin. 44. pro *temdit* lege *tendit*.
Col. 54. lin. 8. pro *&* lege *et*.
Col. 89. lin. 12. pro *fugere & vitare* lege *manifeſtare & manifeſtari*.
Col. 102. lin. 37. pro *ſit* lege *ſic*.
Col. 103. lin. 32. pro *qualitatis* lege *quantitatis*.
Col. 128. lin. 36. pro *kaupautjan* lege *kaupatjan*.
Col. 166. lin. 47. pro *beiten* lege *bieten*.
Col. 183. lin 30. pro *ad metaphoram* lege *ad aliam metaphoram*.
Col. 334. lin 33. lege *avem peregrinantem*.
Col. 500. lin. 2 pro *literæ D.* lege *literæ R.*
Col. 512. lin. 7. pro *voce* lege *vice*.
Col. 527. lin. 33. pro ἄγρηνος lege ἄγρηνον.
Col. 532. lin. 42. pro *Gattunc* lege *Gattung*.
Col. 567. lin. 7. pro *quit* lege *quid*.
Col. 611. lin. 7. poſt verba Verelii adde : *Cui mire conſentit Gr.* καρπὸς *vola*.
Col. 643. lin. 53. pro *walſtat* lege *wal* mortuus.
Col. 662. lin. 58. pro *cæteris* lege *cæteras*.
Col. 824. lin 37. lege *knie-kele*, & lin. ſeq. *hol-kelen*.
Col. 856. lin. antepenultima dele punctum.
Col. 858. lin. 10. pro *canic* lege *canif*.
Col. 883. lin. 22. & 23. ſitum linearum perverſum reſtitue.
Col. 1087. lin. antepenult. pro *evomet* lege *evomat*.
Col. 1105. lin. 53. pro *occure* lege *occupare*.
Col. 1147. lin. 50. pro ιερον lege *fieron*.
Col. 1183. lin. 9. pro *oppoſita* lege *appoſita*.
Col. 1192. lin. 55. pro *Minera* lege *Minerva*.
Col. 1365. lin. 22. pro *res* lege *rex*.
Col. 1467. lin. 1. pro *ſcarifare* lege *ſcarificare*.
Col. 1726. lin. 55. pro *verbi* lege *verba*.
Col. 1813. lin. 27. pro *campum* lege *campus*.
Col. 1836. lin. 32. pro *teritorii* lege *territorii*.
Col. 1921. lin. 45. pro *arceſcere* lege *arceſſere*.

Digitized by Google